Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

LIBRARIES
ICHIGAN

SEXTUS JULIUS FRONTINUS

LIBRI QUATUOR

STRATEGEMATICON

Cum notis integris

FRANCISCI MODII, GODESCALCI STEWECHII, PETRI SCRIVERII, & SAMUELIS TENNULII.

His accedunt, cum P. SCRIVERII, tum aliorum Doctorum ineditae obſervationes.

CURANTE

FRANCISCO OUDENDORPIO,

Qui & ſuas adnotationes, variasque MStorum lectiones adjecit.

EDITIO ALTERA,

multo auctior & emendatior.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud SAM. ET JOANN. LUCHTMANS,

M.DCCLXXIX.

878
F7s
1779

John S. Lawrence Estate
gt
6-20-1925

VIRO

GENEROSISSIMO, AMPLISSIMO,

GRAVISSIMO,

JANO HUBRECHT,

J. U. D.

URBIS LEIDENSIS SENATORI, ET SAEPIUS CONSULI; ILLUSTRIUM COLLEGIORUM, TAM QUOD REI VENATICAE PER HOLLANDIAM PRAEEST, QUAM QUOD AGGERES, VIAS, AQUASQUE TERRITORII WOERDANI CURAT, ADSESSORI; ALIIS IN RE PUBLICA GESTIS HONORIBUS CONSPICUO,

HANC FRONTINI EDITIONEM,

gratum pro multis beneficiis animum testaturus, dedicat,

seque & sua officiosissime commendat

affinis obsequentissimus,

CORNELIUS VAN OUDENDORP,

FR. F.



LECTURO

S. P. D.

CORNELIUS VAN OUDENDORP, FR. F.

Quum exemplaria FRONTINI, *a venerando Patre meo quondam editi, omnia distracta essent, & audivissent a me* LUCHTMANSII *Fratres, Viri optimi mihique amicissimi, penes me esse curas τῷ μακαρίτᾳ posteriores, neque eas in margine libri per occasionem, (ut fit a viris doctis, dum aliud agunt,) adnotatas, sed studio elaboratas, & in separatis schedulis perscriptas, de iteranda, & augenda Editione consilium mecum inierunt; quam nunc accipis. Quae a Patre nova accesserunt, ea solitâ notâ* Cur. post. *a prioribus distincta reperies. Videbis in illis saepius ea, quae Parens meus antea scripserat, illustrata, & confirmata, aliquoties etiam emendata:*

(nec verebatur enim vir candidiſſimus meliora edoctus ſua ipſius vineta caedere:) ſubinde etiam animadverſiones omnino novas. Illud autem monendum duco, Patrem meum curas ſuas denuo huic Auctori adhibuiſſe anno, ſi bene memini, labentis ſeculi quinquageſimo octavo, & die XIV. *Februarii, anni* MDCCLXI. *diem obiiſſe: quod neſcire te nolim, ne, ſi quid forte ab alio deinceps occupatum offendas, id plagio adſcribas, a quo erat, ſi quisquam, alieniſſimus. Additae ſunt inditae* JANI PARRHASII *notulae, ex apographo* Iſaaci Voſſii *deſcriptae. Majus huic Editioni decus conciliant elegantes Illuſtriſſimi Viri* JOANNIS BUHERII, *Senatus Divionenſis quondam Praeſidis, animadverſiones, ex humaniſſimis litteris excerptae, quas Vir Ampliſſimus, & Eruditiſſimus, lecta priore Editione, ad Patrem meum dedit. Invenies etiam ad finem libri* JO. FRIDER. HERELII, *V. Cl.*

ani-

animadverſiones criticas, doctas illas & ingenioſas, quamquam audaciores. Deſumtae hae ſunt ex editione, quam doctiſſimus NICOLAUS SCHWEBELIUS, *cum ſelectis virorum doctorum, ſuisque adnotationibus, in lucem emiſit Lipſiae, anno* MDCCLXXII. *Ipſas autem clar.* Schwebelii *notas non addidi, tum ne bibliopolam, qui in eam editionem ſumtus fecit, ſuo lucro defraudarem, tum quia Vir optimus Paternis ſaepe ſua adeo intermiſcuit, ut haec ab illis divelli ſine ſenſus diſpendio non poſſent: nec cogere te volui, ut bis idem legas. Ceterum non poſſum, quin publice gratum animum profitear Viro omni humaniorum litterarum genere excultiſſimo* DAVIDI RUHNKENIO, *qui in adornanda hac editione conſilio & re opem plurimam mihi praeſtitit. Ab hoc Viro egregio majus quid, ex poſtumis Patris mei laboribus, exſpecta;* APPULEJI *nempe* opera, *cum notis Variorum doctorum,*

rum, & paternis; cui Auctori, praeſertim Metamorphoſeos *libris illuſtrandis & emendandis, plurimorum annorum laborem impenderat Parens meus; cujus editionem ne publico inviderem, enixe a me flagitavit, curam omnem in ſe ſuſcipiens, digniſſimus Patris in munere Academico Succeſſor. Vitia typographica, ſi qua tibi occurrant, ut ſpero, pauca & levia, boni conſules, eorumque veniam homini alio laborum genere occupato facile dabis. Vale. Dabam* Saſſenhemi *prope Loiſam, die* XII. *Auguſti,* MDCCLXXVIII.

PRAE-

PRAEFATIO

PRIORI

EDITIONI PRAEMISSA.

AEQUO LECTORI

S. P. D.

FR. OUDENDORPIUS.

Ecce tibi, Benevole Lector, *S. Julii Frontini Strategematica*, sive quatuor libros, quos de sollertibus & ingeniosis tam barbarorum, quam Graecorum Romanorumque ducum factis & dictis composuit, atque ex veteribus, quae ab utriusque linguae, praesertim Graecae, cultoribus posteritati mandata sunt, monumentis contexuit, ac sub Imperatore Domitiano in lucem edidit Vir Amplissimus Frontinus. Qua cura & diligentia multorum ducum Strategemata nobis reliquit, quorum memoria absque his libris plane intercidisset, & frustra ab Antiquitatis Studiosis desideraretur. Fatendum quidem est, aliquoties eum a vero tam longe aberrasse, & diversorum hominum temporumque acta adeo confudisse, ut lectoribus priscas historias non probe edoctis imponere facillime posset. Sed hoc cunctis cum mortalibus, & vel maxime illustrium exemplorum collectoribus habet commune: idque vitium tot bonis compensavit, ut injurius sit, qui nostrum auctorem lectu minus dignum fastidiose judicare vellet. Nam & ejus stilus brevis, simplex, &

non

non fucatus est; singulae autem dictiones purae sunt & elegantes, sed crebro per librarios turpissime corruptae & distortae. Huic malo nos quoque post doctas aliorum curas veterum membranarum ope medicinam adhibuimus, plurimaque loca pristinae sanitati ac nitori, nisi egregie fallor, restituimus. Multa nihilominus sagaciori ingenio e melioribus codicibus restant persananda: Nonnullis etiam dilaceratis truncatisque exemplis justa membra reddenda, & in legitimum digerenda ordinem superstunt. Tam crudeliter & barbare Frontinum tractarunt inepti indoctique monachi, quorum solâ factum est culpâ, ut minoris aestimetur, rariusque legatur utilissimus hic Strategematon libellus. Immo haec causa est, ut doctissimus *Barthius* Adversar. l. II. c. 11. l. XIV. c. 9. suspicatus fuerit, nos modo majoris operis habere Epitomen, cui meliora detracta, deteriora vero a ludi magistro quodam adsuta fuerint. Certe nonnulla exempla a lectoribus vel scribis invita Pallade adtexta esse, pertinaciter non negare ausim; discerpta aliquando esse & decurtata, suo loco patebit; at vero grandioris libri Epitomen esse, nequaquam credo. Brevitati enim se studuisse Auctor in Prologo fatetur: Adhaec ipsa materia longas verborum ambages & copiosam dictionem repudiat; sed Barthium tales suspiciones de aliis quoque scriptoribus temere foviisse, apud litteratos satis constat. Et haec de Auctoris stilo in praesentia sufficiant. Nam qui de illius aetate, vita, rebus gestis, ceterisque libris plura scire desiderat, adeat DD. VV. Vossii, Tennulii, & J. Poleni dissertationes, huic editioni praefixas. Hi viri lectoris voto abunde satisfacient, nobisque operosioris praefationis gratiam

tiam fecerunt. Quare ad enarranda, quae praeter Frontini contextum hic legenda tibi obferuntur, meaeque editionis rationem reddendam transgredior. Primo igitur *Franciſci Modii* notulas, ab ipſo Coloniae A. C. CIↃIↃLXXX. in 8°. emiſſas exhibeo: Eas ſuis paſſim locis ſubſequuntur *Godeſcalci Stewechii* obſervationes, quas primum edidit Antverpiae A. C. MDLXXXV. in 4°, ſaepius deinceps inter rei militaris auctores recuſas. Has utrinsque viri notas non magni eſſe momenti, leviorisque curae, & ſine ullius codicis ope conſcriptas, in ſuis praefationibus fatentur ipſi; quas hic etiam lector inſpicere, ſi velit, poteſt. Illas mox excipiunt *Petri Scriverii* adnotationes, quas Leidenſi editioni A. C. CIↃIↃCVII. in 4°. adjecit, & dein A. C. CIↃIↃCXXXIII. in 12°. multo auctiores vulgavit, quibusque nonnulla hujus libelli, ad aliquot MStos recenſiti, loca emendaſſe non inmerito ſibi viſus eſt. Easdem nunc ego, ex ipſius *Scriverii* exemplari, quod ex Schalbruchiana auctione meo mihi aere comparavi, tertio auctas exhibui, & a prioribus ſollemni *poſt. cur.* nota diſcrevi. Proximum his ſuo jure locum obtinent *Samuelis Tennulii* obſervationes, quae A. C. MDCLXXV. in 12°, lucem adſpexerunt, & praecedentium interpretum laborem tam externa doctrinae ſpecie, quam induſtria & emendatiorem ex membranarum collatione praeſtandi auctorem cura longe poſt ſe reliquerunt, nec non veram Frontini mentem, & genuinam, quae tamen nusquam a viro docto in contextum eſt recepta, lectionem ſaepiſſime nobis ſuppeditarunt. *Robertus* quoque *Keuchenius* inter alia Frontinorum opera hunc Strategematicon libellum Amſtelaedami A. C. CIↃIↃCLXI. in 8°. ediderat, multasque ho-

tas adjecerat; quas tamen, ubique venales, in mea editione denuo conſpici, non viſum fuit operae pretium: Quoniam nimis aperte deprehendi, iſtas animadverſiones vel maxima ex parte Scriverio, Caſaubono, Salmaſio, aliisque celeberrimis viris ſubreptas, (quod in notis ſubinde monui) vel adeo leves & indoctas eſſe, ut lectoris otio in illis relegendis abuti noluerim. De ejus hominis litterario plagio magis certior ſi fieri cupias, inſpice, quaeſo, magni *Burmanni* Prolegomena ad Rei Venaticae Scriptores. At illius inſcitiam dudum jam traduxit Celeberrimus & ſolidiſſimae doctrinae vir *J. Perizonius* in Animadverſionibus Hiſtoricis pag. 445., uti etiam hoc ipſo in libro Tennulius. Verum tamen ne quis curioſior ideo queratur, aliqua a nobis omiſſa eſſe, non ſolum diligenter ex Keuchenianis variantes Arceriani MSti, quo uſum ſe jactat, lectiones excerpſi, ſed & meis notis, quidquid bonae frugis in iſta farragine inveni, ſub ipſius nomine inſerui, nec non eruditiſſimam, quam ad eum dederat ſummus vir *J. F. Gronovius*, epiſtolam ex Amſtelaedamenſi editione huc transſcribi juſſi. Ipſe vero quid praeſtiterim; vel potius praeſtare adniſus fuerim, nunc paucis accipe. Auctoris textum non ſolo ex ingenio, ſed tum ceterorum, qui eadem Strategemata commemoravere, magnoque mihi uſui fuerunt, hiſtoricorum collatione, tum optimorum compluriumve manu exaratorum codicum fide, quantum potui, emendatiſſimum dedi. Hunc in finem praeter adhibitos a Tennulio, & in ſecundis curis a Scriverio MStos, quorum varia excerpta ſuo exemplari, de quo ſupra commonui, adleverat, conſului quoque tres membranaceos codices, qui in copioſiſſima

Lug-

Lugduni Batavorum bibliotheca adſervantur. Horum Codicum vetuſtior & probae notae liber, quem *Leidenſem primum* voco, recenſetur in catalogo pag. 330. n. 128. in 4°. olim etiam collatus ab Artis Criticae principe J. F. Gronovio. Alter, qui *Leidenſis ſecundi* nomine venit, multo recentioris eſt aetatis, & ex Voſſiana in Leidenſem Bibliothecam transmigravit, p. 372. n. 59. Tertius interpolatiſſimus eſt liber, ac potius lacera & contaminata fruſta, ex Strategematicis ab indocto homine excerpta, quam ipſum Frontini opus. De hoc codice, quem rariſſime ad partes voco, & *Leidenſis tertii* nota a ceteris diſtinguo, vide plura ad auctoris praefationem in initio. Eſt autem Leid. Biblioth. Legatum Perizonianum. Uſus praeterea ſum luculentis trium *Cantabrigienſium* Codicum excerptis, quae mihi multiplicis eruditionis, ſummaeque humanitatis vir *Joſephus Waſſe* ex Anglia miſit. Eorum optimus & antiquiſſimus, ut videtur, eſt in S. Petri collegio, quem idcirco *Petrenſem* adpellare ſoleo, &, niſi de doctioris cujusdam librarii interpolatione ſuſpectus eſſet, magno pretio primaeque auctoritatis habendum cenſerem. Secundum poſſidet publica Cantabrig. Bibliotheca. Tertius e S. Joannis collegio depromtus eſt. Pro hoc beneficio, uti & pro communicatis mecum variis emendationibus ac conjecturis, quas ex merito laudatas, ſuisque locis intextas videbit lector, Celeberrimo ac Reverendo Viro maximas, quas poſſum, publice nunc ago, ſemperque habebo gratias. Nec minus tam de me, quam litteraria republica meruit meus *Jac. Phil. D'Orvillius*, ob excellentis ingenii & doctrinae dotes, nec non egregium eruditorum virorum labores adjuvandi ſtu-

ſtudium, nomen jam magnum, quod indies creſcat neceſſe eſt, ſummo jure adeptus. Ille enim ex Italia mihi adtulit varias duorum in *Medicea* bibliotheca codicum lectiones, quorum unus, quem primum voco, illic conſpicitur pluteo 53. n. 12; alter pluteo 45. n. 15. Uterque recentior eſt. Romae vero excerpta mihi fieri curavit *Vaticani* MSti n. 5408. in 4°, qui olim fuerat Fulvii Urſini. Idem effecit, ut Clariſſimo & variae doctrinae laude inſigni viro *Joh. Chriſtophoro Wolfio* acceptas referre debeam *Gudiani* Codicis e Guelferbytana bibliotheca varietates. Unius ex tribus *Hillensbergii* MStis, quibus nonnumquam properante nimis oculo uſus eſt Tennulius, lectiones mecum debes, lector, Celeberrimi & eruditiſſimi *Arn. Drakenborchii* humanitati. Poſt Hillensbergium has membranas poſſedit Cl. Theod. Janſ. Almelovenius. Praeter undecim hos & Scriverianos MSStos adhibui quoque *Palatini* codicis, vetuſti & ceterorum optimis facile paris libri excerpta, quae Doctiſſ. J. Gruterus A. MDXCVIII. editionis Stewechianae margini adſcripſerat, nec non alius codicis per eumdem Gruterum ex libro quarto collati varias lectiones, a me *Gruterianas* dictas. Uſui etiam quandoque fuit *Voſſiana* collatio, quam paſſim laudat Tennulius, quamque, neſcio ad quem, Gudianum forſan, codicem inſtitutam, ipſe Iſ. Voſſius in ultimae Scriverii editionis margine adnotavit, & inde deſcriptam poſſidet quoque Ampliſſimus & eximius vir *Corn. Bynkershoekius*, ſupremae in Batavis Curiae Praeſes, Jurisprudentiae decus & ornamentum, qui eam benevole mihi inſpiciendam miſit. Utrorumque horum excerptorum autographa in Lugdunenſi adſervantur bibliotheca.

De-

Denique *Regiorum* codicum, quorum ad prima ſolummodo capita mentionem feci, varias lectiones ſpeciminis loco Hafnia Danorum ad me mitti curaverat Eruditiſſimus *Grammius*, ceteras dein deſcripturus. Quod antequam vir optimus praeſtare potuit, in miſerabili Hafnienſi incendio illa excerpta, flammis conſumta, perierunt. Ea autem ex Pariſienſi bibliotheca A. C. MDCCV. depromſerat Nobiliſſimus & Doctiſſimus juvenis *Nicolaus Bentzon*, qui novam Frontini editionem ſe adornaturum pollicitus, inmatura morte, 25 annos natu paullo major, Hafniae A. MDCCIX. exſtinctus eſt. Hujus tamen jacturae vicem ſupplere poſſunt vetuſtiſſimae, quas in conſilium adhibui, editiones, quarum prima inpreſſa eſt Romae A. C. MCDXCIV. per Venerabilem virum magiſtrum Eucharium Silber, alias Franck in 4°. Altera procurata eſt per Philippum Beroaldum & emiſſa Bononiae A. MCDXCVI. in f°. typis Platonis de Benedictis Bononienſis. Qua antiquiorem non viderat magnus J. G. Voſſius. Eamdem editionem iteravit Antonius de Benedictis ibidem A. CIↃIↃIV. Deinde uſus ſum Pariſienſi editione A. CIↃIↃXV. in 4°, quae perperam a quibusdam viris doctis habita fuit omnium prima. Ad manum etiam fuit Godefridi Hittorpii Editio, quae Coloniae A. MDXXIV. in 8°. prodiit, uti & Wechelii, Pariſ. A. MDXXXV. in f°. aliaeque. Clariſſimi *Lipſii* conjecturas hic illic ſparſas deſumſi ex ipſius exemplari, per Modium edito; quod cum ceteris Lipſianae doctrinae reliquiis cuſtodit Leidenſis bibliotheca. Summi *Gronovii* emendationes nondum editas debes doctiſſimo, amiciſſimoque viro *Abrahamo Gronovio*, avi exemplar, cui illae erant adpoſitae, mecum ultro communicanti.

canti. Copioſiſſimus denique, quem addidi, index ſtudio & labore *Michaelis Benedicti*, meritiſſimi in Leidenſi Gymnaſio praeceptoris, confectus eſt. Finem hic facerem, Lector, niſi paucis verbis admonendus eſſes de nummo, per Doctiſſ. Polenum in Prolegom. §. 38. e Sponii miſcellaneis depicto: unde nos eum in Tabellam, ſtituli ornatricem, transſumſimus, ſimulque addi curavimus juſtiſſimum verae nummi aenei formae ectypum, ex compluribus, quos benigne nobis ſuggeſſit Clariſſ. *Sig. Haverkampus*, accurate delineatum. Scilicet diu inter ſe contenderunt viri docti, ipſiusne Frontini caput illic cernatur, an vero Jovis aliusve Dei. Sed quum Hadriani demum tempore barbam rurſus alere coeperint Romani, caput autem hoc bene barbatum adpareat; non video, quo pacto noſtri Frontini, qui ſub Trajano jam deceſſit, caput, dici quiverit: ut recte obſervarunt nonnulli. Jovis caput eſſe verius opinabantur Gallandius, qui primus, quod ſciam, nummum produxit, & Ill. G. Cuperus Monumentis Antiq. p. 175. Quamquam poſterior ibi non diffiteatur, alteri opinioni favere caſum, ut vocant, Nominativum. Quippe Gallandius, & ex eo Sponius aliique exhibuerunt, quaſi in nummo legeretur ΦPONTEINOc. Atqui ſecure teſtari poſſum, me clare illic deprehendiſſe caſum Dativum ΦPONTEINΩ. Qua idcirco obſervatione totam litem diſſolutam, & Jovis, vel, quod malim, quia nullo Jovis inſigni agnoſcendum eſt, Herculis apud Smyrnaeos culti caput eſſe, facile jam concedent nummariae rei periti. Plura, quae ad Frontinum adtinent, dicere nunc non habeo. His itaque fruere, aeque Lector, & vale, meisque conatibus fave. Harlemi Kalendis Martiis CIↃIↃCCXXXI.

E X

EX PRAEFATIONE FRANCISCI MODII

In Scriptores Bellicos Excerpta.

Atque haec quidem in Vegetio: nam de Frontino alia res est; quippe in cujus recognitione libris vetustis deficerer, sine quibus nugas agat, & temere adeo faciat, meo quidem judicio, qui auctorem aliquem recensendum in manus sumat; enim periculosa est semper in alieno opere nimia diligentia, tantoque periculosior, quanto is, qui in tali negotio versatur, eruditione & ingenio maxime excellit, aut certe excellere postulat. Hinc nos pauca tantum timide in Frontino notavimus, aut ex diversis lectionibus, quae ad oram Editionis Parisiensis & Colonienſis adjectae leguntur, aut ex auctoribus, unde exempla, quibus de agitur, sumta videntur &c. Vale. Hermannoburgo, XII Kalendas Majas, CIↃ. IↃ. LXXX.

NOBILISSIMIS, GENEROSISSIMIS,

JOAN. GUILIELMO DE SPANGEN,

Domino de Spangen, Boudry, &c.

WALRANDO AB HAEFTEN,

Domino de Haeften, Herwynen, &c.

GODESCALCUS STEWECHIUS HUESDANUS S. D.

Inter alia quam plurima prudenter & graviter imprimis a C. Mario apud Sallustium hoc dicebatur, *Majorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur.* quam quidem sen-

tentiam animis vestris, Nobilissimi ac generosissimi juvenes, impressam si servabitis, quod equidem facturos non diffido; numquam non recordari poteritis, quantum vobis oneris cum honore impositum sit. Parentes uterque in aulis Principum educatos laudare; natales longos, ac illustrem prosapiam recensere potestis. Taceo, quae in lubrico posita, corporis ac fortunae bona, quae tamen omnia aliena deputo; propria illa, quae neque hereditaria sunt, neque casu pendula, hoc est bonas artes, atque animis vestris insita virtutum & boni semina. Imagines majorum circumspicere lubebit, occurrent undequaque, qui patrum avorumque laude non contenti, ipsimet nomen rebus bello ac pace gestis auxerunt. Ut antiqua nobilitatis vestrae initia, itidem egregria virtutum exempla domi proposita. quare acrius vobis adnitendum est, ut institutioni meae, & amicorum exspectationi respondeatis. Hoc ita fiet potissimum, si majorum gloriam non sustinere tantum, verum etiam excellere fueritis conati. Ea in re quibus adminiculis opus sit, non ignoro. tum & illud probe scio, neque prudentiam vobis, neque scientiam defuturam, quibus cum rebus vestris aliquando superesse, tum praeesse subditis queatis. In excolendo ingenio, moribusque vestris formandis (dico audacter) strenuam operam navavi, & ab ea hora, qua meae fidei commissi estis, nihil mihi antiquius fuit, quam de vobis, & per vos de rep. ipsa bene mereri. Dum artibus liberalibus vos imbui, dum in historiarum lectione praeivi, juris elementa edocui, numquam in vobis discendi studium, obsequendi officium numquam requisivi. nunc porro si lectio juris molestior, si fastidiosa videbitur; at Historiam e ma-

ni-

nibus non depohite. Haec tamquam certiſſima ac promptiſſima rerum magiſtra, virtutum vitiorumque exempla, quibus vita inſtituenda ſit, non ſecus atque in ampliſſimo totius orbis theatro, ſpectanda proponit. haec & ſecundam & adverſam fortunam ferre docet: res gerere, provincias, regna adminiſtrare volentibus eadem non minus neceſſaria, quam in navi gubernator, in puppe clavus. Venio tandem ad haec noſtra Conjectanea, quae domi & nulla veterum codicum ope nata, ſub veſtro nomine publicare viſum eſt. ut aliquod ſaltem a me accipiatis μνημόσυνον. Atqui magnum facinus etiam temerarium haberi dictitant, majorum ſcripta veteribus libris nullis adhibitis emendare velle, & eſt ſane periculoſum. Ceterum an non malo nodo, malus quaerendus eſt cuneus? an ne ipſius ſcriptoris aevum, ſtilus, inſtitutum quoque in hoc judicium venire debent? quae omnia temeritatis culpam illam, ſi non prorſus tollere, at certe elevare ex parte videntur. Aliud divi Juſtiniani, poſt editos a ſe libros juris, placitum fuiſſe nemo neſcit: ſed nos illum judicem nolumus, & hanc partem legis illius migramus. neque enim capital cenſendum eſt ingenii nervos in proletariis (ut ſic dicam) ſcriptoribus emaculandis experiri, qui vel eadem cum aliis memoriae prodiderunt; vel qui omnia de ſuperioribus mutuati, ſuo illa arbitrio in certos locos redigere, ac velut centones contexere voluerunt. Inter quos ſi quis mihi Sex. Julium Frontinum ponendum negabit, eum vel ſcriptorem ipſum ignorare, vel gnaviter impudentem eſſe exiſtimabo. Quanta hujus viri in ſtrategematis conradendis diligentia, in componendis, digerendis prudentia fuerit, non meum judicium eſt. illud

tamen ingenue fatendum, una cum reliquis militaris disciplinae scriptoribus in patrum avorumque manu crebrum fuisse, ideoque miris modis multatum; ab iis inprimis, qui libris describendis destinati fuere. At qui tandem illi homines? praestantes fuisse confitebimini, si cogitabitis tot antiquorum labores, tot omnis generis scripta, una istorum opera vindicata ab interitu, & nobis quasi per manus tradita. Verumtamen frequenter eosdem peccasse nostri clamitant. id pariter cum iis confiteor, & factum nollem. denique cum barbariem, tum audaciam quoque caussae fuisse non sum nescius: interim dandum aliquid isti seculo, etiam oneribus illorum hominum privatis nonnihil condonandum arbitror. quod reliquum est, optandum, ut quaecumque istorum negligentia contaminavit, audacia pervertit, doctiorum hujus aevi diligentia purgentur, corrigantur industria. Habetis meum qualecumque judicium (sive opinio est) de libris veterum; de Conjectaneis hisce nostris vestrum itidem exspectabo. in quibus etsi leviora quoque adsperserim, seu potius indigna, de quibus verba fierent; attamen, nisi ego vehementer erro, nihil leve putandum, quo vel litterae, vel scriptores ipsi juventur. in quo si vos ejusdem sententiae esse intellexero, mihi susque deque erit, quid sint probaturi, quid improbaturi ceteri. Valete. A. CIↃIↃLXXXIV.

P. SCRI-

P. SCRIVERII
PRAEFATIONIS
Ad ſecundam militaris rei ſcriptorum Editionem pars.

In Frontino qui ante me laborarunt, membranis nullis adjuti conjectanea tantum, & leves notas ediderunt. Mihi vero ea felicitas obtigit, ut auctorem illum ex ſeptem manuſcriptis codicibus, facta eorum cum editis diligenti comparatione, emendare licuerit. Quibus hercules duecibus locis quamplurimis medicinam feci. Sed & perſanata nonnulla noſtropte ingenio, uti videre eſt in Notis. Quod ſi in Vegetio Frontinoque, excellentiſſimis auctoribus uberiorem explicationem quis deſideret; adeat ille (ſuadeo) Franciſci Modii, & Godeſchalci Stewechii Notas ſive commentaria, quae in editione Lugd. Bat. typis Raphelengianis impreſſa Anno CIↃIↃCVII. habentur. Vale. Scribebam in iisdem Athenis Batavis, VI. Eid. Quintil. CIↃIↃCXXXII.

CANDIDO LECTORI
S. TENNULIUS S. D.

Quotcunque terram premunt, norunt, quae fuerit patriae noſtrae calamitas; ejus originem cum plurimi referrent ad artis militaris & diſciplinae caſtrenſis neglectum, praeſentis vero felicitatis (felices enim ſumus comparati ante-malis) ad prudentiam fortiſſimi Imperatoris, ſub quo gravior in dies militia praeſumitur: conſilium fuit, tra-

tradere me rei militaris ſcriptoribus, in quibus hodie Frontinum profero. Tu, qui habes acetum in pectore, & polles acumine judicii, noſti, illum cenſeri priſca ſimplicitate & candida veritate, ideo temporibus, quibus iſtae virtutes quaeruntur, neceſſarium vel ob furta bellorum, conſiliorum dolos, fortitudinis vafritiem, victoriarum vias. Cum reliſtam non bene parmulam nuper recolligere nequirem, inhabilis militiae, animo militavi, Muſis operando (utinam litare & illis potuiſſem!) quae ut ante res ſecundas ornaverant, ita adverſis perfugium ac ſolatium praebuerunt, & quanquam hoſtium furor dediſſet invito ferias, interceſſerunt, quo minus metu alligatus torperem.

Οὐ πανύσαι τὰς χαίρας
Μέσσαις συσκιαρυχνὰς
Ἤδισαν συζυγίαι.

Fugienti tamen non fuit explicare me totum & libros, non edere vaſtiſſimum, quod tibi promiſeram, Jamblichi opus; ſed amputandum ſarcinas, utque ſolebant in curſu circique certamine, in iſtius publicae miſeriae ſpatiis flectendum interius. Extremae enim tum imprudentiae, exercere quantum haberes, nec vaſa colligere nec ſequi, quantulumcunque poſſes conſequi. Hoc ipſum σπεύσαι σπουδαίως ἰσχυρόν (quanquam non oneraret, ſed inſtrueret diſcentem, & in animos legentium ſe inſinuaſſe doceret, direptis ſuis cujuscunque editionis exemplaribus) ornaveram meis auditoribus ſine ulla ſpe edendi: Ita enim eſt haec ſcena parata, ut eorum utilitatis majorem, quam meae exiſtimationis rationem habitam conſtet. Verum ubi eos reduci bella etiamnum infrequentes reddidere, ne nulli profuiſſem, miſi in populum. Textum emendavi, loca dubia & elegantiora expo-

posui, emendationis & expositionis rationem & exempla dedi.

Quoniam autem benignum & ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris; eorum nomina apposui. Gujeti notas debeo poëtarum disertissimo Ægidio Menagio: quatuor Regiorum MSS. copiam mihi fecit illustrissimus & reverendissimus Episcopus Nicolaus Colbertus, qui omne biennium mihi egregium elegantiae regum curaeque opus bibliothecam aperuit: discernebantur in ea quatuor Codd. frontem notati numeris 32. 758. 1091. 1433. Elegantissimus & promovendis studiis promerendisque natus Theodorus Hillensbergius trium Codd. usum concessit. Bernardus Rottendorfius nobilissimus Medicus unum cod. literis Longobardicis scriptum dono dedit. ὁ πάνυ Leo Allatius Romanum commodavit. Vossianum collatum Celeberrimus Joannes Georgius Graevius, & doctissimus Joannes Ortwinus praestiterunt. Quicquid in veteribus Editionibus lucri, in commune contuli. Nil desiderabis eorum, quae Franciscus Modius, Godeschalcus Stewechius, Petrus Scriverius, Joannes Fridericus Gronovius, viri summi, ad autorem sunt commentati. Ultimus Frontino labores suos contulerat Robertus Keuchenius, Professor Amstelaedamius, summorum Belgarum praeconia, & doctissimorum in Europa Principum judicia ac liberalitatem meritus. Qui ubi naturae concessit, jus mihi datum credidi Frontinum proferendi, ante veritus, ne accusarer πανσοφίας, qui mitterem falcem in ejus messem. Multa docuit, sed multa male adfecta reliquit, quibus aut medicinam propinavi, aut lucem praetuli. In illorum libris ut parum ingeniosus fui, ita mihi magnum onus imposui,

dum

dum cum his, qui in hac arte incredibile quantum fecere, eandem opinionis aleam ſubeo. Expeditiſſimum indicem adjeci: ſed unum, ne multiplicibus indicibus alio indice opus foret reperiendorum eorum, quae velis. Quia tibi, humaniſſime lector, quoque expedit, habere exorabile erroribus numen, oro dones mihi vitia; & donabis, ſcio, quia homines non odiſti. Donari ingenio portenta nolo, ſi quae aut extra ſanitatem aut naturam fuerint. Si velis eſſe liberalior, concedas etiam teſtimonium φιλοπονίας, quam ne deſiderares, ſumma ope niſus fui. Si dignus ſum, cujus modeſtis cupiditatibus praeſtet fortuna fidem, hoc Catone contentus Frontinum ſerena fronte excipies, & meliora propediem exſpectans valebis.

De Frontino Tacitus iv. Hiſt. c. 39.

Kal. Januariis, in Senatu, quem Julius Frontinus praetor urbanus vocaverat, legatis exercitibusque ac regibus laudes gratesque decretae. Et mox ejurante Frontino, Caeſar Domitianus praeturam cepit.

Idem in Agricola c. 17. de Britannia.

Et cum Cerialis quidem alterius ſucceſſoris curam famamque obruiſſet, ſuſtinuit quoque molem Julius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit; ſuper virtutem hoſtium, locorum difficultates eluctatus.

Plinius lib. 11. epiſt. 8.

Gratularis mihi, quod acceperim auguratum: mihi vero illud gratulatione dignum videtur, quod ſucceſſi Julio Frontino, principi viro: qui me nominationis die per

per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat, tanquam in locum ſuum cooptaret.

Idem l. IX. epiſt. 19.

Agedum hunc ipſum Frontinum in hoc ipſo, in quo tibi parcior videtur & preſſior, comparemus. Vetuit extrui monumentum: ſed quibus verbis? IMPENSA MONIMENTI SUPERVACUA EST, MEMORIA NOSTRI DURABIT, SI VITA MERUIMUS.

Martialis l. X. epigr. 58.

Anxuris aequorei placidos, Frontine, receſſus
Et propius Bajas littoreamque domum
Dum colui; doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas: nunc nos maxima Roma terit.

Vegetius l. I. c. 8.

Quae Cato ille Cenſorius de diſciplina militari ſcripſit; quae Cornelius Celſus, quae Frontinus perſtringenda duxerunt; quae Paternus, diligentiſſimus juris militaris aſſertor, in libros redegit, quae Auguſti & Trajani Hadrianique conſtitutionibus cauta ſunt.

Idem l. II. c. 3.

Nam unius aetatis ſunt, quae fortiter fiunt; quae vero pro utilitate Reip. ſcribuntur, aeterna ſunt. Idem fecerunt alii complures, ſed praecipue Frontinus, Divo Trajano ab ejusmodi comprobatus induſtria.

Joannes Maria Catanaeus Commentario in Epiſtolas C. Plinii Caecilii Secundi lib. IV. *epiſt.* 8.

Sextus Julius Frontinus, [1] Vir conſularis, [2] praeturam urbanam geſſit [3] Veſpaſiano iterum ac

NOTULAE SCRIVERII.

1 Aelianus de inſtruend. Acieb. Praefat. ad Hadrianum Aug. & cap. I.

2 Tacitus Hiſtor. lib. IV.

3 Id eſt, Anno V. C. IↃ CCC XXIII. (Stephano Vinando Pighio IↃ CCC XXI.) Natalis Chriſti LXXIII.

* *

ac Tito Coſſ. ac eo ejurante Domitianus praeturam cepit. Frontinus igitur [4] curam Britanniae ac molem ſuſtinens magnam, quantum licebat, validam & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit ſuper virtutem hoſtium locorumque difficultatem eluctatus. Aquarum [5] praefectus a [6] Nerva creatus libellum de aquaeductibus, urbem influentibus, edidit. [7] Auguratum geſſit. [8] Seceſſu Tarracinenſi oblectabatur. [9] Rei militaris peritus, Trajano libros Strategematicos dicavit. [10] Scripſit longe plura, quae ſimul cum aliis communi literarum jactura intercidere. Summus Juriſconſultus. [11] Secundo interdum reſpondit. [12] Mar-

NOTULAE SCRIVERII.

4 Tacitus in Vita Agricolae. Vide & adhibe, ſi tanti eſt, Hectorem Boëtium Hiſtor. Scot. lib. IV.

5 Teſtis ipſe Frontinus lib. De Aquaeductib. editionis noſtrae pag. 119.

6 Imp. Nerva tertium & Virginio Rufo Coſſ. A. V. [10] CCCXLVII. Chriſti XCVIII.

7 Plinius Junior lib. IV. epiſt. 8. Arriano ſuo: *Gratularis mihi, quod acceperim Auguratum*, &c. *Mihi vero gratulatione dignum videtur, quod ſucceſſi* JULIO FRONTINO, *principi viro*, &c.

8 Martialis lib. X. epigr. 59. *Anxuris aequorei placidos* FRONTINE *receſſus*, &c. Anxur & Tarracina eadem civitas, auctore Plinio majore in Hiſtor. Natural.

9 Raphaël Volaterranus Commentarior. Urbanor. lib. XVI. JULIUS FRONTINUS *ad Trajanum libros quatuor Strategematum ſcripſit, & de Aquis Urbis.* Vegetius lib. I. cap. 8. & lib. II. cap. 3. & ibi Godeſchalcus Stewechius. Carolus Sigonius Indiculo de Hiſtoricis, qui Res Romanas ſcripſerunt ab Urbe condita ad Caroli Magni Imp. tempora: *Sex. Julius Frontinus Strategematum libros conſcripſit, in quibus ex omnibus Hiſtoricis exempla in certos locos diſtinata* (an *diſtincta*) *enumerat copioſe, & magna cum utilitate: licet pleraque librariorum errore inepte ſint repetita.* (NOTA) *Nervae & Trajani temporibus vixit.* Quae verbotenus, ut multa alia ἔπος πρὸς ἔπος, in ſuum Apparatum ad omnium gentium hiſtoriam tranſtulit Antonius Poſſevinus, Sectione III. cap. 4. Strategemata autem bis apud ſcriptorem poſita, haec ſunt: lib. I. cap. I. exemp. 8. & lib. I. cap. 3. exemp. 13. item lib. I. cap. 5. exemp. 12. & lib. IV. cap. 4. ex. 8. item lib. I. cap. 10. exemp. I. & lib. IV. cap. 7. exemp. 6. item lib. I. cap. 9. exemp. ult. & lib. IV. cap. 5.

10. Horum non pauca a ſitu & interitu a nobis vindicata ſunt, atque e tenebris eruta.

11. *Plinio.* Joannes Cuſpinianus eadem haec de Frontino verbatim refert in Commentario ad Caſſiodori Conſules, Anno V. C. DCCCXIII.

12 Martialem ac caeteros ſcriptores fovit. 13 Moriens vetuit ſibi ſepulchrum conſtrui.

NOTULAE SCRIVERII.

DCCCXXIII. Quid autem uterque velit, magis ſuſpicari poſſumus quam intelligere. Vide Plinium lib. v. Epiſt. 1.

12 Hoc conſtare poteſt ex ipſius Poëtae epigrammatibus. Niſi alius fortaſſe Frontinus ſit, cujus ille meminit.

13 *Moriens.* Vide Plinium Epiſt. 19. lib. IX. FRONTINUS *vetuit omnino ſibi exſtrui monumentum his verbis*, IMPENSA MONUMENTI SUPERVACUA EST, MEMORIA NOSTRI DURABIT, SI VITA MERUIMUS. *Excelſi animi eſt, cum praeclara geſſeris, gloriam contemnere.* Haec Deſiderius Erasmus Apophthegmat. lib. VIII. ex Plinio.

Stephanus Vinandus Pighius Annal. Romanor. lib. XVIII. *ad annum Urbis* DCCCXXI.

SEX. JULIUS : : f. : : n. FRONTINUS, Urbanam jurisdictionem obtinuit. Is idem, cujus extant libri Strategematum, & de Aquaeductibus. Jurisprudentia & rei militaris peritia clarus. Hoc anno Praeturam geſſiſſe ſuſpicor, cum Kal. Januariis proximis, poſteaquam ipſe ſenatum (aberant enim novi Conſules Veſpaſianus & Titus) convocaſſet, abdicavit, ut auctor eſt Tacitus: alioquin vix uno die Praetorem fuiſſe dicendum erit, niſi forſan ante Kal. Januarias novi Praetores magiſtratum tunc inibant. quod nusquam hactenus legi. Locum Taciti habes Hiſtor. lib. IV. *Interea Veſpaſianus iterum ac Titus Conſulatum abſentes inierant, moeſta ac multiplici metu ſuſpenſa civitate*, &c. Addit deinde, *Kal. Januariis in ſenatum, quem* JULIUS FRONTINUS *Praetor Urbanus vocaverat*, &c.

Gerardus Joannes Voſſius de Hiſtoricis Latinis.

Sextus Julius Frontinus, praetor Urbanus fuit; Veſpaſiano II. ac Tito Coſſ. ut ait Tacitus lib. IV. hiſtor. quod fuit an. V. C. DCCCXXIII. Eo ejurante hanc dignitatem cepit Domitianus. Conſula-

ſularem virum appellat Aelianus lib. de inſtruenda acie, praefat. ad Hadr. Caeſ. & c. 1. in conſulum tamen ſerie nulla ejus mentio, ut fuiſſe videatur ex conſulibus in demortui locum ſuffectis. In pretio erat temporibus Nervae ac Trajani. Unde Aelianus in prooemio libri de inſtruenda acie, quem Hadriano dicavit, ait, Frontinum idem argumentum tractaſſe, atque eum ſuae aetatis ſcriptorem vocat. *Frontinum*, inquit, *noſtrae aetatis virum conſularem.* Sed apertius, id eſt, ex ipſo Frontino. Nam Nervae ſe juſſu de aquaeductibus agere, in praefatione libelli de iis, autor eſt. Idem in prologo libri de agrorum qualitate & controverſiis limitum, non alium quam Trajanum deſignat, cum loquitur de *maximo Imperatore, qui victoriam Dacicam proxime reſeraſſet.* Trajano autem dilectum fuiſſe, clare arguit Vegetius lib. 11. c. 3. his verbis. *Nam unius aetatis ſunt, quae fortiter fiunt: quae vero pro utilitate Reip. ſcribuntur aeterna ſunt: Idem fecerunt alii complures, ſed praecipue Frontinus Divo Trajano ob ejusmodi comprobatus induſtriam.* Ubi ſignat libros Frontini de re militari, quos edidit ante libros ſtrategematum: ut oſtendunt verba illa in prologo ejus operis. *Cum ad adſtruendam rei militaris ſcientiam unus ex numero ſtudioſorum ejus acceſſerim; eique deſtinationi (quantum cura noſtra valuit) ſatisfeciſſe viſus ſim: deberi adhuc inſtitutae arbitror operae, ut ſolertia ducum facta, quae a Graecis una στρατηγηματικῶν appellatione comprehenſa ſunt, expeditis amplectar commentariis.* Primum autem tres ſtrategematum libros ſcribere decreverat, uti fidem faciunt verba iſta in eadem Praefatione. *Quo magis autem diſcreta ad rerum varietatem apte collocarentur, in tres libros ea diducimus. In primo erunt*

ex-

exempla, quae competant proelio nondum commisso. In secundo, quae ad proelium & confectam pacationem pertineant. Tertius inferendae solvendaeque obsidionis habebit στρατηγήματα: *quibus deinceps generibus suas species attribui.* His postea quartum adjecit; ut arguunt verba ista, quibus in librum quartum praefatur. *Multa lectione conquisitis strategematibus, & non exiguo scrupulo digestis, ut promissum trium librorum implerem, si modo implevi; in hoc exhibebo ea, quae parum apte descriptioni priorum ad speciem alligata subjici videbantur: & erunt exemplа potius strategicῶn, quàm strategemata.* Et haec & sequentia satis indicant, librum istum compositum esse post tres libros strategematum: Ut omnino frustra sit doctissimus Stewechius, cum suspicatur, hunc, qui quartus vocatur, esse opus de re militari; quod eum ante tres strategematum libros elaborasse, mero meridie clarius est ex praefationis ea περικοπῇ, quam aliquanto ante adduximus. In catalogo Thomae Jamesii extare dicitur manuscriptus in bibliotheca publica Academiae Cantabrigiensis: sed ibi vocatur Florentinus pro Frontino, credo, non quia ita sit in manuscripto, sed errore typographi. Idem autor est, bis manuscriptum extare Cantabrigiae in bibliotheca domus S. Petri: & Oxoniae semel in bibliotheca collegii Lincolniensis. Antiquissima ejus, quam videre contigerit, editio est illa, quae castigata a Philippo Beroaldo, & Senatori Min. Roscio dicata Bononiae prodiit apud Platonem Benedictinum Anno CIↃ CCCC XCV.

Robertus Keuchenius notis ad Aquaeductus.

Quaerunt eruditissimi viri, quorum opera ac judicio partim Frontino lux allata, num *Aquaeductuum*

Suum Urbis Romae commentarius, praeter caetera fragmenta, ejusdem Frontini sit, qui strategematum libros congessit. Quorum opinionem Cl. Rubenius accurate in Electis suis de utroque opusculo meritus, non sine causa, ut ait, videtur amplexus. Purior enim & emendatior in illis sermo est, & dictionis venustas. At si sub Nerva floruit, ut aperte praeter ipsum confirmat & Aelianus prooemio libelli de instruendis aciebus. Ἐπεὶ δὲ τῷ Θεῷ πατρὶ σε Νέρᾳ συμβαλὼν ἀνδρὶ Φροντίνῳ τῶν ἀπισήμων ὑπατικῶν ἐν Φορμίαις ἡμέρας τινὰς διέτριψα δόξαν ἐπενεγκαμένῳ μοι τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπειρίαν, συμβαλὼν τ' ἀνδρὶ εὗρον οὐκ ἐλάττονα σπουδὴν ἔχοντα εἰς τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεθεωρημένην μάθησιν, ἡξίωμαι νῦν ἔτι περιφρονεῖν τῶν ταχτικῶν συγγραφῆς, νῦν ἂν σπουδάζειν παρὰ Φροντίνῳ δοκῶν αὐτὴν, εἰπέ τι χεῖρον ἰδίᾳ τῶν Ῥωμαϊκῶν διατάξεων περιέχειν αὐτὴν, &c. quid obstet, quo minus idem scriptor Strategicus & Aquarum praefectus fuerit, qui libellum hunc de Aquaeductibus, Urbem Romam influentibus, edidit, obscure video. Sed altius ad acumen indaganda sunt Aeliani verba. Ait: Apud Frontinum V. C. & peritiae bellicae laude clarissimum, qui sub Nerva Adriani patre floruit, se per aliquot dies in Formiis egisse, & collatis cum eo sermonibus comperisse, non minus illum studio teneri disciplinae Tacticae Graecis usitatae, quam Romanorum instructione, qua deterius quid minusve videretur contineri. Certo certius est, illum quidem alloquio ad Adrianum non alius Frontini meminisse, quam consulis istius strategematum autoris, quorum libri superstites etiamnum exstant, & quos idem optimo Principi Trajano dicavit. Secus ac Stewechio visum, qui alios de militari disciplina libros

eidem

eidem dedicatos opinatur ſub fine l. II. c. 3. comment. in Vegetium. Nam Nervae ac Trajani temporibus praecipue in pretio fuit, quod & alibi Volaterranus commentar. Urban. lib. XVI. non obſcure ſubindicat, & qui totam hanc noſtram litem uno loco diſſecat: *Julius Frontinus ad Trajanum libros quatuor ſtrategematum ſcripſit, & de Aquis urbis.* Nec alius Frontini mentionem fieri apud antiquos puto, quam unius ejuſdemque noſtri, qui Strategematum nimirum, Aquarumque libellos congeſſit; & cujus etiamnum fragmenta reſtant de Qualitatibus Agrorum, Limitibus, maximam partem mutila ac inquinatiſſima, variiſque confuta ſegmentis. Scripſit idem de Coloniis opuſculum, ſed quod hodie diverſum exhibetur, ac ejusdem farinae fragmentis interpolatum, ab *Ampliſſimo* Viro P. Scriverio, cum reliquis primum ex membranis editum. Falluntur etiam *illi*, qui ulterius disquirendum contendunt, an Urbanus ille Praetor, cujus Tacitus lib. IV. Hiſtoriarum meminit, ad Veſpaſiani II. & Titi conſulatum, qui in annum Urbis incidit IↃCCCXXIII. idem cum noſtro Frontino ſit: quam & opinionem non exiguum ſcrupulum plerisque quidem non mediocriter doctis injeciſſe memini. Nunc audiamus Carolum Sigonium Syllabo hiſtoricorum Romanorum: *Sext. Julius Frontinus ſtrategematum libros conſcripſit, in quibus ex omnibus hiſtoricis exempla in certos locos deſtinata* (valet *diſtincta*) *enumerat copioſe, & magna cum utilitate: licet pleraque librariorum errore inepte ſint repetita. Nervae & Trajani temporibus vixit.* Quae verbotenus, ut multa alia, ἐπὶ σεὶς ἐπὶ in ſuum apparatum ad omnium gentium hiſtoriam tranſtulit Antonius Poſſevinus, Sect. III. cap. 4. Caeterum quod

hic asserimus, id tam dilucidum ab aliis contestatum fuit, ut mirum sit in aliam sententiam vergere viros eruditissimos.

TENNULIUS in Prolegomenis.

Vides, humanissime Lector, quaecunque de aliquo Frontino passim memorantur, a doctissimis viris ascribi nostro auctori, imo nullum alium credi Frontinum: in quo eos, quod pace manium dixerim, errare puto. Alius enim fuit Aemilius Frontinus, *qui Alexandrum specie religionis latrocinantem Ephesi judicavit.* Euseb. Hist. Eccl. v. c. 18. *Alius est* Frontinus e tribu CLUENTIA *apud Onuphrium lib.* III. *descriptionis civ. Rom. f.* 260.

DIS. MANIBUS
SEX. JUNIUS. SEX. F. CLUENT.
FRONTINUS
VET. LEG. I. ITAL. VOLUNT.
VIX. ANN. LXIIX. M. IIX.
H. S. E.

Alius legionis IV. *Italicae Quaestor* e tribu Quirina *ab eodem Onuphrio lib.* III. *f.* 402. *in hac inscriptione memoratur.*

TI. CLAUDIO. QUIR. FRONTINO
NICERATO. CL. FRONTINI. COS. F.
X. VIR. STLIT. JUD. TRIB. LATICLAVIO
LEG. IIII. ITALICAE. QUAESTORI. PRO-PR.
PROVINCIAE. ACHAIAE.

Denique alius est Frontinus, qui scripsit de Coloniis. Nam in illo opere fit mentio Imperatoris Commodi. Qui vero Vespasiano secundum Cos. fuit praetor Urbanus, non potuit scribere de Commodo. Alit de Coloniis. Hostensis ager ab Imperatoribus Vespasiano, Trajano, & Adriano in praecisuris, &

La-

Lacineis, & ſtrigis, colonis eorum eſt aſſignatus: ſed poſtea Severus & Antoninus & Commodus aliqua privatis conceſſerunt. *Sed iſti, inquit, fragmento ſecundo praefigitur nomen Julii Frontini Siculi. Atqui in primo fragmento, cui in omnibus editionibus praeponitur Index*, Sexti Julii Frontini V. C. de Coloniis Italiae. *eadem verba occurrunt, antequam Balbi Menſoris reliquiae legantur. Et utraque fragmenta hoc nomine citantur ab Onuphrio lib.* III. *deſc. Rom. civit. Haec mihi facile donabis. Sed difficilior oritur quaeſtio, an ſit idem, de quo Tacitus in vita Agricolae agit. Non puto. Nam Britannorum, quos dicitur deviciſſe, nullam mentionem habet in ſtrategematibus (ut de Gallis l.*IV. *c.* 3. *n.* 14.) *quos tamen tacere nec debuerit nec voluerit. Si Conſule ſecundum Veſpaſiano praeturam Urbanam geſſit. non videtur ſub Trajano ſecutus militiam, utpote Senior, quam ut eſſet habilis militiae. Ait tamen initio de re agr.* Intervenit clara ſacratiſſimi (*Trajani*) imperatoris noſtri expeditio, quae me in ipſa ſcribendi feſtinatione praepediit. Nam dum armorum magis exerceor curis, totum hoc negotium velut oblitus intermiſeram, nec quicquam aliud quam belli gloriam cogitabam. *Ubi etiam Dacicae victoriae Trajani meminit. Quaeritur, an ſit idem, de quo Plinius l.*IX. *epiſt* 19. *Joannes Cuſpinianus in commentario ad Caſſiodori Conſules ad A V. C.* IↃCCCXXIII. *Sed ille Plinii Frontinus videtur mortuus, quo tempore Virginius Rufus. Virginius Rufus mortuus eſt in tertio conſulatu, quem geſſit cum Nerva Imperatore tertium Conſule. Frontinus hic a Nerva tum praefectus eſt Aquaeductibus, & de illis ſcripſit poſt Nervae exceſſum. Vocatur enim ibi* Divus Nerva. *& dicitur.* Novum Imperatorem Caeſarem Nervam Trajanum Auguſtum praeſcribente titulo.

Frontinus ille eſt mortuus, antequam Plinius illi in auguratu ſuccederet. Nam auguratus viventi non adimitur. De his Amplius *pronuncio. Quin foverit Martialem, non dubito, cum ejus verba repetat de Aquaeductibus.* Sentit hanc curam Imperatoris piiſſimi Nervae Principis ſui Regina & Domina Orbis in dies, quae terrarum Dea conſiſtit, cui par nihil & nihil ſecundum. *Quae habentur lib.* XII. *epig.* 8. *Alius eſt Fronto, de quo Plinius lib.* VI. *epiſt.* 13. *lib.* IV. *epiſt.* 9. *cauſarum patronus. & apud Macrobium & Gell. celebris orator. apud Dionem conſul. In omnibus enim Codd.* Frontinus *legitur. Illi competere putat R. Keucheniusinſcriptionem in ara quadam votiva apud Coloniam Trajanam poſita.*

— U N O N I
— R V A E. P R O.
— S E X T I. J U L.
— O N T I N I.

quam ſuppletis lacunis ita reſtituit. I. O. M. JUNONI. MINERVAE. PRO SALUTE. SEXTI. JULII. FRONTINI.

JOAN-

JOANNIS POLENI
AD
SEX. JULII FRONTINI
COMMENTARIUM
DE
AQUAEDUCTIBUS URBIS ROMAE
PROLEGOMENA.

CAPUT I.

Sex. Julii Frontini Vita per Conſules diſtincta.

I. Julia Gens, in Patriciam Majorum Gentium, ac Plebejam diviſa, plures habuit Familias, ſeu cognomenta. Patriciae quidem cognomina fuere Caeſarum, Julorum, Libonum, Mentonum: Plebejae vero quae cognomina fuerint, non aeque certe conſtitui poteſt; cum de multis hujusce Familiae Viris, num Patricii fuerint, an Plebeji, monumentorum inopia incertum faciat. Illud tamen veriſimillimum reor, Julios, qui Veſpaſiano Imperatore ac poſterioribus temporibus floruere, ex antiquis Patriciis nequaquam fuiſſe; cum jam (teſte Tacito in *Annal.* lib. x. cap. 25.) vel Claudii tempore pauci jam eſſent reliqui Familiarum, quas Romulus Majorum, & L. Brutus Minorum Gentium appellaverant: quamobrem Claudius Caeſar in numerum Patriciorum adſcivit vetuſtiſſimum quemque e Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Morem vero hunc ſecuti etiam alii Imperatores, ac Veſpaſianus (eodem Tacito in *Agricola*

cola cap. 9. referente) Julium Agricolam, praeter ceteros, inter Patricios cooptavit. Quod cum notaverit Antonius Auguſtinus in Opere *de Gentibus Familiisque Romanorum*, ubi Julios Conſules, etiam ſuffectos, poſt Caligulam ad Maximinum Imperatorem enumerat; miror ſane, Julium Frontinum noſtrum fuiſſe ibi praetermiſſum. Quod vero Fulvius Urſinus, Richardusque Streinnius in ejusdem argumenti Operibus nihil de Julio Frontino noſtro dixerint, mirandum non eſt; cum ad Trajani tempora hi non deſcenderint.

II. Porro ex iis, quae paullo ante dixi, conjicio, Julium Frontinum non fuiſſe, ex veteri Patricia Familia; fuiſſe tamen Patricium; nimirum ex iis, qui aut ipſi, aut ipſorum parentes inter Patricios ab Imperatoribus fuerant adſciti. Cum enim diſerte in Commentario *de Aquaeductibus* (Art. 1.) teſtetur, *Officium Aquarum adminiſtratum ſemper per Principes Civitatis Viros*, ipſe vero id Officium adminiſtraverit, atque ideo vel hoc nomine liqueat, eum inter Civitatis Principes fuiſſe; obtinuiſſe quoque locum inter Patricios, credibile prorſus eſt. Num vero Julii Frontini Urbs Roma patria fuerit, an alia regione (ut Julius Agricola Forojulienſium Colonia, Tacito teſte) ortus, non conjiciam: nihil enim usquam, unde conjecturas probabiles ordiri poſſem, inveni.

III. Nunc, antequam annos propono, monebo, me in numerandis ab Urbe Condita annis ſecuturum in vita hac ſcribenda ſupputationem Varronis, ut notiorem. Quod ſi ab annis, qui proponentur, duos detrahes, habebis annos ſecundum Frontinianam ſupputationem, quae in Annota-

notationibus ad ipſum Frontini Commentarium neceſſario ſequenda fuit.

ANNO AERAE VVLG. CHR. LXX.
VRBIS CONDITAE DCCCXXIII.
T. FLAVIO VESPASIANO AVGVSTO. II.
T. FLAVIO CAESARE COSS.

IV. Ut patria, ita quoque in obſcuro ſunt res a Frontino geſtae usque ad Praeturam. Quod enim primum de Frontino memoratur, id eſt, ab eo Urbano Praetore Senatum fuiſſe vocatum. En verba Taciti, qui poſtquam in *Hiſtoriarum* l. IV. c. 38. narraverat, Veſpaſianum iterum, ac Titum abſentes conſulatum iniiſſe, in cap. 39. ita pergit; *Kal. Januariis in Senatu, quem Julius Frontinus Praetor Urbanus vocaverat, Legatis exercitibusque, ac Regibus laudes gratesque decretae. Et Tertio Juliano Praetura, tamquam transgredientem in partes Veſpaſiani legionem deſeruiſſet, ablata, ut in Plotium Griphum transferretur. Hormo dignitas equeſtris data. Et mox, ejurante Frontino, Caeſar Domitianus Praeturam cepit.* Ejuraviſſe autem Frontinum exiſtimo, ut Domitiano gratum faceret, qui non modo honorem Praeturae Urbanae, ſed *honorem* (ut Suetonius in ejus Vita cap. I. ſcribit) *Praeturae Urbanae cum poteſtate conſulari ſuſcepit.* Credibile etiam eſt, ſtuduiſſe Frontinum, ut hoc facto Imperatorem ipſum Veſpaſianum Domitiani patrem demereretur. Hunc vero Frontinum noſtrum fuiſſe, qui *de Aquaeductibus* ſcripſit, neminem inveni, qui negaret.

V. Stephanus Vinandus Pighius (ad annum ultimum l. XVIII. *Annalium Romanorum*) ſuſpicatur, ſuperiore anno Praeturam geſſiſſe Frontinum, cum *Kal. Januariis* citati a nobis anni, *poſteaquam ipſe Senatum* (*aberant enim novi Conſules Veſpaſianus, & Titus*)

Titus) *convocaſſet*, *abdicaverit*: pergitque Pighius ita; *alioquin vix uno die Praetorem fuiſſe dicendum erit*, *niſi forſan ante Kal. Januarias novi Praetores Magiſtratum tunc inibant*; *quod nusquam hactenus legi.* Sed, ubi Taciti verba conſidero, non poſſum non facere cum iis, qui rentur, Frontinum ante legitimum tempus depoſuiſſe Magiſtratum; quod non contigiſſet, ſi in ſuperiorem annum incidiſſet ejus Praetura.

ANNO CH. LXXIIII.
V. C. DCCCXXVII.
T. FLAVIO VESPASIANO AVG. V.
T. FLAVIO CAESARE III. Coss.

VI. Hoc anno, aut circa hunc annum, Conſulem ſuffectum fuiſſe Frontinum, conjicio. Rationem conjecturae ut explicem, pro certo ponam, Frontinum Conſulem fuiſſe, cum eum *conſularem Virum* Aelianus, in Praefatione Operis *de inſtruendis aciebus* perſpicue nominet. Tum veriſimillimum eſſe ajo, eum in Britanniam iviſſe Imperio Proconſulari, & Conſulatu jam functum, nam ferme omnes, qui cum Imperio in eam Provinciam mittebantur, Conſulares erant, praetereaque Frontinus eo tempore (ut paullo infra dicemus) miſſus fuit, quo tempore viro forti, atque praedito dignitate auctoritateque opus erat in ea regione. Deinde pono, credibile eſſe, Frontinum profectum fuiſſe in Britanniam anno V. C. 828. (ut mox exponam) quamobrem probabile fit, eum anno ante geſſiſſe Conſulatum; quemadmodum conſtat contigiſſe Julio Agricolae Frontini ſucceſſori, qui ad Britanniam regendam profectus eſt anno Conſulatum ipſius inſecuto. Adde, hoc anno V. C. 827. non alium reperiri ſuffectum Conſulem praeter Caeſarem Domitianum,

cui

cui collega Frontinus noſter eſſe potuit.

ANNO CHR. LXXV.
V. C. DCCCXXVIII.
T. FLAVIO VESPASIANO AVG. VI.
T. FLAVIO CAESARE IIII. Coss.

VII. Hoc anno, conjicio, Frontinum in Britanniam miſſum. Unus autem Tacitus eſt, ex cujus ſcriptis conjecturam facere poſſimus. Is in *Vita Agricolae* cap. 17. haec habet; *& cum Cerialis quidem alterius ſucceſſoris curam, famamque obtuiſſet, ſuſtinuit quoque molem Julius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque, & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit, ſuper virtutem hoſtium locorum quoque difficultates eluctatus.* Ex his ergo colligendum videtur, & Cerialem rexiſſe Britanniam, & Ceriali ſucceſſorem datum fuiſſe, cujus fama obruta geſtorum praeceſſoris memoria, & huic *Cerialis* ſucceſſori ſubſtitutum fuiſſe Frontinum: cui deinde ſucceſſiſſe Julium Agricolam, ea, quae paullo infra citatum locum Tacitus ſubjicit, aperte commonſtrant. Porro doctis Viris probabile fit, Cerialem iviſſe in Britanniam anno V. C. 824. Agricolam vero anno V. C. 831. Fateor tamen, non deeſſe, qui libentius in annum 832. profectionem Agricolae rejiciant; ſed habita ratione eorum, quae in *Hiſt.* lib. v. & in *Agricolae Vita* Tacitus habet, primis illis (ſi quid judico) eſt aſſentiendum. Itaque Cerialis, ejus ſucceſſor, & Frontinus ſeptem annis Britanniam rexere: cumque probabile ſit, ejus, cujus parum felix Imperium fuit, brevius etiam tempus fuiſſe, tres anni Frontini Imperio adſignari poſſe videntur; atque ideo ejus Imperii initium in annum V. C. 828. poſſe referri.

VIII. Quod ſi quis dicat, hujusmodi diviſionem

nem certam non esse, nihil quidem repugnabo: dummodo ne illud negetur, ex ea probabilissimum fieri, saltem circa illum annum (nimirum vel anno ante, vel anno post) Frontinum in Britanniam iviſſe.

IX. Marcus autem Zuerius Boxhornius, & plerique Interpretum in citato Cornelii Taciti loco anxie inquirunt, quo referantur verba illa, *quantum licebat*: ego vero facio cum Boxhornio, qui ad praecedentia verba, *ſuſtinuit quoque molem*, ea referenda contendit. Quasdam enim alias interpretationes, quamvis honorificentiores geſtis Frontini noſtri, quod eas minus probabiles exiſtimo, miſſas facio.

ANNO CHR. LXXVIII.
V. C. DCCCXXXI.
L. CEIONIO COMMODO.
D. NOVIO PRISCO. Coss.

X. His Conſulibus, cum Agricola (ut paullo ante diximus) Britanniae regimen ſuſceperit, credibile eſt, Frontinum reverſum fuiſſe Romam, ſubacta jam proximis ſuperioribus annis in Britannia Silurum gente, incolente regionem, quae nunc principatus Walliae pars eſt, & novis hodie nominibus (ut ſcribit Michaël Virdungus in ſua ad citatum locum Taciti nota) *Herefordſchire*, *Radnorſchire*, *Brecnocſchire*, *Monmutſchire*, *Glamorgenſchire* appellatur.

XI. Credibile quoque eſt, circa haec tempora Frontinum admoviſſe manum ſcribendis Libris, qui *Strategematum*, ſive *de ſolertibus Ducum factis & dictis* inſcribuntur. Nam in Commentario *de Aquaeductibus* (Art. 2.) profitetur, ſe alios Libros, praeter ipſum *de Aquaeductibus* Commentarium, *poſt experimenta & uſum* compoſuiſſe. Nonne itaque

que probabile fit, poſt experimenta & uſum rerum in bello geſto adverſus Silurum gentem Libros ad bella omnino pertinentes coepiſſe ſcribere?

ANNO CHR. LXXXIIII.
V. C. DCCCXXXVII.
IMPERATORE DOMITIANO AVG. X.
C. OPPIO SABINO. COSS.

XII. Hoc anno *Strategematum* Libros Frontinum edidiſſe, exiſtimo. Cum enim in Libris hiſce quinquies Domitianus nominetur, ſemperque Germanici belli mentio fiat, atque Germanici titulus ipſi Domitiano ſaepe addatur, nihil autem legatur in iisdem Libris, quod ad poſteriora bella, praeſertim Dacica, a Domitiano geſta pertineat; videtur quidem probabiliſſimum, hoſce Libros fuiſſe editos poſt Domitiani e Germania reditum, ac poſt confirmatum ei Germanici titulum, quod (ut docti Viri colligunt) anno V. C. 837. contigiſſe, credendum eſt.

XIII. Falluntur autem Raphaël Volaterranus (in *Comment. Urb.* lib. XVI. quo loco de Juliis agit) & qui eum ſunt ſecuti, reputantes, quattuor *Strategematum* Libros Trajano fuiſſe inſcriptos. Quo enim modo id poſſet evinci? quo modo perſuaderi poſſet, Frontinum inſcripſiſſe Trajano Libros, in quibus Trajani nulla, Domitiani autem honorificentiſſima mentio? Domitiani, inquam, cujus nomen Frontinus in Commentario *de Aquaeductibus*, edito Trajani tempore; ne inter Conſules quidem ponere voluit, ut poſt Panvinium animadvertimus in Nota 27. Art. 102.

XIV. Sed ante hoſce *Strategematum* Libros (quanto tamen ante incertum) Frontinus noſter Libros, nunc deperditos, de Scientia militari

***

edide-

ediderat: quod ex verbis, *quibus Strategematum* Libros exorditur, liquere contendit Gerardus Joannes Vossius (*de Histor. Lat.* lib. III. quo loco agit de Sex. Julio Frontino) & recte quidem contendit. Sunt autem ea verba hujusmodi. *Cum ad adstruendam rei militaris scientiam, unus ex numero studiosorum ejus accesserim, eique destinationi, quantum cura nostra valuit, satis feciſſe visus sim; deberi adhuc institutae arbitror operae, ut solertia ducum facta* &c. Neque sane conferenti Libri primi exordium cum exordio quarti Libri dubium esse poterit, quin *frustra sit doctissimus Stewechius* (utor Vossii verbis citato in loco) *cum suspicatur, Librum, qui quartus vocatur, esse opus de re militari*: & ante Vossium hoc idem animadverterat Sixtus Arcerius in suis ad Aelianum Notis pag. 98. Porro Vegetius quoque in lib. I. *de Re Militari* cap. 8. fidem fecit, Frontinum Libros *de Re Militari* scripsisse: habet enim; *quae Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit, quae Cornelius Celsus, quae Frontinus perstringenda duxerunt* &c.

XV. Non modo autem Romanae, verum etiam Graecae militaris Disciplinae peritus erat Frontinus noster, teste AElIano, qui in *Tacticae* suae *Prooemio ad Adrianum Imperatorem* (ut de Graeco in Latinum vertit Sixtus Arcerius) ita scripsit; *At posteaquam cum Deo patre tuo Nerva super eo contuli, ac Formiis transactis aliquot diebus apud Frontinum, e clarissimis Consularibus virum, quique peritiae bellicae laudem asportavit, collatis cum eo quoque sermonibus comperi, non minore illum studio teneri disciplinae Graecis usitatae; coepi non amplius, quod de conscribendis Tacticis conceperam vilipendere.* Cave autem hoc in loco a Francisci Robortelli interpretatione, in qua haec, inter cete-

ra,

ra, habentur; *commoratus fui apud Frontinum, qui unus eſt inter conſulares illuſtres*; ubi verbum *eſt* nos in ſuſpicionem poſſet inducere, num Adriani tempore viveret Frontinus noſter: at cum AEliani locum Graece *ex optimo codice Medicea* emendatiſſimum dederit Jacobus Gronovius (in *Theſaur. Antiq. Graec.* Tomo *III.* pag. d d d d) vel ex eo aperte liquet, verbum illud *eſt* vi veluti quadam fuiſſe intruſum.

XVI. Incertum autem pariter remanet, quo tempore Frontinus ediderit opus (id quoque nunc deperditum) *de Tactica Homeri tempore uſitata*, de quo Opere idem AElianus in Tactica cap. 1. ita ſcribit; *Ac de Tactica Homeri tempore uſitata legi Scriptores, Strateclem, Hermiam, ac Frontinum, virum noſtro tempore Conſulatem.* Credibile tamen ſit, hoſce Libros Frontinum, rerum potiente Domitiano, ſcripſiſſe; quo tempore probabile eſt, multum otii habuiſſe.

XVII. Nam circa annum ſupra commemoratum V. C. 837. atque etiam per reliqua Domitiani tempora, maximam partem, abfuiſſe Roma Frontinum, credibile arbitror: ut, dum frueretur quiete & otio (haec enim ab aſſentatoribus Domitiani commendata Agricolae viro ſimili Frontino noſtro apud Tacitum legimus: ita etiam, Domitiano regnante, Tacitum ipſum Roma abfuiſſe *taedio temporum* autumat Lipſius in Taciti vita) ut, inquam, dum frueretur Frontinus quiete & otio, ſibi caveret a Domitiano, cujus aures verberabat fortium virorum fama. Hoc autem in ſeceſſu Frontinus aliquando ſecum habuit (ut opinor) Valerium Martialem Poëtam, qui l. x. Epigramma 58. orditur hiſce verſibus:

Anxuris aequorei placidos, Frontine, receſſus,
Et propius Bajas, littoreamque domum;

Et quod inhumanae cancro fervente cicadae
Non novere nemus, flumineosque lacus;
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas, nunc nos maxima Roma terit.

Unde etiam liquere potest, Frontinum non abhorruisse ab amoenioribus studiis, & fuisse ex iis, qui Martialem foverunt, atque amaverunt; quod ostendimus etiam in Nota 1. Art. 88.

XVIII. Ut ut vero credibile est, Domitiani tempore secessisse Frontinum, satis tamen constat ex C. Plinii Caecilii Epistolis, illum Roma prorsus non caruisse: quandoquidem in Epistola 1. l. v. de caussa Cutiani filii a matre exhaeredati verba faciens Plinius (qui unus erat ex institutis haeredibus) haec habet; *adhibui in consilium duos, quos tunc civitas nostra spectatissimos habuit, Corellium, & Frontinum.* Id autem Domitiano rerum potiente contigisse, ex citata Epistola potest evinci: in qua Plinius scribit; *Cohaeredes mei componere, & transigere cupiebant; non diffidentia caussae, sed metu temporum. Verebantur. quod videbant multis accidisse, ne ex centumvirali judicio capitis rei exirent.* Qui metus ad Domitiani tempora procul dubio referri debet.

XIX. Ex diligentia vero, atque cura in recensendis Lege atque Senatusconsultis in Commentario *de Aquaeductibus*, & ex citato loco Plinii colligere licet, Juris quoque peritum fuisse Frontinum nostrum. Quid autem velint Cuspinianus, & Catanaeus, qui de Frontino tradidere haec; *Summus Jurisconsultus Secundo interdum respondit*, nisi id totum elici posse credant ex supra allatis Plinii verbis, haud facile liquet: certe Petrus Scriverius hunc eundem citatorum Authorum locum respiciens (sub initium Editionis Operum

Fron-

Frontini, quam ipſe adornavit) ſcribit, *quid uterque velit, magis ſuſpicari poſſum, quam intelligere.* Quod vero Hieronymus Magius in *Miſcellaneorum* lib. IV. cap. 2. Julium Frontinum appellet *maximum Geometram*; id non pertinet ad nos: ibi enim Magius verba facit de Frontino authore Operis de *Re Agraria*, qui a Frontino noſtro diverſus fuit, ut ſuo loco oſtendetur. Ceterum, quae perſpecta haberet in Aquarum Fluentium Doctrina Frontinus noſter, & ſparſim indicavimus variis in Notis, & conjuncta expoſuimus in Nota I. IV. Art. 113.

ANNO CHR. LXXXXVII.
V. C. DCCCL.
IMPERATORE NERVA AVG. III.
L. VERGINIO RVFO III. COSS.

XX. Hoc anno (quo integro Nerva regnavit) Frontinum fuiſſe iterum Conſulem opinor. Porro de ſecundo Frontini Conſulatu dubitandum non videtur: nam Martialis in Epigram. 48. lib. X. (in quo *convivium parat*) hos verſus inter ceteros habet:

De Nomentana vinum ſine faece lagena,
Quae bis Frontino Conſule prima fuit.

Quoniam vero credibile prorſus eſt, ut mox oſtendetur, Frontinum fuiſſe unum ex duobus, qui fuere Conſules III. & quoniam ii, qui Conſules III. cum Trajano III. fuere, ſecundum conſulatum cum Nerva geſſerant (id aperte teſtante Plinio in Panegyrico hiſce verbis; *uterque nuper conſulatum alterum geſſerat a Patre tuo datum*) iccirco, ſecundum Frontini Conſulatum rejiciendum in citatum annum, opinor.

XXI. Hoc autem eodem anno factus fuit Frontinus noſter Curator Aquarum (quod ad finem

vergente ejus consulatu contingere potuit; Nerva honores honoribus addente) ut ipse Frontinus in Art. 102. perspicue asserit; *Imperatore Nerva III. & Verginio Rufo III. Coss. ad nos Cura Aquarum translata est.*

XXII. Ac statim quidem Commentarium *de Aquaeductibus* scribere Frontinus coepit; in ipso enim Commentarii (ut ita dicam) limine, Art. 1. haec habet; *sitque mihi nunc ab Nerva Augusto nescio diligentiore, an amantiore Reipublicae Imperatore Aquarum injunctum Officium*; & Art. 2. *sed, cum* hic Commentarius *inter initia administrationis meae scriptus sit.* Commentarium tamen, quem hoc anno scribere coepit, Nerva vita functo persecutus est, & absolvit, ut suo loco aperte demonstrabo. Praeterea vero crediderim, ferme statim post susceptam Aquarum curam coepisse Frontinum Aquarum copiam distributionemque metiri; ut indicavi etiam in Nota 1. Art. 87.

ANNO CHR. C.
V. C. DCCCLIII.
IMPERATORE TRAIANO AVG. III.
SEX. IVLIO FRONTINO COSS.

XXIII. Collegam Trajani in tertio Consulatu fuisse Frontinum, pluribus doctisque rationibus Henricus Noris in *Consulari Epistola* pag. 59. erudite defendit. At Antonius Pagi in *Critica in Annales Baronii* Tom. I. pag. 94. Norisium a priore sententia recessisse scribit; contenditque, Trajani Collegam Frontonem esse habendum. Ego, quamquam in Norisii verba ferme juraveram, tanti tamen, quanti est facienda, faciebam Pagii authoritatem; ac verebar, ne propensione in eum, cujus Librum commentandum susceperam, transversus agerer: itaque rogavi Joannem Bapti-

A J. POLENO CONTEXTA.

Baptiſtam Morgagnum in noſtro hoc Gymnaſio Primarium Anatomes Profeſſorem doctiſſimum, celeberrimumque, cui meam hanc Frontini Editionem multum debere profiteor, rogavi (inquam) ut pro ſua erga me benevolentia, atque amicitia gravioribus ſtudiis detraheret aliquid, & ad amoeniora ſtudia haec, in quibus etiam vehementer excellit, diverteret, aperiretque mihi ſuam de propoſita controverſia ſententiam, unde reliquis novum beneficium accederet. En vero, quae ille benigne reſpondit.

JO. BAPTISTA MORGAGNUS

Doctiſſimo, Ornatiſſimo Viro

JOANNI POLENO

Rei Mathematicae Profeſſori Celeberrimo,

S. P. D.

XXIV. „ Etſi tuae me litterae invenerunt nihil minus, quam Faſtos cogitantem; morem tamen geſſi: Falloppium, & Euſtachium depoſui; Noriſium, & Pagium in manus ſumpſi. Ille in Epiſtola Conſulari, ubi quaerit, anno *AErae Chriſt.* 100. Fronto, an Frontinus Trajani III. Conſuli Collega fuerit ordinarius, cum plura, quae infra memorabuntur, erudite, ut ſolet, in medium affert, tum vero, ut ad Frontinum potius inclinem, duabus efficit rationibus. Quarum altera a Faſtorum auctoritate, altera autem eſt a veterum Scriptorum teſtimoniis petita. Primum videlicet, ut fatetur, Proſperi Faſtos, ſed omnium vitioſiſſimos,

„ mos, itemque Caſſiodori, ſed Proſperum de-
„ ſcribentis, habere *Frontonem*; ita oſtendit, Fa-
„ ſtos Anonymi apud Cuſpinianum, qui omnium
„ quidem procul dubio ſunt optimi, habere *Fron-*
„ *tinum*. Deinde etſi paulio ante agnoverat, Pro-
„ ſperi ſuffragatorem videri Dionem, cum de
„ Frontone Conſule, rerum potiente Nerva,
„ mentionem faciat; propterea quia is, quo de
„ quaerimus, Conſul, Plinio in Panegyrico au-
„ ctore, *nuper conſulatum alterum geſſerat* a Nerva
„ *datum*; viciſſim tamen producit, qui vel clarius
„ illi Cuſpiniani Anonymo ſuffragetur, Martia-
„ lem ſcilicet; de cujus quidem teſtimonii vi mox
„ videbimus.

XXV. „ Pagius autem in *Crit. Baron.* & Fron-
„ tonem ipſe retinet, & docet, *Noriſium nuper*
„ *ad ſe ſcripſiſſe, M. Julium Frontonem probabilius*
„ *Collegam Trajani poni.* Vir omnino fuit Nori-
„ ſius non modo dignitate, atque eruditione,
„ verum etiam moribus eminentiſſimus, quod
„ intelligere plane licet vel ex iſta ingenua mu-
„ tatione ſententiae. Attamen, quod ne ipſe qui-
„ dem fecit, ut majorem ſui, quam veri ratio-
„ nem haberet, non puto, ab reliquis eſſe facien-
„ dum; ſed novae ipſius ſententiae rationes eo
„ animo eſſe excutiendas, ut, ſi firmae ſint, haec
„ probetur; ſin contra, prior illa retineatur. Ex-
„ cutiendi autem labor ipſe quidem meus; firmae
„ vero, an infirmae ſint, tuum, Vir Doctiſſime,
„ erit judicium, praeſertim quando Scriptores
„ nobiliſſimi Pagius, & Tillemontius firmas jam
„ videntur exiſtimaſſe.

XXVI. „ Principio illud eſt animadverten-
„ dum, prioris ſententiae rationem primam non
„ modo a Noriſio, ut par erat, infirmatam non

„ eſſe,

„ eſſe, ſed ne memoratam quidem; credo, quia
„ facilius confirmari poterat, quam infirmari.
„ Nam ut in Faſtis Idatianis (quod Noriſius mi-
„ nime ignoravit) ſcriptum legimus: *Trajano III.*
„ *& Pontino*; ita proclive admodum eſt aliis ex
„ Faſtis ſuſpicari, iſtud *Pontini* nomen forte eſſe
„ mendoſum, ac legendum eſſe *Frontino*. Id
„ enim ſcripturae vitium an facilius in *Frontino*,
„ quam in *Frontone* ſcribendo oriri potuerit, etſi
„ Tillemontius in medio relinquit, haud tamen
„ difficile eſt exiſtimare.

XXVII. „ Sed quam Noriſius rationem nòn
„ attigit, hanc, ſi tibi videtur, in praeſentia ſe-
„ ponamus: quas vero ad Pagium ſcripſit, eas
„ omnes ex ordine attendamus. *Dio*, inquit, *in*
„ *Nerva Frontonem tunc conſulem nominat.* Non
„ modo hoc Noriſius, cum ſcripſit Epiſtolam
„ Conſularem, ut ſupra oſtendimus, non ignora-
„ bat, ſed ne illud quidem, Cuſpinianum vero
„ *Frontinum* in Dione legendum putaſſe. Et ſa-
„ ne in Italorum nominibus perſaepe, & facile a
„ Graecis Auctoribus, vel certe librariis pecca-
„ tum eſſe, cum alii animadverterunt; tum prae-
„ ſertim Robortellus admonuit, Plutarchum in
„ Poplicola Λαέρτιον (Κλαύδιον potius, vel Λάρον,
„ ut notavit Sigonius) ſcripſiſſe pro *Lartem*; in
„ Cicerone autem Clodiam illam *Quadrantariam*
„ vocaſſe Κυαδραντίαν: a Dionyſio quoque A. Ver-
„ ginium appellatum eſſe Μοντανὸν, quem Latini
„ dicebant *Coelimontanum*. Quid multis opus eſt?
„ In ipſis, de quibus loquimur, *Frontini*, & *Fron-*
„ *tonis* nominibus permutandis lapſos eſſe librarios
„ AEliani Tactica deſcribentes, facile eſt ex Six-
„ ti Arcerii in haec Notis intelligere. Cùm
„ enim primum, idque recte, ſcripſiſſent Φρόν-

 „ Φρον-

„ ὀρνεᾶς, alio deinde in loco perperam ſcripſe-
„ re ἢ ὀρνεᾶς: quos ille cum reprehendere de-
„ buiſſet, in alium ſe errorem abripere paſſus eſt;
„ ut unum atque eundem eſſe Virum, crederet,
„ quem AElianus, Martialis, Dio modo Fron-
„ tinum, alias Frontonem vocaſſent. Sed faci-
„ lior nimirum fuit Arcerius in ils, quos diſtingue-
„ re oportebat, confundendis, velut ibidem cum
„ illum quoque Frontinum, qui in Galeni libro
„ ultimo Remediorum καὶ ὄνος ſemel, atque
„ iterum nominatur, eundem ac noſtrum eſſe,
„ cenſuit, haud animadvertens, Heram Medi-
„ cum, cujus verba de Frontino Iſchiadico pro-
„ fert Galenus, *natum eſſe ante Andromachum*,
„ quod Galenus ſupra in VI. libro teſtatur: qui
„ quidem Andromachus, ſi dubites, ille ſenior
„ fuerit, *inter Neronis*,, ut idem Galenus alibi
„ docet, *Medicos primus*, an ejus filius; id unum
„ praeſtiterit attendiſſe, Cornelium quoque Cel-
„ ſum Herae medicamenta bis memoraſſe.

XXVIII. „ Verum nos Frontonem ponamus
„ in Dione quidem eſſe legendum, & quando
„ Noriſius illi hujus teſtimonio plus ponderis in-
„ eſſe, poſtea credidit; quale demum ſit, videa-
„ mus. Etſi totus is locus ejusmodi eſt, ut
„ nonnulla habeat, quae aliter ab aliis intelligi
„ poſſint; id tamen perſpicuum eſt, Frontonem
„ conſulem inter ea memorari, quae, ut Plinius
„ ad Quadratum ſcribit, *primis diebus redditae li-*
„ *bertatis* acciderunt, & prius certe, quam Ner-
„ va ipſe cum Virginio Rufo conſul narretur;
„ ut permirum omnino eſſet, Panvinium in
„ Commentariis in Faſtos ſuis ſcripſiſſe, Fron-
„ tonem a Dione conſulem *anno poſt occiſum Do-*
„ *mitianum fuiſſe referri*, niſi & id, & alia, quae

„ ibi-

„ ibidem peccat, facile eſſent in tanto & Scri-
„ ptore, & Opere excuſanda. De ea re nullum
„ certe verbum apud Dionem, multoque minus
„ quod ille Frontonis Conſulatus *ex Kal. Jul.* in-
„ ceperit ejus, de quo modo dictum eſt, anni: qui
„ quidem dies illuxit praeterlapſo jam medio do-
„ minationis Nervae tempore; non inter hujus
„ initia; inter quae initia, video Tillemontium
„ quoque ipſum agnoſcere, Frontonem conſu-
„ lem a Dione memorari. Quorſum haec? in-
„ quies. Nondum eo dico, quod velim, Caſ-
„ ſiodori *Chronicon*, alioqui, ut dictum eſt, vi-
„ tioſiſſimum, in eo verum eſſe, quod Domi-
„ tianum occiſum tradit Frontone conſule ſic,
„ ut hic conſulatum ſub Nerva quidem potuerit
„ gerere; non tamen a Nerva *datum*. Sed eo
„ dico, ut illud certe alterum intelligatur: qui
„ inter *initia dominatus* Nervae conſul fuerit,
„ de illo accipienda minus videri, quae de eo,
„ de quo quaerimus, Trajani Collega Plinius pa-
„ riter in Paneg. indicavit: ita *nuper* conſulatum
„ a Nerva datum geſſiſſe, ut *adhuc oculis paulo an-*
„ *te dimiſſi faſces oberrarent &c.* itemque illa: *mo-*
„ *do praetextam exuerat, modo lictores abire juſſe-*
„ *rat, modo gratulantes amici receſſerant*: quî enim
„ convenit *modo*, & *paulo ante*, ſi interceſſerat
„ plane triennium?

XXIX. „ Et rationem quidem primam ſatis
„ excuſſimus petitam ex teſtimonio Dionis, vel
„ potius (ut verum loquamur) Joannis Xiphili-
„ ni, qui ſaeculo XI. in epitomen contraxit
„ Dionem. Nunc alteram videamus. Fronto,
„ inquit, *erat Conſul II.* Hoc vero aut demon-
„ ſtrandum, aut non attingendum omnino fue-
„ rat. Quantum enim ex ſaepius laudato Pane-

„ gy-

„ gyrico certum eſt, eum, quo de quaeritur, Col-
„ legam Trajani, *conſulatum alterum* antea geſſis-
„ ſe; tantum inter omnes liquet, neminem ad-
„ huc id oſtendere potuiſſe de Frontone; poſſe
„ autem omnes de Frontino, & verbis quidem
„ Auctoris, non uno, imo non decem fere poſt
„ ſaeculis ſcribentis, ſed illis ipſis temporibus
„ Romae viventis, ſcribentisque, Martialis.
„ Nam hic diſerte *bis Frontinum conſulem*, neque
„ ita pridem fuiſſe, clariſſime indicat in eo Li-
„ bro (X.) cujus nonnulla Epigrammata anno 98.
„ ſcripta eſſe, conſtat; ut hinc Noriſius in Epi-
„ ſtola Conſulari illud quoque alterum erui poſſe
„ crediderit, Frontinum Conſulem II. fuiſſe ſub
„ Nerva. Verum ego quod, ob alias cauſas,
„ non ſine controverſia inferri, oſtendique pos-
„ ſet, remitto; illud autem, quod negari non
„ poteſt, urgeo: Frontonem bis Conſulem fuiſſe,
„ nullius veteris Auctoris fide probari; Fronti-
„ num bis Conſulem fuiſſe, aequalis Scriptoris
„ teſtimonio praeclariſſimo demonſtrari.

XXX. „ Jam vero tertiam Noriſii rationem
„ examinemus. Fronto, inquit, *erat vir toga-*
„ *tus, non vero militaris, qualis Frontinus fuit.* Ni-
„ mirum hic quoque ad Panegyricum Plinii re-
„ ſpexit, qui de utroque in hunc annum Colle-
„ ga Trajani verba faciens, ſic ipſum alloquitur:
„ Tertii Conſulatus decus *bellorum ſociis olim,*
„ *periculorum conſortibus, parce tamen tribuebatur,*
„ *quod tu ſingularibus viris, ac de te quidem bene ac*
„ *fortiter praeſtitiſti, ſed in toga meritis: utriuſque*
„ *cura, utriuſque vigilantia obſtrictus es, Caeſar:*
„ itemque infra: *nempe enim hi ſunt, quos Senatus*
„ *cum publicis ſumptibus minuendis optimum quem-*
„ *que praeficeret, elegit quidem primos.* Ego ta-

men

„ men non video, quid tandem ex his omnibus
„ non conveniat Frontino. Nam quod bellica
„ laude plurimis ante annis floruerat, & Silurum
„ gentem ſubegerat; num propterea inſequenti-
„ bus, ſuos inter cives pacis artibus viciſſim ex-
„ cellere, & poſtremis denique annis, cura, ac
„ vigilantia ſua bene, ac fortiter de Trajano me-
„ reri non potuit in toga? Non opinor, cum
„ Plinius ad Severum ſcripſit, ſe in Curiani cau-
„ ſa *adhibuiſſe in conſilium duos, quos tunc civitas ſpe-*
„ *ctatiſſimos habuit, Corellium, & Frontinum*, &
„ ex eorum ſententia judicaſſe; vel cum ad Ar-
„ rianum, *ſucceſſiſſe* ſe in Auguratu *Julio Fronti-*
„ *no, principi viro*; non, inquam, opinor, tunc
„ ſpectatiſſimum, & principem virum in ſago
„ dixit, ſed in toga. Quid verbis opus eſt? Pro-
„ curatio Aquarum, res *adminiſtrata per principes*
„ *ſemper civitatis viros*, Officiumne erat, quod
„ non a togato, ſed a militari omnino homine
„ gereretur? Non contra vel ipſa Curatorum Ta-
„ bula, a te, Vir Eruditiſſime, ut tot aliae in
„ tua iſta eximia Frontini editione, & diligenter
„ concinnata, & docte illuſtrata, inter Curato-
„ res fuiſſe, oſtendit, qui Legum peritia, ſtu-
„ diiſque civilibus principem in civitate locum
„ erant aſſecuti? Hanc autem Aquarum Procu-
„ rationem *ad uſum, tum ad ſalubritatem, atque*
„ *etiam ad ſecuritatem Urbis pertinentem*, certe
„ Frontinus, utpote ſibi a Nerva injunctam, jam
„ fere biennium geſſerat ſub Imperatore Trajano,
„ eaque fide, ac ſolicitudine geſſerat, qua ex
„ ipſius Commentario intelligitur, ut cum innu-
„ meras fraudes vel *per offenſas* retexiſſet, magno-
„ que cum Reipublicae emolumento ſuſtuliſſet,
„ videatur, ſi quis alius, tunc dignus fuiſſe, ut

„ & a Senatu publicis ſumptibus minuendis in
„ primis praeficeretur, & cura ac vigilantia ſua
„ bene ac fortiter in toga de Trajano meritus di-
„ ceretur. Certe Trajano tantundem a Frontone
„ tunc praeſtitum fuiſſe in toga, non conſtat.

XXXI. „ Quod ſi iſtud Plinii elogium Fron-
„ tino ob eam cauſam non conveniret, quod
„ olim militari munere functus eſſet; fortaſſe ne
„ Frontoni quidem poſſet ob eandem cauſam
„ convenire. Neque enim hic, pro quo diſpu-
„ tant, Fronto ille eſt M. Cornelius Fronto,
„ Rhetor nobiliſſimus, quem haud ſemel Gellius,
„ Capitolinus, Xiphilinus, nonnunquam etiam
„ Eumenius, Macrobius, Auſonius, Hieronymus,
„ aliique laudarunt, ut Catanaeus, Panvinius,
„ atque alii paſſim exiſtimabant, quorum
„ opinionem ab Noriſio in Epiſtola Conſulari,
„ & a Tillemontio in Not. VIII. in *Trajanum*
„ firmiſſimis argumentis convulſam video. Ne-
„ que idem eſt Fronto Catius, Orator in Epiſto-
„ lis Plinii laudatus, quem Catanaeus, & Panvi-
„ nius eundem ac priorem credebant; Tillemon-
„ tius autem ne conſularem quidem ejusmodi vi-
„ rum, ſed celebrem dumtaxat cauſarum patro-
„ num exiſtimat; ego vero non eum certe, quem
„ quaerimus, Conſulem fuiſſe, puto, propterea
„ quia cum in Senatu pro Mario Priſco cauſam
„ dixit, eo ipſo tempore Conſul fuiſſet, ut ex
„ alia Plinii Epiſtola ad Arrianum (11, Lib. II.)
„ proclive eſt intelligere; non fuiſſe tamen, ex
„ Plinii ſilentio apparet, qui in ea Epiſtola cum
„ Julium ferocem, & Cornutum Tertullum ita
„ nominet, ut *Conſulis deſignati* titulum ſingulo-
„ rum nomini adjungat, multo minus videtur
„ fuiſſe in Frontone Catio nominando Conſulis

„ ti-

„ titulum praeteriturus. Eſt ergo is, pro quo
„ propugnant adverſus hominem clariſſimum, a
„ Tacito, Plinio, Martiale, AElIano celebra-
„ tum, ac inter principes civitatis viros per ea
„ tempora nemini ignotum, Frontinum, Fronto
„ quidam, a Plinio in nulla, quod ſciam, ex tot
„ Epiſtolis nominatus, a Martiale autem, & Ta-
„ cito (nam de AElIano dictum eſt ſupra) vel
„ non memoratus; quod vix de ſummo Viro, &
„ III. ut contendunt, Conſule credibile eſt; vel
„ ita memoratus, ut militarem hominem, contra
„ atque ponitur, fuiſſe, conſtet. Nam Martia-
„ lis in Libri I. Epigrammate 56. ad Frontonem
„ ſcripto, ſic ipſum, laudans alloquitur:

„ *Clarum militiae, Fronto, togaeque decus:*

„ quem quidem hunc ipſum eſſe poſſe, quo de
„ agitur, M. Julium Frontonem, in ſaepius lau-
„ data Epiſtola ſuſpicatur Noriſius. Cornelius
„ autem Tacitus in I. Hiſtor. haec ſcribit: *Ex-*
„ *auctorati per eos dies* (Galbae ſcilicet extremos)
„ *Tribuni, e praetorio Antonius Taurus, & Anto-*
„ *nius Naſo: ex urbanis cohortibus AEmylius Paten-*
„ *ſis: e vigiliis Julius Fronto:* itemque in proxi-
„ mo Libro: *Vinctus* (a Vitellianis) *praefectus*
„ *caſtrorum Julius Gratus, tanquam fratri apud*
„ *Othonem militanti proditionem ageret, cum fratrem*
„ *ejus Julium Frontonem tribunum Othoniani ſub eo-*
„ *dem crimine vinxiſſent.* Et Raderus quidem,
„ a quo primus de duobus hiſce locis producitur,
„ non dubitavit, illum ipſum Julium Frontonem,
„ & eum ad quem ſcripſit Martialis, & hunc III.
„ ut putant, Conſulem, unum eundemque fuiſſe:
„ ſed & Juvenalem in I. Satyra de hoc eodem
„ locutum eſſe, cenſuit: quibus fere omnibus in
„ rebus & praeeuntem habuit Calderinum, &

„ ad-

„ adſtipulantes Farnabium, atque Schrevelium. „ Quid? quod non alium eſſe illum quoque credidit, quem Joſephus libro VII. de Bello Judaïco inter Titi Duces, Conſiliarios, Amicos „ bis memoravit, Frontonem. Verum ego, ut „ Titi Libertum (ſic enim idem Joſephus altero „ in loco vocat) ad conſulatum provectum eſſe, „ animum inducere non poſſum, ut credam; ita „ ſuperiora illa reliqua ſatis eſſe puto, ut intelligatur, iſtum, quo de ajunt, Frontonem vel „ obſcurum apud aequales fere omnes Scriptores „ fuiſſe, vel in militaribus etiam officiis, contra „ atque urgent, fuiſſe verſatum.

XXXII. „ Qua in re oſtendenda eam ob cauſam longior fui, quod, quidquid deinde Pagius „ ait, ad ſe ſcripſiſſe Noriſium, non eo pertinet, „ ut Frontonem illo praeſertim ipſo, quo quaerimus, tempore fuiſſe Conſulem, ſed ut togatum fuiſſe virum, non militarem, credamus. „ *In Lib.* inquit, 48. *Digeſt. L. 5. De poenis recitatur reſcriptum Trajani ad Julium Frontonem. Ejus filius fuit Praefectus claſſis ſub Hadriano, Gruteri pag. 373.* Ad quae ne illud quidem dicam, Catanaeum, qui jam olim (*in Plin. Epiſt. cit.*) verba illa legis animadverterat, ſic legiſſe: „ *Divus Adrianus Julio Frontoni reſcripſit*, quod „ ego quoque in nonnullis vidi editionibus, cum „ aliae tamen, eaeque (ut verum fatear) laudatiores habeant, *Divus Trajanus.* Neque item „ dicam, cautius Tillemontium facere, qui Julium Frontonem claſſis praefectum, prioris „ filium non affirmat fuiſſe, ſed tantummodo „ eſſe potuiſſe. Haec, inquam, atque alia praeterea omittam. Nam quanquam id, quod „ minime planum faciunt, ultro concederem,

„ Fron-

„ Frontonem, de quo ſermo eſt, ſic ſemper in
„ toga floruiſſe, ut nullam unquam militaris offi-
„ cii partem attigiſſet; non tamen propterea ſe-
„ queretur, in Frontinum quoque non cadere
„ laudes iſtas, quae in Plinii Panegyrico illi, de
„ quo quaerimus, Conſuli tribuuntur: velut an-
„ tea probatum eſt.

XXXIII. „ Quam ob cauſam de illa pariter In-
„ ſcriptione apud Gruterum (*pag.* 190. 1.) a
„ Tillemontio (ſed tamen poſt Noriſium in Con-
„ ſulari Epiſtola) animadverſa nihil adjiciam, ni-
„ ſi hoc unum: non apparere ex eo lapide, M.
„ Julium Frontonem IIIIVirum viis curandis
„ fuiſſe anno 103. quod Tillemontius affirmat.
„ Quod enim Trajanus ibi COS. V. ſcribatur,
„ hinc illud tantum effici poteſt, non ante annum
„ 103. Inſcriptionem inciſam eſſe: in quo tamen
„ repugnat adſcripta TRIBUNIC. POTEST.
„ V. quae annum deſignat 102. vel etiam duos
„ menſes ultimos anni 101. Itaque mirum non
„ eſt, Reineſium legiſſe TRIBUNIC. PO-
„ TEST. VIII. i. e. A. V. 858. ut in altera
„ Gruteri Editione indicatur, vel potius, ut in
„ Syntagmate illius invenio, TRIB. POT.
„ VIIII. A. V. 855. Veruntamen ut hoc in
„ anno 855. apertiſſimum Typographi errorem
„ omittam; reſpondet enim A. Chr. 102. cum
„ reſpondere debeat A. 105. vel 106., certe ſi
„ exemplari ſtandum eſt, quod emendatum ex
„ Gudii, qui bis contulerat, codice in memorata
„ Gruteri Editione habemus; non poſt numerum
„ V. qui extremum ſiniſtrum occupat marginem,
„ ſed potius ante, cum juſto aliquanto majus in-
„ tervallum inter POTEST. & V. relinquatur,
„ videtur eſſe ſupplendi locus. Accedit cogno-

* * *

„ men

„ men PARTHICI, quod in hoc etiam lapide
„ adſcribi, non animadvertit Reineſius, mox
„ docens, Trajano haud ante Tribun. Poteſta-
„ tem XII. tributum eſſe, in hoc quoque a Fa-
„ bretto reprehenſus (*de Columna Traj. c. 9.*)
„ negante, *in ullo vel marmore, vel nummo non*
„ *ſuſpecto titulum* PARTHICI *ante* XIX. *Trib.*
„ (Trajani) *Pot. reperiri.* Quam ego litem hic
„ quidem non faciam meam, ut neque illam alte-
„ ram, V. Trajani Conſulatum non in 103.
„ (quod Tillemontio, & plerisque aliis paulo an-
„ te negare nolui) ſed in annum, ut Fabrettus
„ contendit, 104. incidiſſe. Haec eo tantum-
„ modo attigi, ut intelligeretur, quaenam aut
„ ſuſpiciones in iſtum lapidem, aut dubitationes
„ in iſtum annum poſſint cadere 103. qui illo di-
„ citur indicari; praeſertim cum ipſe Tillemon-
„ tius alio in loco ponat, anno primum 107. Par-
„ thici cognomen Trajanum mereri potuiſſe,
„ quod ſibi anno demum 115. magis magisque
„ confirmavit. Quid? quod idem Tillemontius
„ alibi cenſuit, ad annum usque 111. iſtius lapi-
„ dis tempus poſſe produci. Et mihi quidem o-
„ mnia, quae hic memoravimus, reputanti ſic
„ omnino viſum eſt, aut PARTHICI cognomen
„ eſſe inducendum, augendumque numerum Tri-
„ bun. Poteſt. aut ſi retinere illud liceat, ſic ta-
„ men, ut hic maxime augeatur; neque Gruteri
„ exemplar, ut oſtenſum eſt, neque notam
„ COS. V. ullo modo pati, ut ultra XV. auge-
„ re poſſimus: quod ſi fiat; non annus 103. ſed
„ poſtremi duo menſes anni 111. indicabuntur.
„ Poſt quorum, non amplius, duorum menſium
„ intervallum cum Trajanus Conſulatum inierit
„ VI. hinc eſt, ut minus illa me moveant, quae

„ Vi-

„ Virum Eruditiſſimum Joannem Maſſonium per-
„ moverunt; ut hoc in lapide non modo Tribu-
„ Poteſtatis, quam ipſe quoque XV. legendam
„ exiſtimat, ſed etiam Conſulatus numerum cen-
„ ſeret eſſe mutandum; & pro V. legendum VI.
„ Verum haec ἐν παρόδῳ.

XXXIV. „ Jam enim ſupra ſatis mihi praeſti-
„ tiſſe videor, quod receperam, ut Noriſii ra-
„ tiones excuterem. Quae tamen firmae, an in-
„ firmae ſint, tu, Vir Doctiſſime, pro eo, quo
„ polles, acri judicio exiſtimabis; ego vel fir-
„ miſſimas exiſtimanti pro eo, quo unice mo-
„ veor, veri ſtudio facile aſſentiar. Hoc enim
„ veri ſtudium ita mihi animos addidit ad Sum-
„ morum Virorum huic tertio Frontini Conſula-
„ tui adverſantium rationes agitandas, ut tamen
„ ipſe, qui eſſem, & qui contra illi, non obli-
„ viſcerer. Idem veri ſtudium ne illud quidem
„ diſſimulare me ſinit, quod altera ex parte nunc
„ demum venit in mentem, videlicet tertio iſti
„ Frontini Conſulatui obſtare facile poſſe illud i-
„ dem Martialis Epigramma, quo demonſtratur
„ ſecundus. Verſus enim extremi quatuor haud
„ obſcure videntur oſtendere, Epigramma noh-
„ dum reddita libertate, id eſt Domitiano adhuc
„ rerum potiente, ſcriptum fuiſſe, & quod con-
„ ſequitur, alterum Frontino Conſulatum ab
„ Nerva quidem, ut oporteret, datum non eſſe.
„ *Accedent*, inquit Martialis,

Accedent ſine felle joci, nec mane timenda
Libertas: & nil quod tacuiſſe velis.
De Praſino conviva meus, Venetoque loquatur;
Nec facient quemquam pocula noſtra reum.

* * * * „ „ Per-

„ Permirum eſt, in hac controverſia neminem, „ quod ſciam, verſus hoſce attendiſſe, qui illam „ videlicet de altero Frontini Conſulatu mentio- „ nem, & continuo quidem, ſequuntur; niſi „ forte in aliam omnino partem accipiendos cre- „ diderunt, ut Poëta hoc diceret: ſub civili, „ mitique Nervarum imperio jam non eſſe ti- „ mendam, ut ſuperiore tempore ſub Domitia- „ no, ſermonum ac jocorum libertatem vel in i- „ pſam Venetam, Praſinamve Factionem. Huc „ autem pertinet, quod *de Factionibus aurigato- „ rum, & ſtudiis Principis* in hunc locum adno- „ tavit Farnabius: *periculoſum erat ſub Nerone, „ Vitellió, & Domitiano iis favere, a quibus alie- „ ni Principes. Praſinae autem, & Venetae ma- „ xime favebant.* Eodemque trahere fortaſſe „ quis malit ultima verba explicationis Raderi: „ *nullus erit, qui noſtros jocos inſidioſe excipiat, „ & deferat ad Caeſarem, nosque reos faciat, ut „ Domitiani temporibus contingebat.* Sed quan- „ quam in priorem illam interpretationem pro- „ penſiorem eſſe me fateor; tu tamen, Vir Prae- „ ſtantiſſime, hoc etiam diſpicies, &, quid ſit „ veri ſimilius, conſtitues. Vale, & me, quod „ facis, redama.

Patavii XIII. Kal. Quinctiles. CIↃIↃCCXXII.

XXXV. Hoc autem eodem anno Commentarium de *Aquaeductibus* a Frontino editum, opinor. In ejus Commentarii Art. 88. 89. 92. 93. 94. plura utilia Aquaeductibus ipſis, & Privatis aquam recipientibus enarrantur (ut animadvertimus in Notis 1. Art. 87. & 5. Art. 93.) quae ipſi Trajano accepta referenda, Frontinus common-

monſtrat; atque inter cetera de Trajano molien-te Anionis novi aquam reddere puriorem verba facit, additque; purior haec Anionis novi aqua *veniet in locum deformis illius ac turbidae, novum authorem, Imperatorem Caeſarem Nervam Trajanum Auguſtum, praeſcribente titulo:* quae ſane verba Frontinum (ut ut is quidem coeperit ſub Nerva ſcribere) perrexiſſe ſub Trajano Librum *de Aquaeductibus* commentari, manifeſte adeo commonſtrant, ut non poſſim non mirari, Fabrettum (in Diſſertationibus *de Aquis, & Aquaeductibus*, Num. 345.) tribuiſſe Nervae Patri quaedam, quae Nervae Filio, nimirum Trajano, tribui debent, atque affirmaviſſe tum in citato Num. tum in Num. 105. Frontinum opus ſuum *de Aquaeductibus* Nervae illi nuncupaviſſe.

XXXVI. Quod ſi nunc attendamus ea, quae (ut paullo ſupra diximus) Trajanus circa Aquas praeſtitit, ac Frontinus enarrat; ſatis comperiemus, non ante citatum V. C. annum 853. editum fuiſſe hunc *de Aquaeductibus* Commentarium: non enim credibile eſt, eum a Frontino edi potuiſſe eodem ſtatim anno, quo Romam advenit Trajanus; Trajanus autem Imperator nonniſi anno ſuperiore V. C. 852. Romam venit. Quo vero tempore abfuit Roma Trajanus, reor, Frontinum noſtrum in diligenti Aquarum examine perrexiſſe: quamvis enim menſus fuerat copiam diſtributionemque eo tempore (id autem paucorum menſium fuiſſe credimus) quo ſub Nerva Aquarum curam geſſerat, quaedam tamen ſub Trajano egit; ut, cauſſa exempli, illud, quod narrat in Art. 74. *uniuscujusque* Aquae *copiam, quae ſupra ſcripta eſt, tota deinceps aeſtate durantem exploravi.*

XXXVII. Cum itaque Commentarius hic edi-

tus fuerit anno V. C. 853. Strategematum autem Libri editi fuerint anno V. C. 837. ſequitur, ut inter haſce Editiones anni ſexdecim interceſſerint. Quod temporis intervallum variare quidem potuit Authoris ſtilum; non tamen tantum eſt, ut det locum ſuſpicioni, duo haec Opera diverſis Authoribus eſſe tribuenda.

ANNO CHR. CI.
V. C. DCCCLIIII.
IMPERATORE TRAIANO AVG. IIII.
SEX. ARTICULEIO PAETO COSS.

XXXVIII. Num forte Aſiae Proconſul fuerit hoc anno Frontinus noſter, antequam propono; de Frontini nummo nonnulla dicam, oportet. Jacobus Sponius in *Miſcellaneis Eruditae Antiquitatis* pertinentem ad Frontinum exhibet nummum: ex quo, ſimilitudine accurate ſervata, deſumta eſt noſtra nummi figura in Tab. *: noſtri autem nummi diameter ad diametrum nummi ejusdem apud Sponium, habet rationem eandem, ac denarius numerus ad quaternarium. Sed ex iis, quae de propoſito nummo Sponius tradidit, ſubjiciamus haec:

XXXIX. „ ΦΡΟΝΤΕΙΝΟϹ ΑΝΘΥΠΑΤΟ id
„ eſt, *Frontinus Proconſul a Smyrnaeis ſub Prae-*
„ *fectura* cujusdam *Myrti*, hocce nummo hono-
„ ratus eſt, inſolito aliis Proconſulibus honore.
„ Nonnullorum enim nummos videmus a Provin-
„ ciis cuſos, ſed ſolo nomine inſignitos, non ve-
„ ro capite, quod Caeſarum Principumque jus e-
„ rat. Quamobrem putabat Gallandius noſter,
„ qui nummum Smyrnae reperit, non Frontini
„ caput eſſe, ſed Jovis apud Smyrnaeos culti.
„ Ve-

* Titulari. Vide de eo nummo plura in Praefatione mea.

„ Verum fortaſſe non erravero, ſi ipſiusmet Pro-
„ conſulis eſſe affirmaverim. Deinde vero addit Sponius rationes, propter quas id poſſet affirmari, concludens tamen hiſce verbis; „ ſed quia „ hae rationes non admodum validae ſunt, ſitne „ Jovis, vel Frontini facies, adhuc ſub judice lis „ ſit". At, genuinum eſſe nummum, vel ex eo colligi poſſe exiſtimo; quod Author Anonymus, qui Librum edidit ſub hoc titulo, *Numismatum Antiquorum Sylloge ex Cimeliarchio Authoris* (*Londini* 1708.) alium exhibet in Sponii ſimilem nummum.

XL. Jacobus Facciolatus, vir doctiſſimus, & de praeclaris omnibus artibus ac Latina lingua optime meritus, cum de hac re ſermonem haberemus, animadvertit, Adrianum primum ex Rom. Imperatoribus barbam alere coepiſſe; cujus deinde exemplum principes ceteri, & tractu temporis privati quoque ſecuti ſunt. Quamobrem Frontinus noſter, qui circa medium Trajani principatum vita exceſſit, is non videtur eſſe poſſe, cujus caput barbatum exhibetur. Sed quando Jacobus Gronovius (in *Theſauro Antiq. Graec.* Tom. III. pag. dddd) certe majorum gentium antiquarius, voluit, caput nummo hoc exhibitum illius eſſe Frontini, de quo AElianus verba fecit, ille autem Frontinus noſter eſt; nolui praetermittere, quin illud caput (cujuscumque ſit) deſcriptioni vitae Frontini praefigerem.

XLI. Ceterum, ſi Frontino noſtro nummus ille eſſet tribuendus, lubens crederem, eum hoc anno Proconſulatum Aſiae geſſiſſe. Nam regnante Domitiano, Imperii anxio, conſcientia timido, ſuſpicioſoque, credibile non eſſet, tributum fuiſſe Frontino tantum, atque inſolitum honorem.

rem. Regnante vero Trajano, prioribus annis ante annum hunc, Romae in Aquarum cura manſiſſe Frontinum, ex ipſo *de Aquaeductibus* Commentario ſatis liquet. Ergo credendum eſſet, poſt tertium Conſulatum miſſum fuiſſe Frontinum ad regimen honorificentiſſimum, atque nulli ſecundum, ſcilicet ad Aſiae Proconſulatum; Smyrnae etenim, ubi nummus eſt percuſſus, Urbs in Aſiae Provincia erat.

ANNO CHR. CVI.
V. C. DCCCLVIIII.
L. CEIONIO COMMODO
L. TVTIO CEREALI COSS.

XLII. Non ante hunc annum vita exceſſiſſe Frontinum, opinor. In Epiſtola quidem 8. lib. IV. Plinius ſcribit, ſe ſucceſſiſſe in Auguratu *Julio Frontino, principi viro.* Auguratum autem Plinius a Trajano petierat in Epiſtola, quae octava eſt decimi Libri; unde liquet, Trajano regnante, Frontinum obiiſſe: nam Auguratus non adimebatur viventi, ut in ſuperius citata Epiſtola Plinius affirmat, & Antiquarii omnes ad unum conſentiunt; ſi ſciremus, quo anno Plinius creatus fuerit Augur, ſciremus quidem etiam, quo anno Frontinus mortuus ſit. Joannes Maſſon in *Plinii Vita*, autumat, Plinium inter Augures fuiſſe cooptatum anno V. C. 856. ſed quia Maſſon in eam ſententiam fertur ob nonnulla verba ex Libro de *Agrorum Qualitate* deſumta, qui Liber haud dubie Frontino noſtro tribui non poteſt (ut, ubi agetur de Libris a Frontino noſtro ſcriptis, demonſtrabitur) iccirco cauſſam conjecturae Viri, ceteroquin eruditiſſimi, probare non poſſum.

XLIII. Itaque ingreſſus ſum ad conjiciendum iter

iter diverſum. Scribit Plinius in ſuperius citata Epiſtola; *utinam, ut Sacerdotium, idem & Conſulatum multo etiam juvenior, quam ille* (nimirum M. Tullius Cicero, de quo ſupra ſermo fuerat) *ſum conſecutus; ita ſenex* &c. Cicero autem creatus fuerat Conſul anno aetatis 43. Augur anno aetatis 54. (ut perſpicue oſtendit Franciſcus Fabricius in *Ciceronis Vita.*) Atqui ſi Plinius factus fuiſſet Augur, aut eo aetatis anno, quo creatus fuerat Conſul Cicero, aut ante eum annum; credibile ſane eſt, Plinium, gloriae profecto cupidum, hoc in loco id notaturum fuiſſe; igitur cum id non notaverit, veriſimile fit, Plinium poſt annum aetatis ſuae 43. Augurem factum fuiſſe; ideoque in nullum ante hunc annum V. C. 859. quo (ut ex citato Joannis Maſſon Opere prorſus liquet) Plinius quadrageſimum quartum aetatis annum explevit, cooptationem ejus in Augurum Collegium, &, ut conſequitur, mortem Frontini referre poſſumus. Ex conſideratione tamen Epiſtolarum Plinii facile crediderim, neque multo poſt hunc annum Frontini obitum contigiſſe.

XLIV. Illud quidem notatu dignum exiſtimarunt Antiqui, nimirum Frontinum ſibi fieri monumentum vetuiſſe; vetuerat autem (ut liquet ex Epiſtola mox citanda) verbis hiſce; *Impenſa monumenti ſupervacua eſt; memoria noſtri durabit, ſi vitam meruimus.* Itaque invenimus apud Plinium (in Epiſt. 19. lib. IX.) a Rufone Frontinum noſtrum fuiſſe laudatum, reprehenſumque Virginium Rufum, qui juſſerat, ſepulcro ſuo inſcribi duos hoſce verſus:

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam,
Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed Patriae.

Cui Rufoni Plinius reſpondens, utrumque, & Frontinum ſcilicet, & Rufum laudat: *meo quidem* (ſcribit) *judicio neuter culpandus, quorum uterque ad gloriam pari cupiditate, diverſo itinere contendit: alter, dum expetit debitos titulos: alter, dum mavult videri contemſiſſe.*

XLV. Haec habui, quae de Frontini vita aut colligerem, aut conjicerem. Notitias omnes hauſi ex ipſis fontibus; horum autem plures mihi indicaverunt ii, qui de Frontino ſcripſere. Porro Joannes Cuſpinianus in Commentariis *de Conſulibus Romanorum* ad annum V. C. 823. multa pertinentia ad Frontini vitam congeſſit: quae ſumma fide deſcripſit Joannes Maria Catanaeus in Notis ad Plinii epiſt. 8. lib. IV. Neque tamen aut Cuſpinianum nominavit Catanaeus, aut alteruter loca, unde notitiae illae hauriendae, commonſtravit. Quod tamen hi non praeſtitere, praeſtitit Petrus Scriverius ſub initium Editionis Operum Frontini, quam ipſe adornavit, ubi Catanaei narrationi commentarium veluti quemdam ſubjecit. Nonnulla etiam de Frontino habet Gerardus Joannes Voſſius de *Hiſtoricis Latinis* lib. III. Nonnulla Thomas Pope Blount in *Cenſura Celebriorum Authorum* ad annum Chriſti 85. Sed ordinate magis, quam priores in colligendis notitiis fecerant, vitam Frontini ſcripſit Nanius Tillemontius in eximia ſua *Hiſtoria Imperatorum* poſt Imperatoris Trajani vitam. Nos haec omnia diligenter expendimus, aliaque conquiſivimus, & per Conſules digeſſimus, ſecuti exemplum Franciſci Fabricii, atque Joannis Maſſon: quorum ille Ciceronis vitam, hic inter ceteras Plinii vitam (de qua ſupra verba fecimus) hoc eodem ordine digeſſere.

CAP.

A J. POLENO CONTEXTA

CAP. II.

De Libris a Frontino ſcriptis.

I. Plures Libri ſunt, qui ſub Frontini nomine circumferuntur: nos in praeſentia recenſebimus ſingulos, inquirentes, quae opera ad Frontinum noſtrum, ſcriptorem *Commentarii de Aquaeductibus*, ſpectent; & quae huic tribui minime debeant. Ordiemur ab eo Libro, cui quidam hunc praefigunt titulum; *Sex. Julii Frontini V. C. de Re Agraria Liber:* alii vero hunc; *Julii Frontini de Agrorum Qualitate.* De cujus tamen Operis conditore non melius dici poteſt, quam dictum eſt a Goeſio in *Notis in Rei Agrariae Authores*; ubi celebrem illum Frontinum noſtrum non eſſe habendum pro Libri propoſiti Scriptore, contendit: *Nam Scriptor*, inquit, *cum haec emitteret, tyronem ſe fuiſſe, & ſcribendi novum, operis initio fatetur. Tempus autem illud fuit*, „ *cum* „ *Imperator victoria Daciam reſeravit*". *Qui Imperator fuit Domitianus, qui de Dacis triumphavit; poſt quem Trajanus, victo Rege Decembalo, Daciam fecit provinciam, ut tradit Euſebius in Chronicis. At e Tacito conſtat, jam Veſpaſiano iterum, & Tito Conſulibus Frontinum* celebrem illum *Romae Praeturam geſſiſſe* (quod oſtendimus in Frontini Vita ad annum V. C. 823.) *non ergo ille ſub Domi-* „ *tiano primum ſedulitatis impendium*" *aut* „ *Celſo*" *aut cuiquam alii obtuiit. Atque magis hanc meam opinionem confirmat, quod haec in Manuſcriptis adſcribi videam partim M. Junio Nypſo, partim etiam, ut eſt in Manuſcripto, Domno Gerberto, Papae & Philoſopho.*

II. Sequitur Fragmentum *de Limitibus*; de quo

ita

ita Goesius; *Fragmentum hoc legitur in Manuscripto sub nomine „ Hygini de Limitibus "; in alio „ sub Julii Frontini Siculi ". Petrus Scriverius ex suo Manuscripto praefixit nomen Sexti Julii Frontini V. C.* Nullum tamen in sua Editione accuratissimus Goesius Authoris nomen huic Fragmento praefixit; quod si alicui Frontino sit tribuendum, certe Authori illi, qui *de Re Agraria* alium Librum scripserat, potius, quam Frontino nostro, tribuendum esse videtur.

III. Idem prorsus dicam de perexiguo alio fragmento, quod inter varios Authores *de Limitibus* exstat, habetque praefixum titulum; *ex Libro Frontini secundo.* Hoc enim quoque Authori illi *de Limitibus* adscribendum plane est.

IV. Venio ad duo illa Fragmenta Librorum *de Coloniis*, quae Frontino nostro adtribui haud dubie non possunt; cum in utroque nominetur *Imperator Adrianus*: Frontinus autem noster fato functus est (ut jam in cap. I. Sect. 42. ostendimus) antequam rerum potiretur Adrianus.

V. Restant Strategematum Libri, quos Frontini nostri esse reor; fateor tamen, non deesse, qui dubitent, permoti ab iis, quas faciunt conjecturas; conjecturas inquam, nullum enim satis firmum afferunt argumentum. Porro neque video, cur dubitare debeamus, num ii, quos habemus, Strategematum Libri *Epitoma* potius Librorum Frontini sint, ut dubitare visus est Caspar Barthius in *Adversariorum Commentariorum* lib. LX. Et quod affert Samuel Tennulius in eruditissima Praefatione sua ad ipsos Strategematum Libros, vix, aut ne vix quidem roboris ullius esse videtur. Nimirum quaerit ille, num Strategematum Author Frontinus ille sit, de quo Tacitus

citus in Vita Agricolae agit, (agit autem Tacitus de Frontino noſtro) reſpondetque, *non puto; nam Britannorum, quos dicitur devicisse, nullam mentionem habet in Strategematibus*: ſed ex ipſo *de Aquaeductibus* Commentario ſatis conſtat, Frontinum a geſtis ſuis enarrandis abſtinuiſſe: idque cordi multo magis illi eſſe debuit in Libro edito, regnante Domitiano, Imperatore ſcilicet egregiis aliorum geſtis vehementiſſime invidente.

VI. Verum, ut in negotio hoc caute me gererem, Virum doctiſſimum celeberrimumque Joannem Gratianum Primarium in hoc Gymnaſio Philoſophiae Profeſſorem conſului; quippe quem non philoſophicarum modo disputationum, ſed hujuscemodi quoque rerum judicem peritiſſimum ſciebam eſſe. Ille vero benigne, ut aſſolet, id dedit reſponſum, quod ſubjeci.

JOANNES GRATIANUS

Viro Doctiſſimo, Clariſſimoque

JOANNI POLENO

In Gymnaſio Patavino Matheſeos Profeſſori Eximio

S. P. D.

VII. „ Quaeris a me, Vir eruditiſſime, pu-
„ temne ego, duos fuiſſe Fronti-
„ nos, quorum alter de Strategematis, de Aquaeductibus alter ſcripſerit, an
„ vero unus & idem operis utriusque auctor ſit.
„ Equidem haud exiſtimarem operae eſſe ſententiam dicere poſt Criticorum graviſſimorum hac
„ de re prolata judicia, niſi permoveret voluntas
„ tua, quae apud me valere ſemper plurimum

„ de-

» debet. Quando igitur, quod in quaeſtionibus
» iſtiusmodi eſſe praecipuum adminiculum ſolet,
» comparatio temporum nihil adjuvat, ſatis enim
» conſtat pene ſynchronos hos libros ortu eſſe;
» videtur ratio omnis dubitandi petenda a forma
» ipſa locutionis, quae utrobique eſt adhibita.
» Effecit haec, ut quidam ſuſpicarentur, non
» eundem eſſe Frontinum, qui libros Strategé-
» maticos, & de Aquaeductibus conſcripſerit.
» Ac negari non poteſt, diſcrimen aliquod χα-
» ρακτῆρος intercedere, rectèque videri Cl. Ru-
» benio puriorem & emendatiorem in Libro A-
» quaeductuum ſermonem eſſe, quam in Strate-
» gematis. Verum attente ſcripta haec inter ſe
» componentibus diſſimilitudo tanta non apparet,
» ut propterea Frontinos duos facere ſit neceſſe;
» cum praeſertim hujus in Scriptore uno diſſimi-
» litudinis ratio probabilis afferri poſſit. Strate-
» gemata enim ex ſcriptoribus aliis aliisque tum
» Latinis, tum Graecis conquiſivit; neque pro-
» inde mirum eſt minus elegantèr multa enarraſſe,
» quae a minus elegantibus tranſtulit in libros
» ſuos. Cur autem in deſcribendis Aquaeduc-
» bus ſit oratio caſtigatior, non perperam affir-
» mes factum inde, quod Aquarum Curator a
» Nerva Auguſto creatus, habere potuerit quaſi
» promptuarium lectiſſimae phraſeos ex tabulis,
» & monumentis magiſtratus ejus, indeque pe-
» tere verba propria, genuinas nomenclaturas,
» ſyntaxeis legitimas, coloremque ſermonis ad
» germanam latinitatem proxime accedentis.
» Quamquam ne illud quidem dederis omnino,
» puriorem, & emendatiorem in Aquaeductuum
» libro ſermonem eſſe. Nam ut in his non una
» occurrunt, in quibus ſatis cernitur lapſa latini-

» tas,

» tas, propriaque ejus Saeculi, in quo ſcribebat;
» ita in Strategematicis crebro admodum ea lege-
» re eſt, quae gravitate & nitore certare cum il-
» lis poſſint, quae ſcripta optimo aevo latinita-
» tis ad nos pervenerunt. Non diſſimulaverim,
» videri plus aliquanto eſſe diſcriminis inter prae-
» fationes utriusque operis; cum quae praefigun-
» tur Strategematis, non ſolum ſaeculi vitium,
» ſed etiam, ſi fas eſt dicere, levitatem quaſi quan-
» dam ſcribentis oſtendant. At qui inducam in
» animum credere, non eundem eſſe Frontinum,
» ob non ſervatam ubique diligentiam & curam
» eandem praefandi? cum praeſertim Strategе-
» mata collegerit non neceſſitate officii, aut cau-
» ſa, quae ſimilis neceſſitati eſſet, ſed ut amans
» militarium rerum animo obſecundaret ſuo, id-
» que cum junior eſſet (nam in Britannia primum
» militavit) contra vero curationem Aquarum
» ſuſceperit jam Conſularis; quam a Nerva de-
» mandatam putavit ſibi gloriae eſſe, quippe, ut
» ipſe ait, adminiſtrari ſemper ſolitam a princi-
» pibus Civitatis Viris; ut, quia magnitudo, at-
» que amplitudo muneris praecipuam ſolertiam
» poſtulabat, voluerit Imperatori eam teſtari ſcri-
» pto edito, quo callentiſſimum ſe oſtenderet eo-
» rum omnium, quae ad Aquaeductus pertine-
» rent. Eo opinor in praefando etiam graviorem
» fuiſſe, limatioremque. Haec habui, Vir exi-
» mie, quae tibi interroganti reſponderem. Tu,
» qua doctrina es, expendes, cenſebisque judi-
» cio tuo. Vale.

Patavii v. Non. Quinct. CIↃIↃCCXXI.

VIII. Plura tamen opera ſcripſiſſe Frontinum no-

noſtrum, credibile eſt. Vegetius quidem in lib. II. *de Re Militari* cap. 3. haec habet; *Nam unius aetatis ſunt, quae fortiter fiunt, quae vero pro utilitate Reipublicae ſcribuntur, aeterna ſunt. Idem fecerunt alii complures, ſed praecipue Frontinus, Divo Trajano ab ejusmodi comprobatus induſtria:* hinc plura pro Reipublicae utilitate Frontinum litteris mandaviſſe, conjicere poſſumus. Adde autem majoris roboris probationem ex iis verbis, quae Frontinus ipſe in Art. 2. Commentarii *de Aquaeductibus* ſcripſit; *in aliis autem libris, quos poſt experimenta, & uſum compoſui* &c. quibus ſane verbis opera plura indicantur. At, fato invidente, multa interciderunt; quae tamen ignotum eſt; ſi excipias Libros *de Re Militari*, atque opus *de Tactica Homeri tempore uſitata*, de quibus diximus in cap. I. ſect. 14. & 16.

IX. Locus vero hic eſſet recenſendi fuſius errores eorum, qui ſive ex praejudicata aliqua opinione, ſive ex incuria varios Frontinos pro uno dumtaxat habuere; & eorum etiam, qui nomina Frontinorum perperam cum Frontonum nominibus confuderunt: ita, cauſſa exempli, Jacobus Gaddius in Tom. I. *de Scriptoribus non Eccleſiaſticis* pag. 193. ſcripſit haec, *Frontinus Alexandro Severo Caeſari ad res componendas fuit adjumento*; inde vero huic eidem Frontino *Libros Strategematum* tribuit; & Lucianus in Opere *de conſcribenda Hiſtoria* animadvertit, fuiſſe, qui eodem pacto, ac Graeci, Romanorum nomina efferret, & *Phrontinum diceret Frontonem.* Sed quoniam laudatus Morgagnus noſter in Epiſtola ſuperius poſita, quaecumque ex hoc genere ad ejus argumentum ſpectabant, eſt optime perſecutus; iccirco hic eadem non iterabimus.

JO-

PRAEFATIO.

JOHANN. FRED. GRONOVIUS

ROBERTO KEUCHENIO,

Viro Eximio S. P. D.

Feriae ſunt, & publicae privataeque ſcholae dant reſpirare. Licet jam dare operam amicis, licet meminiſſe & FRONTINI tui, quando eum frivolis noſtris putas juvari. lib. I. cap. 5. num. 26. *qui deducti frequentiori mugitu ſpeciem remanentium praeberent hoſtium.* Stewechius conjicit, *qui edito.* Ego malim, *qui relicti.* cap. 8. num. 9. *Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum commeatibus, Hannibali Venticium Terinum dimiſit, ipſe ſubventurus.* Fortaſſis: *ad excipienda auxilia cum commeatibus Hannibali venientia Minucium Thermum immiſit.* Eſt enim *Thermus Minuciae* gentis cognomen. cap. II. num. II. *ut praeſentari merces proditoribus poſſet.* Scripſit haud dubie auctor *repraeſentari.* Vide de pecunia veteri lib. II. cap. I. num. II. *interfectis omnibus impedimentis.* Scriverius *interceptis.* A quo illum abſterrere debuit Stewechius ad hunc locum. Adjiciemus ejus obſervatis pondus, ne in poſterum negligantur. *Impedimenta* igitur non modo ſunt ſarcinae, ſed interdum vehicula cum ſarcinis & jumentis; aliquando ipſa jumenta. Caeſar lib. VII. cap. 45. de bello Gallico: *prima luce magnum numerum impedimentorum ex caſtris mulorumque produci, eque iis ſtramenta detrahi, mulionesque cum caſſidibus equitum ſpecie ac ſimulatione, collibus circumvehi jubet.* Ubi male Ciacconius, *jumentorum.* lib. I. de bello civili: *deſiderati ſunt eo die*

* * * * *

ſa-

ſagittarii circiter ducenti, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus. Curtius l. IX. c. 10. *Quum Indiae praefecti, ſicut erat imperatum, equorum jumentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quae ſub imperio erat, regione miſiſſent, quibus deerant impedimenta, reſtituit.* Ubi pari errore Freinshemius conjicit, *ad impedimenta:* ut intelligantur equi & jumenta ad impedimenta vehenda. Quaſi hi equi & jumenta non ſint ipſa *impedimenta.* Tacitus I. Annal. cap. 45. *ut jam jamque iturus, legit comites, conquiſivit impedimenta, adornavit naves.* Non ſunt farcinae, ut idem Freinshemius interpretatur: neque enim illae *conquiri* dicuntur, ſed jumenta & vehicula. Suetonius hoc ipſum dicit, *vehiculis comprehenſis*, cap. 38. Eidem ſic *impedimenta*, Caligula cap. 51. *propere verſus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis ſtipatos reperit.* Lege 28. Cod. Theodoſii de erogatione militaris annonae: *A Provinciarum rectoribus caveatur, ut tam numeris, quam familiis, nec non & impedimentis, praeter eas annonas, quae adaerantur, id tantum in ſpecie tribuatur.* Hoc eſt, militibus, ſervis, jumentis. Frontini lib. II. cap. 3. num. 18. *intraque eos, appropinquantibus quadrigis, ante ſigna noſtra aciem recepit.* Lego, *quadrigis, anteſignanorum aciem recepit.* Eodem cap. num. 23. *juſſit ſuos equites, ſimul atque ad impedimenta ventum eſſet, equis deſilire.* Nullus hic locus impedimentis. Scribe: *ſimul atque ad impedita ventum eſſet*, id eſt, ad ſilvas. Sic cap. 2. *planiciem, in qua dimicaturus erat, arboribus proſtratis impedivit.* Sequitur in eodem loco: *quo genere conſecutus eſt, ne quis non locus ejus victoriam moraretur.* Scripſit auctor: *ne quis locus ejus victoriam moraretur.*

Ut

Ut ille: *pugnae nodumque mixtamque.* Sed hoc video praecepiſſe Modium. cap. IV. num. 2. *F. Rutilius Maximus quarto Conſul in Samnio.* Immo *Fabius Rullianus Maximus.* Num. 4. *Attilius Glabrio Conſul.* Immo *Acilius.* Mox: *M. Porcius Cato, qui tum tribunus militum a populo factus in exercitu erat.* MS. codex: *qui tum, jam conſularis, tribunus militum.* Adſtipulantur Plutarchus & Livius, hoc differentes, quod ille χιλιαρχῶντα, hic *conſularem legatum* adfuiſſe Acilio ſcribit. Num. 12. *Croeſus praevalido hoſtium equitatui camelorum gregem oppoſuit.* Utrum error eſt auctoris, an ſcripſit: *Cyrus praevalido hoſtium equitatui.* Cyri enim hoc ingenium, & ei camelorum copia: hoſtis autem ejus Croeſus & Lydi, teſte Herodoto. cap. 5. num. 2. *non aciem tantum ſuperavit, ſed etiam caſtris exſuit.* Lego, *acie.* Eodem cap. num. 23. *ut ad primum noſtrum incurſum per nota refugerent vada.* Lege ex MS. *noſtrorum.* Statim: *Hos conſul & adortus temere & ſecutus, jejunum exercitum in maximo frigore tranſitu fluminis rigere fecit.* Idem MS. *in maximo frigore tranſitu fluminis rigefecit.* Verbum elegantiſſimum, digniſſimumque, quo ſermo Latinus augeatur: ſic dictum, ut *calefacere, frigefacere.* Eodem c. n. 29. in fine: *utrumque ex ſententia ceſſit.* Additur in MS. *namque ad fortuitum incendium ſine armis procurrentes adortus cecidit.* Quod quanti ſit, aeſtimabis. N. 31. *cum deinde Pompejani ſecuri ſervatique pabulo de reditu cogitarent.* MS. *curatique.* Neutrum ſatis placet. Mallem *gravatique* vel *ſatiatique.* num. 36. *adeo debellavit, ut deſtituti Labieno provincia excederent Parthi.* Lege, *deſtituto*, id eſt, deſtituentes & deſerentes Labienum, ducem eum adverſus Roma-

nos ſequi jam recuſantes. num. 44. *Alcibiades dux Athenienſium in Helleſponto adverſus Numidarum & Lacedaemoniorum ducem.* Scribendum, *adverſus Mindarum Lacedaemoniorum ducem.* cap. 7. num. 12. *Quo inſtinctu aſſecutus eſt, ut protenus barbari tollerentur.* Scribo: *pellerentur*: inde ſcilicet, ubi obſidebant aquationem. cap. 9. num. 5. *in quemdam ex Megiſtanis, quos ceperat, animadvertit.* MS. edebat: *in Vodundum ex Megiſtanis.* Quaſi nomen id Satrapae eſſet. Caeterum eodem genere loquendi cap. 11. num. 1. MS. *quam obſides e principibus acciperet*, hoc eſt, quosdam principum. Vulgo *a principibus.* Sed avocor, & jam clamant alii, ſibi quoque me ſervire oportere. Itaque vale, & his fruere, & ſi quid horum ab aliis anticipatum eſt, pro non dicto a me diſſimula. LUGDUNI in BATAVIS a. d. III. Cal. Januar. Gregor. CIↃ IↃ C. LXI. anni, qui tibi feliciter naſcatur, & decurrat.

*SEXTI JULII FRONTINI STRATEGEMATICON LIBRI QUATUOR.

PRAEFATIO

In tres libros priores.

Cum ad [1] instruendam [a] rei militaris scientiam, unus ex numero [2] studiosorum ejus accesserim, eique [3] destinato [b], quantum [4] cura nostra valuit, satisfeciſſe [5] visus

a Vulgo ADSTRUENDAM. b Vulgo DESTINATIONI.

* Toto hoc titulo caret unus Regius, verum tres Regii MSS. praebent SEXTI JULII FRONTINI STRATAGEMATON LIBER PRIMUS INCIPIT. Hiſlensb. unus, INCIPIT JULIUS FRONTINUS STRATEGEMATON, DE INSTRUCTIONE BELLORUM LIBER PRIMUS: alter, *O Julii Frontini in ſtrategemata praefatio.* Tertius, *Sexti Julii Frontini primi libri ſtratagematon praefatio incipit.* Vide, quae modo Catanaeo oppoſui. In meo Codice Longobardicis literis exarato, eſt *Sextus Frontonius.* TENNULIUS. Titulus hujus libelli in MSS. adeo variat, ut nihil certi hinc ſtatuere poſſimus. Plerique tamen hic & in ſeqq. librorum titulis *Strategematon* exhibent. Alii addunt *de rebus bellicis*, alii *rei militaris* & ſimilia. Mihi vulgatum *Strategematicon* praeplacet, ut mox plenius dicemus. Vulgo autem addebatur VIR CONSULARIS; ſed cum in nullo Codice, (ſi excipias Arcerianum a Keuchenio adhibitum, qui dat V. COST.) is titulus appareat, eum ejecimus; licet non negem, Frontinum noſtrum Conſulem fuiſſe, quod ſatis liquido probavit Vir Doctiſſ. Polenus in diſſertatione, quam de Frontino praefixit libro de Aquaeductibus per eumdem hunc Frontinum ſcripto, & a ſe nuper edito, & nos cum aliorum eruditis de hoc auctore diſputationibus poſt praefationes hic recudi curavimus. Ceterum *Frontinorum* mentio, praeterquam in monumentis per viros doctos huc congeſtis, alibi quoque reperitur, & SEXTUS JULIUS FRONTINUS memoratur in Inſcriptione apud Sponium Miſcell. Antiq. p. 189. Vide etiam Cl. Fabricii Bibliot. Latin. T. 2. p. 787. OUDEND. In Codice, quem ob aureas, quibus ſingula Strategematum exempla inſignita ſunt, litteras *auratum* vocavit Scriverius,

ſus ſim; deberi adhuc [6] inſtitutae arbitror operae,

rius, quique etiam Hillensbergii, dein Almelovenii, tum Sypenſteinii, Verbi divini Miniſtri, fuit, cujusque nunc poſſeſſor eſt Cl. P. Burmannus Secundus, legas modo STRATEGEMATA. Praeter citatas inſcriptiones, quibus nomen S. JULII FRONTINI, ſive noſtri, ſive alius, occurrit, refert & alias Cl. Henricus Cannegieterus in Miſc. Obſerv. Nov. T. IV. p. 183. ſeqq. ubi & late de noſtro diſſerit. Adeas me quoque ad L. IV. C. 3. §. 14. OUDEND. *cur. poſt.*

1 *Adſtruendam*] Keuchenius monuit, in MS. Arceriano, & Editione Pariſienſi A. 1518. (quam male putavit & cum eo Cl. Periz. An. Hiſt. p. 445. omnium eſſe primam) ſcribi *inſtruendam*. Vulgatum tamen ex Gloſſis *adſtruere* per *superaddere* exponentibus retinuit. Verum ſi *adſtruendam* placet, malim *rei militari*. *Adſtruere* enim hoc loco notaret, promovere, augere ſcientiam rei militaris, & quaſi ſuperaddere, ut ſtatim, *Adjuvari me ab his, qui aliquid illi adſtruent, non argui credam*. Quare ſolet etiam Dativus huic verbo ea in ſignificatione addi. Vide praeter alia exempla ea, quae adducunt Doctiſſimi viri ad Ovidium L. II. Art. Amat. 119.

Jam molire animum, qui duret, & adſtrue formae.

& ad Juſtin. L. XXIII, 3. *Rebus ſuper vota fluentibus Italiae Siciliaeque imperium & tot de Romanis victorias adſtruxerat*. Verum longe plurimorum & optimorum Codicum auctoritas jubet reſcribi *inſtruendam*. Certe ita inveni in tribus Regiis Pariſienſibus, duobus Cantabrigienſibus, duobus Mediceis, Gudiano, utroque Leidenſi, Palatino, & Hillensbergſi. quem poſtea Almelovenius poſſedit. *Inſtruere* autem *ſcientiam* eleganter notat docere, vel potius neceſſariis praeceptis, & exemplis adornare & perfectam reddere. Sic *inſtruere iram* Ovidio L. XIII. Metam. V. 544. ut optime reſtituit Celeberrimus P. Burmannus. *Inſtruere virtutem* Senecae de Ira L. I. C. 3. Lucan. L. VI, 486. *mortibus inſtruit artes*. Juſtin. L. V, C. 2. *Inſtruere victoriam*. Immo eodem fere modo noſter dixit Cap. 8. §. 7. *Conſilium ejus inſtruebat*. OUDEND.

2 *Studioſorum*] Studioſus rei militaris eſt doctor, praeceptor, qui, ut modo dixit, adſtruit ejus ſcientiam. Sic *Juris ſtudioſus* eſt Suetonio Juriſconſultus. Quintil. l. 1. prooem. *Nomen tamen ſibi inſolentiſſimum arrogaverunt, ut ſoli ſapientiae ſtudioſi vocarentur*. Loquitur de philoſophis. Plin. l. 4. epiſt. 13. *Rogo ut ex copia ſtudioſorum, quae ad te, ex admiratione ingenii tui, convenit, circumſpicias praeceptores, quos ſollicitare poſſimus*. Eodem lib. epiſt. 28. loquens de imaginibus mortuorum doctorum. *Quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum*. lib. 6. epiſt. 6. *Erat non ſtudiorum tantum, verum etiam ſtudioſorum amantiſſimus: ac prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quintilianum & Niceten Sacerdotem ventitabat*. qui erant magiſtri dicendi. TENN.

3 *Deſtinationi*] V. C. *deſtinato*: quod illius aevi locutioni magis aptum judicabit, qui utrumque Plinii, Taciti, & A. Gellii ſtudioſus eſt. PARRHAS. Sic editi. At 4. MSS. Regii, 3. Hillensb. & Romanus *Deſtinato* h. e. *propoſito*. haud ſpernendum: nimirum participia apud veteres induebant naturam ſubſtantivorum, licet a-

lie

rae, ut follertia ducum facta, quae à Graecis [7] una [8] στρατηγηματικῶν adpellatione comprehenſa ſunt, ex-

liter inflexa. Sic *commutatus* dixit *commutatio* Lucret. l. v. 803.

Quapropter quoniam, quae paulo diximus ante,
In commutatum veniunt.

Opinatus pro *opinio* Idem l. 4. v. 466.

Quoniam pars maxima tollit,
Propter opinatus animi.

Conjectus pro *conjectio*. l. 5. v. 417.

Sed quibus ille modis conjectus materiai
Fundavit coelum, ac terram, pontique profunda.

Declinatus pro *declinatio*. Varro de L. L. lib. 7. *Itaque noveis nominibus adlateis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus latim omnis dicit populus.* lib. 8. *Ego declinatus verborum & voluntarias & naturales esse puto.* lib. 9. *Sunt declinatuum species quatuor.* Tertull. lib. de cafbit. *Ob pristinum de virginitate sanctum* pro *sanctionem*. Manil. l. 1. *lampadias fissus ramosos fundit in ignes.* pro *fissiones*. Arnob. l. 2. *Adeantur inflexibus flexuosis*, pro *inflexionibus*. Neutra ſunt tam frequentia, ut jure prudentiſſimi Antecessores legant *instituta* pro *institutiones*; & Theophilus reddiderit διάταξις βιβλίων τὰ Ἰνστίτουτα. TENN. Reſtitui *destinato*, at praeter Codices a Tennulio laudatos exhibent utrique Mediceus, duo Cantabrigienſes, Palatinus, Leidenſ. primus & Colbatio Voſſiana, aliique. Quod eſt uſurpatum ab auctore, ut ſolent participia neutrius generis, & in ſubſtantiva paſſim degenerare. Sic *dictum*, *factum*, *inceptum*, *juſſum*, *inſtitutum*, *mandatum*, *eſtentum*, *placitum*, *portentum*, *praeſcriptum*, *propoſitum*, *reſponſum* ut mox, & ſimilia innumera: adi etiam L. IV, 1, 19. Nam exempla nominum quartae declinationum formae, quae adducit Tennulius, huc minus quadrant. Illorum exempla vide ad L. II. C. 5. 30. *cogitatibus*. OUDEND.

4 *Cura noſtra valuit*] Medic. *cura valui*.

5 *Viſus ſim*] Sic ſex MSS. falſo Keuchenius ex uno legit *niſus*. Nam Latini dicunt, *niſus ſum ſatisfacere*, *viſus ſum ſatisfeciſſe*. TENN. Ex Pariſ. Edit. ita legi volebat Keuchenius inepte; cui tamen accedunt prim. Leidenſ. & unus Scriverii Codex, qui in ineditis apud me notulis bene obſervavit hos libros deperditos eſſe, atque eorum meminiſſe Vegetium Lib. 1. de re militari C. 8. & ex eo J. Saresberienſem in Polycrat. Lib. v. C. 19. ubi vulgo male *Julius Hyginus* legitur. Unde refellitur Stewechius, opinatus quartum Strategematicon librum eſſe de re militari. Sed vide inſuper Voſſium & Polenum in Prolegomenis. OUDEND.

6 *Inſtitutae operae*] Gudianus, Leid. ſec. & Medic. ſec. *Inſtituto operi*.

7 *Una* στρατηγ.] Mediceus ſec. *vera* στρ.

8 στρατηγηματικῶν] στρατηγημάτων. SCRIVERIUS. στρατηγηματικῶν omnes MSS. Hillensberg. unus Latinis fiteris *ſtrategematicon*. TENNUL. Dubium, utrum Scriverius ita in ſuis MSS. invenerit, an ſic legendum eſſe voluerit. Certe ei lectioni favent Arcerii Codex, & duo MSS. ex noſtris cum Saresberienſis loco Libr. v. C. 7. ubi vulgo editur *ſtrategematon*; nec non Valerius Maximus L. VII. C. 4. *Cujus operae, quia*

expeditis amplectar commentariis. Ita enim [9] conſilii quoque & [10] providentiae exemplis ſuccincti duces erunt; unde illis excogitandi [11] gerendique ſimilia facultas nutriatur. Praeterea continget, ne de eventu trepidet inventionis ſuae, [12] qui probatis eam experimentis [13] comparabit. Illud neque ignoro, neque inficior [14] etiam, rerum geſtarum ſcriptores indagine operis ſui hanc quoque par-

quia vix adpellatione noſtra apte exprimi poſſunt, Graeca pronunciatione ſtrategemata dicuntur. Quin & στρατηγμάτων legit doctiſſimus H. Stephanus in Theſ. Graec. Ling T. III. p. 1070. ubi videndus. Ego tamen retinere malim vulgatum, ſeu Graecis ſeu Latinis characteribus, qui ſunt in MSS meis omnibus, exaratum. Nam MSS. ceteri omnes *ſtrategematicon* exhibent, ut & Saresberienſis Lib. VI. C. 11. Praeterea auctor noſter clare diſtinguit στρατηγηματικὰ a στρατηγήμασι: quam differentiam obſervavit quoque Saresber. Lib. VIII. C. XIV. *Quae vero contra propriae adpellationis notam ad res alias pertinent, Julio Frontino teſte, ſtrategematica appellantur. Diſtat enim ſtrategematicum a ſtrategemate, quomodo genus a ſpecie differt.* Ait enim auctor infra, ubi vide Tennul., in genere omnia, quae provide, ſollerter &c. fiunt, eſſe τὰ ἔργα στρατηγηματικὰ, cum in ſpecie ſint στρατηγήματα. Exempli gratia: Hannibal toto bello Punico ſecundo multa edidit τὰ ἔργα στρατηγηματικὰ: quippe ad Trebiam hoc, illud ad Cannas, alia rurſus alibi uſurpavit στρατηγήματα. Haec ſubtilis harum vocum diſtinctio, quae ab auctore noſtro fit, fecit quoque, ut retinerem veterem libri titulum *ſtrategematicon.* licet in titulis ſingulorum librorum MSS. habeant *ſtrategematon.* Sic Georgica, Ἐφοδικὰ, Πολιορκητικὰ, Σκηνικὰ, Τακτικὰ &c. ſcripſerunt alii. His adde J. F. Gronov. Lib. II. Obſerv. C. 2. OUDEND.

9 *Conſilii.*] *Sibi* duo Regii, Palat. & Coll. Voſſ. *Conſiliis* Mediceus ſec.

10 *Providentiae*] Leid. ſec. & margo Ed. Pariſ. teſte Keuchenio, *prudentiae* male. Vide J. F. Gronovium ad Liv. L. XXV, 34. *Dux cautus & providens.* uti & ſuper hac voce Cl. Burm. ad Vellej. L. I. C. XI. Noſter de Aquaeduct. Art. 64. *praeeunte providentia principum;* aliique paſſim. Apud Lactantium quoque L. II. C. 8. veterrimus & optimus Codex *Deus ad excogitandum providentiſſimus.* vulgo *prud.* Eodem Cap. *providentia excogitandi* & ſaepe. OUDEND.

11 *Gerendique*] *Generandique* Regius prim. Palat. & Medic. ſecundus cum marg. Ed. Hittorp.

12 *Qui*] *Quum* Leid. & dein *ea* Medic. ſec. cum altero Leid. & Gudiano.

13 *Comparabit*] Optimus Regius *Comprobabit*, haud contemnendum. TENN. In quatuor MSStis *comprobabit* inveni. Non tamen placere poteſt, *probatis comprobabit. Comparabit* eſt comparationem inſtituet ſuae inventionis cum ſimili, quae experimento & bono ſucceſſu fuit probata. OUDEND.

14 *Etiam*] *Et* MSS. quatuor.

15

partem esse complexos; & ab auctoribus, exemplorum quidquid insigne aliquo modo fuit, traditum. Sed, ut opinor, occupatis velocitate consuli [15] debet: longum est enim, singula & sparsa per immensum corpus historiarum [16] persequi [a]: & hi,

[a] Vulgo PROSEQUI.

15 *Debet*] *Oportet* Regii duo, & mox *universum corpus* Palat. Petrens. & Leid. pr.

16 *Prosequi*] Sic hactenus editi. Verum MSS. tres Regii, unus Hillensb. & Romanus *Persequi*. Nepos de scriptis Catonis majoris c. 3. *Reliqua bella pari modo persecutus est, usque ad praeturam Ser. Galbae, qui distripuit Lusitanos*. Attico c. 11. *Difficile enim est omnia persequi, & non necessaria*. TENN. *Persequi* exaratur quoque in meorum Codicum nonnullis optime. Verum id non referendum est, ut facit Tennulius, ad scriptorem, qui ea, quae enarrat & ordine recenset, tam *prosequi*, quam *persequi* dicitur; ut apud Virgilium Lib. II. Aen. 107.

Prosequitur pavitans, & ficto pectore fatur.

Statius L. II. Theb. 268.

——— *longa est series, sed nota malorum*
Prosequar, unde novis tam saeva potentia donis.

ubi & in MS. Behotii & chartaceo, quem contuli, *persequar*. quae creberrima in his vocibus confusio. At hic lectores intelligendi sunt, quibus fore longum, ait auctor, si exempla a variis scriptoribus per immensum historiarum corpus sparsa deberent *persequi*, i. e. investigare, & inquirendo scrutari, num quid consequi possint, quod sibi in usum sit. Quod ne fieri necesse esset, hoc exemplorum undique collectorum quasi florum corpusculo sedulo curavit Frontinus. Hoc sensu Petronius C. 29. *Persequi totum parietem non destiti*. C. 33. *Persecutus putamen manu, ficedulam inveni*. OUDEND. *Persequi* legendum, non *prosequi*, evincit praeter alia Suetonius in Caes. C. 56. *quae si quis investigare &* persequi *vellet*. Nec aliter scripsit Vibius Sequester in praef. ut exhibent MSS. 4. & Edd. pp. *Fontium etiam & lacuum paludumque, & montium nemorumque & gentium, quantum* (MSS. *quae tamen*) persequi *potui, sicut amnium huic libello in litteram* (Sic MSS. 4. non litteras. V. Gron. in praef. ad Harpocr.) *digesta nomina subjeci*. vulgo *prosequi*. Male vero istud *persequi* explicat Laur. Theod. Gronovius Anim. ad Vibium Sequestrem p. 66. per *exsequi, perficere, peragere*. Auctor intellexit *indagare, investigare*. Exemplis Auctorum, qui illa, quae ordine enarrant, tam *persequi*, quam *prosequi* dicuntur, MSStis ubique variantibus, addatur Ovid. II. Trist. 407.

Tempore deficiar, tragicos ft
persequar *ignes*.

Pomp. Mela praef. *Constat enim fere Gentium locorumque nominibus, eorumque perplexo satis ordine, quem* persequi, *longa est magis, quam benigna materia*. Flor. L. III. C. 12. in f. *Domesti-*

hi, qui notabilia excerpserunt, ipso velut acervo rerum confuderunt legentem. [17] Nostra sedulitas inpendet operam, ut quemadmodum res poscet, ipsum, quod [18] exigitur, quasi ad interrogatum [19] exhibeat [a]: circumspectis enim generibus, praeparavi [20] opportuna exemplorum veluti consilia. Quo magis autem [21] discreta ad rerum varietatem apte collocarentur, in [22] tres libros ea [23] diducimus. In primo erunt exempla, quae competant proelio nondum commisso. In se-

cun-

a Vulgo EXHIBEATUR.

cos motus separatos ab externis justisque bellis ordine prosequemur. IDEM *cur. post.*

17 *Nostra sedulitas*] Posterior aetas frequentavit nimium hos modos loquendi. Autor supra: *Quantum cura nostra valuit.* Lactant. 3. c. 30. *Docui, quantum mea mediocritas tulit, longe devium philosophos iter a veritate tenuisse.* Quintil. Instit. Prooem. *Quantum nostra valebit infirmitas, differamus.* Valer Max. Prol. *Mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrit.* TENN. Auctor noster in libro de aquaeductibus Artic. 118. *Nostra sedulitas ad certam regulam redegit.* OUDEND.

18 *Exigitur*] *Exigi:* MSS. tres.

19 *Exhibeatur*] Sic editi. Sed lege cum 4. MSS. Regiis, tribus Hillensb. & uno Romano, *exhibeat* nimirum, *sedulitas nostra.* TENN. *Exhibeat* est quoque in Palatino, Gudiano, utroque Mediceo & Leidensi primo, aliisque. quod reposui. Sed vide, num elegantius in altero Leidensi & Petrensi scribatur *respondeat.* Mihi temere spernendum non videtur. L. II. C. 3. §. 7. *ad omne momentum respondens miles.* ubi vide Tenn. L. III. praef. *priores libri responderunt titulis suis.* OUDEND.

20 *Opportuna exemplorum*] Unus Regius *Exemplo.* ut Justin. prolog. *Exemplo erant necessaria.* Sed praestat, *exemplorum veluti consilia.* nimirum consilia formantur ab exemplis. Sic Martial. L. 9. epig 17. *Consilium formae speculum.* ibid. epigr. 60. *Consuluit nares, an olerent aera Corinthon.* Ovid. 4. Met. Fab. 8. *Et quid se deceat, spectatas consulit undas.* TENN.

21 *Discreta &c.*] Alias *quo magis autem discreta rerum collocarentur varietate apte in tres libros* &c. SCRIVERIUS. Ita legitur in Edd. Romana A. MCDXCIV. & Bononiensi A. MDIV. & Keuchenii judicio concinnius, quam vulgo. mihi videtur locus corruptior. In uno Cantabr. *rerum ad varietatem apta*, adprobante Cl. Wassio. *ad rerum aditus collocaretur v. a.* duo Regii. *a. r. collocarentur varietatem a.* Mediceus prim. *aperte* Medic. secund. Aut fuit *discreta ad rerum exitus collocarentur varietate, apte in tres* &c.? non liquet. OUDEND.

22 *Tres*] Frontinus scripsit tres priores de strategematibus, quartum librum de strategicis. TENN.

23 *Diducimus*] Sic unus Reg. sed reliqui omnes *deducimus. Diducere* est dividere. *deducere* scribere, componere. TENN. Re-

ctis

cundo, quae ad proelium & confectam [24] pacationem pertineant. Tertius inferendae ſolvendaeque obſidionis habebit σεγτηγήματα: quibus deinceps generibus ſuas ſpecies adtribui. Huic labori non injuſte veniam paciſcar, ne me pro incurioſo reprehendat, qui praeteritum aliquod a nobis [25] repererit exemplum. Quis enim ad percenſenda omnia monumenta, quae utraque lingua tradita ſunt, ſufficiat? [26] unde multa tranſire [27] mihi ipſe permiſi; quod me non ſine cauſſa feciſſe ſcient, qui aliorum libros, eadem promittentium, legerint. Verum facile erit, [28] ſub unaquaque ſpecie ſuggerere. Nam quum hoc opus, ſicut [29] cetera, uſus potius aliorum, quam meae commendationis cauſſa adgreſſus

ſic *deducimus* exhibent fere omnes mei, niſi quod in uno Mediceo ſit *deduximus*. Dein Palatin. *in primo enim*. OUDEND.

24 *Pacationem*] Alias *pactionem*. SCRIV. *Pacationem*: ſic omnes MSS. minus uno Regio & Scriveriano, qui dant *Pactionem*. vox proba, centies Ciceroni frequentata. Pro induciis, Flor. 4. 12. *continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio*. Sed Frontinus lib. 2. 9. docet quae poſt proelium facienda & partam victoriam. *Pacare* autem gentem eſt ſuperare. Ergo retine *Pacationem*. TENN. *Pactionem*, quod eſt in Edd. Rom. & Bonon quaſi ſuo admirabatur Kencheniius, vulgatum tamen praeferens. *Pacionem* habet Arcerianus, noſtri omnes *pacationem*. OUDEND.

25 *Repererit*] MSS. aliquot *reperit*. Palatin. *repetit*. & ſupra *pro incurioſo quis reprehendat*. Petrenſis, minus bene. OUD.

26 *Unde multa tranſire*] MSS. 6. *ut multa*. Medic. pr. & *multa*. Palat. cum aliis duobus *ut multis* & Medic. ſec. cum Ed. Pariſ. interponit quoque *Et*. pro *tranſire* Leid. pr. *tranſirem*. Videtur ab Auctoris manu fuiſſe, *ut* & vel *& multa ut tranſirem, mihi ipſe permiſi*. OUDEND.

27 *Mihi ipſe permiſi*] Haec verba verecundum timorem notant. Plin. 6. epiſt 6. *Me certe, ut primum ſibi judicare permiſit, ad amorem imitationemque delegit*. contra Sen. epiſt. 51. *Illic luxuria ſibi plurimum permittit*. TENN.

28 *Sub unaquaque*] Omnes MSS. *ſub quaque*. TENN. Mei quoque cum Ed. Pariſ. *ſub quaque*. Sed duo Regii & recens Gudiani manus cum Edd. Rom. & Bonon. *ſub quacumque*. An fuit *ſub ſua quaeque ſpecie ſuggerere*? OUDEND. Cum omnibus MSS. abſit vox *una*, poſſet legi *ſua quaeque* ſine praepoſitione *ſub*. IDEM *cur. poſt*.

29 *Sicut cetera*] Abſunt haec ab Hillensb. & Voſſ. dein *uſu* in quinque eſt MSS. non *uſus*. pro *cauſſa* Medic. pr. *gratia*.

ſus ſim, adjuvari me ab his, qui aliquid illi adſtruent, non argui credam. Si qui erunt, quibus volumina haec cordi ſint, meminerint, [30a] στρατηγημάτων & στρατηγμάτων perquam ſimilem naturam diſcernere. Nam [31] tum omnia, quae a duce provide, utiliter, magnifice, [31*] conſtanter fiunt, [32] στρατηγηματικὰ habebuntur, [33] ſi in ſpecie eorum ſunt στρατηγήματα. [34] Horum [b] proprie vis

a Vulgo UT PARENT GRATIAM &c. PER QUAM POSSIMUS, SIMILEM. b Vulgo RORUM.

30 *Ut parent gratiam*] Haec verba διηρθρώσα, ut & τὸ *poſſimus*, non habent 3 Regii, 3 Hillensb. & unus Romanus Senſu optimo l. *Meminerint*, στρατηγηματικῶν & στρατηγημάτων *perquam* (non *per quae*) *ſimilem naturam diſcernere*. Nimirum στρατηγηματικὰ & στρατηγήματα licet videantur ſimillima, tamen ſunt diſcernenda; ad exemplum coeleſtis arcus, in quo diverſi niteant cum mille colores, Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit. Nam στρατηγηματικὰ ſunt univerſitatis, ſed στρατηγήματα velut partium. TENN. Optime hunc locum & veriſſime emaculavit Tennulius. Nam haec verba *ut parent gratiam* non comparent quoque in Leidenſibus, Gudiano, aut Cantabrigienſibus, ſine dubio intruſa ab indocto librario pro Graecis vocabulis, quae legere non poterat: unde Latina ſimilium characterum repoſuit. Hoc ex eo patet, quod in illis MSS. ubi haec verba inveniantur, Graeca vocabula deſint, ut in Mediceis, qui habent *& p.*, Palatino & Voſſiano ac Edd. primis. Dein *poſſimus* ad ſenſum ſulciendum eſt interjectum. Sed bene exſulat quoque a Voſſiano, Gudiano & Leid. primo. In aliis non legitur *ſimilem*. Quidam *poſſumus*. Leid. ſec. *quae poſſint*. OUDEND. Confirmant hanc emendationem quoque excerpta MSti Roſtgardiani. IDEM *cur. poſt.*

31 *Tum*] MSS. *Cum*. TENN. *Cum* inveni quoque in meis omnibus. Dein *magnifice*, *conſtanter* cuncti cum Edd. primis, non ut vulgo inverſo ordine. OUDEND.

31* *Conſtanter fiunt & partiuntur.*] Corrige ex antiquis exemplaribus *patiuntur*; ut ſit unum ex illis verbis, quae Gellius inopinata vocat, quae utroque verſum dicuntur. PARRHAS. Meliora vide in notis.

32 Στρατηγηματικὰ *habebuntur*] Male Regius & *patiuntur gratiam*, alius *gratiam habebunt*. TENN. Idem hic accidit quod ſupra. Ex Graecis, non perſpectis formaverunt inepti librarii Latinos characteres. Hinc in aliquot etiam meis & Editionibus primis & *partiuntur* vel *patiuntur gratiam habebunt*, & ſtatim pro στρατηγήματα, & *gratia*. in Leid. ſec. *artis nota* στ. OUDEND

33 *Si in ſpecie*] Ex MSS. l. *Sed*. TENN. At noſtri conſtanter retinent *ſi*. nihilque mutandum judico. OUDEND

34 *Horum*] Sic repoſui e MStis novem. Vulgo *eorum*, quod ſtatim praeceſſerat. *Horum quippe* in uno Cantabrig. ſcribitur. malim autem *propria*. OUDEND.

35

vis in arte ſollertiaque poſita proficit, tam, ubi cavendus, quam, ubi obprimendus hoſtis ſit. Qua in re quum verborum quoque illuſtris exſtiterit effectus, ut factorum, ita dictorum exempla poſuimus. [25] Species eorum, quae inſtruant ducem in his, quae ante proelium gerenda ſunt.

25 *Species*] Contra MSS. & rationem vulgo legitur *& ſpecies*. Nam reſpicit ad Indicem ſeqq. Capitum. TENN. *Et* addidit primus Scriverius: ut eſt in uno Pariſienſi: ſed rectius ejecit rurſus Tennulius. Wechelius & Stewechius non recte quoque ediderunt *inſtruent*. OUDEND.

ſus ſim; deberi adhuc [6] inſtitutae arbitror operae,

rius, quique etiam Hillensbergii, dein Almeloveuii, tum Sygenſteinii, Verbi divini Miniſtri, fuit, cujusque nunc poſſeſſor eſt Cl. P. Burmannus Secundus, legas modo STRATEGEMATA. Praeter citatas inſcriptiones, quibus nomen S. JVLII FRONTINI, ſive noſtri, ſive alius, occurrit, refert & alias Cl. Henricus Cannegieterus in Miſc. Obſerv. Nov. T. IV. p. 183. ſeqq. ubi & late de noſtro diſſerit. Adeas me quoque ad L. IV. C. 3. §. 14. OUDEND. *cur. poſt.*

1 *Adſtruendam*] Keuchenius monuit, in MS. Arceriano, & Editione Pariſienſi A. 1513. (quam male putavit & cum eo Cl. Periz. An. Hiſt. p. 445. omnium eſſe primam) ſcribi *inſtruendam*. Vulgatum tamen ex Gloſſis *adſtruere* per *inſtituendum* exponentibus retinuit. Verum ſi *adſtruendam* placet, malim *rei militari*. *Adſtruere* enim hoc loco notaret, promovere, augere ſcientiam rei militaris, & quaſi ſuperaddere, ut ſtatim, *Adjuvari me abſis, qui aliquid illi adſtruent, non argui credam*. Quare ſolet etiam Dativus huic verbo ea in ſignificatione addi. Vide praeter alia exempla ea, quae adducunt Doctiſſimi viri ad Ovidium L. II. Art. Amat. 119.

Jam molire animum, qui duret, & adſtrue formae.

& ad Juſtin. L. XXIII, 3. *Rebus ſuper vota fluentibus Italiae Siciliaeque imperium & tot de Romanis victorias adſtruxerat*. Verum longe plurimorum & optimorum Codicum auctoritas jubet reſcribi *inſtruendam*. Certe ita inveni in tribus Regiis Pariſienſibus, duobus Cantabrigienſibus, duobus Mediceis, Gudiano, utroque Leidenſi, Palatino, & Hillensbergii. quem poſtea Almelovenius poſſedit. *Inſtruere* autem *ſcientiam* eleganter notat docere, vel potius neceſſariis praeceptis, & exemplis adornare & perfectam reddere. Sic *inſtruere iram* Ovidio L. XIII. Metam. V. 544. ut optime reſtituit Celeberrimus P. Burmannus. *Inſtruere virtutem* Senecae de Ira L. I. C. 3. Lucan. L. VI, 486. *mortibus inſtruit artes*. Juſtin. L. V, C. 2. *Inſtruere victoriam*. Immo eodem fere modo noſter dixit Cap. 8. §. 7. *Conſilium eius inſtruebat*. OUDEND.

2 *Studioſorum*] Studioſus rei militaris eſt doctor, praeceptor, qui, ut modo dixit, adſtruit ejus ſcientiam. Sic *Juris ſtudioſus* eſt Suetonio Juriſconſultus. Quintil. l. 1. prooem. *Nomen tamen ſibi inſolentiſſimum arrogaverunt, ut ſoli ſapientiae ſtudioſi vocarentur*. Loquitur de philoſophis. Plin. l. 4. epiſt. 13. *Rogo ut ex copia ſtudioſorum, quae ad te, ex admiratione ingenii tui, convenit, circumſpicias praeceptores, quos ſollicitare poſſimus*. Eodem lib. epiſt. 28. loquens de imaginibus mortuorum doctorum. *Quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum*. lib. 6. epiſt. 6. *Erat non ſtudiorum tantum, verum etiam ſtudioſorum amantiſſimus: ac prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quintilianum & Niceten Sacerdotem ventitabat*. qui erant magiſtri dicendi. TENN.

3 *Deſtinationi*] V. C. *deſtinato*: quod illius aevi locutioni magis aptum judicabit, qui utriusque Plinii, Taciti, & A. Gellii ſtudioſus eſt. PARRHAS. Sic editi. At 4. MSS. Regii, 3. Hillensb. & Romanus *Deſtinato* h. e. *propoſito*. haud ſpernendum: nimirum participia apud veteres induebant naturam ſubſtantivorum, licet a-

lie

rae, ut ſollertia ducum facta, quae à Graecis [7] una [8] στρατηγημάτων adpellatione comprehenſa ſunt, ex-

liter inflexa. Sic *commutatus* dixit *commutatio* Lucret. l. v. 803.

Quapropter quoniam, quae paulo diximus ante,
In commutatum veniunt.

Opinatus pro *opinio* Idem l. 4. v. 466.

Quoniam pars maxima tollit,
Propter opinatus animi.

Conjectus pro *conjectio*. l. 5. v. 417.

Sed quibus ille modis conjectus materiai
Fundavit coelum, at terram, pontique profunda.

Declinatus pro *declinatio*. Varro de L. L. lib. 7. *Itaque noveis nominibus adlateis in conſuetudinem, ſine dubitatione eorum declinatus ſatim omnis dicit populus.* lib. 8. *Ego declinatus verborum & voluntarias & naturales eſſe puto.* lib. 9. *Sunt declinatuum ſpecies quatuor.* Tertull. lib. de caſtit. *Ob priſtinum de virginitate ſancitum* pro *ſanctionem.* Manil. l. 1. *lampadios fiſſus ramoſos fundit in igues.* pro *fiſſiones.* Arnob. l. 2. *Adeantur inflexibus flexuoſis*, pro *inflexionibus.* Neutra ſunt tam frequentia, ut jure prudentiſſimi Anteceſſores legant *inſtituta* pro *inſtitutiones*; & Theophilus reddiderit Διάταξις ἕκτασιν τὴ Ἴνστίτουτα. TENN. Reſtitui *deſtinato*, ut praeter Codices a Tennulio laudatos exhibent uterque Mediceus, duo Cantabrigienſes, Palatinus, Leidenſ. primus & Collatio Voſſiana, aliique. Quod eſt uſurpatum ab auctore, ut ſolent participia neutrius generis, & in ſubſtantiva paſſim degenerare. Sic *dictum*, *factum*, *inceptum*, *juſſum*, *inſtitutum*, *datum*, *oſtentum*, *placitum*, *portentum*, *praeſcriptum*, *propoſitum*, *reſponſum* ut mox, & ſimilia innumera: adi etiam L. IV, 1, 19. Nam exempla nominum quartae declinationum formae, quae adducit Tennulius, huc minus quadrant. Illorum exempla vide ad L. 11. C. 5. 30. *cogitatibus.* OUDEND.

4 *Cura noſtra valuit*] Medic. *cura valui.*

5 *Viſus ſim*] Sic ſex MSS. falſo Keuchenius ex uno legit *niſus.* Nam Latini dicunt, *niſus ſum ſatisfacere*, *viſus ſum ſatisfeciſſe.* TENN. Ex Pariſ. Edit. ita legi volebat Keuchenius inepte; cui tamen accedunt prim. Leidenſ. & unus Scriverii Codex, qui in ineditis apud me notulis bene obſervavit hos libros deperditos eſſe, atque eorum meminiſſe Vegetium Lib. 1. de re militari C. 8. & ex eo J. Saresberienſem in Polycrat. Lib. v. C. 19. ubi vulgo male *Julius Hyginus* legitur. Unde refellitur Stewechius, opinatus quartum Strategematicon librum eſſe de re militari. Sed vide inſuper Voſſium & Polenum in Prolegomenis. OUDEND.

6 *Inſtitutae operae*] Gudianus, Leid. ſec. & Medic. ſec. *Inſtituto operi.*

7 *Una* ἑρμηνείᾳ.] Mediceus ſec. *vera* ερ.

8 στρατηγημάτων] στρατηγικῶν. SCRIVERIUS. στρατηγημάτων omnes MSS. Hillensberg. unus Latinis liberis *ſtrategematicon.* TENNUL. Dubium, utrum Scriverius ita in ſuis MSS. invenerit, an ſic legendum eſſe voluerit. Certe ei lectioni favent Arcerii Codex, & duo MSS. ex noſtris cum Saresberienſis loco Libr v. C. 7. ubi vulgo editur *ſtrategematon*; nec non Valerius Maximus L. VII. C. 4. *Cujus operae*,

expeditis amplectar commentariis. Ita enim [9] consilii quoque & [10] providentiae exemplis succincti duces erunt; unde illis excogitandi [11] gerendique similia facultas nutriatur. Praeterea continget, ne de eventu trepidet inventionis suae, [12] qui probatis eam experimentis [13] comparabit. Illud neque ignoro, neque inficior [14] etiam, rerum gestarum scriptores indagine operis sui hanc quoque par-

quia vix adpellatione nostra apte exprimi possunt, Graeca pronunciatione strategemata dicuntur. Quin & στρατηγμάτων legit doctissimus H. Stephanus in Thes. Graec. Ling. T. III. p. 1070. ubi videndus. Ego tamen retinere malim vulgatum, seu Graecis seu Latinis characteribus, qui sunt in MSS meis omnibus, exaratum. Nam MSS. ceteri omnes *strategematicon* exhibent, ut & Saresberiensis Lib. VI. C. 11. Praeterea auctor noster clare distinguit στρατηγματικὰ a στρατηγήμασι: quam differentiam observavit quoque Saresber. Lib. VIII. C. XIV. *Quae vero contra propriae adpellationis notam ad res alias pertinent, Julio Frontino teste, strategematica appellantur. Distat enim strategematicum a strategemate, quomodo genus a specie differt.* Ait enim auctor infra, ubi vide Tennul., in genere omnia, quae provide, sollerter &c. fiunt, esse τὰ ἴδια στρατηγματικὰ, cum in specie sint στρατηγήματα. Exempli gratia: Hannibal toto bello Punico secundo multa edidit τὰ ἴδια στρατηγματικὰ: quippe ad Trebiam hoc, illud ad Cannas, alia rursus alibi usurpavit στρατηγήματα. Haec subtilis harum vocum distinctio, quae ab auctore nostro fit, fecit quoque, ut retinerem veterem libri titulum *strategematicon.* licet in titulis singulorum librorum MSS. habeant *strategematon.* Sic Georgica, Ἐφοδικὰ, Παραινετικὰ, Σκοπικὰ, Τακτικὰ &c. scripserunt alii. His adde J. F. Gronov. Lib. II. Observ. C. 2. OUDEND.

9 *Consilii.*] *Sibi* duo Regii, Palat. & Coll. Voss. *Consiliis* Mediceus sec.

10 *Providentiae*] Leid. sec. & margo Ed. Paris. teste Keuchenio, *prudentiae* male. Vide J. F. Gronovium ad Liv. L. XXV, 34. *Dux cautus & providens.* uti & super hac voce Cl. Burm. ad Vellej. L. I. C. XI. Noster de Aquaeduct. Art. 64. *praeeunte providentia principum;* aliique passim. Apud Lactantium quoque L. II. C. 8. veterrimus & optimus Codex *Deus ad excogitandum providentissimus.* vulgo *prud.* Eodem Cap. *providentia excogitandi* & saepe. OUDEND.

11 *Gerendique*] *Generandique* Regius prim. Palat. & Medic. secundus cum marg. Ed. Hittorp.

12 *Qui*] *Quum* Leid. & dein *ea* Medic. sec. cum altero Leid. & Gudiano.

13 *Comparabit*] Optimus Regius *Comprobabit*, haud contemnendum. TENN. In quatuor MSStis *comprobabit* inveni. Non tamen placere potest, *probatis comprobabit. Comparabit* est comparationem instituet suae inventionis cum simili, quae experimento & bono successu fuit probata. OUDEND.

14 *Etiam*] *Et* MSS. quatuor.

15

partem esse complexos; & ab auctoribus, exemplorum quidquid insigne aliquo modo fuit, traditum. Sed, ut opinor, occupatis velocitate consuli [15] debet: longum est enim, singula & sparsa per inmensum corpus historiarum [16] persequi [a]: & hi,

a Vulgo PROSEQUI.

15 *Debet*] *Oportet* Regii duo, & mox *universum corpus* Palat. Petrens. & Leid. pr.

16 *Prosequi*] Sic hactenus editi. Verum MSS. tres Regii, unus Hillensb. & Romanus *Persequi*. Nepos de scriptis Catonis majoris c. 3. *Reliqua bella pari modo persecutus est, usque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos.* Attico c. 11. *Difficile enim est omnia persequi, & non necessaria.* TENN. *Persequi* exaratur quoque in meorum Codicum nonnullis optime. Verum id non referendum est, ut facit Tennulius, ad scriptorem, qui ea, quae enarrat & ordine recenset, tam *prosequi*, quam *persequi* dicitur; ut apud Virgilium Lib. II. Aen. 107.

Prosequitur pavitans, & ficto pectore fatur.

Statius L. II. Theb. 268.

——— *longa est series, sed nota malorum*
Prosequar, unde novis tam saeva potentia donis.

ubi & in MS. Behotii & chartaceo, quem contuli, *persequar*. quae creberrima in his vocibus confusio. At hic lectores intelligendi sunt, quibus fore longum, ait auctor, si exempla a variis scriptoribus per inmensum historiarum corpus sparsa deberent *persequi*, i. e. investigare, & inquirendo scrutari, num quid consequi possint, quod sibi in usum sit. Quod ne fieri necesse esset, hoc exemplorum undique collectorum quasi florum corpusculo sedulo curavit Frontinus. Hoc sensu Petronius C. 29. *Persequi totum parietem non destiti.* C. 33. *Persecutus putamen manu, ficeulam inveni.* OUDEND. *Persequi* legendum, non *prosequi*, evincit praeter alia Suetonius in Caes. C. 56. *quae si quis investigare & persequi vellet.* Nec aliter scripsit Vibius Sequester in praef. ut exhibent MSS. 4. & Edd. pp. *Fontium etiam & lacuum paludumque, & montium nemorumque & gentium, quantum* (MSS. *qua tamen*) persequi *potui, sicut amnium huic libello in litteram* (Sic MSS. 4. non litteras. V. Gron. in praef. ad Harpocr.) *digesta nomina subjeci.* vulgo *prosequi*. Male vero istud *persequi* explicat Laur. Theod. Gronovius Anim. ad Vibium Sequestrem p. 66. per *exsequi, perficere, peragere.* Auctor intellexit *indagare, investigare.* Exemplis Auctorum, qui illa, quae ordine enarrant, tam *persequi*, quam *prosequi* dicuntur, MSStis ubique variantibus, addatur Ovid. II. Trist. 407.

Tempore deficiar, tragicos ft
persequar *ignes.*

Pomp. Mela praef. *Constat enim fere Gentium locorumque nominibus, eorumque perplexo satis ordine, quem* persequi, *longa est magis, quam benigna materia.* Flor. L. III. C. 12. in f. *Domesti-*

hi, qui notabilia excerpserunt, ipso velut acervo rerum confuderunt legentem. [17] Nostra sedulitas impendet operam, ut quemadmodum res poscet, ipsum, quod [18] exigitur, quasi ad interrogatum [19] exhibeat [a]: circumspectis enim generibus, praeparavi [20] opportuna exemplorum veluti consilia. Quo magis autem [21] discreta ad rerum varietatem apte collocarentur, in [22] tres libros ea [23] diducimus. In primo erunt exempla, quae competant proelio nondum commisso. In se-

cun-

a Vulgo EXHIBEATUR.

eos motus separatos ab externis justisque bellis ordine prosequemur. IDEM *cur. post.*

17 *Nostra sedulitas*] Posterior aetas frequentavit minium hos modos loquendi. Autor supra: *Quantum cura nostra valuit.* Lactant. 3. c. 30. *Docui, quantum mea mediocritas tulit, longe devium philosophos iter a veritate tenuisse.* Quintil. Instit. Prooem. *Quantum nostra valebit infirmitas, differamus.* Valer Max. Prol. *Mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrit.* TENN. Auctor noster in libro de aquaeductibus Artic. 118. *Nostra sedulitas ad certam regulam redegit.* OUDEND.

18 *Exigitur*] *Exigit* MSS. tres.

19 *Exhibeatur*] Sic editi. Sed lege cum 4. MSS. Regiis, tribus Hillensb. & uno Romano, *exhibeat* nimirum, *sedulitas nostra.* TENN. *Exhibeat* est quoque in Palatino, Gudiano, utroque Mediceo & Leidensi primo, aliisque. quod reposui. Sed vide, num elegantius in altero Leidensi & Petrensi scribatur *respondeat.* Mihi temere spernendum non videtur. L. II. C. 3. §. 7. *ad omne momentum respondens miles.* ubi vide Tenn. L. III. praef. *priores libri responderunt titulis suis.* OUDEND.

20 *Opportuna exemplorum*] Unus Regius *Exemplo.* ut Justin. prolog. *Exemplo erant necessaria.* Sed praestat, *exemplorum veluti consilia.* nimirum consilia formantur ab exemplis. Sic Martial. I. 9. epig. 17. *Consilium formae speculum.* ibid. epigr. 60. *Consuluit nares, an olerent aera Corinthon.* Ovid. 4. Met. Fab. 8. *Et quid se deceat, speculatas consulit undas.* TENN.

21 *Discreta &c.*] Alias *quo magis autem discreta rerum collocarentur varietate apte in tres libros &c.* SCRIVERIUS. Ita legitur in Edd. Romana A. MCDXCIV. & Bononiensi A. MDIV. & Keuchenii judicio concinnius, quam vulgo. mihi videtur locus corruptior. In uno Cantabr. *rerum ad varietatem apta*, adprobante Cl. Walsio. *ad rerum aditus collocarentur v. a.* duo Regii. *a. r. collocarentur varietatem a.* Mediceus prim. *aperte* Medic. secund. An fuit *discreta ad rerum exitus collocarentur varietate, apte in tres &c.*? non liquet. OUDEND.

22 *Tres*] Frontinus scripsit tres priores de strategematibus, quartum librum de strategicis. TENN.

23 *Diducimus*] Sic unus Reg. sed reliqui omnes *deducimus.* *Diducere* est dividere. *deducere* scribere, componere. TENN. Re-

cte

cundo, quae ad proelium & confectam [24] pacationem pertineant. Tertius inferendae ſolvendaeque obſidionis habebit σχηματα: quibus deinceps generibus ſuas ſpecies adtribui. Huic labori non injuſte veniam paciſcar, ne me pro incurioſo reprehendat, qui praeteritum aliquod a nobis [25] repererit exemplum. Quis enim ad percenſenda omnia monumenta, quae utraque lingua tradita ſunt, ſufficiat? [26] unde multa tranſire [27] mihi ipſe permiſi; quod me non ſine cauſſa feciſſe ſcient, qui aliorum libros, eadem promittentium, legerint. Verum facile erit, [28] ſub unaquaque ſpecie ſuggerere. Nam quum hoc opus, ſicut [29] cetera, uſus potius aliorum, quam meae commendationis cauſſa adgreſſus

de *Adducimus* exhibent fere omnes mei, niſi quod in uno Mediceo ſit *deduximus*. Dein Palatin. *in primo enim*. OUDEND.

24 *Pacationem*] Alias *pactionem*. SCRIV. *Pacationem*: ſic omnes MSS. minus uno Regio & Scriveriano, qui dant *Pactionem*. vox proba, centies Ciceroni frequentata. Pro induciis, Flor. 4. 12. *continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio*. Sed Frontinus lib. 2. 9. docet quae poſt proelium facienda & partam victoriam. *Pacare* autem gentem eſt ſuperare. Ergo retine *Pacationem*. TENN. *Pactionem*, quod eſt in Edd. Rom. & Bonon quaſi ſordo admirabatur Keuchenius, vulgatum tamen praeferens. *Pacionem* habet Arcerianus, noſtri omnes *pacationem*. OUDEND.

25 *Reperit*] MSS. aliquot *reperit*. Palatin. *repetit*. & ſupra *pro incurioſo quis reprehendat*. Petrenſis, minus bene. GUD.

26 *Unde multa tranſire*] MSS. 6. *ut multa*. Medic. pr. *& multa*. Palat. cum aliis duobus *ut multa* & Medic. ſec. cum Ed. Pariſ. interponit quoque *Et*. pro *tranſire* Leid. pr. *tranſirem*. Videtur ab Auctoris manu fuiſſe, *ut & vel & multa ut tranſirem, mihi ipſe permiſi*. OUDEND.

27 *Mihi ipſe permiſi*] Haec verba verecundum timorem notant. Plin. 6. epiſt 6. *Me certe, ut primum ſibi judicare permiſit, ad amorem imitationemque delegit*. contra Sen. epiſt. 51. *Illic luxuria ſibi plurimum permittit*. TENN.

28 *Sub unaquaque*] Omnes MSS. *ſub quaque*. TENN. Mei quoque cum Ed. Pariſ. *ſub quaque*. Sed duo Regii & recens Gudiani manus cum Edd. Rom. & Bonon. *ſub quacumque*. An fuit *ſub ſua quaeque ſpecie ſuggerere*? OUDEND. Cum omnibus MSS. abſit vox *una*, poſſet legi *ſua quaeque* ſine praepoſitione *ſub*. IDEM *cur. poſt*.

29 *Sicut cetera*] Abſunt haec ab Hillensb. & Voſſ. dein *uſu* in quinque eſt MSS. non *uſus*. pro *cauſſa* Medic. pr. *gratia*.

sus sim, adjuvari me ab his, qui aliquid illi adstruent, non argui credam. Si qui erunt, quibus volumina haec cordi sint, meminerint, [30a] στρατηγημάτων & στρατηγημάτων perquam similem naturam discernere. Nam [31] tum omnia, quae a duce provide, utiliter, magnifice, [31*] constanter fiunt, [32] στρατηγηματικὰ habebuntur, [33] si in specie eorum sunt στρατηγήματα. [34] Horum [b] proprie vis

a Vulgo UT PARENT GRATIAM &c. PER QUAM POSSIMUS, SIMILEM. b Vulgo EORUM.

30 *Ut parent gratiam*] Haec verba ἀπροσδιόνυσα, ut & τὸ *possimus*, non habent 3 Regii, 3 Hillensb. & unus Romanus Sensu optimo l. *Meminerint*, στρατηγηματικῶν & στρατηγημάτων *perquam* (non *per quam*) *similem naturam discernere*. Nimirum στρατηγηματικὰ & στρατηγήματα licet videntur simillima, tamen sunt discernenda; ad exemplum coelestis arcus, in quo diversi niteant cum mille colores, Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit. Nam στρατηγηματικὰ sunt universitatis, sed στρατηγήματα velut partium. TENN. Optime hunc locum & verissime emaculavit Tennulius. Nam haec verba *ut parent gratiam* non comparent quoque in Leidensibus, Gudiano, aut Cantabrigiensibus, sine dubio intrusa ab indocto librario pro Graecis vocabulis, quae legere non poterat: unde Latina similium characterum reposuit. Hoc ex eo patet, quod in illis MSS. ubi haec verba inveniantur, Graeca vocabula desint, ut in Medicois, qui habent & *p.*, Palatino & Vossiano ac Edd. primis. Dein *possimus* ad sensum sulciendum est interjectum. Sed bene exsulat quoque a Vossiano, Gudiano & Leid. primo. In aliis non legitur *similem*. Quidam *possumus*. Leid. sec. *quae possint*. OUDEND. Confirmant hanc emendationem quoque excerpta MSti Rostgardiani. IDEM *cur. post.*

31 *Tum*] MSS. *Cum*. TENN. *Cum* inveni quoque in meis omnibus. Dein *magnifice*, *constanter* cuncti cum Edd. primis, non ut vulgo inverso ordine. OUDEND.

31* *Constanter fiunt & partiuntur.*] Corrige ex antiquis exemplaribus *patiuntur*; ut fit unum ex illis verbis, quae Gellius inopinata vocat, quae utroque versum dicuntur. PARRHAS. Meliora vide in notis.

32 Στρατηγηματικὰ *habebuntur*] Male Regius & *patiuntur gratiam*, alius *gratiam habebunt*. TENN. Idem hic accidit quod supra. Ex Graecis, non perspectis formaverunt inepti librarii Latinos characteres. Hinc in aliquot etiam meis & Editionibus primis & *partiuntur* vel *patiuntur gratiam habebunt*, & statim pro στρατηγήματα, & *gratia*. in Leid. sec. *artis nota* ϛ. OUDEND

33 *Si in specie*] Ex MSS. l. *Sed*. TENN. At nostri constanter retinent *si*. nihilque mutandum judico. OUDEND

34 *Horum*] Sic reposui e MSti novem. Vulgo *eorum*, quod statim praecesserat. *Horum quippe* in uno Cantabrig. scribitur. malim autem *propria*. OUDEND.

35

vis in arte ſollertiaque poſita proficit, tam, ubi cavendus, quam, ubi obprimendus hoſtis ſit. Qua in re quum verborum quoque illuſtris exſtiterit effectus, ut factorum, ita dictorum exempla poſuimus. [35] Species eorum, quae inſtruant ducem in his, quae ante proelium gerenda ſunt.

35 *Species*] Contra MSS. & rationem vulgo legitur *& ſpecies*. Nam reſpicit ad Indicem ſeqq. Capitum. TENN. *Et* addidit primus Scriverius: ut eſt in uno Pariſienſi: ſed rectius ejecit rurſus Tennulius. Wechelius & Stewechius non recte quoque ediderunt *inſtruent*. OUDEND.

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De occultandis consiliis.*
II. *De explorandis consiliis hostium.*
III. *De* [36] *constituendo* [a] *statu belli.*
IV. *De transducendo exercitu per loca* [37] *hosti* [b] *infesta.*
V. *De evadendo ex locis difficillimis.*
VI. *De insidiis* [38] *in itinere factis.*
VII. *Quemadmodum ea, quibus* [39] *deficimur, videantur non deesse, aut usus eorum expleatur.*
VIII. *De distringendis hostibus.*
IX. *De seditione militum compescenda.*
X. *Quemadmodum intempestiva postulatio pugnae inhibeatur.*
XI. *Quemadmodum incitandus sit ad proelium exercitus.*
XII. *De dissolvendo metu,* [c] *quem milites ex adversis* [40] *omnibus conceperint.*

a Vulgo CUSTODIENDO. *b* Vulgo HOSTIUM. *c* Vulgo QUO M. E. A. O. CONCIDERUNT.

36 *Custodiendo*] Omnium MSS. nostrum consensu lege *constituendo*. Et sic ediderat Godefridus Hittorpius Anno 1529. TENN Mei quoque & Edd. Rom. ac Bonon. vere *conistituendo*, ut patet ex ipsis Capitis tertii exemplis.

37 *Hostium infesta*] MSS. *Hosti infesta*. TENN. *Hosti* etiam nostri & Edd. primae. *Hostis* Medic. pr. *Hostibus* Medic. sec. Exempla hujus capitis videntur postulare *hosti* vel *hostibus infesta*. OUDEND.

38 *In itinere*] MSS. sex *itinere*.

39 *Deficimur*] MSS. plerique & Edd. Vett. male *deficimus*, &c. *ut u. e. expleatur* vel *expleantur*.

40 *Omnibus conciderunt*] Tres Regii, duo Hillensb. *conciderint*. sed l. ex uno Regio & optimo Hillensb. *quem milites ex adversis ominibus conceperint*. TENN. *Quem* Leid. sec. Coll. Voss. *conceperint omin.* unde Vossius sanam lectionem margini quoque alleverat, quam jam exhibet Parisiensis Edit. Vide ad ipsum Cap. XII. OUDEND.

SE-

SEXTI JULII FRONTINI STRATEGEMATICON

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

De occultandis consiliis.

EXEMPLUM I.

I. [1]Marcus Porcius Cato, devictas [2] ab se Hispaniae civitates existimabat [3] in tempore rebellaturas, fiducia murorum. Scripsit itaque singulis, ut diruerent munimenta, minatus bellum, nisi confestim

1 *M. Porcius Cato*] Sic editi & MSS. Verum ut scias, effrenes monachi quam corruperint autores; en exemplum singularis flagitii! Hunc locum nobis ita exhibuerunt in codice membranaceo, qui penes me est. *Marcus Porcius Cato cum subjugasset Hispaniae civitates & timeret ne subito debellarent. Epistolas per singulas civitates misit ut unaquaeque civitas muros suos diruerent & si non fecerent minitatus inferret. Epistolas quibus ipsas omnibus civitatibus una die dari praecepit. Unaquaeque civitas cum sibi tantum hoc imperatum putassent muros illico diruit. Certe si omnibus pariter hoc mandasset rebelles exstitissent.* Si haec est paraphrasis, merito ineptissima dicetur: Meruerunt scilicet isti obesi ventres natale supplicium, qui otii sui non aliam operam reddunt, quam ut perditum eant bonos autores, vel pro iis sua somnia nobis obtrudant. TENN. Eodem modo habet haec Codex Bibliothecae Lugduno Batavae, quem subinde ad partes voco sub titulo *Leid. tert.* qui ita perpetuo interpolatus est, ut plane alius sit factus liber; quod nobis argumento & indicio esse potest, quam pessime a librariis, castratoribus & interpolatoribus, habitus sit noster auctor. qua de re plura dixi in praefatione. Est autem iste liber MStus junctus optimo Vegetii Codici, & Bibliothecae Leidensi accessit ex legato Celeberrimi J. Perizonii, nec dubito quin idem sit, de quo hic loquitur Tennulius. Ceterum in duobus Regiis & Leid. sec. praenomen *M.* non conspicitur. OUDEND.

2 *Ab se*] Sic pro *a se* ex Medicco primo hic & postea aliquoties repetitis. dein *ab* non agnoscit

ſtim obtemperaſſent: epiſtolasque univerſis civitatibus eodem die reddi juſſit. [4] Unaquaeque urbium ſibi ſoli credidit imperatum. Contumaces conſpiratio potuit facere, ſi omnibus idem denuntiari notum fuiſſet.

II. Himilco, dux Poenorum, ut in Siciliam [5] inopinatus adpelleret claſſem, non [6] pronuntiavit,

ſcit Leidenſis ſecundus. *ni* pro *niſi* habet Mediceus ſecundus. *Continuo* pro *conſeſtim* Cantabrigenſis unus: ut ipſe Cato alibi de Re Ruſt. 671. *Bos ſi aegrotare coeperit, dato continuo ei unum ovum:* quare vulgatae voci, per ſe bene Latinae *continuo* hic praefert Cl. Waſſe. In fine hujus exempli *potuiſſet facere* non male Leidenſis ſec. Mox in Hillenb. & Edd. Pariſ. *notum tunc fuiſſet*. OUDEND.

3 *In tempore*] Id eſt, opportune, in articulo rerum gerendarum. Ter. And. 3. 2. 52. *Atque adeo in ipſo tempore cecum ipſum obvium.* ibid. 5. 6. 10. *O Charine, in tempore ipſo mihi advenis.* Hecyr. 4. 4. 5. *Opportune te mihi, Phidippe, in ipſo tempore oſtendis.* Plaut. Ciſtel. 4. 1. 18. *Dedita opera in tempore ipſo Spes mihi ſancta ſubvenit.* Amphitr. 3. 2. 17. *Atque Alcumenae in tempore auxilium feram.* Capteiv. 4. 2. 56. *Oh mihi! Quantum eſt hominum optumorum optime, in tempore advenis.* Frontin. L. II. C. 1. n. 3. *Exiſtimavit ardori cedendum in tempore.* Pro eo Terentius dicit *in loco.* Adelph. 2. 2. 6. *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.* TENN.

4 *Unaquaeque urbium*] Videntur hic quaedam deeſſe, ſi locum diligentius cum ceteris auctoribus conferas. Vide Plutarchum in Catone Maj. p. 342. Ed. Pariſ. Appian. in Iberic. p. m. 467. Polyaen. L. VIII. Strateg. C. 17. Livium L. XXXIV. C. 17. Immo Marinus Sanutus Torſellus, qui ſcripſit ſecreta fidelium Crucis A. MCCCXX. & multa ad verbum fere noſtri Frontini loca exſcripſit, addit hic L. III. Part XV. C. 2. *Qua conſilii occultatione*, ut notavit etiam ad marginem mei Codicis Scriverius. Aurelius Victor autem de Vir. Illuſtr. C. 47. ſua verba videtur mutuatus eſſe ex noſtro, ſecus ac Keuchenius exiſtimabat, dicens ab eo noſtri auctoris locum verbotenus eſſe deſumptum; quod ſcilicet credidcrit, Plinium vel Corn. Nepotem eas vitas conſcripſiſſe. Ait vero *ne rebellare poſſent, litteras ad ſingulas civitates miſit, ut muros diruerent. Cum unaquaeque ſibi ſoli imperari putaret, fecerunt.* OUDEND.

II. *Himilco*] Ita lego, non *Hamilcar*, uti vulgo eſt. SCRIVER. *Himilco* hic ſcribendum eſſe monuit etiam ſummus Vir J. Caſaubonus ad Polyaen. L. V. 10. 2. quem conſule: ubi videtur mihi ſcribendum eſſe λαμπτῆρα στρατηγικὸν. MS. λαμπτῆρας. Vulgo ſine ſenſu λαμπτῆρα στρατηγικὸν. Invenitur autem hic *Himilco* in plerisque Codicibus. *Amilco* in Vaticano. Contra vero ac hic putabat Scriverius in Aurel. Victore C. 41. pro *Himilcone* reponendum eſſe *Hamilcarem* ex Livio L. XXI. ſed ego illic *Hannone* cum aliis malim. OUDEND.

5 *Inopinatus*] Arcerianus cum duabus Edd. primis *inopinanter*. de qua voce vide Salmaſ. ad Flor. L. II.

vit, quo proficiſceretur; ſed tabellas, in quibus ſcriptum erat, quam partem peti vellet, univerſis gubernatoribus dedit ſignatas; praecepitque, ne quis legeret, niſi vi tempeſtatis a curſu praetoriae navis [7] abductus [a].

III. [8] C. Laelius ad Syphacem profectus [9] legatus, quosdam ex tribunis & centurionibus, per ſpeciem ſervitutis ac miniſterii exploratores ſecum duxit, ex quibus L. Statorium, [b] quem, quia ſaepius in eisdem caſtris fuerat, [10] quidam ex hoſtibus

a Vulgo ABDUCTUS ESSET. *b* Vulgo abeſt QUEM.

L. II. C. 6. cujus verbis hic more ſuo utitur Keuchenius. Verum nihil mutandum eſſe videbimus ad L. III. C. 1, 2. OUDEND.

6 *Pronuntiavit*] Arcerianus *praenunciavit*. dein in Leid. ſec. eſt *tabulas*. mox *vellet petere* Edd. Rom. & Bon. Infra Arcerianus *vi & tempeſtate*. poſt *navis* Gloſſam interponit unus Cantabrig. *quam ſequi juſſi fuerant*. Inſtitutum hoc cum aliorum imperatorum, tum etiam Caeſaris fuit. Hirt. de B. Afric. C. 3. *Quod neque gubernatoribus, ut eos ipſius conſuetudoque ſuperioribus temporibus fuerat, tabellas ſignatas dederat, ut in tempore iis perlectis locum certum peterent.* OUDEND.

7 *Abductus eſſet*] MSS. Regii, unus Romanus, tres Hillensb. carent τῷ *eſſ-*, quae elegantior brevitas TENN. Non conſpicitur etiam haec vox in Palatino, Mediceis, Leidenſibus, Gudiano, Vaticano, Coll. Voſſ. aliisque; quare delevi. OUDEND.

8 *C. Laelius*] Praenomen non agnoſcunt MSS. tres. Infra *de hoſtibus* Medic. pr. Mox a Palatino & Coll. Voſſiano abeſt *ejus*.

9 *Legatus*] Sic I. Nam Laelius fuit Legatus Scipionis. Omnes MSS. habent *legatos*, n. 9. *Praecipitque legatis*. TENN. Quinque ex meis ſervant *legatus*: quare nihil temere mutem. Ceteri tamen omnes cum Editionibus antiquis & Sanuto *legatos* exhibent, forſan quia ſciverunt una cum Laelio plures iviſſe legatos: Verum ſi per MStos licet, malim hinc excudere *profectus legatus lectos quosdam* &c. C. 2. §. 1. *Scipio Africanus capta occaſione mittendae ad Syphacem legationis cum Laelio ſervorum habitu tribunos & centuriones lectiſſimos ire juſſit* &c. Livius L. XXX. 4. *Cum legatis, quos mitteret ad Syphacem, calonum loco primos ordines ſpectatae virtutis atque prudentiae ſervili habitu mittebat*; quae verba, ut ſolet, Livius deſumpſit ex Polybio L. XIV. Excerpt. init. OUDEND.

10 *Quidam ex hoſtibus*] MSS. omnes. *Quem quidam ex hoſtibus*, ſenſu rotundiore. TENN. Noſtri quoque cum Ed. Pariſ hic addunt *quem*; ſed non video inde exoriri ſenſum rotundiorem, niſi illa verba, *quia ſaepius in eisdem caſtris fuerat*, pro Gloſſa conſiderentur, ac deleantur: & certe verba illa in Sanuto non comparent. Aliter *quem* debet neceſſario retrahi ante *quia*: quod feci, ut ſenſus conſtaret. & hoc in margine

bus videbantur agnoscere, occultandae conditionis ejus caussa [11] baculo, ut servum castigavit.

IV. Tarquinius Superbus pater principes [12] Gabinorum [a] interficiendos arbitratus, quia hoc [13] nemini volebat commissum, nihil nuntio respondit, qui ad eum [14] a filio erat missus: [15] Tamen vir-

[a] Vulgo GABIORUM.

gine meo monuit Scriverius, qui ante conjecerat *quum quidam*: quomodo est in Hillensb. Salmasius olim ad Florum L. II. C. 12. Ed. primae legebat, *quia, quod s. l. e. c. f. quidam &c.* Scilicet Statorium videbantur hostes agniturі, quia saepius in Syphacis castris fuerat. Hic autem L. Statorius videtur fuisse frater Q. Statorii Centurionis: nam eumdem fuisse non audeo statuere; si quidem ille ex sententia summi Gronovii ab eo tempore, quo primum in Syphacis castra venit, ibi permansit, Regiique exercitus dux contra Scipionem factus est. Consule omnino Livium L. XXIV. C. 48. & L. XXX. C. 28. ac Gronov. Observ. IV. C. 7. OUDEND.

11 *Baculo ut servum c.*] In MS. optimo Palatino est *& sermone c.* Unde quis conjicere posset *baculo* esse interpretationem verioris vocis *scipione*. Plaut. Amphitr. 1, 3, 22. *Quoi ego jam hoc scipione.* Sed hoc monuisse sufficiat. OUDEND.

12 *Gabiorum*] Non hoc damnarem; sed MSS. tantum non omnes dant *Sabinorum*; licet nihil notaverit Tennullius; & recte Regius secundus ac Gudianus *Gabinorum. primores Gabinorum* Livius L. I. C. 54. *Gabini* infra L. III. C. 3. §. 3. OUDEND.

13 *Nemini volebat commissum.*] Ita emendavi, cum antea passim legeretur, *quia hoc nemini volebat innotescere commissum, nihil nuntio respondit, qui ad eum a consilio erat missus, tamen*, &c. Primum enim illud *innotescere*, in quodam impresso (MSS. enim hujus auctoris libris deficimur) non erat: & illud *a filio*, verum esse, testantur omnes Rom. rerum scriptores, & in iis Livius L. I. Decad. I. Modius. Ita Modius, ita tres mei scripti. Vulgo *et innotescere* hic inserunt, sed e Glossa. SCRIVER. *Nemini volebat commissum* sic omnes MSS. & Modius, qui queritur se non habuisse hujus autoris libros MSS. sic correxit primus, cum antea legeretur: *Nemini volebat innotescere commissum.* TENN. In solis Palatino & uno Scriverii comparet *innotescere:* sed in Leid. sec. & Gudiano ad marginem *patefacere*. Conjecerat quoque Scriverius pro *commissum* posse legi *comitum*. Verum cum Livius L. I. C. 54. Dionys. Halicarn. L. IV. p. 255. Valer. Maxim. L. VII. C. 4. Flor. L. I. C. 7. Polyaen. L. VIII. C. 6. aliique dicant vel regem, fidei nuncii minus credentem, eum seduxisse in hortum, vel solum forte in horto ambulavisse, cum ad eum veniret nuncius, *comites* hic locum habere nequeunt. Quod sine dubio vidit etiam Scriverius; quare Modii sequamur correctionem. OUDEND.

14 *A filio*] Sic idem Modius; cum antea esset *a consilio*. SCRIV. Quod confirmant MSS. omnes, & Edd. primae, & res ipsa. OUDEND.

15 *Tamen*] Sic Regii, sed Hillensb. L. III. *tm.* Quod explicant

virga [16] eminentia papaverum capita, quum forte in horto ambularet, [17] decuſſit. Nuntius [18] ſine reſponſo [a] reverſus, renuntiavit adoleſcenti Tarquinio, [19] quid agentem patrem vidiſſet: ille intellexit, idem eſſe eminentibus faciendam.

V. [20] C. Caeſar, [21] quod [b] ſuſpectam habebat Aegy-

[a] Vulgo RESPONSIONE. [b] Vulgo QUI.

cant *tantum*. Doctiſſimus Joannes Ortwinius, qui Bommelae Salinarum induſtrioſiſſime regit Juvenum ſtudia, in ſuo MS. invenit quoque *tantum*. Sed mecum nihil mutandum cenſet. Sic Terent. Hecyr. III, 4, 33. *Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam.* Donatus *tamen* pro *duntaxat*. Et Acidalius quoque hanc particulam ita eſt interpretatus. Vellejus L. II. C. 28. *Nec tamen in eos, qui contra arma tulerant, ſed in multos inſontes ſaevitum.* Sic Popma & Gerardus Voſſius legunt; quorum poſterior ſubaudit τὸ *tantum*, quaſi ſcripſiſſet *Nec tamen tantum*: non placet. Nam ſic ſubaudiendum *licet*. TENN. Velleji locum adduxit quoque Keuchenius & per *tantum* explicuit. Ibi vide Cl. Burmannum. perpetua in his vocibus eſt confuſio. Hic *tantum* ſcribitur in quatuor Scriverii, & octo meorum Codicibus, & placuit Salmaſio ad citatum Flori locum, uti & Lipſio. Nihil muto. Nil quidem verbis reſpondit rex; ſed tamen virga papaverum capita decuſſit. Sic fere C. 5. §. 17. *ſine effectu: hoſtem tamen* &c. OUDEND. Bene ſe habere hoc *tamen*, patebit quoque e notatis ad Caeſ. L. V. B. G. C. 35. ad Sueton. Tib. C. 4. Mox *deambularet* exaratur etiam in Scriveriano aurato Cod. IDEM *cur. poſt.*

16 *Eminentia*] Palat. *eminentium*. paullo poſt *deambularet* duo Leidd.

17 *Decuſſit*] Arcerian. & unus ex meis *excuſſit*. Leid. tert *cepit excutere*. Quod Keuchenio non placet. Ita tamen hac in re Florus L. I. C. 7. *Eminentia ſortis papaverum capita virgula excutiens.* Sic enim vel *excuſſit* MSS. 4 Leidenſ. praeter Salmaſ. & Dukeri Codd. quos vide; non *decuſſit*: ut hic laudat Keuchen. Adde N. Heinſ. & Burm. ad Faſt. Ovidii L. III. v. 237. *excuſſae frigore frondes.* Praeſtat tamen plurimorum Codicum lectionem ſequi ex Livio L. I. C. 54. *Ibi inambulans tacitus ſumma papaverum capita dicitur baculo decuſſiſſe.* & Valer. Max. L. 7. C. 4. *Altiſſima papaverum capita baculo decuſſit.* Colum. L. IV. C. 27. *partem aliquam foetus decutere.* L. V. C. 6. *ramus fructum decutiet.* Virg. II. Georg. 402.

Frigidus & ſilvis Aquilo decuſſit honorem.

Unde Stat. Silv. L. I. C. 2. v. 254. *Silvis decuſſa vetuſtis Frigora.* OUDEND.

18 *Reſponſione*] Omnes MSS. habent *ſine reſponſo*, ut ſupra *deſtinato* pro *deſtinatione*. TENN. *Reſponſo* auctori reſtitui, quod dant mei quoque & Scriverii omnes. Livius. *Interrogando exſpectandoque reſponſum nuncius ceſſus.* Et ſic ille, ſic alii ſexcenties. OUDEND.

19 *Quid* &c.] Vaticani Codicis excerpta *id ag. p. vidiſſe.*

20 *C. Caeſar.*] Praenomen omittunt MSS. Scriveriani, & ſex mei cum Edd. primis. id ſaepiſſime

gyptiorum fidem, per ſpeciem ſecuritatis, inſpectione urbis atque operum, ac ſimul [22] licentioribus conviviis deditus, videri voluit captum ſeſe gratia locorum, [23] ut ad mores Alexandrinos, vitamque deficeret *a*: atque inter eam diſſimulationem praeparatis ſubſidiis, occupavit Aegyptum.

VI. [24] Ventidius Parthico bello adverſus Pacorum regem, non ignarus, [25] Pharnaeum quemdam,

a Vulgo ET DEFICERE.

ſime accidiſſe, crebro infra notandum erit. Dein non male in ora unius Scriveriani pro varia lectione *inſpectioni*. Mox *captum ſe* MSS. mei ſeptem. *captus eſſe* Gudian. & Leid. ſec. *captus gratia* recte Palat. & Reg. pr. Alius *captus e gr.* OUDEND.

21 *Qui ſuſpectam.*] Edi rectius, ni fallor, curavi *quod* ſeu *quia*. *Quod* certe exhibent Regius primus, Mediceus primus, uterque Leidd. & duo Cantabrigienſes, tertius *quia*. OUDEND.

22 *Licentioribus*] Arcerianus *licentioſis*. quod probat Keuchenius. Sed male. Vide Burmann. ad Ovid. Art. Amat. 1. 569. & Heinſ. ad Epiſt. 1. Sabini, 49. *Vina licentia*. *Licentior vita* Valerio Maximo L. IX. C. 1, 2. OUDEND.

23 *Et ad mores*] Alias *ut ad m. A. v. q. deficeret*. SCRIV. Omnes, quos videre hactenus fuit, MSS. edunt: *Ut ad mores Alexandrinos vitamque deficeret*. Nec video, quare vulgatae lectioni poſtponatur. Juſtin. L. 12. C. 3. dicit; *in leges eorum, quos vicerat, transiret*. L. XII. C. 12. *Se in illorum, non illos in gentis ſuae morem transiſſe*. TENN. Scriveriani libri, noſtrique, ne uno quidem excepto, cum Editionibus Rom. Bonon. Hittorp. & Pariſ. *ut deficeret*. Quod itaque in textum recepi. Vulgata lectio primum, quod ſciam, comparet in Wechelii Edit. Mutarunt illi, qui crediderunt debuiſſe addi *adeo* vel *ſic*. Sed illas particulas ſaepe ſubintelligi norunt Latinae linguae eruditi: quamquam ex variis lectionibus praecedentis commatis facile reponi poſſet *captus ſic gr. loc. ut* &c. Quod auctor dicit, vocat ipſe Caeſar L. III. B. Civ. C. 110. *In conſuetudinem Alexandrinae vitae atque licentiam venire*. OUDEND. De hac ellipſi *adeo, ita* vide etiam ad Caeſ. L. III. B. G. C. 14. Appul. L. VI. Met. p. 127. *at illa* quamvis *humi proſtrata*, tamen *tenaciter loco inhaerebat, ut procurrentem tractu ſui ſequeretur*. ubi fruſtra e MS. *tam* malebat Pricaeus. Ceterum Heinſius ad Ovid. L. II. Am. El. 13. vſ. 7. legendum pronunciat *& ad mores* &c. *deſciſcere*. Non repugnarem, ſi MSStorum intercederet auctoritas. Nunc nil temere mutandum cenſeo. Nam, quod alii *deſciſcere a virtute* dicunt, Cicero de amic. C. 11. *a virtute deficere* expreſſit. IDEM *cur. poſt.*

24 *Ventidius*] Mediceorum unus addit ipſius praenomen *P.* nonnulli quoque pro *Pacorum* ſupponunt *Parthorum*.

25 *Pharneum.*] Duo Regii & unus Hillensb. *Farneum*. Tertius Hillensb. *Farreum*. TENN. Eadem varietas in Scriverii & meis ſcriptis. *Phaneum* citat Scaliger ad Varronem. Verum apud Dionem

dam, natione [26] Cyrreſten, ex iis, qui ſocii videbantur, omnia, quae apud ipſos [27] agebantur, nuntiare Parthis, perfidiam barbari ad utilitates ſuas convertit. Nam quae maxime fieri cupiebat, ea vereri ſe, ne acciderent: quae timebat, ea

tem Caſſium, quo latius nemo hiſtoricorum hoc Ventidii ſtrategema enarrat, L. XLIX. p. 403. Ed. Wech. hic dynaſta vocatur Χαναιῶν. ſive ut aliae habent editiones Χαναῖος. unde optime Doctiſſimus Vir P. Weſſeling in litteris ad me datis hic quoque ſubſtituendum judicat *Channaeum*, quod nomen Syro homini convenire gentis ſermo probat. Juvat paullulum. Regius ſec. in quo exaratur *Francum*. Aliter poſſet uno ex altero correcto ſcribi *Pharnaenm*, quod fieri curavi, ut ſaltem diphthongus ſervetur, Φαρναῖον. quomodo dicimus *Pharnacen*, *Pharnabaſum*, *Pharnapaten* &c. Sed prius magis placet. OUDEND. Jam olim Freinsh. ad Epit. Livii CXXVIII. C. 21. emendavit *Channaeum*. Drakenb. ad Liv. L. XXV. C. 9. §. 4. citat *Pharnacem*. IDEM *cur. poſt.*

26 *Cyrreſtem.*] Alii *Tyrieſtem.* ſed fruſtra ſunt. *Cyrreſtes* dictus a Cyrro, urbe Syriae: de qua re vide Stephanum de Urbibus, & Joſephi Scaligeri divinas ad M. Varronis L. III. C. 5. de Re Ruſt. annotationes; ſeu oracula ſunt. MOD. *Cyrreſten.* ſic l. duo vero Regii *Cyrrheſtem.* Unus Reg. & duo Hillensb. *Cirreſten.* Quartus Reg. & tertius Hillensb. *Cyrheſten.* Stephanus Κύρρος πόλις Συρίας. ὁ πολίτης Κυρρήστης. Cyrrus est urbs Syriae. Varro L. III. de r. r. C. 5. *In eodem hemiſphaerio medio circum cardinem eſt orbis ventorum octo, ut Athenis in horologio, quod fecit Cyrreſtes.* Sic correxit divinus Scaliger (cum antea legeretur *cypreſtes*) ex Vitruvio L. I. *Sed qui diligentius perquiſiverunt, tradiderunt eos eſſe octo; maxime quidem Andronicus Cyrreſtes, qui etiam exemplum collocavit Athenis, turrim marmoream, octogonon, & in ſingulis lateribus octogoni ſingulorum ventorum imagines exſculptas contra ſuos cujusque flatus deſignavit.* TENN. *Cyrreſten* ante Modium aliosque jam recte ediderat Hittorp. & Wechelius, & cum plerique MSS. Codices (nam ceterorum variis ludibriis lectorem non morabor) tum Historici ipsi eam lectionem confirmant. Idem enim Dio ait καὶ ἅτε ἐν τῇ Συρίᾳ ἀντῷ τῇ Κυρρηστικῇ γενομένῳ συμβαλὼν ἐπικούρων. Plutarchus in Antonio p. 931. Ed. Paris. ἐν τούτῳ δὲ Πάκορον τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα, μεγάλῳ στρατῷ Πάρθων ἄνδρα ἐπὶ Συρίαν ἐλαύνοντα συμπεσὼν Ὀυεντίδιος ἐν τῇ Κυρρηστικῇ τρέπεται, καὶ διώκων παμπόλλας, ἐν πρώτοις Πακόρῳ πίπτοντι, & iisdem verbis Appianus in Parthicis p. 156. niſi quod ibi male vulgo edatur Κυρηστικῇ De hac gentili Κυρρηστῶν potius quam ος aut ος Orthographia vide plura in notis ad Stephanum. OUDEND.

27 *Agebantur.*] Omnium MSS. torum conſenſu lege *agerentur.* TENN. *Agerentur* jam videas in Edd. primis, quod ex Scriverii & meis quoque Codicibus repoſuiſſem, niſi vetaſſet Mediceus primus, & Regius ſecundus, qui ſervant vulgatum, & ipſe auctor §. 11. & C. 5. §. 13. in indicativo diceret *ignarus rei, quae agebatur.* OUDEND.

ea ut evenirent, [28] optare [a] ſimulabat. Sollicitus itaque, ne Parthi ante tranſirent Euphraten, quam ſibi [29] ſupervenirent legiones, quas in Cappadocia trans Taurum habebat, ſtudioſe cum proditore egit, [30] uti ſollenni [b] perfidia Parthis ſuaderet, per Zeugma trajicerent exercitum, qua & breviſſimum iter eſt, & [31] omiſſo alveo Euphra-

tes

a Vulgo OPTARE SE. *b* Vulgo UT S.

28 *Optare ſe*] 4 Regii & duo Hillensb. omittunt *ſe*; quia praeceſſit *vereri ſe*. TENN. Delevi illud *ſe*; quod vulgo otioſe repetitur: ſed abeſt quoque a duobus Scriverii, & decem meis MS. In Medic. primo & Edd. pp. transpoſite ſcribitur *ſe optare*, certo indicio, additam fuiſſe vocalam eam ad explicationem. OUDEND.

29 *Supervenirent*] Keuchenius exponit *ex improviſo nimirum & inopinanter*: Et ſane ita compoſitum hoc tam a noſtro quam aliis ſolet uſurpari. Verumtamen is ſenſus locum hic habere nequit; quippe Ventidium exſpectaſſe legiones, non obſcure ipſe auctor tam hac periodo, quam infra indigitat; & ex hiſtoria patet, jam tum illum id egiſſe, ut ex hibernis undique eas contraheret. Quare pro advenire & ſuccurrere neceſſario ſumi debet. Quod ſi durius & ineleganter dictum videtur, ſcribamus *ſubveniret*, ut clare exhibet Mediceus primus. quae variatio occurrit quoque L. II. C. 5. §. 45. ubi certe mutari non eſt neceſſe, *aliam claſſem in auxilium ſupervenire ei arbitrati*. & L. III. C. 15. §. 1. *Donec Camillus ſubveniret*. al. *ſupery*. Adde Curt. L. IV. C. 4. §. 9. Quod ad hiſtoriam autem, confer omnino Dionem laudato loco. OUDEND. Adde Curtium L. VIII. C. 10. §. 5. *jam* ſupervenerat *Craterus*. IDEM *cur. poſt.*

30 *Uti ſollenni*] Sic reſcripſi auctoritate Mediceï pr. Leid. pr. Voſſiani, & Hillensb. ac Edd. Romanae, Bonon. & Pariſ. vulgo *ut*. paullo ante una voce auctius legitur in Gudiano ad marg. & in Leid. ſec. *praeparatas habebat*. & infra Arcerian. *breviſſimum itiner*. OUDEND.

31 *Omiſſo alveo*] Inſolens locutio: unde Lipſius & Serverius in margine notarunt, ſcribendum ſibi videri *remiſſo*. alius vir doctus mallet *demiſſo*. Scripti nihil variant, niſi quod in Mediceo ſec. ſit *obmiſſo*, & in Edit. Pariſ. priore *emiſſo*. in Arceriano *decucurrit*, in Palatino *diſcurrit*. *Omiſſo alveo decurrere* videtur notare leni, licet laxiore, aqua, languide & remiſſe, nec admiſſis aquis defluere. Solent autem, ut notum eſt, flumina, ubi latiora ſunt, ibi etiam vadoſa & maxime pervia eſſe, ut de Euphrate hoc in loco teſtatur Tacitus: unde & illic conſuetus erat Parthorum transitus. Simili fere ſenſu dicitur *omiſſa obſidio*, *omiſſus animus* & alia, de quibus conſule J. F. Gronov. Obſerv. L. III. C. 7. Videndum tamen, an leviſſima mutatione non poſſet legi *commiſſo* i. e. ponte juncto, qualis ibi jam fuerat ab Alexandri Magni temporibus. Unde & urbi iſti cognomen Zeugma. V. Stephan. Strabon. Plinium, & Ammian. Marcell. OUDEND. Corrupta haec eſſe, perſuaſiſſimum mihi eſt; opinorque, Frontini mentem fuiſſe, ut de-

eg-

tes decurrit. Namque ſi illac venirent, adſeverabat, ſe obportunitate collium uſurum, ad eludendos ſagittarios: omnia autem vereri, ſi ſe [32] in patentes campos projeciſſent. Inducti hac adfirmatione Barbari [33] inferiore itinere per circuitum adduxerunt exercitum: dumque fuſiores ripas, & ob hoc operoſiores [34] pontes jungunt, inſtrumenta-

ceret, Parthos ibi facillime potuiſſe transire, quia per pontem ad Zeugma arctiſſimus Euphratis alveus trajici ab illis ſolebat; ut docent alii ſcriptores, & hic Dio Caſſius; dum contra *infra fuſiores ſine juncto ponte erant ripae*, ut patet ex oppoſitione. Quare *commiſſo*, quod conjeci, adhuc retineo; ſive per pontem juncto. Flor. L. 1. C. 4. *interfluentem Urbi Tiberinum ponte* commiſit. ubi vid. Duker. Aliquoties in his compoſitis hallucinati ſunt librarii. V. Drakenb. ad Liv. L. x. C. 19. Sic in Appul. L. IV. Met. p. 121. *de manibus* omittas *oſſulam*. in nonnullis prave *committas*. Vel ſic tamen ſanum omnino eſſe locum, ſpondere non auſim. Nam, ut ad me ſcripſit ill. J. Buherius, poëticum aliquid redolet, & a Frontiniana ſimplicitate alienum videtur. Forſan cum eodem Viro leviſſima inſuper mutatione legendum *commiſſo alveo Euphratis, decurrit* ſc. iter. quomodo *curſus viae, limitum*, dicitur, & ſic *ſententia currit*. Sed num & hoc nimis poëticum? Si *ponte* excidiſſe ſtatuamus, nihil difficultatis ſupereſſet. IDEM *cur. poſt.*

32 *In patentes campos*] Duo Hill. *infra*. unus *intra*. TENN. *Infra p.* habent novem vel decem noſtri vetuſtiores cum Edd. Pariſinis. Quid ſi legamus *infra in patentes campos*. Infra Zeugma ſcilicet; ἐπὶ ἄνω τοῦ ζεύγματος ait Dio. *Infra* ſine caſu ſaepe ſignificat deorſum. Liv. L. 1. C. 43. *Nec fere umquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos pervenirent.* Stat. L. 11. Theb. 163.

Iſthmos & alterno quas margine ſubmovet infra.

Quid vero velit Keuchenius, cum ait: *iſtud* in *non magis hic probum eſt, quam quod Editionum veterrima* (ut perperam putabat, Pariſcilicet) *habet* infra. *Nihil tamen mutamus*: non intelligo. Infra L. 11. C. 5. §. 40. *devenit in patentes campos.* plura vide ad Lucanum L. IV. 745. *merſos aciem dejecit in agros.* OUDEND.

33 *Inferiore*] Uterque Mediceus *inferiori*. dein Hillensb. *duxerunt*: unde quis conjicere poſſet *eo duxerunt*; ſed elegantius, ut puto, eſt vulgatum *adduxerunt*. quod hoc ſenſu apud rei militaris ſcriptores frequens. Caeſ. B. G. L. III. C. 28. *eo exercitum adduxit*. L. V. C. 46. Pro *fuſiores* Mediceus ſecundus legit *ſuperiores*. Idem mox praefert *eis denique copiis triduo* &c. *Copiis* ante *vicit* addit Ed. Pariſ. prior. *quibusque tr.* Vaticanus, qui pro XL. habet LX. *Adveniret* autem e MSS. & Edd. omnibus auctori reddidi, cum in Tennulii, ipſo tacente, Editionem irrepſiſſet *advenerit*. OUDEND.

34 *Pontes jungunt*] Haec lectio non cohaeret: quare Cl. Salmaſius *operoſiore ponte* legendum exiſtimat. *Ripas ponte jungere* rectum & Latinum eſt. SCRIV. Vid. Salmaſ. ad Flor. L. II. C. 12. Ed.

taque moliuntur, quadraginta amplius dies inpenderunt: quo ſpatio Ventidius ad comtrahendas uſus eſt copias; eisque triduo, antequam Parthus advemret [a], receptis, acie commiſſa, vicit [35] Pacorum [b], & interfecit.

VII. [36] Mithridates, circumvallante Pompejo, [37] fugam in proximam diem moliens, hujus conſilii obſcurandi cauſſa, latius & usque [38] ad adplici-

a Ed. Tenn. ADVENERIT. b Vulgo PARTHOS.

pr. Sunt & alii Viri Docti, qui *ponte* hic legi volunt; ſed fruſtra. Eodem enim auctor modo locutus eſt etiam L. IV. C. 2. §. 1. *Ad fluvium, in quo pontem jungi oportebat.* Immo dudum J. F. Gronovius Taciti locis docuit, aeque dici *jungere pontem*, ac *amnem ponte*, ad Plinii adpoſitum locum L. XXXIV. C. 15. *Et exſtare ferream catenam apud Euphraten amnem in urbe, quae Zeugma adpellatur, qua Alexander Magnus ibi junxerat pontem.* Seneca de Brevit. vitae C. 18. *pontes navibus jungit.* Ut ripas ergo jungant & commitrant, pontes quoque jungere debent. Hoc ſenſu *jungere ratem, naves* &c. eſt ex multis partibus conſtruere. Conſule Viros Doctos ad Valer. Flacc. L. I. 123. ad Curtium L. VIII. C. 10. Silium Ital. Lib. V. 559. De praedicta catena vide quoque Stephanum in Ζεῦγμα, & J. Nicol. Loenſem Epiphyll. L. IV. C. 8. Reliquias autem pontis ſua aetate adhuc exſtitiſſe, & catenam ſervari ex Epiſtola P. Gylii MSta, notante hic Scriverio, monet Ortelius. OUDEND. Notae meae adde Ammian. Marcell. L. XXII. C. 8. *Abydon; unde* junctis pontibus *Xerxes maria pedibus peragravit.* ἵππῳ ζεύξας Herodian. L. VII. C. 1. IDEM. *cur. poſt.*

35 *Vicit Parthos & interfecit.*] Omnes MSS. *Pacorum.* & ſic lege. Illum enim cum univerſa Parthorum manu interfectum docet Juſtin. L. XLII C. 4. TENN. Non Juſtinus modo & Florus L. IV. C. 9. quem laudat Keuchenius; ſed omnes uno ore Hiſtorici ſcribunt, Pacorum hoc proelio interfectum. Adſtipulantur quoque Arcerianus Keuchenii, quin ita legendum monuit Gronovius, & omnes Scriveriani. & plerique mei Codices. In quatuor ſcribitur *Parthorum regem*, e Gloſſa ſine dubio natum. Quod patet e Gudiano, in quo recens manus ad marginem adſcripſit *regem.* Juſſit quoque *Pacorum* reponi Clariſſ. Vir J. Waſſe ad Salluſt. B Jug. C. 107. *in patentibus campis* &c. Frequens autem & facilis apud omnes auctores in MSS. & Edd. eſt varietas inter *Pacorum* & *Parthorum.* Lipſius ad marg. Cod. ſui *Parthum.* OUDEND.

36 *Mithridates*] Arcerian. *Mithradates*, Graeca forma, teſte Keuchenio.

37 *Fugam moliens*] 4. Aeneid. verſ. 108. *Saepe fugam Danai Troja cupiere relicta Moliri, & longo feſſi diſcedere bello.* 6. Aeneid. 477. *Inde datum molitur iter.* TENN.

38 *Ad applicitas hoſti valles*] Sic omnes MSS Ortwinius ex ſuo ingenio legit *Ad applicitos hoſti vallos.* Quia ſecundum Iſidorum & alios, *Valli ſunt fuſtes, quibus vallum munitur.* ἀπὸ τοῦ TENN. Ortwinio fayent duo Medi-

citas hosti valles pabulatus, colloquia quoque cum pluribus, avertendae suspicionis caussa, [39] in posterum constituit. Ignes etiam frequentiores per tota castra fieri jussit. Secunda deinde vigilia, [40] praeter ipsa hostium castra agmen [41] eduxit.

VIII.

dicci, scribentes *ad applicitos hosti vallos per ambulatus*. Ceteri cum Sanuto servant vulgatum, nisi quod in uno Cantabrigiensi sit *praeambulatus*. *Valles hosti applicitae* forent ei proximae, & ad castra hostium quasi pertinentes. pabulari autem in vallibus solebant. Verum quia praecessit *circumvallante Pompejo*, videtur auctor voluisse innuere, pabulatores usque ad vallum hostium accessisse. Nihilominus *applicitis hosti vallis* non placent, & ut Latina sint vereor. aliud quid latet, Ex. Gr. *adplicitas hostis vallo segetes*, vel *adplicita hostis vallo prata*, aut tale quid. *hosti adplicitus* L. II. C. II. §. 5. OUDEND. Dubitari nequit, quin Frontinus intellexerit, pabulatores proxime ad vallum Pompeji accessisse. ill. Buherius conjecit, *ad adplicitos hostis vallos*. Verum praeterquam quod *valli* ita simpliciter non dicantur de vallo vel circumvallatione, plane abundaret participium *adplicitos*. Meus olim Petrus D'Orvillius putabat, haud male legi posse *ad adplicita hostis vallo* sc. loca. Solet enim cum aliis Auctor in similibus plurale neutrum adjectivi elliptice adhibere. Vid. ad C. v. §. 26. *per diversa loca*. Verum quia in his dativus adjectivo non solet adjici, forsan verissima erit haec lectio *ad adplicita hostis vallo pabulatus loca, colloquia*. Caussa, cur excidisset vox *loca*, liquido apparet. *adplicita* sunt proxima. Sil. Ital. L. XV. 418.

Proximus adplicito *saxosis* agere *silvis*
Tendebat. IDEM *cur. post.*

39 *In posterum*] *Imposterum* Arcer. Petrensis bene *in posterum diem*. L. II. C. 5. §. 20. *Profectionem edixit in posterum diem. in crastinum* Leid. tert. ex interpolatione. nimis incertum tempus in vulgato est. Paullo ante *suspicationis* unus Regius. dein *Ignes autem* Regiorum unus, uterque Mediceus & Edd. primae. Pro *deinde* scribitur *demum* sollemni mutatione in duobus Cantabrig. in Mediceo primo *autem*. et *demum* pro *tandem* placuit Cl. Wasse ad Sallust. Nostri nihil mutant, nec Sanutus. OUDEND.

40 *Praeter ipsa*] Sic omnes MSS. & ratio dictat, non *per*, quod Editioni Plantinianae in margine additum est. TENN. Edd. primae cum Sanuto habent *per*, quod per Romanorum castrorum rationem fieri nequivit. Medicei *prope*. Recte se habet *praeter*. Livius Lib. XXXIV. *Media nocte profectus, ut locum, quem vellet, priusquam hostes sentirent, caperet, praeter castra hostium circumduxit*. Justin. L. XVIII. C. 7. *Praeter castra revertit*. & saepe alibi. Verborum autem ordinem, MSStis jubentibus, mutavi. vulgo erat *castra hostium*. OUDEND. Caes. L. I. B. G. C. 48. praeter castra *Caesaris suas copias transduxit*. Plura de τοῦ *praeter* & *per* vide ad Sueton. Caes. C. 37. *Velabrum praeter*.

VIII. Imperator Caesar Domitianus Augustus Germanicus, quum Germanos, qui in armis erant, vellet obprimere, nec ignoraret, majore bellum molitione iturôs, si adventum tanti ducis praesensissent, profectionem suam [42] censu obtexuit Galliarum. [43] Sub quibus inopinato bello adfusus, [44] con-

vehens. Eademque confusio L. II. C. 3. §. 17. per *levem armaturam* pro praeter, vel propter, sive juxta & prope. Melae L. II. C. 3. de maritimo cursu *a promontorio Sepiade* per *Demetrion* &c. *cursus est.* IDEM *cur. post.*

41 *Eduxit*] Medicei *deduxit.*

42 *Profectionem suam censu.*] Alias *profectionis suae sensus obtex. Gall.* SCRIV. Omnes MSS. *Profectionem suam sensu obtexuit Galliarum.* Modius invenerat, *Profectioni suae census obtexuit Galliarum.* Ad marginem Scriverius opposuit, *Profectionis suae sensus obtexuit Gall.* Vulgata lectio est sanior. Nam Domitianus instituit suam profectionem, tanquam in Gallias esset acturus Censum. in τῷ *sensu* nullus sensus. TENN. *Profectionem suam sensu* MSS. & Edd. primae constanter exhibent. excepto Regio primo, in quo est *percensu.* dein pro *obtexuit*, quod sumtum pro praetexuit, obscuravit, Mediceus pr. *obtexit*; quomodo ex ingenio inaluerat olim Salmasius ad Florum L. II. C. 12. Ed. pr. Mihi secus videtur. OUDEND.

43 *Sub quibus*] Non placet hoc, nec habeo, quod dicam, aliud. Sed tamen non placet: utique cùm praecedentia alii sic legant *profectioni suae census obtexuit Galliarum.* MODIUS. MSS. non variant. Mira phrasis, significare videtur *quo praet.xtu, inter quae, inter eam dissimulationem.* Exemplo v. dixit. *per haec* C, v. Ex. 18. SCRIV. *Cur. post. Sub* cum ablativo notare tempus, vel praetextum saepius docuerunt viri docti. Hoc tamen loco durius videtur *sub quibus*; cum praecedat modo unum quid, ad quod referri possit, nisi admittamus lectionem, quam profert Modius, vel ex Regio & Mediceo rescribamus *per census obtexit Galliarum: sub quibus* scilicet censibus, sive eorum praetextu, ut apud Virgil. L. II. Aeneid. 83. *Sub proditione.* aut *sub quibus* erit post quos, simulac census illic egerit. de qua locutione consule Cel. Burmann. ad Vellej. 2. 127. *Sub his exemplis.* Si haec minus placent, & conjecturis indulgere licet, divinare possis *sic quietis*, qualés describit Livius L. XX. C. 19. *Quietos in tentoriis suis nihil minus quam hostem aut proelium eo die exspectantes.* Et passim *quietis* vel *securis* hostibus superveniendi exempla apud cujuscumque linguae scriptores. An etiam dedisset Frontinus *sic Cattis?* nam haec de expeditione in Cattos, cujus meminerunt Suetonius, Eutropius aliique, intelligenda videntur. *Cattorum* a Domitiano victorum mentionem facit noster quoque L. II. C. 3. §. 23. ubi vide: nam & illic erat corruptum. Quae autem hic Keuchenius de significatione *belli* pro *proelio* haud opportune adfert, verbotenus exscripsit ex Casauboni Comment. ad Polyb. p. 147. Ed Gronov. post quem multi id observarunt Viri Docti. OUDEND.

43* *Per census obtexit Galliarum*] De iliis per Imperatores,

ex

[44] contusa inmanium ferocia nationum, provinciis consuluit.

IX. Claudius Nero, quum cuperet Hasdrubalem, copiasque ejus, antequam Hannibali fratri jungerentur, [45] excidi; [a] idcircoque festinaret, se Livio Salinatori, [46] collegae suo, cui bellum mandatum fuerat, (parum fidens viribus, quae sub ipso erant) adjungere, neque tamen discessum suum ab Hannibale, cui obpositus erat, sentiri vellet, [47] decem millia fortissimorum militum [48] delegit, praecepitque legatis, quos relinquebat,

[a] Vulgo OCCIDERE.

ex Augusti instituto apud Dionem L. LIII. §. 22. ἀναγκαῖόν ἐστι ἐρωτᾶσθαι, saepius actis consule Casaubonum ad Spartianum in Hadriano C. 10. *Censuariis liberalitatibus.* Et nota, Dionis pluralem numerum adjuvare lectionem *per census obtexit G. sub quibus*, quae nunc maxime placet: licet per Germanos intelligat auctor Cautos: quod & censet Fabric. ad Dion. L. LXVII. §. 4. OUDEND. *Cur. post.*

44 *Contusa inmanium*] MSS. tres *concussa*; unus *inmani.*

45 *Occidere*] Omnes MSS. *excidi.* TENN. Keuchenius observavit, id etiam legi in Ed. Paris. Sed addidit *ineptie.* At quod iste ineptum autumat, est elegantissimum, & cum MSS. Scriverii, tum meis omnibus & Ed. Hittorp. confirmatum. *Excidi* est occidione deleri. ita *accidi copiae* dicuntur, quae cladem minorem passae sunt, Caesari L. VIII, B. G. C. 31. *Copias esse accisas sciebat.* Sic bene Voss. e MSS. vulgo *accitas.* MS. Lovan. *occisas.* Augustus in Monumento Ancyrano Tab. I. *In exsilio agentes servari, quam excidere malui.* Vellej. Paterc. L. II. C. 129. *Hereditatemque (nisi exercitus, in quantum voluerit, ab eo adita.* Expunximus itaque vulgatum *occidere*, pro *jungerentur* in quatuor est *jungeretur.* OUDEND. Miror, contra MSS. O. hic retineri *occidere* a Cl. Arntzenio ad Aurel. Vict. de Vir. illustr. C. 23. Graeci eodem sensu ἐκκόπτειν utuntur. Compositum id puto restituendum quoque e MS. Chartaceo Leid. ac Voss. 3. Floro L. II. C. 20. *Crassi quoque Praetoris* excidit *exercitum.* al. *caedit* vel *cecidit.* Sed in plurimis MSS. est *caede*, orto vitio per praepositionem *ex.* IDEM *cur. post.*

46 *Collegae suo* &c.] Medic. prim. *Collegae, cui id b.* dein *fortiss. virorum* Petrens. Mox *legatis relictis, ut* &c. Medic. sec.

47 *Decem millia*] Livius, quem auctor alias sequi solet, L. XXVII. C. 43. *Ipse de toto exercitu civium sociorumque, quod roboris erat, delegit, sex millia peditum, equites mille.* Sed hunc numerum in itinere per voluntarios auctum esse subdit C. 46. unde forsan majorem facit noster. OUDEND.

48 *Delegit*] Quatuor Regii *elegit.* TENN. Sic & mei Codices, exceptis duobus Scriverii & Cantabrig. Sed male, ut vel e Livii loco patet. Infra Cap. IV. §. 7.

bat, ut eaedem [49] ſtationes vigiliaeque [a] agerentur, [50] totidem ignes arderent, eademque facies caſtrorum ſervaretur, ne quid Hannibal ſuſpicatus auderet adverſus paucitatem relictorum. Quum [51] deinde in Umbria, occultatis itineribus, collegae ſe junxiſſet, vetuit caſtra ampliari, ne quod ſignum adventus ſui Poeno daret, [52] detractaturo [b] pu-

[a] Vulgo ET VIGILIAE AEQUE. [b] Vulgo DETRECTATURO, DETRACTURO.

Delegit firmiſſimos quosque, ſive *dilegit*, (ut incertum eſt, *dilectus*, an *delectus* debeat ſcribi. vide Cel. Burm. ad Ovid. L. x. Met. verſ. 324. & quos laudavi ad Lucanum L. III. 184.) C. v. §. 3. *Caſtris delegerunt locum.* apud Aurelium etiam Victorem C. 48. *Cum delectis ad Hasdrubalem properavit* Sic Leidd. Codd. plerique. alii male *electis*. vide Livium L. XXXVIII. C. 25. Flor. L. II. C. 6. *In deligendis magiſtratibus.* Ita malo e Cod. Lugdunenſi. Ceteri *eligendis*; quod cum prioribus Freinshemio editionibus praetulit Clar. Dukerus. Vix locum invenias, ubi haec non varientur. Occurret infra aliquoties. OUDEND.

49 *Stationes & vigiliae aeque*] MSS. carent τῷ &: unde haud invita Minerva Ortwinius protulit. *Ut eaedem ſtationes vigiliaeque agerentur.* TENN. *Vigiliaeque* ſimpliciter legendum eſſe, Scriverius & Voſſius ad librorum ſuorum margines notarant, atque ita ex meis clare exhibent Mediceus primus & Petrenſis. Medic. ſec. *vigiliaeque aeque*. omnes carent τῷ &. OUDEND

50 *Totidem*] Medic. pr. *totidemque*. contra idem cum novem aliis *eadem facies*, non *eademque*. Huc forſan retrahenda eſt vocula &, quae ſupra abundabat, & *eadem*. OUDEND.

51 *Deinde*] Alias *demum*. SCRIV. *Demum* Edd. pp. cum 2. MSS. unus Scriverii *Divilere*. *Umbriam* Reg. unus, *occultis* Arcerian. dein *quid ſigni* Edd. Rom. & Bonon. & MSS. omnes cum illis, ut repoſui, *Poeno daret*; non *daret P.* OUDEND.

52 *Detractaturo.*] Legebatur vulgo *detractaro*, uti & in manu exaratis libris; unde conjecit Keuchenius, ſcribendum *detrectaturo*. quod tamen jam editum erat in Wecheliana Editione, & tacitus ſervavit Tennulius: eamque phraſin ſexcenties invenias apud Livium, ceterosque auctores. Vide Cioſan. ad Ovid. Metam. L. XIII. 36.

——— *detrectavitque furore*
Militiam ſtulto.

At aliam orthographiam hic ſervarunt recte Edd. Bononienſis & Pariſina *detractaturo*: unde correptum *detracturo*. Atque ita ubique legi amant multi Viri Docti. Conſule Cl. Burm. ad Ovid L. v. Metam. 246. Cortium ad Salluſt. Jug. C. 57. in fin. ſic. MSS. L. II. C. 1. §. 3. L. III. C. 6. §. 9. L. IV. C. 1. §. 21, 43. In Medic. corrupte *detrectatio pugnandi*. Petrenſ *materiam ſe detrectandi*; quod ſane non eſt de nihilo. Signum ejus adventus, materies foret detractandi pugnam. OUDEND.

pugnam, si Consulum junctas vires intellexisset. Igitur [53] inscium duplicatis adgressus copiis superavit, & velocius omni nuntio redit ad Hannibalem. Ita ex duobus [54] callidissimis ducibus Poenorum, eodem consilio alterum celavit, alterum obpressit.

X. Themistocles [55] « [56] exhortans suos ad suscitandos festinanter muros, [57] quos jussu Lacedaemo-

« Vulgo additur ATHENARUM DUX.

53 *Inscium &c.*] Sic fere Valer. Maximus L. VII. C. 4. §. 4. *Quo evenit, ne Hasdrubal, cum duobus se consulibus proeliaturum prius sciret, quam ab utriusque virtute prosterneretur.* Verum Livius diserte enarrat, Hasdrubalem minime fuisse inscium ipsius adventus, & ex repetito bis in consularibus castris signo, & ex adustiore militum colore sensisse duplicatas Romanorum vires. quod ipse noster auctor Cap. 2. §. 7. ipsis paene Livii verbis memoriae quoque prodit. Quare dicendum, hoc ex alio scriptore a Frontino sumtum, & dein auctorem sui oblitum, illa, quae habet C. 2. ex Livio descripsisse. Nec enim *inscium* expliçari potest per ellipsin, *ut putabat Nero.* Nam ipse satis deprehenderat, adventum suum Hasdrubali non ignotum esse. In Mediceo primo legitur *Igitur viribus duplicatis aggressus opus superavit.* Unde quis effingere posset *Igitur viribus eum d. a. bcius superavit.* sed praecessit *viribus*, & sequitur *velocius*, vel *virum d. a. capiis.* At mihi non satisfaçit. Oblocutum sibi ipsum puto Frontinum, & ex alio historico, quam Livio, haec descripsisse: quod praecedentia satis videntur declarare. Circumspectius hic agit Florus, *inopinanter eum oppressum* dicens. OUDEND.

54 *Callidissimis*] Arcerian. incepte *calidissimis*. vid. Keuch. OUDEND.

55 *Athenarum dux.*] Haec verba sunt subjecta ab imprudente librario, nec in 4. Regiis, unoque Hillensb. inveniuntur. TENN. Inepta lectio, qua carent Scriverii unus, & mei omnes praeter Palatin. & alium Scriverii, in quibus scribitur *Athenienſis.* Manifesto indicio, haec duo verba esse Glossatoris. non agnoscunt ea quoque Edd. principes, & solet auctor de Themistocle sine adjectione aliqua loqui. vid. C. 3. hujus L. §. 6. L. II. C. 6. §. 8. idcirco delevi. OUDEND.

56 *Exhortans*] Rectius, si quid video, in Scriverii uno, & Palatino est *exhortatus.* dein *Lacedaemonem missis* inepte Edd. pp. & Paris. *Lacedaemoni* Regius, & Leidens sec. OUDEND.

57 *Quos jussu Lacedaemoniorum dejecerant.*] Immo vero Persae incenderant. Multo post Lacedaemoniorum jussu Athenienses muros dejecerunt, victi ad Aegospotamos a Lysandro, eosque dein Cononis ope instaurarunt. Crassus hic nimis error est, qui condonari auctori nequit; nisi statuere velis, esse Glossam, vel quodammodo esse haec corrupta, Jussu Lacedaemoniorum a suscitando muros *destiterant*, ut patet ex Polyaeno L. I. C. 30. & historicis citatis ad Nepotem in

moniorum dejecerant, legatis Lacedaemone missis, qui interpellarent, respondit, venturum se ad diluendam hanc [58] existimationem; & pervenit Lacedaemonem. Ibi simulato morbo aliquantum temporis [59] extraxit, & postquam intellexit, suspectam esse tergiversationem suam, contendit [60] falsum ad eos rumorem [a]; & rogavit, ut mitte-

a Vulgo PERLATUM, ET R.

Themist C. 6. *Muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His praesentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt.* in Leid. primo est *quo j.* De murorum per Lacedaemonios dejectione consule notata ad Nepot. in Cononis vita C. 4. OUDEND. *quo desiterant* nunc restituendum censeo. V. ad Caes. l. v. B. G. C. 11. & l. vi. C. 39. modo num legas *interpellarent.* IDEM *cur. post.*

58 *Existimationem*] h. e. *rumorem, famam.* Frontin. praefat. de re agraria. *Non exiguum laboris mei consequar fructum, quod te monente malignorum lucrifecerim existimationem.* Sic τῷ *opinio* utitur Quintil. II. Inst. C. 3. *Cicero pronuntiatione Cn. Lentulum plus opinionis consecutum, quam eloquentia tradit.* Nepos in Alcibiade C. 7. *Imputamus malo, causam fuisse opinionem ingenii atque virtutis.* Boëth. I. Philos. *De nostra etiam criminatione doluisti, laesae quoque opinionis damna flevisti.* Justin. L. VIII. C. 3. *Qui opinionem sererent, Regem Philippum magna pecunia locare, & muros per civitates & fana & templa facienda.* L. XII. C. 5. *Verens, ne haec opinio in Macedonia etiam divulgaretur.* L. XXIII. C. 2. *Principio adventus, opinione ejus concussi.* L. XLII. C. 2. *Divulgata opinione tam gloriosae expeditionis.* L. XLIV. C. 3. *Accepta opinione paternae mortis.* Sic *arbitrari* est *loqui* Terentio Andr. V. 4. 11. *Si Simo hunc noris satis, non ita arbitrere.* Justin. L. XII. C. 5. *In unam cohortem eos, qui de Rege durius opinati fuerant, contribuit.* Sueton. Aug. C. LXVII. *Cosmum servum, gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coërcuit.* Calig. C. XXVII. *Male de munere suo opinatos.* Sen. L. III. de ira C. 22. *Quid enim facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci jubere, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant, quod homines & periculosissime & libentissime faciunt, de rege suo male existimant?* Male est in uno Reg. *extimationem.* in uno Hillensb. *estimationem.* TENN. Duo mei *aestimationem.*

59 *Extraxit*] Sic omnes MSS. sed unus Reg. *contraxit.* TENN. *Contraxit* item Mediceus pr. & duo Regii & Edd. Rom. ac Bonon. male Vide infra ad L. I. C. 5. §. 19. *Dies aliquot extraxit;* & Gronov. ad Livium L. XXII. C. 18. *Extracta aestate per ludificationem.* pro *aliquantum* unus Cod. *aliquantulum* habet. *tempus* Edd. vetustissimae; *temporum* Paris. pr. OUDEND.

60 *Falsum ad eos rumorem perlatum*] Sic Stewechius & Keuchenius ediderunt. Verum omnes MSS. & Hittorpius carent τῷ *perlatum.* Elegans in his ellipsis. Plin. L. I. ep. 5. *Evigilaveram. Nuncius à Spurinna. Venio ad te.*

idem

terent [61] aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum. Suis deinde clam scripsit, ut eos, qui veniſſent, retinerent, donec, refectis operibus, confiteretur [a] Lacedaemoniis, munitas eſſe Athenas, neque [b] aliter principes eorum redire poſſe, [62] quam [c] ipſe remiſſus foret: quod

a Vulgo CONFITERENTUR. b Vulgo NEC. c Vulgo QUAM SI.

jdem L. v. ep. 21. *Tandem à praetore nuncius. Dimittuntur centum viri, eximitur dies.* L. VI. ep. 20. *Nobis tamen ne tunc quidem, quanquam & expertis periculum, & exſpectantibus, abeundi conſilium, donec de avunculo nuncius.* Terent. Adelph. IV. 2. 2. *A villa mercenarium vidi: is filium negat eſſe ruri.* Plaut. Bacch. II. 2. 13. *Egone ut quod ab illo attigiſſet nuncius, non impetratum id advenienti ei redderem?* ibid. III. 5. 3. *Si à me tetigit nuncius, Quid remoratur?* Liv. XLI. C. 3. *Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam & Gallorum praeſidium.* Quibus locis ſubintellige *venit, perlatus eſt.* TENN. *Perlatum.* Delevi hanc vocem auctoritate omnium MStorum, & Edd. antiquarum Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. ut videatur Stewechius primus eam intruſiſſe, forſan ex Nepote *Apud eos contendit, falſa his eſſe delata.* Verum elegantius id verbum abeſſe probat, & hujus abruptae locutionis exempla plena manu praebet J. F. Gronovius ad Livii locum a Tennulio citatum & ad L. XXXVII. C. 10. *Poſtquam in caſtra nuncius.* Vulgo additur *pervenit.* in MSS. varie expreſſum. OUDEND. Adde Wopkens. in Miſc. Obſ. vol. VIII. p. 76. Cort. ad Plin. L. VI. Ep. 20. *donec de avunculo nuncius.* Appul. L. VII. Met. init. *is talem collegio ſuo nuncium* e MS. egregio, quod in Miſcell. jam monui. Mart. Cap. L. II. p. 37. *& ecce ſubito deorum pronuba* nunciatur. Sic enim recte in vetuſtiſſimis Leidd. membranis, olim Scriverii, a m. pr. Vulgo *advenire* interſerunt. Hinc forſan corrigi poſſet Livius L. XLV. C. 1. *Conſuli tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, laureatas litteras* ſcil. *tulit.* alii habent *reddidit*, alii *reddidiſſe dicitur.* Vulgo *l. dicitur.* ortum ex praecedenti *diceret.* IDEM *cur. poſt.*

61 *Aliquos*] Medic. pr. *aliquot*, dein *venirent* Palat. pro *veniſſent. Denique* pro *deinde* Reg. *reſcripſit* pro *ſcripſit* Medic. ſec. Paullo poſt rectius *confiteretur* ſcribitur in Cantabrigienſibus ac Leidenſibus, quam *confiterentur.* Ipſe hoc confeſſus eſt Themiſtocles, non Athenienſes. Nepos *Hos* (collegas ſuos) *poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, ad magiſtratum Senatumque Lacedaemoniorum adiit, & apud eos liberrime profeſſus eſt* (ſic l. e MSS.) *Athenienſes ſuo conſilio Deos ſuos muris ſepſiſſe &c. Quare, ſi ſuos legatos recipere vellent, ſe remitterent. Aliter* &c. *Conſiderent Lacedaemonii* Reg. ſec. Pro *nec* etiam repoſui *neque* ex MSS. quatuor Scriverii, meisque decem libris. OUDEND.

62 *Quam ſi*] Omnes MSS. & Hittorpius omittunt τὸ *ſi.* quod ſine cauſſa a ſciolis additum. TENN. Et hanc voculam larganimis manu Frontino addidit vel Modius vel Stewechius. Ante eorum Editiones non comparet in ullis, neque etiam in aliquo Codice

quod facile praeſtiterunt [63] Lacedaemonii, ne unius interitum multorum morte penſarent.

XI. [64] L. Furius, [65] exercitu producto in locum iniquum, quum conſtituiſſet occultare ſollicitudinem ſuam, ne reliqui trepidarent, paullatim ſe inflectens, tamquam circuitu majore hoſtem adgreſſurus, converſo agmine, ignarum rei, quae agebatur, exercitum incolumem reduxit.

XII. [66] Metellus Pius, [67] in Hiſpania interroga-

dice ſcripto: unde conficiebat Scriverius, ſcribendum; *neque ante, &c. quam ipſe r. foret.* Et ſane ita loquitur in hac hiſtoria praeter Polyaenum Nepos C. 7. *Eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent* (ſic ſcribe e MSS. non *de*, nec *rem.*) *quam ipſe eſſet remiſſus.* Hoc ſenſu *ut* ſuperfluum eſſe recte monet Gronov. ad Livium L. XXXVII. C. 37. *Ne ante in aciem deſcendat, quam ut in caſtra me rediſſe audierit.* Verum optime etiam ſe habet lectio MSta *Non aliter &c. quam remiſſus f.* Sic apud Juſtinum legas L. XV. C. 3. *Ut ſanguis aliter cludi non poſſet, quam diadema ſibi demtum rex, adligandi vulneris cauſſa, capiti ejus inponeret.* OUDEND.

63 *Lacedaemonii*] Male *Lacedaemontis* Medic. & Edd. Pariſ. dein *n. u. interitu m. mortem p.* Edd. Rom. & Bonon. Mediceus *n. u. interitu m. m. penſarentur.* OUDEND.

64 *L. Furius*] Medic. ſec. perperam C. In uno Scriverii *L. Furius Camillus.* dein *cenſuiſſet occ.* Medic. pr. & *paullatim iter inflexit* Petrenſis, ut C. V. §. 13. ſed tum, ut illic, deberet legi *converſoque.* In fine pro *reduxit*, quod rectum eſt, Sanutus *duxit.* Petr. *eduxit.* OUDEND.

65 *Exerc. producto.*] Ortwinius l. ex MSS. *perducto.* ſic & infra L. I. C. 5. N. 13. in uno Pariſ. legitur. TENN In meorum MStis ſex eſt *perducto*; ut vulgo infra, ubi idem repetitur exemplum, ex quo melius eſſe *perducto* ad marginem ſui libri adpoſuit Scriverius. Contra cenſet Cel. Burmann. ad Quinctil. Declam. CCCV, *An alicujus inſidiis perducti.* Adde, quae congeſſimus ad Lucani, L. IX. vſ. 389.

Tectoque metu producere vulgus.

Verum cum in omnibus iſtis exemplis adſit inſidiarum ponendarum ſcopus, dubito, num huic quidem loco ille ſenſus convenire poſſit; niſi capiamus ſimpliciter pro *longius ducto*: quod placet. Sanutus *producto* etiam exhibet. Plura vide ad L. II. C. 5. §. 1. *Simulata fuga temere hoſtes perſecutos eo perduxit.* OUDEND.

66 *Metellus Pius.*] Fuit hic Quinctus Caecilius Metellus Macedonicus, ut tradit Victor C. 61. Praecedenti ſeculo convenientiſſime uſus Michaël de Montaigne eſt hoc Metelli verbo L. II. f. 586. *De faire profeſſion de ſe tenir couvert, & ſe vanter, comme ont fait aucuns de nos Princes, qu'ils jetteroyent leur chemiſe au feu, ſi elle eſtoit participante de leurs vrayes intentions, qui eſt un mot de l'ancien Metellus Macedonicus; & qui ne ſçait ſe faindre, ne ſçait pas regner; c'eſt tenir ad-*

ver-

gatus, quid poſtera die facturus eſſet, Tunicam meam, ſi id eloqui poſſet, inquit,[68] comburerem.

XIII. [69] M. Licinius Craſſus, percontanti, quo tempore [70] caſtra moturus eſſet, reſpondit,

vertis ceux qui ont a les pratiquer, que ce n'eſt que piperie & menſonge qu'ils diſent. Vocat hic interulam, quam Frontinus & Victor tunicam. Galli hodie *une camiſolle.* TENN *Pius.* Non modo Aurelius Victor, ſed etiam Valer. Maximus L. VII. C. 4. §. 5. hoc dictum tribuunt Q. Metello Macedonico, quo longe poſterior eſt Metellus Pius Numidici filius. De quo frequentem mentionem facit etiam noſter, quique itidem in Hiſpania res geſſit contra Sertorium ſcilicet & Hirtulejum. Quod forſan jam viderunt editores primi: nam in Edd. Romana & Bononienſi non comparet τὸ *Pius.* Sed MSS. & Sanutus agnoſcunt, niſi quod in Leidenſi tertio deſit, ut & in uno Scriverii, qui margini quoque adſcripſit *Recte: nam Macedonicus fuit.* de eodem vide infra quoque ad L. III. C. 7. §. 3. ubi perperam vulgo edebatur *L. Metellus.* OUDEND.

67 *In Hiſpania*] *In Spania* Reg. ſec. dein τὸ *eſſet* deeſt in Mediceis. Mox τὸ *id* non agnoſcunt quidam Scriveriani & duodecim mei, neque etiam Edd. primae ac Sanutus; non male. OUDEND.

68 *Comburerem*] Male Keuchenius hic ait, vulgo apud Aurel. Victor. C. 62 legi *exuerem*, neque id animadverſum a Scorto; nam edidit ille cum aliis *exurerem* notans, in MSS. quibusdam eſſe *exuerem.* Leidd. illic bene *exurerem.* Valer. Maxim. *Si hujus conſilii interiorem tunicam conſciam ſenſero, continuo eam cremari jubebo.* Tam *exuere*, quam *cremare* habet Plutarch. in Apophthegm. pag. 202. Ed. Pariſ. ἐὰν γάρτοι, ἔφη, συνειδείην μοι τὸν χιτῶνα τοῦτον ἐνόμιζον, ἀποδυόμενος ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πῦρ ἐνέβαλον. OUDEND.

69 *Marcus Licinius Cr.*] Praenomen deeſt in duobus meis. dein MSS. quidam ſolita variatione *percunctanti.* Alteram ego in hoc verbo, & ſenſu orthographiam praefero. OUDEND.

70 *Caſtra moturus*] Profecturus cum exercitu. Proprie vexilla, ſigna moventur, non caſtra, quae locum denotant. Claud. bell. Gildon. 419.

—— Premitur nec ſignifer ullo
Pondere: feſtinant adeo vexilla moveri.

Signa enim, quorum majeſtate nihil erat venerabilius militibus, omnium prima figebantur, cum caſtra metarentur; prima movebantur & vellebantur, cum procedendum eſſet. Virgil. XI. Aeneid. 19.

—— Ubi primum vellere ſignâ
Annuerint Superi, pubemque educere caſtris.

4. Georg. 108. De apum regibus:

Non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.

Graeci dicunt movere cum exercitu. Xenoph. Cyropaed. L. I. fol. 2. ἐξεμβὰς σὺν ὅλῃ τῇ Περσῶν στρατιᾷ, ἐκόντων μὲν ἡγήσατο Μήδων fol. 112. ibid. edit. Baſil. Ἤρξαι δὲ καὶ τοῦ ἰέναι ἂν, ἐξεμβαίνειν τῷ στρατεύματι. Imo *movere*, ἐξιέναι eſt *proficiſci.* Herodotus L. I. C. 17. ἐνθεῦτεν ἐξεμώλεον. ibid. C. 24. de Arione. ἐξεμβάντας μὲν

dit, 71 Vereris; ne tubam non exaudias?

τῶν ἐπὶ Τέρματι. ibid. C. 41. Ἐς ἄγραν ἐρεμωμένην. ibid. C. 62. Ἐξ Ἐρετρίας δὲ ἐρημωθείσης. TENN.

71 *Vereri se, ne tuba id audiat*] MS. *ne tubam non audias.* increpat enim militem nimis curiosum, qui signum tesserae gravaretur exspectare. PARRHAS. Rom. editio *vereri se ne tuba id audiat.* ora libri Wecheliani, *vereris, ne tuba id audiat.* illud tolerabile, hoc minime. MOD. *Vereris, ne tubam non exaudias.* Sic legi censent ratio & codicum MSS. fides. Unus Reg. tamen legit *audias.* alter, *exaudiam.* Romana editio, *Vereri se, ne tuba id audiat.* Fertur autem idem ab Antigono dictum ad filium Demetrium: Plutarch. Demetrio fol. 902. Ἀντιγόνῳ γὰρ μειράκιον ἔτι ὄντα τὸν Δημήτριον αὐτῷ συνεῖναι, πότε μάλιστα καθεζομένην· τὸν δὲ αἰτεῖν πρὸς ὀργήν· Ἀγανακτῶ, μὴ μόνον σὺ τῆς σαλπιστικῆς οὐκ ἀκούσῃ. TENN. Ut Romana, ita quoque Bonon. & Paris. exhibent Edd. *non* abest ab uno Cantabr. *audias* Medic. pr. Scriverii unus *exaudies.* unde conjecerat ille *noveris cum tubam exaudies,* ne audi. Melius Ill. Schelius ad Hygin. &c. p. 271. *Vererisne, Tubam ut audias?* Sed ceteri MSS. adstipulantur vulgato, quod sani sensus est. De Antigono vide etiam Plutarch. in Apoph. p. 181. OUDEND.

CAP. II.

De explorandis consiliis hostium.

EXEMPLUM I.

Scipio Africanus, capta occasione [1] mittendae ad Syphacem legationis, cum Laelio servorum

1 *Mittendae legationis*] Pro, *mittendi legatos.* Frequentissima Latinis & Graecis haec μετάληψις. Conjugium pro conjuge. Propert. 3. eleg. 12. *Et certamen habent lethi, quae viva sequatur Conjugium: Pudor est non licuisse mori.* Virgil. 2. Aeneid. 579. *Conjugiumque, domumque, patres natosque videbit?* Ministeria pro ministris. Quintil. declam. 18. *Non ut nutrices, non in ministeria sepositi; suis aluit uberibus, suo fovit amplexu.* ibid. *Hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putant.* Senium pro sene. Terent. Eun. 2. 3. 10. *Ut illum Dii Deaeque senium perdant, qui me hodie remoratus est.* Servitia pro servis. Tacit. L. XII. Ann. C. 17. *Postero misere legatos, veniam liberis corporibus orantes; servitii decem millia offerebant.* Lib. III. Histor. C. 64. *Nec defuturas vigilum cohortes, servitia ipsorum.* Cic. pro Cael. C. 33. *Servitia ad caedem & inflammandam urbem incitavit.* Apud Euripidem in Rhesо vs. 820. pro *Hector* dicitur Ὦ πολιοῦχον κράτος.

O civitatis potens imperium.

Hesiodus ὄφρα pro ὄφρ' ἂν, ἔργ. vs. 190.

ΜΕΛ-

sum habitu tribunos & centuriones [a] electissimos [a] ire jussit, quibus curae esset [3] perspicere regias vires. [4] Hi, quo [b] liberius castrorum positionem scrutarentur, equum de industria dimissum, tamquam fugientem [5] persectati, maximam partem munimentorum circuierunt: quae quum nuntiassent, incendio confectum est bellum.

II.

a Vulgo LECTISSIMOS. b Vulgo UT.

—— Μᾶλλον δὲ κακῶν ἰατῆρα καὶ ὄφιν
Ἄριμα τιμίεσκον.

Magis vero maleficum & injuriarum virum colent.

Sic aliptes vocatur χλοιμα. 1 Joan. cap. 2. vs. 27. τὸ αὐτὸ χλοιμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων. *Eadem unctio docet vos de omnibus.* h. e. Paracletus, unctor, ut Cicero in epist. fam. loquitur, à Christo promissus, qui, instar aliptae, nos unctione sua robustiores & coloratiores reddit ad obeunda certamina, & inter ungendum hortatur, & docet pugnarum leges ac vias, ad obtinendam aeternae felicitatis palmam. TENN.

2 *Lectissimos*] Omnes MSS. & Hittorpiana editio habent, *electissimis*. TENN. C. 6. §. 3. *Lectissimos quosque retinuit*; Sed Scriveriani quoque, & mei omnes cum Edd. vetustioribus, ac Sanuto *electissimos*: quod in textum recipere debui ob constantem codicum lectionem: licet alio loco ipse recipiserem cum MSS. *lectus*, pro *electus*. Utrumque enim est Latinissimum. L. 21. 3. 2. *electi de toto exercitu viri*. C. 5. 28. *Magonem & electos*. OUDEND.

3 *Perspicere*] Unus Reg. duo Hillensb. & Hittorp. *prospicere*; quod cum sit mittentis oculorum aciem in longum, videntis id, quod longe est: retine *perspicere*, quod est, plane cognoscere. Plaut. Aulul. 1. 2. 2. *Postquam perspexi, salva esse intus omnia.* Terent. Phorm. 1. 2. 10. *Cujus tu fidem in pecunia perspexeris, verere verba ei credere?* in Eunucho. 5. 2. 61. *Parum perspexisse ejus videre audaciam.* Curt. 3. C. 1. *Quippe serie vinculorum ita astricta, ut, unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione nec visu perspici posset.* Sic Petrus Daniel invenit, cum vulgo *percipi* legeretur. TENN. Peream hoc loco, ut bene monet Tennulius, *prospicere* habent quoque 2 Scriverii, & quinque mea Codd. cum Edd. Rom. Bonon. & Paris. ac Sanuto. OUDEND.

4 *Hi ut liberius*] MSS. Regii, Cantabrigienses, Leidenses, Gudian. Palat. & Voss. cum duobus Scriverianis & Edd. Rom. ac Bonon. & Sanuto exhibent *hi cum*. Unde conjeceram, scribendum *hi quo*. Quod deinceps inveni in Medicco primo & Vaticano. Similiter, licet cum reliquis auctoribus nihil de equo, Livius L. XXX. 4. *Inter crebra colloquia alii atque alii de industria, quo pluribus omnia nota essent, mistebantur.* OUDEND.

5 *Persectari*] Unus Reg. & unus Hill. *persecuti*. TENN. Alius item Reg. & Scriverianus cum Edd. Rom. & Bonon. ac Sanuto *persecuti*. Medicei *prosecuti*, sollemni mutatione. Paullo ante *positiones* Coll. Voss. dein Medic. sec. *quod cum nunciassent*. OUDEND.

II. [6] Q. Fabius Maximus bello Hetruſco, quum adhuc incognitae forent Romanis ducibus ſagaciores explorandi viae, fratrem Fabium Caeſonem, peritum linguae [7] Hetruſcae, juſſit Tuſco [a] habitu penetrare [8] Ciminiam ſilvam, intentatam ante militi noſtro. Quod is adeo prudenter atque induſtrie fecit, ut transgreſſus ſilvam, Umbros Camertes, quum animadvertiſſet non alienos [9] nomini Romano, ad ſocietatem compulerit.

III. [10] Carthaginienſes quum animadvertiſſent Ale-

a Vulgo HETRUSCO.

6. *Q. Fabius Maximus*] Praenomen abeſt in Medic. ſec. Addit Cantabrig. *Conſul.* quod hiſtoriae veritati convenit. Explorator autem, num fuerit Fabius Caeſo, an alius, dubitat Livius L. IX. 36. ubi vide Gronovium. OUDEND.

7 *Hetruſcae*] Omnes MSS. ſine aſpiratione dant *Etruſcae* & ante *Etruſco*. Sed pro *Hetruſco habitu*, *Tuſco habitu*. TENN. Multi meorum ſervant adſpirationem *Hetruſcae*; Sed *Tuſco habitu* exhibent omnes Scriveriani, & mei, duobus tribusve tantum exceptis; quare *Tuſco* recepi. OUDEND.

8 *Ciminiam*] Sic lege. Male unus Reg. & duo Hill. *Cuminam*. TENN. *Geminiam* Arcerian. *Cumeriam* Regius. Aliqui *Cuminam* vel *Ciminam*; quomodo putabat legi quoque poſſe Salmaſius ad Florum L. I. C. 17. unde notam ſuam verbotenus tranſcripſit Keuchenius. *Ciminiam* ego ex Livio & aliis retineo. Mutavi autem MSS. & Edd. pp. auctoribus verborum ordinem. Vulgo erat *ante ea. n. intentatam*. Medic. pr. *militi nullo*. & deinceps Medic. ſec. pro *fecit*, *egit*. OUDEND.

9 *Nomini Romano*] h. e. ipſis Romanis. Sall. Jug. 58. *Ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores Romani nominis, gregem facto locum capere paulo, quam alii, editiorem.* Liv. 9. 45. *Quorum pleraque diruta atque incenſa, nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum.* Sen. Hipp. 229. *Exoſus omne foemineum nomen.* Val. Cat. diris. *Felix nomen agelli.* Vide hic Scaligerum. Vell. 1. 6. *Clariſſimus Graji nominis Lycurgus.* Juſtin. 2. 4. *Brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.* Juſtin. 5. 7. *Ut Athenienſium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur.* Plin. 5. ep. 6. *Aeſtate ſummittitur, immenſique fluminis nomen areuti alveo deſerit.* Pedo Albinov. *Fluminaque & montes & nomina magna locorum.* TENN. Optimi Medicei codicis manus prima exhibet *nominis Romani*. *Alienus* autem tam cum Genitivo conſtrui, quam Dativo, & eos caſus ſaepe in MSS. variari, monuerunt Viri docti: Sic infra L. II. I. 11. Vide, quos laudavi ad Lucan. L. II. 351. & quos citat Cl. Burmann. ad Ovid. Faſt. I. 396. Deinvitioſe in a Regiis, Mediceo & Edd. Rom. ac Bonon. ſcribitur *compulit*. OUDEND.

10 *Carthaginienſes*] MSS. hic. &

Alexandri ita magnas opes, ut [11] Africae [12] quoque inmineret, unum ex civibus, virum acrem, nomine Hamilcarem [13] Rhodinum, jusserunt simulato exsilio [14] ire ad regem, omnique studio in amicitiam ejus pervenire: qua is potitus, consilia ejus nota civibus suis faciebat.

IV. [15] Iidem Carthaginienses miserunt, qui [16] per speciem legatorum longo tempore Romae morarentur, [17] exciperentque consilia nostrorum.

V. M.

& infra *Carthaginienses*. Sic apud Florum L. II. C. 2. in vetustis libris *Camerinienſium* fuit pro *Camerinenſium*. de quibus terminationibus Priscianus agit. TENN. Scil. L. IV. Cap. de denominat. Variant mei Codd. In Edd. antiquis est *Carthaginenſes*. Sed ubique *Carthaginienſes* recte posse scribi, clare docet vir summus. J. F. Gronov. ad Livium L. XXVIII. 26. & post eum multi alii. OUDEND.

11 *Aphricae*] Omnes MSS. habent *Affricae*. Unus Hill. *Africae*. TENN.

12 *Quoque inmineret*] Mediceus pr. *Quidquid inveniret*, *vastaret*. In altero Mediceo non exstat *quoque*. Palat. *inminerent*. Pro *jusserunt* Medic. pr. *fecerunt*. Mox *qua amicitia is p.* Medic. sec. A Regio sec. & Vaticano exsulat *ea is*.

13 *Rhodinum*] Duo Regii & unus Hill. *Scodinum*. Tertius Reg. *Rodinum*, quartus *Rhodium*. Alter Hill. *Stadinum*. Tertius *Hamilcarem Rhodinum Stadinum*. Justino L. 21. C. 6. vocatur *Rhodanus*. TENN. *Rhodanum* hic quoque reponi volebat Keuchenius; cum in Arceriano esset *Rodonum*. Sed mire variant Frontiniani Codd. & Edd. Vett. Habent enim *Rhodium*, *Rhodinum*, *Rhodivum*, *Rhodunum*, *Scodinum*, *Stadium*, *Stadinum*, *Scordirium*. *Rhodinum* derivat Schefferus ad Justinum a *Rhodo*; male: inde enim veniret *Rhodius*, non *Rhodinus*. MSSti doctissimi Orvillii mei illic exhibent *Rodonum* & *Rhodonem* cum aliis. Unde patet, omnia in hoc nomine esse incerta. Eruditissimus quidem A. Gronovius docuit eo loco, ab aliis quoque gestum nomen *Rhodani*: & sic apud Gruter. Inscript. p. DCCVI. N. 15. T. SEXTIUS RHODANUS. Verum haec non satisfaciunt: nam & RHODINUS occurrit apud eumdem Inscript. p. DXC. N. 2. & saepius *Rhodine*. OUDEND.

14 *Ire ad regem*] In nullo MSto occurrit *adire ad regem*. TENN. Nempe monuerat Keuchenius, in Arceriano esse *adire ad R.* Meorum quoque nullus id reliquit. OUDEND.

15 *Iidem*] Duo Regii hunc paragraphum jungunt cum praecedenti, sine nova rubrica. TENN. Et sic meorum quidam. OUDEND.

16 *Per speciem*] Sic omnes MSS. nullus *propter*. TENN. Edd. Pariss. *propter*. inepte. Dein *l. t. emorarentur* Medic. sec. & *consilia Romanorum* Vaticanus, Regius sec. Leid. tert. cum Edd. Rom. ac Bononiensi. OUDEND.

17 *Exciperentque*] Codex optimae notae Hillensb. *Expeterentque*. Nihil mutandum. Excipere est observare, auscultare. Plaut. Amph. 4. 4. 26. *Secum solus, puto, rationes colligit; quid memoret, hinc excipiam*. Tacit. Agri-

 col-

V. M. Cato [18] in Hiſpania, [19] quia [a] ad hoſtium conſilia alia via pervenire [20] non poterat, juſſit trecentos milites ſimul impetum facere in ſtationem hoſtium, [21] raptumque unum ex his in caſtra [22] perferre incolumem. Tortus ille, omnia ſuorum arcana confeſſus eſt.

VI. C. Marius Cos. bello [23] Cimbrico & Teutonico, ad excutiendam Gallorum & Ligurum fidem, litteras eis miſit, quarum pars prior prae-

a Vulgo QUI.

cola 45. *Excepiſſemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus.* Cic. 2. de orat. *Quaedam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates.* 1. Divin. C. 7. *Nihil eſt autem, quod non longinquitas temporis, excipiente memoria, prodendisque monumentis efficere atque aſſequi poſſit.* Sen. 2. Nat. quaeſt. 32. *Quinque ſtellarum poteſtatem Chaldaeorum obſervatio excepit.* TENN. Liv. L. XL. 7. *Ad has excipiendas voces ſpeculator miſſus.* ubi vide Gronovium. Infra L. III. C. 16. 4. *ad excipienda hoſtium conſilia.* OUDEND.

18 *In Hiſpania*] *In Hiſpaniam.* Edd. Rom. & Bonon. vide ad C. III. §. 5. OUDEND.

19 *Quia*] Sic reſcripſi auctoribus MSS. & Edd. vetuſtis: vulgo *qui.* quod operarum incuria inrepſerat in minorem Scriverii editionem, & dein retentum eſt. OUDEND.

20 *Non poterat*] Omnes MSS. *non potuerat.* TENN. Plerique etiam, non omnes mei, cum Edd. veteribus *potuerat.* In Mediceo ſec. *poterant*, qui & invertit ordinem ſic, *alia via ad hoſtium conſilia.* Sed & *pervenire* deeſt in Edd. Romana & Bonon. in Leid. ſec. *venire.* Quid ſi fuit? *Quia ad h. c. alia via non patuerat. Iter, aditus, via ad eum &c. patet*, ſexcenties reperiri apud auctores, notiſſimum eſt. OUDEND.

21 *Raptumque unum ex his*] *que* non conſpicitur in Coll. Voſſ. Notabilis eſt lectio Cod. Palatini *Onoſanen unum ex his.* Quaſi ſit nomen illius Hiſpani, quem ſecum in caſtra pertulerint. Sic C. V. §. 11. *Lyſimachus ex his unus.* Verum cum proprium nomen hic parum conveniat; quia non veriſimile videtur gregarium hunc fuiſſe militem Hiſpanum, quem nomine ſuo cognoverint Quirites, & tamen duces in ſtationibus eſſe non ſolent, vide, num potius hic lateat gentile populi nomen, cum quo bellum Cato in Hiſpania gerebat, ut pote *Lacetanum.* Vide, quae notabimus ad L. III. C. X. §. 1. Plutarch. in M. Catone p. 342. Ed. Par., κατεστήσατο μὲν τὸ Λακετανῶν ἔθνος. OUDEND.

22 *Perferre*] Cantabr. unus, probante Cl. Waſſe, *perferri.* dein *tortusque* Reg. ſec. Edd. Rom. Bonon. & Pariſſ. Sanutus & *aliquem proferre i. qui t.*

23] *Cimbrico*] Sic l. etiamſi in uno Regio (& Edd. quibusd.) *Cymbrico.* Nam omnes Graeci per jota ſcribunt. TENN. *Cymbrio* Vatic. Dein multi MSS. & Edd., ut paſſim, *Theutonico*, Medic. pr. *Theotonico.*

24 *Prae-*

praecipiebat, ne interiores, quae [24] praeſignatae erant, ante certum tempus aperirentur: easdem poſtea ante [25] praeſtitutam [a] diem repetiit, & quia reſignatas repererat, intellexit, hoſtilia agitari.

Eſt [26] & aliud explorandi genus, quo ipſi duces nullo extrinſecus adjutorio per ſe provident. Sicut

VII. [27] Aemilius Paullus Cos. bello Hetruſco apud

[a] Vulgo PRAESTITUTUM. [b] Vulgo ETIAM.

24 *Praeſignatae*] Alias *ſignatae*. SCRIV. Unus Reg. & unus Hillensb. *ſignatae*. Et ſic Scriverius ad marginem appoſuerat. TENN. *Signatae* habent Sanutus, Edd. Rom. & Bonon. cum duobus MSS. unus *reſignatae*. Medic. ſec. *quod*. Non placet mihi iſtud *praeſignatae*. e MSS. autem repoſui *certum tempus*: vulgo erat ordine inverſo. Pro *easdem poſtea* uterque Medic. *eas die poſtera, easque p.* Edd. primae, & Reg. ſec. Item *reſeratas* pro *reſign.* Sanutus & Edd. Rom. ac Bonon. OUDEND.

25 *Praeſtitutum*] Tres Reg. unus Hillensb. & Ortwinius *Praeſtitutam*. unus Reg. *Praeſtitam*. Aſconius Paedianus. *Dies foemineo genere tempus: & ideo diminutive diecula dicitur breve tempus & mora. Dies duodecim horarum maſculini generis eſt, unde hodie dicimus, quaſi hoc die.* Hinc Ictis. *Annua, bima, trima, quadrima die.* Ipſi quin etiam Poëtae in hac ſignificatione religioſe obſervant foemininum. Virgil. *Multa dies, variusque labor mutabilis aevi Retulit in melius.* TENN. *Praeſtitutam diem* repoſui auctoritate decem vel undecim meorum codicum, & Edd. primarum. Nam Aſconii diſtinctionem ineptam eſſe & vanam, dudum docuerunt viri docti, & mille paſſim exempla. In primis amant dicere *diem praeſtitutam*. Sic Terentius, Plautus, Cicero, aliique. Vide Commentarios ad Terentii Phorm. III. 2. 22. & Gebhard. ad Nepot. Chabr. 3. *Diem certam praeſtituerunt*, ubi MS. Leidenſis quoque *praeſtiterunt*. Sueton. Ner. C. 21. *Agona ante praeſtitutam diem revocavit*. Cic. L. III. in Verr. C. 14. *deportandi dies praeſtituta. Poſtera die* Livius & noſter ſaepius, ut Cap. praeced. §. 12. L. II. 10. 1. Liv. IV. 7. 42. *Statuta die* Livius, Cicero, Juſtinus, alii. OUDEND.

26 *Eſt etiam*] Dedi *eſt & &c.* ex MSS. tantum non omnibus & Edd. pr. Medic. ſec. *Sed &*. Regius ſec. cum Edd. Rom. & Bonon. *alius explorandi modus*. Dein *providerunt* Medic. primus. Ultima autem vox *ſicut*; immo tota haec periodus vehementer mihi pro Gloſſemate eſt ſuſpecta. OUDEND.

27 *Aemilius Paullus*] &c. unus Reg. caret *eo Paullus*. Inter hiſtoricos conſtat, nullum bellum Etruſcum fuiſſe ſub aliquo Aemilio Paulo Cos.; ut jure amplectaris conjecturam Joh. Friderici Gronovii. *Aemilius Papus Coſ. bello Etruſco apud oppidum Telamona*. Nam L. Aemilius Papus, A. V. C. DXXVII. feliciter (ſic L. ſtatim C. 4. n. 1.) in Bojos pugnavit cum collega C. Attilio

apud oppidum [28] Coloniam [29] demiſſurus exerci-

Régulo, qui cecidit in eo proelio. TENN. Veriſſime obſervant viri docti, hunc fuiſſe non *Aemilium Paullum*, ſed *Papum*, uti ex Faſtis, aliisque auctoribus conſtat. Conſule Pighium T. II. p. 118. Non tamen temere in textum admitterem *Papus*, ut fecit Tennulius Cap. 4 n. 1. Non enim facile dixeris, operarum, an vero auctorum incuria id acciderit vitium. Confudiſſe potius videntur eos ipſi ſcriptores. Nam & ita Appianus de B. Gall. n. m. 1191. ἔτος δὲ κατὰ Κελτῶν καὶ Πάπῳ Αἰμιλίῳ τροπαῖα. Plinius L. III. C. 20. *L. Aemilio Paullo, C. Atilio Regulo Coſſ. nuntiato Gallico tumultu.* Sic in MSS. omnibus legi teſtatur Harduinus; Sed Fabricius Pighiusque illic emendant quoque *Papo* Vide ad Oroſ. L. IV. C. 13. ubi ineptius vulgo *L. Aemilio Catulo*. Quidquid ſit, ſi noſtrum erroris abſolvere velimus, cum MSto Regio mallem delere vel *Paulus*. Nam ſaepiſſime ſimpliciter *Aemilius* dicitur, ne nominato quidem antea ejus cognomine. Florus L. II. C. IV. *Victos enim Aemilius in Capitolio diſcinxit.* Eutropius L. III. C. 2. *L. Aemilio Coſ. ingentes Gallorum copiae Alpes tranſierunt.* Neque aliter ipſe Polybius, Zonaras, aliive. Deinde caute accipienda ſunt illa *bello Hetruſco.* Erat enim bellum Inſubricum. Sed auctor id nominat a loco; ubi rerum geſta eſt ſumma, in Hetruria ſcilicet, quo usque ad mare Boji jam penetraverant. Polyb. L. II. C. 27. ἤδη δὲ περὶ Τελαμῶνα τῆς Τυῤῥηνίας τῶν Κελτῶν ὑπαντώντων &c. OUDEND.

28 *Coloniam*] Sic hactenus circumfertur oppidi nomen, ad quod Aemilius contra Bojos in Hetruria rem geſſit. Ineptiſſime. Quare ſummus Gronovius hiſtoriae conſulens reponi voluit *Telamona*, ſine dubio ex Polybio. Verum cum hae litterae nimium quantum a MStorum lectione differant, aliud quaerendum in ejus vicinia putavi; ſtatimque ſuccurrit *Poplonia*, ab veteribus dicta *Populonia* & ab aliis *Populonium*, *Poplonium*. E *Populonia* factum *Poplonia*, uti e *Veſuvius*, *Veſvius*. de quo ad C. V. §. 21. Conſule Geographos, & Salmaſ. ad Solin. p. 574. Ed. Ultraj. & Comment. ad Virgil. L. X. Aen. 172. *Sexcentos illi dederat Populonia mater.* Haec autem maxime Telamoni fuit vicina. Unde jungit Mela L. II. C. 4. *Telamon, Populonia.* Adde Ptolemaeum L. III. C. 1. Hanc conjecturam deinceps egregie confirmatam vidi a Mediceo primo, in quo, ſupraſcripta littera *c*, exſtat *Poloniam. Colonium* unus Cantabr. Abſurdum igitur iſtud *Coloniam* ejicere auſus ſum, & *Poploniam* reponere. Nam Polybii narrationem longiorem, quam ut hic inſeri poſſet, qui legerit, videbit, nihil meae emendationi obſtare, quod ille de Telamone potius mentionem faciat. OUDEND.

28* *Aemilius conſul b. Etr. apud oppidum Colonium*] Subſtituunt hic *Coſam*, alii vero ex Polybio *Telamonem*. Nos arbitramur, a Frontino *Populoniam* ſcriptum fuiſſe; ſed a librariis in duo verba luxatam dictionem, *oppidum* ſcilicet & *colonium*. PARRHAS. Olim quoque credidi, *Poploniam* pro *coloniam* ab auctore ſcriptam fuiſſe (ſicut *Poplona* vel *Poplonia* Juno in aliquot MSS. Martiani Capellae L. II. p. 38. de qua Junone Populonia egit Cl. Herm. Cannegieterus in diſſert. de ara Junonis pellici non tangenda, p. 41.) quia cum viris doctis exiſtimabam, eum reſpe-

citum in planiciem, contemplatus procul avium multitudinem [30] citatiore volatu ex ſilva [a] conſurrexiſſe; intellexit, aliquid illic inſidiarum latere, quod & turbatae aves, & plures ſimul evolaverant. Praemiſſis igitur exploratoribus, comperit, decem millia Bojorum, excipiendo ibi Romanorum [31] agmini inminere; eaque alio, quam

a Vulgo E s.

ſpexiſſe hiſtoriam a Polybio L. II. C. 27. enarratam. Sed attentius cum examinavi proelii deſcriptionem ab illo factam, liquido comperiſſe mihi viſus ſum, diverſiſſimum ab hoc, quod Frontinus memorat, fuiſſe: idque accidiſſe *bello Inſubrico*, hoc *Etruſco*, quando nempe, & multo prius A. V. C. CDLXXI. Coſſ. Q. Aemilio Papo, C. Fabricio Luſcino, Boji & Etruſci ab Aemilio *ad lacum Vadimonis* ſunt caeſi, teſte eodem Polybio L. II. C. 20. Cujusque rei meminit quoque Dionyſ. Halic. Excerpt. p. 711. Ed. Angl. Κοίντον Αἰμίλιον τὸν συνάρξαντα τῷ Φαβρικίῳ, καὶ τὴν ὑπατείαν τῇ Τυρρηνικῇ πολέμῳ σχόντα. Eorumque conſulatus & cenſurae conſortium refert quoque Cicero de Amic. C. 11. ubi idem error *Paulli* pro *Papi*: quod cognomen hic forſan cum Dionyſio omiſit Auctor, ut abeſt a nonnullis MSS. Cum itaque *a lacu Vadimonis* non longe abfuerit oppidum *Cortona*, egregie conjecit Phil. Cluverius, id nomen hic eſſe reſtituendum pro *Colontam*. Vide ejus doctiſſimam diſputationem L. II. Ital. Antiq. C. 3. a p. 573. Quis fuerit *Aemilius* C. 4. §. 1. laudatus, ibi diſpiciemus. OUDEND. *cur. poſt.*

29 *Demiſſurus*] Sic lege, etiamſi omnes MSS. habeant *Dimiſſurus*. Nam exercitus ex altis jugis, in quae ille tractus conſurgit, ductus eſt in planiciem. Sic & C. v. n. 16. TENN. Stewech. Scriver. Keuchenius, aliique ſic jam ediderunt, habentque nonnulli Codd. ut debent. Liv. XXXVIII, 2. *Si in valles ſubjectas rupibus agmen foret demiſſum.* Caeſar. L. V. B. G. 32. *pars agminis in convallem ſe demiſiſſet.* & paſſim. Saepius occurret infra, ut C. v. §. 15. 16. ubi vide. *Dimiſſum* hic Medic. ſec. & primus *admiſſum*. OUD.

30. *Citatiore*] Medic. ſec. *crebriore*. Medic. pr. *crebriore & citatiori*, quod non temere ſpernendum videtur. Mox *ex ſilva* pro *e s.* repoſui ex novem vetuſtioribus Codd. cum Sanuto, & e decem MSS. ac Edd. primis *aliquid illic inſ.* non ut erat *illic aliquid*; ut & *plures ſimul* pro *ſimul plures*, quo ordine non ponunt MSS. *ſimul & pl.* nonnulli. pro *& turbatae* Edd. Rom. & Bonon. *conturbatae*. Eademque, cum Med. pr, *evolaverunt*. OUD.

31 *R. agmini inminere*] Turbant hic vehementer librarii. primo pro *ibi* in Mediceo ſec. *in. Romano* Gudianus, Regius primus cum alio. Tum *agmina* Edd. Rom. & Bonon. *agmine* Medic. ſec. Pro *imminere* idem cum Vaticano, Petrenſi & laudatis Edd. *in itinere*. Medic. prim. *mittere*. Latet aliquid, quod vera conjectura nondum adſequi poſſum. Forſan excidit *in itinere*, quae

quam exſpectabatur, latere miſſis legionibus, circumfudit.

VIII. Similiter [32] Tiſamenus [a] Oreſtis filius, quum audiſſet, jugum [33] ab hoſtibus natura munitum teneri, praemiſit ſciſcitaturos, quid rei foret: ac referentibus eis, non eſſe verum, quod opinaretur, ingreſſus iter, [34] ubi [b] vidit, ex ſuſpe-

[a] Vulgo THYAMENUS, TISAMENES. [b] Vulgo UT.

verba frequenter ab hiſtoricis in ejusmodi rebus adjiciuntur. Mox male *exſpectabantur*, *exſpectabant*, *exſpectaret* nonnulli; quamquam *exſpectabantur*, quod eſt in Palat, & Leid. primo placebat Scriverio, ſc. legiones. Sed vide C. 4. n. 4. *Qua non exſpectabatur aditum intravit.* L. III. 9. 1. *Qua non exſpectabatur*, *Inrupit.* OUD.

32 *Tiſamenes*] Ita lego. vulgo eſt *Thyamenus.* SCRIV. Duo Hillensb. *Chiamenus.* Unus Hillensb. & unus Reg. *Tyamenus.* tres Reg. *Tyſamenus.* Lege *Tiſamenus.* Et ſic inveni ſcriptum a Gujeto in margine. Τισάμενος, *Tiſamenus.* TENN *Tiſamenus Oreſtis filius.* Vide Polyaenum L. II. ſub finem. Vellej. Paterc. L. I. C. 1. *Poſt Oreſtis interitum filii ejus Penthilus & Tiſamenus regnavere triennio.* Hygini Fab. CXXV. *Tiſamenus Oreſtis.* Polyb. L. IV. Hiſt. fol. 328. (C. 41.) ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς. *Oreſtis filius* recte ad diſcrimen, ne confundatur cum aliis. Nam fuit alius Tiſamenus. Antiochi filius, Graecorum aruſpex, & poſtea Spartiatarum ductor, de quo Herodotus Calliope ſeu Hiſtor. L. IX. Xenophon Lib. III. Hiſtoriae Graecae etiam vatem ſive hariolum quemdam Τισαμενὸν agnoſcit apud Lacedaemonios. ſic *Asdrubal*, frater Annibalis; & *Asdrubal*, Gisgonis filius. SCRIV.

Cur. poſt. Salmaſius ad Florum L. II. C. 12. Ed. pr. & Caſaubonus ad Polyaenum L. II, C. 37. ubi idem ſtrategema Tiſameni refertur, ita jam veriſſime correxerunt; quin & Scriverium, in cujus editione ultima inter errata monetur corrigendum eſſe *Tiſamenis*, voluiſſe *Tiſamenum*, ut ſubodoratus eſt Keuchenius, certum habeo ex adverſariis, quae duorum librorum margini adlita, & in ordinem congeſta hic lectori legenda tradidi. Vide notas ad Vellejum & Polyb. L. IV. Hiſt. C. 1. ἀπὸ Τισαμενοῦ τοῦ Ὀρέστου παιδὸς ἦν. In MSS. autem Scriverii, meisque eadem ac plura lectionum ludicrarum monſtra viſuntur, ac in Tennulii Codicibus. OUDEND.

33 *Ab hoſtibus*] Coll. Voſſiana *ab omnibus hoſtibus.* Num *ab finibus hoſtibus?* Polyaenus. κατέχεσθαι τὴν λοχῶντας ἵππους. Dein *ſciſcitantes* Medic. pr. *ſcrutaturos* Vaticanus. OUDEND.

34 *Ut vidit*] Duo Hill. & quatuor R. *Ubi.* Caeterum totus locus ſic ab Ortw. editur. *Ubi videt, ex ſuſpecto jugo magnam vim avium ſimul convolaſſe, neque omnino reſidere, arbitratus, latere illic agmen hoſtium, circumducto exercitu eluſit inſidiatores.* TENN. Repoſui *ubi* ex decem MSS. & Edd. primis. *videt* Medic. ſec. cum iisdem Edd. *Convolaſſe* autem eſt quidem in uno Cod. ſed male, ut vel patet ex

praec.

ſpecto jugo magnam vim avium ſimul evolaſſe, neque omnino reſidere, arbitratus eſt, latere illic agmen hoſtium: itaque circumducto exercitu eluſit inſidiatores.

IX. Hasdrubal frater Hannibalis [34] junctum Livii & Neronis exercitum, quamquam hoc illi [35*] non duplicatis caſtris diſſimularent, intellexit; quod ab itinere [36] ſtrigoſiores notabat equos, & coloratiora hominum, ut ex via, corpora.

CAP.

praec. exemplo. *Exclaſit* perperam Medic. cum Ed. Pariſ. pr. OUDEND.

35 *Tunc Livii* &c.] Deeſt *conjunctum*, *junctum*, aut ſimile quid. MOD. *tunc Livii & Neronis exercitum intellexit.* pro *tunc Livii* ſcribendum erit *junctum Livii.* aut poſthac manus abſtinendae a libris. quorſum enim illa, quae ſequuntur, *quamquam hoc illi non duplicatis caſtris diſſimularent?* Imo ne vallum quidem aliqua parte hi Coſſ. auxerant, quo facilius imponerent hoſti. teſtis Livius Libro XXVII. Eum adi; & videbis conjecturam illam meam non vanam. adhibe quoque Frontinum, hoc eodem lib. cap. 1. exemplo IX, Polybium Lib. IX., Florum Lib. II. STEWECHIUS. *Junctum L.* Ita Stewech. Vulgo eſt *tunc L.* SCRIV. Cum ſit in omnibus MSS. & vulgatis *tunc Livii* &c. credo, excidiſſe vocem, & relictam ab librariis, reſtituendumque *tunc Livii & N. e. combinatum intellexit, quando hoc illi* &c. SCRIV. *Cur. poſt.* Non placet. *Junctum* magis accedit ad MSS. lectionem, & Latinius eſt, ut ita dicam; niſi Scriverius voluerit tantum notare, aliquod verbum eſſe elapſum. Noſtri quoque ſervant *tunc* praeter Leid. ſec. in quo eſt *iter Livii.* unde facile eſſet legere *iter Neronis ad Livii exercitum. tunc* non agnoſcit Cantabr. unus. Immo totum hoc exemplum deeſt in Mediceo veluſtiore, & Italica Frontini verſione. Quod mirum eſt, & notandum; cum nunc ſibi ipſe contradicat auctor, ut monuimus ad Cap. 1. Ex. 9. pro *illi* Medic. pr. *illic. nun.* loco *τῦ non* Scriverianus. OUDEND.

35* *Non duplicatis caſtris*] Quamvis tolerari haec forſan poſſint, arbitror tamen, Auctorem ſcripſiſſe *conduplicatis caſtris.* Una enim, ni fallor, voce expreſſit, quod multis ſignificavit Livius, (L. XXVII C. 46.) *Teſſera per caſtra ab Livio Conſule data erat, ut Tribunum Tribunus, Centurio Centurionem, Eques Equitem, pedes peditem acciperet.* Ita fuere Conſulum duplicata caſtra, atque hac conduplicatione eluſus Asdrubal. PUTHERUS. Mihi nihil mutandum videtur. *Non duplicata caſtra* ſunt *non bina facta*, nec dilatata neque aucta. OUDEND. *Cur. poſt.*

36 *Strigoſiores*] Strigoſum jumentum, quod ſtrigat, ſtrigam ducere ceſſat; quae cunctatio quoniam ex macie procedit, Strigoſus equus Latinis eſt macilentus, exhauſtus; Gellius L. 4. C. 20. *Equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt.* L. 4. C. 12. vocat equum *gracilentum aut parum nitidum.* Columella L. 7. *Quan-*

CAP. III.

[1] De conſtituendo [a] ſtatu belli.

EXEMPLUM I.

Alexander Macedo, quum haberet vehementem exercitum, ſemper eum ſtatum belli elegit, ut acie confligeret.

II. [2] C. Caeſar bello civili quum veteranum exercitum haberet, hoſtium autem [3] tironem eſſe ſciret, acie ſemper decertare ſtuduit.

III.

a Vulgo CUSTODIENDO.

quam poſſit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager, niſi & indomitum & ſervire contumax ſylveſtri mare ſtrigoſum patris praeferret habitum. L. 8. *Placide ac lente pabuletur. ut & largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis.* Graecis ἰσχνὸς, teſte ipſo Lucretio L. 4. v. 1160. *Iſchnon eromenion tum ſit, cum vivere non quit Prae macie.* Gloſſar. Cyr. στρατὸς, στρυφὸς *ſtrigoſus.* per ſimilitudinem *tergiverſator* Lucilio *ſtrigoſus. Hic ſtrigoſus, bovinatorque ore improbus duro.* TENN. Ineptae lectiones ſunt, quae aliquot codices occupant, ut *pulverulentos* pro *ſtrigoſiores* in Cantabr. *ut tenuia, ut exuvia* alii. Compilavit auctor Livium Lib. XXVII. C. 47. *Hasdrubal ſcuta vetera hoſtium notavit, quae ante non viderat & ſtrigoſiores equos* &c. *ubi & excipi aliqui poſſent, & notari oculis, ſi qui forte adуſtioris coloris, ut ex recenti via eſſent.* &c. L. XLIV. 40 *feſſos, ut pridie ex via.* OUDEND.

1 *Cuſtodiendo*] Secundum omnes MSS. ut in Indice capitum ſupra, hic L. *Conſtituendo*, nihil enim hic cuſtoditur, ſed eligitur, conſtituitur belli ſtatus, prout ſe loca, tempora & hoſtes dederint. TENN. Recte emendat Tennulius; quomodo reſcripſi, adſtipulantibus Scriverianis, & meis omnibus MSS. OUDEND.

2 *C. Caeſar*] Praenomen haud invenias in MSS. quatuor, nec Edd. Rom. & Pariſ. V. L. 11. 5. Dein *veteranum exercitum*, quo ordine reſcripſi, omnes cum Edd. pp. quarto ſcilicet caſu. L. 11. 3. 7. *veterano exercitu.* Liv. 1. 15. *veterani colore exercitus.* L. XXV. 19. OUDEND.

3 *Tyronem*] Unus Reg. tres Hillensb. *Tyronum.* Et ſic Ortwinius in MS. invenit, putatque, *Veteranum* eſſe quoque caſum ſecundum, contractum ex *veteranorum.* Non do ſecundum illum. Nihil enim obſtat, quominus *Veteranus exercitus* habeat idem jus in civitate, quod *Populus Princeps, Populus Imperator, Populus miles.* Frontinus praeterea nusquam utitur contractionibus. TENN. *Tirones.* Cantabrig. unus. *Tironum* quatuor MSS. Scriveriani, & meorum unus. Livius XXIII. 36. *Inſolenter laetum exercitum tironum.* Sed praeſtat vulgatum cum Tennulio re-

III. [4] Fabius Maximus adverſus Hannibalem, ſucceſſibus proeliorum inſolentem, recedere ab ancipiti diſcrimine, & tueri tantummodo Italiam conſtituit, Cunctatorisque nomen, & per hoc ſummi Ducis meruit.

IV. Byzantii adverſus Philippum [5] omne proeliandi diſcrimen evitantes [a], omiſſa etiam finium tutela, intra munitiones oppidi ſe receperunt; adſecutique ſunt, ut Philippus obſidionalis morae inpatiens recederet.

V. Hasdrubal, Gisgonis filius, ſecundo Punico bello, [6] in Hiſpaniam victum [b] exercitum, quum

a Vulgo VITANTES. *b* Vulgo DUCTUM.

tinere. Sic paſſim *Victor exercitus.* vid. L. II. 2. 21. *Tiro exercitus* Livio L. XLII. C. 55. *Cui ſi vexatis hominibus equisque tironem exercitum ducenti.* Hirtius de B. Hiſp. C. 28. *quod exercitum tironem haberet.* Vegetius L. III. C. 10. *ſi tironem aut diu armis deſuetum exercitum ducit.* OUDEND. Sic legendum e MSS. quoque docui in Auctore B. Hiſp. C. 26. *Sed* exercitum tironem *non audent in campum deducere.* Adde Drakenb. ad Liv. L. IX. C. 18. Tironem, *aut mala diſciplina inſtitutum* exercitum *acceperunt.* IDEM *Cur. poſt.*

4 *Fabius*] Addunt praenomen *Q.* duo Scriverii Codices, & Hilſensh.

5 *Omne proeliandi diſcrimen*] Male tres Reg. *Omni proeliandi diſcrimine.* Statim *Vitantes.* Unus Reg. & Voſſianus. *Evitantes.* Aurel. Vict. de Tullia. *Mulionem evitantem, ſuper ipſum corpus carpentum agere praecepit.* Nepos Alcibiade C. 4. *Utiliſſimum ratus impendentem evitare tempeſtatem, clam ſe a cuſtodibus ſubduxit.* Horat. I. od. I. *Metaque fervidis Evitata rotis.* Frontin. 2. C. 3. §. 8. *Decertandi neceſſitatem evitans.* TENN. Duo etiam Leidenſes, Gudianus, Mediceus & Edd. Rom. ac Bonon. *omni diſerimine vitantes.* Cantabrigienſis amplius *omni diſcrimine vitato.* Sed videtur potius praecedenti voci *diſcrimen* adhaeſiſſe praepoſitionem ſeq. compoſiti *evitantes.* L. III. C. XII. §. 1. *Suſpectae noctis periculum evitatum eſt.* quare id repoſui. Utrumque autem tam *vitare*, quam *evitare* rectum & Latinum eſt. De *vitare* vide Cl. Burm. ad Phaedr. F. 21. Dein *adſecuti ſunt* Medic. & Leid. ſecund. OUDEND.

6 *In Hiſpaniam ductum exerc.*] MSS. *in Hiſpania victum.* Et ſic L. nam Scipio inſtabat exercitui non ducto, ſed victo. TENN. Keuchenius invenerat in Ed. Pariſ. *victum*, ſed non probabat. Perperam. Unice enim verum eſt *victum*, & hiſtoriae veritati conſentaneum, teſte luculento Livio L. XXVIII. C. 2. & 4. Flagitat id quoque ſequens vox *inſtaret*, victis ſcilicet. Neque aliter legunt MSS. omnes Scri-

quum P. Scipio inſtaret, per urbes diviſit. [7] Ita [a] factum eſt, ut Scipio, ne obpugnatione plurium oppidorum [8] diſtringeretur, in hiberna ſuos reduceret.

VI. The-

a Vulgo ITAQUE.

veriani & mei ac Edd. primae. Margo Hittorpianae Editionis primum ex conjectura habet *ductum*. In Leid. ſec. *Victus*. Ex Anglicis Codicibus placuit etiam doctiſſimo Waſſe. Verum pro *in Hiſpaniam* nolui temere reponere *Hiſpania*. Nam alterum ſervant plerique Codd. & Edd. primae; & notare poteſt *intra Hiſpaniam*. L. II. C. 4. §. 4. *Aci m quam is in Achaiam per anguſtias Thermopylarum direxerat*. Juſtin. L. XLII. 5. *Caeſarem in Hiſpaniam bellum tunc temporis gerentem*; ut eſt in duobus etiam Orvillii Codd. In uno ejusdem Codice L. V. C. 1. *Dum Athenienſes in Siciliam bellum gerunt*. & L. III. C. 1. ubi vide, uti & quae congeſſerunt Schegk. ad Vellej. L. II. 59. Paſſerat. ad Propert. III. 7 Davieſ. ad Hirt. B. Afric C. 47. Waſſe ad Salluſt. B. Catil. C. XI. & quos adduxit Cortius ad B. Cat. C. 19. ac nos ad Obſeq. C. 100. Liv. L. XXIII. 3. *Clauſos in curiam*. XXX. 10. *In animum habere*. Vide plura ad C. II. 5. XII. §. 10. ad L. II. 1. 14. 2. 10 *in Africam* MSS OUDEND. Conſule quoque Cl. Drakenb. ad Liv L. X. C. 19. Si tamen quis praeferat cum aliquot MSS. & in his Scriverii aurato, ablativum hic & alibi, non ei refragabor. Adi Wopkens. ad Juſtin. L III. C. 1. IDEM *Cur. poſt.*

7. *Itaque*] MSS. Scriveriani, & octo mei meliores *ita*. Vere. Livius L. XLV. 32. *Ita factum eſt, ut* &c. Flor. L. II. C. 6. *Sic factum eſt, ut*. Supra C 1. §. 9. *Ita ex duobus ducibus alterum celavit* &c. Vide mox Ex. 8. L. II. 5. 31. 42. Paullo ante in 2. MSS. deeſt Scipionis praenomen. OUD.

8 *Diſtringeretur*] Sic MSS. unus tamen Reg. *Diſtineretur*. Quod verbum ceſſit bello occupatis. Caeſar. 2. Bell. Gall. C. 5. *Docet, quantopere reip. communisque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum ſit*. Lib. 3. B. Gall. C. 11. *Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus tribus in Unellos, Curioſolitas, Lexobiosque mittit, qui eam manum diſtinendam curet*. L. 7, C. 50. *Quos Caeſar ab dextra parte alio adjecenſu manus diſtinendae cauſa miſerat*. 2. bell. civ. C. 17. *Caeſarem ad Maſſiliam diſtineri cognovit M. Varro*. Tacit. 4. Hiſt 55. *Omnes exercitus ſuis quemque bellis diſtineri*. Cic. Phil. II. *Nos alio bello diſtineri putet*. Juſtin. 31. C. 1. *Ne uno tempore duplici bello Romanae vires diſtinerentur*. TENN. *Diſtineri* de iis, qui bifariam hic & illic in bello occupati ſunt, recte dici certum eſt, & alias latius hoc oſtendendi erit forſan mihi neceſſitas. Verum non minus hoc in ſenſu bonum eſt τὸ *diſtringere*, quod Scriveriani, & mei Codd. ſervant, niſi quod unus & alter ſolito more habeat *diſtingueretur*. Medic. pr. *diſtraheretur*. Livius L. XXXV. C. 18. *Hannibalem in Africam mittendum eſſe ad diſtringendos Romanos*. L. XLIV. 35. *Populatione maritimae orae diſtringere copias regias*. Flor. L. II. C. 13. *Ipſi quidem, ut Romanum a tergo diſtrin-*

VI. Themiſtocles, adventante Xerxe, quia neque proelio pedeſtri, neque finium tutelae, neque [9] obſidioni credebat ſufficere Athenienſes, auctor fuit eis, liberos & conjuges [10] in [a] Troezena, & in alias urbes [11] emittendi, relictoque oppido, ſtatum belli ad navale proelium transferendi.

VII. Idem fecit in eadem civitate [12] Pericles

a Vulgo deeſt IN.

ſtringerent. ubi vide Celeb. Duker. & Ampl. Cuper. Lib. IV. Obſerv. C. 5. Infra C. 8. §. 1. *Diſcordiam moveret, qua conſenſus Romanorum diſtringeretur.* ubi male Tennul. explicat. Hinc *diſtrictus*, qui diverſis, variisque curis occupatus eſt. Adi nos ad Lucan. L. X. 422. Statim Medic. pr. *in hibernas red.* ſecund. *in hibernas noſtros r.* OUD.

9 *Obſidioni*] Tolerandae ſcilicet. alias legitur *ſubſidioni* & mox *amandandi* pro *emittendi*. MODIUS. Hittorp. & Wechelii orae exhibent *ſubſidioni*.

10 *In Troezena*] Revocavi praepoſitionem ope MStorum Scriverii, & meorum, in quibus omnibus recte adeſt, ut & Ed. Pariſ. Ejecerunt Editores, credentes, Grammaticorum regulam, qua volunt, nominibus urbium non addi praepoſitiones, ſemper eſſe veram. Minime. Sexcenta exempla contrarium docent. Cicero ad Attic. L. III. *in Arpinum me hoc tempore abdam.* Plaut. in Pſeudole: *illam in Sicyonem ex urbe abduxit modo.* Conſule modo Scioppium & Sanctium in Minerv. L. II. C. 5. p. 186. 187. & Perizon. *ibid.* L. IV. C. 6. n. 1. 2. 3. Dein *Troezenen* eſt in Edd. pp. ut vulgo apud Nepotem, quamquam & illic alii Codd. Graeca forma *Troezena*. Certe rectius. Nam nominativus etiam apud Latinos eſt *Troezen*; & noſter Graecas terminationes amat; ut alibi erit oſtendendum. Ovid. Epiſt. Her. IV. 107. *Hic tecum Troezena colam, Pitheia regna.* OUDEND.

11 *Emittendi*] Unus Hill. & duo Regii *ominandi*. Unus Reg. *eminandi*. Forte *eliminandi*; Modius *Amandandi*. TENN. *Emittendi* ex meis ſolummodo retinent Leid. ſec. & duo Scriveriani Codices, qui Stewechianae Editionis margini alleverat quoque *eliminandi*. Quod placere nequit; quia id verbum ignominiae notam in ſe continet. Octo *eminandi*. Unus Scriv. & Gudian. *ominandi*; unde tranſpoſitis fere litteris forſan optime ſcriberemus *amovendi*. Leidenſis prim. *eminendi*. *Deponere*, *aſportare*, *demandare* Cicero, Nepos, Juſtinus in hac hiſtoria utuntur. *Amandandi*, vel *omnino amandandi* ſi in aliquo Codice exſtaret, libentius admiterem. Cicero L. VII. ad Att. Ep. 13. *Itaque de Ciceronibus noſtris dubito, quid agam. Nam mihi interdum amandandi videntur in Graeciam.* Livius L. XXIX. 13. *Ut ſe extra Italiam aliquo amandarent. Minare* apud ſequioris aevi ſcriptores ſignificat, *agere*, *pellere gregem*: Unde hoc loco videntur librarii compoſitum fabricaſſe *eminare*. Nam a Frontino eſſe profectum, perſuadebit mihi nemo. OUDEND.

12 *Pericles*] Quid? Ergone Pericles umquam Athenienſibus auctor

cles [13] adverſum Lacedaemonios.

VIII. Scipio, manente in Italia Hannibale, transmiſſo in Africam exercitu, neceſſitatem Carthaginienſibus inpoſuit revocandi Hannibalem. [14] Sic [a] à domeſticis [15] finibus hoſtile transtulit bellum.

IX. Athe-

a Vulgo SICQUE.

ctor fuit, urbem cum conjugibus & liberis, rebusque pretioſiſſimis deſerendi. eaque omnia alio amandandi? Id nemo tradit. Verum, cum Peloponneſii fines Atticos depopularentur, Pericles cum Athenienſibus, nihil ſentientibus hoſtibus, naves conſcendit, & totam Spartam depraedatus eſt, & coegit eos ex agro Attico ad ſua defendenda reverti. Conſule Thucydid. L. II. Plutarch. in ejus vita. Polyaen. L. I. 36. Juſtin. L. III. C. 7. aliosque. Leviſſima vero opera noſter auctor tam turpis erroris abſolvi poteſt, ſi hoc exemplum hinc transferamus poſt Ex. 9. ut in litteris ad me datis veriſſime monuit doctiſſ. P. Weſſeling. Infra aliquoties occurret, ordinem horum exemplorum contra fidem hiſtoricam eſſe immutatum (V. L. II. C 8.) quod facile accidere potuit: dum librarii omiſſum caſu vel incuria exemplum, animadverſo errore, quovis loco tantum inſeruerint, credentes perinde eſſe, ubi ponatur. OUDEND.

13 *Adverſum*] MSS. quatuor & Edd. veteres *advers*us. crebro haec commutantur in noſtro.

14 *Sicque*] Hoc nemini credo placere poſſe: quare reſcripſi *ſic* auctoritate utriusque Medicei, Palatini, Gudiani, Voſſiani, Hilensb. & aliorum. Vide ad Ex. v. OUDEND Ineptum iſtud *ſicque*, quod ſuſtulimus, ſaepius intruſum quoque eſt Appulejo, & praeſertim a Colvio, ſed pleriſque e locis bene per recentiores rejectum. Sic L. II. p. 25. ſicque *judicii hujus, apud me certa & ſtatuta ratione.* cum e MSS. legi debeat; *ſitque j. h. a. m. c. e. ſt. ratio.* pag. 33. ſicque *paratus.* p. 42. ſicque *proeliatus.* L. X. p. 230. ſicque *eliſus*, pro ſimplici *ſic*, ut p. 37. *ſic deſolatus.* Reſtat etiam prave in Curtio L. VII. C. 8 §. 11. ſicque *locutos eſſe.* & Apollinari Sidonio L. I. Ep. 2. Sicque *praeſoribus inmurmurat.* L. IV. Ep. 21. Sicque *omnes* &c. IDEM *Cur. poſt.*

15 *Finibus hoſtile*] Sic omnes MSS. nullus *in hoſtiles.* TENN. Primo pro *finibus* in duobus Scriverii, meisque decem, ſcribitur *funeribus*, quod notaret vulnera & clades, quibus Romanos adfecit Hannibal. Sed quae eſt locutio *transferre bellum a funeribus?* Et non magis adridet *hoſtile. Hoſtile* bello non additur, niſi ad differentiam civilis vel ſervilis belli. Quare rectius foret, ſi MSS. addicerent, *in hoſtiles* ſc. fines, ut conjecit Freinshemius, & temere damnavit Keuchenius. Sic *domeſticis finibus noſtros* opponit L. I. 8. 4. & ſimilis mihi videtur hic fieri obpoſitio. Quare placuit ea conjectura quoque Berneccero ad Juſtin. L. XXII. C. 4. *Statuit bellum in Africam transferre, mira prorſus audacia, ut, quibus in ſolo urbis ſuae par non erat, eorum urbi bellum inferret, & qui ſua tutari non poterat, inpugnaret aliena.* Quia in tot MSS. eſt *funeribus*, credideram, quaedam hic excidiſſe, vel ſimpliciter reſcribendum eſſe *ſic a*

ac-

IX. Athenienſes, quum [16] Deceliam [a] caſtellum ipſorum Lacedaemonii [17] communiſſent, & frequentius vexarentur, claſſem, [18] qua Peloponneſum infeſtarent [b], miſerunt: conſecutique ſunt, ut exercitus Lacedaemoniorum, qui erat Deceliae, revocaretur.

X.

a Vulgo DECELEAM & DECELEAE. *b* QUAE vulgo & INFESTARET.

domeſticis finibus hoſtile transtulit vallum. Quidquid ſit, auctor ob oculos habuiſſe videtur ipſam Scipionis hac de re orationem in Livio L. XXVIII. C. 44. *Requieſcat aliquando vexata tam diu Italia: uratur evaſteturque invicem Africa. Caſtra Romana potius Carthaginis portis inmineant, quam nos iterum* VALLUM HOSTIUM *ex moenibus noſtris videamus. Africa ſit reliqui belli ſedes: illuc terror fugaque, populatio agrorum, ceterae belli clades, quae in nos per* XIV. *annos ingruerunt, vertantur.* Adde L. XXIX. 26. 27. OUDEND.

16 *Deceleam*] MSS. *Deceliam*, & infra *Deceliae*. Et apud omnes Latinos ſic editur. Graecum *ει* Latinis in *i* vertit. Δάρι@ *Darius* C. 5. 25. Βασιλι@ *Baſilius*. Ἀλεξάνδρεια *Alexandria*. Steph. Δεκέλεια δῆμ@ τῆς Ἱπποθοωντίδ@ φυλῆς ἀπὸ τῆ ἐγκαμίνυ τοῦ Δισκόρου εἰς Ἀφίδνας. Meurſius de Pop. Att. cenſebat prudenter excidiſſe nomen *Decelli*, tanquam ſcriptum fuiſſet. Εἰς Ἀφίδνας Δεκέλε. Ut Deceliam munirent Lacedaemonii, auctor fuit Alcibiades, patriae ſuae male iratus. Scholiaſt. Ariſtoph. Ran. act. 5. ſcen. 4. Θεμιστοκλῆς Ἀλκιβιάδ@ μετ' ἀχαρεῖ πρὸς Λακεδαιμονίους, ὃς καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπετείχιζεν Δεκέλειαν. ἡ δὲ Δεκέλεια χώρα ἐν Ἀττικῇ. ἐκ τυχοῦσης μέγας ὁ κίνδυν@ Ἀθηναίοις μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. Polyaen. lib. I. Δεκέλειαν αὐτοῖς ἐπιτειχίσαι, εἰς ἣν ἂν ἔτι ἐχίνταν ἔτη τὰς ἀπὸ τῆς χώρας προσόδους, ἔτη τὰς ἀπὸ τῶν ἀργυρείων. *Munire contra Athenienſes Deceliam, ne illi etiamnum haberent reditus ex regione, neque ex argentifodinis.* Inde bellum Decelianum. TENN. Rectius Keuchenius ſcripſerat, in multis Latinorum nominibus Graecum *ει* tam in *e* mutari, quam in *i*. Sicut vero quaedam nomina ſunt, quae recipere amant *e*, ita multa etiam ſunt, quae rectius efferuntur per *i*. de quibus dixi ad Lucanum L. III. 281. & L. IX. 963. Adde Markl. ad Stat. L. IV. Silv. 3. 59. Ultimae claſſis unum fuerit *Decelia*. Nam per *i* in Scriverianis & meis, ac Edd. pp. conſtanter efferitur, uti & apud Nepot. in Alcib. C 4. Hinc Adjectivum Δεκελικός penultima brevi, cujus exempla vide apud Holſten. ad Stephan. reſcripſi igitur *Deceliam* & *Deceliae*. Similia vide infra ad L. II. C. I. 9. *Chaeronia*, & *Mantinia*. OUDEND.

17 *Communiſſent*] *Communiſſent* & *communiviſſent* unus & alter. *frequenter* Pariſ. Edit. dein *conſecuti ſunt* uterque Medic. & unus *erant*, *revocarentur*.

18 *Quae infeſtaret*] MSS. *qua P.* unus R. *qui P.* Omnes MSS. *infeſtarent*. Et ſic lege. TENN. Ut vulgata lectio per ſe proba ſit, & minime rejicienda, hoc tamen loco propter conſtantem ſatis Scriverii, meorumque Codicum ſcripturam non amplius admi-

X. [19] Imperator Caesar Domitianus Augustus, quum Germani more suo e saltibus & obscuris latebris subinde inpugnarent nostros, tutumque regressum [20] in profunda silvarum haberent, [21] li-mi-

missimus. Habent enim illi quoque cum Ed. Bononiensi & Parisiensi *qua infestarent*. OUDEND.

19 *Imperator*] Deest haec vox in Palat. & uno Scriverii, in quo *C. Caesar*. v. C. 1. §. 8. Mox *ingressum* Ed. Wechelii.

20 *In profunda silvarum*] Haec quidem Graeca est syntaxis. Actor. 1. C. 8. Ἐως ἐσχάτου τῆς γῆς. Cic. Att. κατὰ τὸ πολίμιον. Isocrates. τὸ πρώτιστον τῆς φιλοσοφίας. Verum Latio tam frequens, ut vix Romanus auctor ea careat. Tacit. 4. ann. 59. *Anceps periculum auxit vana rumoris*. 1. Aeneid. 426. *Miratur portas strepitumque & strata viarum*. 2. Aeneid. 332. *Angusta viarum*. ibid. 724. *Ferimur per opaca locorum*. 5. Aeneid. 694. *Tonitruque tremiscunt ardua terrarum*. Terent. Eun. 2. 2 6. *Quid istuc ornati est?* Lucret. 2. v. 16. *Qualibus in tenebris vitae, quantisque periclis Degitur hoc aevi quodcunque est?* L. 6. v. 95. *Principio tonitru quatiuntur coerula coeli*. ibid. v. 331. *Penetrat per rara viarum*. Ovid. 8. Met. f. 11. *Ardua montis*. Boëth. 2. Philos. *Nondum maris alta secabant* Min. Fel. *Quid loquar apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum*. Symmach. 3. Epist. 15. *Ne forte creditum nostrum aevi tui subita praevertant*. L. 2. Epist. 80. *Communia pignorum*. Flor. 2, 6. *Inter diversa terrarum*. Justin. 41. C. 1. *Profunda camporum, praerupta collium, montium ardua*. TENN.

21 *Militibus*] Scribo *limitibus*. SCRIV. *Militibus*. Sic omnes MSS. Verum Miles *agi* non dicitur, nisi cum cogitur, invitus ducitur. Justinus 1. C. 6. *Terga vertentes* (sic lege cum celeberrimo Graevio) *ferro agi in hostes jubet*. Quod hic est ἄλογον. Sed Gujetus ad marginem libri sui notavit *limitibus*. Et sic ad 3 MSS. Hill. margines inveni. *Limitem agere* Latinissime dicitur pro ducere limitem circa aliquod occupatum solum. Tacit. Germ. C. 29. *Mox limite acto, promotisque praesidiis finus imperii & pars provinciae habentur*. Frontin. L. 1. C. 5. n. 10. *Ab altera parte limitem agere coepit, tanquam per eum eruptorus*. Sic Gujeto notatum in ora libri, & Wechelii in contextu fuerat; cui lectioni fidem faciunt sequentia. *Universi a limite obstiterunt*. Sic MSS. Aggenus. *Limitibus secundum suam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus. Plurimum enim agentibus praestat actuarii perpetua rectura, ex hac diverti nisi per negligentiam non potest. Agentibus* nimirum *limitem*. Hinc *ager mensura actus*. ibid. *Subsecivum intervenire non potuit: Quia mensura actus non est, de quo remanere aut subsecari aliquid potuisset*. In limitibus provinciarum antiqui habuerunt clausuras. burgos, castella. Cod. de officio praefecti praetorio Africae 2. §. 4. *Ad illos fines provinclas Africanas extendere, ubi ante invasionem Vandalorum & Maurorum Resp. Romana fines habuerat, & ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris & burgis ostenditur*. Auctor (quem Philosophum probat sua praefatio) de rebus bellicis, additus notitiae utriusque imperii. *Est praeterea inter commoda Reip. utilis limitum cura ambientium ubique latus imperii, quorum tutelae assidua melius castella prospicient*. Paulus Orosius in

mitibus [a] per centum viginti millia paſſuum actis, non mutavit tantum ſtatum belli, [22] ſed ſubjecit ditioni ſuae hoſtes, quorum refugia [23] nudaverat.

CAP.

a Vulgo MILITIBUS.

in Valentiniano. *Crebra per limitem habitacula conſtituta burgos vulgo appellat.* Spartianus Hadriano C. 12. *In plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus, ſed limitibus dividuntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis funditus jactis atque connexis barbaros ſeparavit.* Qui praeſidium agebant in limitum propugnaculis, appellabantur milites limitanei. Cod. eod. §. 8. *Extra Comitatenſes milites, qui per caſtra ſunt, milites limitanei conſtituantur, qui poſſint & caſtra & civitates limitis defendere & terras colere.* Notitia Occidentis imperii recenſet *Duces limitum* provinciarum *undecim.* Vide de limitum & agrimenſorum ratione Salmaſium ad Solinum pag. 669. & ſeqq. Sic *menſuras agere.* Plinius 10. Ep. 28. *Videntur enim non mediocres pecuniae poſſe revocari a curatoribus operum, ſi menſurae fideliter aguntur.* ff. ſi menſor. f. m. d. l. 2 §. 1. *Sed ſi ego tibi, cum eſſes menſor, mandaverim, ut menſuram agri ageres.* TENN. Veriſſimam Scriverii emendationem tandem in textum recepi; licet mei quoque codices mordicus retineant *militibus;* quod ineptum eſt. Quam crebro hae voces confuſae fuerint, diximus ad Lucanum L. I. 404. *promoto limite*, ubi ante Grotium erat *milite.* OUDEND.

22 *Sed ſubjecit.*] Omnes MSS. *Sed & ſubjecit.* TENN. *Et* addunt Scriveriani & mei quoque cum Edd. ante Modium vel Stewechium. *etiam* Leid. ſec. & Gudian. In ſolo Mediceo ſecundo non comparet. Absque illo eſſet, libenter adjeciſſem copulam; Nunc ſcio, ſaepe hac in conſtructione eam omitti. vid. Duker. ad Florum L. III. C. 4. 4. Salluſt. B. Cat. C. 18. *Non Conſulibus modo, ſed plerisque ſenatoribus,* & paſſim. Noſter ipſe L. III. C. 16. 2. *Non tantum ad p. p. uſum, ſed in poſterum praeſtitit.* L. IV. 7. 27. *non cohortibus tantum, ſed centuriis.* Vide etiam ad L. II. 1. 15. Dein Edd. Romana, Bonon. & Wechelii *ſubtidit.* Hittorp. margo *ſubegit.* OUDEND.

23 *Nudaverat*] Sic omnes MSS. Exciſa ſilva, atque in exſtruendo limite ſeu vallo conſumpta. SCRIV. *Cur. poſt.*

CAP IV.

De transducendo exercitu per loca [1] hoſti infeſta.

EXEMPLUM I.

Aemilius [2] Paullus [a] Cos. quum [3] in Lucanos juxta litus anguſto itinere exercitum duceret, & Tarentini ei claſſe inſidiati, agmen ejus [4] ſcor-

a PAPUS Ed. Tehn.

1 *Hoſti infeſta*] *Hoſtibus* Medic. ſec. *hoſtium* unus ad marginem. pro *infeſta* Leid. pr. *manifeſta*. Ut dixi initio, videtur eſſe ſcribendum *hoſti* vel *hoſtibus infeſſa*. Duo autem habent *deducendo*. OUDEND. Vel legendum *hoſtibus* in Ablativo, vel *inſeſſa*: ut dixi. Vid. ad Sueton. Aug. C. 8. *per* infeſtas hoſtibus *vias*. Niſi quis *hoſti* vellet eſſe ſextum caſum, ut *fuſti*, *igni*, *ſiti* &c. IDEM *Cur. poſt.*

2 *Papus*] Fuit is quidem Q. Aemilius Papus, qui A. CDLXXI. cum C. Fabricio Luſcino Conſul fuit, & contra Tarentinos & Lucanos aliosque belluum geſſit: Vide Pigh. Faſt. T. 1. p. 416. Verum, cum conſtanter ſcripti cum Sanuto retineant *Paullus* ob rationes ad Cap. ſecundum §. 7. adductas, ego nihil mutari velim. Quare reſtitui *Paullus*; donec certi magis ſumus, tales errores non veniſſe ab ipſis auctoribus. Aliter, ut ibidem dixi, malim delere vel *Paullus*; ſicut etiam hic abeſt a Palatino. OUDEND. Nequaquam Q. Aemilius Papus Coſ. 1. cum Fabricio A. CDLXXI. rem geſſit contra Tarentinos, ut male ex Pighio ſtatui in notis meis; ſed ſequente Anno L. Aemilius Barbula Coſ. ut rectius idem T. 1. Faſt. p. 429. docens, eo demum anno bellum in Tarentinos eſſe decretum. Ac Freinshem. quoque ad Epit. Liv. XII. C. 21. hanc actionem L. Aemilio tribuit. Immo diſerte Zonaras L. VIII. Ann. C. 2. ei bellum decretum, ejusque actiones eo anno refert. Adde Oroſ. L. IV. C. 1. Unde & anno CDLXXIII. de Tarentinis, Samnitibus & Sallentinis triumphavit, ut teſtantur Capitolini Triumphales Faſti. Nequaquam igitur *Paullus* eſt mutandum in *Papus*: quod & voluit Graevius ad Amicit. Ciceronis C. 11. Sed potius e Palat. Cod. delendum eſt cognomen; Sicuti Oroſius & Zonaras id quoque omittunt. Saepe librarii adjecerunt cognomen ab Auctore omiſſum, & aliquoties alienum. Adi ad C. v. Ex. 12, 16. C. XII. Ex. 3. IDEM *Cur. poſt.*

3 *In Lucanos*] Tres Hill. *In Lucanis*. h. e. *in Lucania*, ad mare Tyrrhenum juxta littus ducebat *Aemilius Papus*, ut legendum docuit me J. G. Graevius. Liv. 9. C. 40. *Puri ſubinde periculo gloriaeque eventu bellum in Samnitibus erat.* Tacit. Germania C. 41. *In Harmunduris Albis oritur.* Cato Fragm. *Fluvius Iberus oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, piſculentus.* Euripides Iphig. in Aul. v. 71. de Paride. Ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τᾶς Δαὶς κρίνας. *Veniens autem ex Phrygibus Dearum iſte Judex.* Juſt. I. 6. *In Perſis genitum.* 12. C. 5.

In

4 ſcorpionibus adgreſſi eſſent, 5 captivis latera euntium praetexuit, quorum reſpectu hoſtes inhibuere tela.

II. Ageſilaus Lacedaemonius, quum praeda 6 onuſtus ex 7 Phrygia rediret, inſequerenturque hoſtes, & ad locorum obportunitatem laceſſerent agmen ejus, ordinem captivorum ab utroque latere exercitus ſui 8 explicuit [a]: quibus dum parcitur

a Vulgo ADPLICUIT.

In Bactrianis quoque Sogdianisque XII. *urbes condidit.* 20. C. 1. *Piſae in Liguribus Graecos autores habent.* TENN. Duodecim mei codices cum Ed. Pariſ. *in Lucanis.* Quod praefero. Non quod certo ſciam, illic rem actam eſſe; ut ſecure ſupponit Tennul. Sed quod non tam contra Lucanos, quam contra ipſos Tarentinos, quorum ſocii erant Lucani, exercitum duxerit Aemilius. Ceteroquin *in Lucanos* eo ſenſu aeque Latinum, ac *in Lucanis* ſeu Lucania. Immo ſtilus auctoris videbitur alicui magis juvare τὸ *in Lucanos* i. e. contra, quam *Lucanis.* Sic §. 8. *In Piſidiam exercitum duceret.* C. VI. §. 1. *Cum ex Samnio in Lucanos exercitum duceret.* Retinui igitur vulgatum; licet MStorum auctoritati cedere malim. OUDEND. Recipienda eſt omnino conſtanti MSS. lectio *in Lucanis*, ſive Lucanorum regione. Vid. Drakenb. ad Liv. L. IV. C. 41. *in Veſtinis.* Plin. L. VIII. C. 6. *Elephantos Italia boves Lucas appellavit*, in Lucanis *viſos.* infra C. 6. *ex Samnio in Lucanos.* Adde Jul. Obſeq. C 98, 103, 112. IDEM *Cor. ſuſt.*

4 *Scorpionibus*] Scorpio non hic eſt machina ſed telum. Iſidor. L. 18. C. de ſagittis. *Scorpio eſt ſagitta venenata arcu vel tormentis excuſſa, quae dum ad hominem venerit, virus, quo figit, infundit, unde & ſcorpio nomen accepit.* Quin etiam ſcorpione epiſtolas miſſas teſtatur Salluſtius tertio hiſtoriarum. *Epiſtolam, forte cum ſervo nacti, praedatores Valeriani ſcorpione in caſtra miſere.* TENN. Vid. Stewech. ad Veget. L. IV. C. 22.

5 *Captivis latera e. praetexuit*] Alias *captivos lateri e. p.* SCRIV. Sic omnes MSS. & ratio legi docent. [Scriverius nequicquam adfert *Captivos lateri e. p.*] Tacit. Germ. C. 34. *Utraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur.* TENN. Scriverius tantum monuit, in aliis Edd. ita legi, ut in ora Ed. Hittorp. & Wechel. Sanutus *exercitus latera captivis obtexit.* Sed vide ad Lucan. L. X. 537. *denſae praetexunt littore claſſes.* & paſſim. OUDEND.

6 *Onuſtus*] Duo Reg. duo Hill. (& multi mei, ut ſemper) *honuſtus.* Verbum proprium praedis. 1. Aeneid. V. 293. *Hanc tu olim coelo ſpoliis orientis onuſtum Accipies ſecura.* Nepos Alcibiade. C. 5. *Ita praeda onuſti, locupletato exercitu, maximis rebus geſtis, Athenas venerunt.* Salluſt. Jug. C. 87. *In agrum fertilem & praeda onuſtum proficiſcitur.* Phaedrus Fab. 68. *Onuſtus qui ſacrilegio tum diſcederet.* TENN. Vid. Gron. ad Liv. L. XXIX. 27.

7 *Phrygia*] Duo Reg. duo Hil. aliique *Frigia.* TENN.

8 *Adplicuit.*] Elegantius dixi-

citur ab hoſte, ſpatium transeundi habuerunt Lacedaemonii.

III. Idem, tenentibus anguſtias Thebanis, per quas [9] transeundum [a] habebat, flexit iter, quaſi The-

a Vulgo TRANSIRE.

ſet auctor *exercitus*, ſi quidem hoc verbum adhibuit. Verum *adplicuit* vel *applicavit*, quod eſt in Mediceo, auctoris hic eſſe non puto. Nam optimi Codices, Regius prim. Gudianus, Palatin. Leidenſis ſecund. cum tribus aliis ſcribunt *explicuit* i. e. captivorum ordinibus latera exercitus in longum praetexuit. Militaris autem rei verbum eſt *explicare*. Livius L. I. C. 27. *Erigit totam aciem, fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat.* Noſter L. II. C. 2. *Phalangi regis Pyrrhi explicitae reſiſti.* Adpoſite hoc libro C. 6. §. 1. *Explicato per utraque latera milite.* Adde Gronov. ad Livium L. XLIV. 38. me ad Lucan. VII. 417. OUDEND.

9 *Transire habebat*] Sic unus Reg. Reliqui omnes, *Transeundum habebat*. Sed nihil mutandum. Frontin. L. I. C. 5. §. 1. *Cum a tergo inſtante hoſte flumen trajicere haberet.* Sic proferunt omnes MSS. Lactant. L. 4. C. 20. Inſtit. *Teſtamentum quod per Chriſtum dari haberet.* Sueton. Auguſto C. 58. *Quid habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc conſenſum veſtrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat.* Act. Apoſt. 4. 14. Οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Lactant. 7. C. 6. *Quid enim habent dicere, cur Dii hominibus tam diligenter ſuis quaeque temporibus exhibeant?* TENN. *Avebat* forte; ſed vulgatum illud tolerari poteſt, & ſic, ni fallor, loquitur Vitruvius, & de hoc loquendi genere, ſi recte memini, alibi ſcribit Iſ. Caſaubonus. vid. ad Frontinum L. I. 5. 1. SCRIV. *Cur. poſt.* Keuchenius ait, ſollemne eſſe Frontino, Graecorum ἔχω uſurpare *ἐστὶ οἷς δύναμαι*: & tum ſubjungit exemplum Capitis quinti, aliaque, ubi ponitur *neceſſe habere.* Inepte. Si enim hic explicari deberet per *poterat*, cum qua ſignificatione confudit etiam Scriverius, nihil refragarer. Sed ſenſus eſt, *per quas transire debebat.* Uti & Cap. quinto. Jam vero *habeo facere* pro debeo facere, barbarum eſt; certe minime conveniens aevo Frontini. Vide Vorſtium de Latin. merito ſuſp. C. 6. Exempla, quae adducit Tennulius, nihil juvant; nam in tribus ultimis ſignificat *habeo ut poſſum*, ἔχω. Et praeterea; num Lactantius idoneus Latinitatis probandae in longe antiquioribus ſcriptoribus poteris eſſe teſtis? Non dubito ergo, quin hic legi debeat *transeundum habebat*, ut eſt in quatuor Scriverianis, meisque novem MSS. In Palatino *terras eundum*. §. 7. *Cum transducendum exercitum haberet per loca.* L. III. C. XI. §. 1. *propter quas redeundum habebat.* & ſaepe. Atque ita Plinius, Tacitus, Statius, Petronius & alii. Vide Fabri Theſaur. & Markl. ad Statii Silv. L. II. Praef. *Excuſandam habuerim celeritatem.* Sueton. in Caeſare C. 68. *Ut conſolandos eos magis imperator, quam puniendos habuerit.* Cap. quinto excidiſſe omnino putem *neceſſe*: ut illic videbimus. OUDEND. Adde Heuſingerum in Antibarb. p. 470. & ſic c MS. & Ed. Rom. reſtituendum Auctori de

CORR.

Thebas contenderet. Exterritis Thebanis, digreſſisque ad tutanda moenia, repetitum iter, [10] quo [a] deſtinaverat, [11] emenſus eſt, nullo [12] obſiſtente.

IV. Nicoſtratus, dux Aetolorum adverſus Epirotas, quum ei aditus in fines eorum anguſti fierent, per alterum locum inrupturum ſe oſtendens, [13] omni illâ ad prohibendum occurrente [14] Epirotarum multitudine, reliquit ſuos paucos, qui ſpeciem remanentis exercitus praeberent: [b] Ipſe cum cetera manu, [15] qua non [c] exſpectabatur, aditum intravit.

V.

a Vulgo QUOD. *b* Vulgo ET IPSE. *c* Vulgo EXSPECTABATUR ADITUS.

Corr. Eloq. C. 1. *ut aut de ingeniis noſtris male exiſtimandum* habeam. Vulgo *ſit*. De ſe loquitur Auctor, ut in ſeqq. IDEM *Cur. poſt.*

10 *Quod deſtinaverat*] Scriverii quatuor, Regius prim. Palatin. Uterque Leidd. Hillensb. duo Cantabrig., Mediceus ſec. Coll. Voſſ. & alii cum Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. *quo*. Mutatum hoc non oportuerat. Curt. L. VII. 2. 19. *Quo deſtinaverat, perveniunt*. Virgil. *quove tenetis iter*. Livius *quo intendit, pervenit*. eo usque, quo deſtinaverat iter. OUDEND.

11 *Emenſus*] Male in uno Reg. *Emerſus*. Ovid. 1. Faſtor. *Emenſus longi claviger orbis iter*. 9. Metam. *Celerique carina Aegeas metiris aquas*. Seneca Med. 611. *Et tot emenſus pelagi labores*. Virg. 3. Aeneid. 158. *Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus aequor*. Lucilius S. 30. v. 87. *Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibus tradit*. Sen. Excerp. L. 3. Cont. 3. *Una periclitatus eſt, una omnes emenſus eſt terras, tantum reliquit me ad paternam domum*. Curt. 6. 1. *Emenſus curſu omne ſpatium, quod acies Laconum obtinuerat*. TENN. Duo mei *emerſus* male. vid. Gron. ad Liv. L. XXXVIII. 17. Infr. III. 12. *emenſus iter*, ubi eadem varietas.

12 *Obſiſtente*] Reg. *ſubſiſtente*. n. 14. *nullo obſtante*. TENN. *Subſiſtente* Medic. ſec.

13 *Omni*] *Deinde* Medic. pr. *omnia* ſec. inox *concurrente* Cantabrigienſis. pro *illa* forſan *illi* vel *illic* reponi poſſet; niſi verius videretur, *illa* ſumendum pro illa parte, illa via. vid. ad L. II. 5. 21. OUDEND.

14 *Epirotarum*] Tres Reg. duo IIill. *Epyrotarum*. TENN.

15 *Qua non exſpectabatur aditus, intravit.*] Legerim, *qua non exſpectabatur, intravit*. niſi hoc magis placuerit, *qua non ſperabatur aditus, intravit*. Itidem L. XXV. Codice Theodoſiano, de petitionibus: *Cum per Illyricianas partes barbaricus ſperaretur incurſus*. ſperare, pro timere. Sic Vegetius noſter Lib. III. C. 20. *Non ſperanti eo ambas alas tuas incitare te convenit*. Virgilius.

V. [16] Autophradates Perſes, quum in Piſidiam exercitum duceret, & anguſtias quasdam Piſidae occu-

——— *tantum ſperare dolorem.* STEW.

Stewechius: *qua non ſperabatur aditus, intravit.* Idem alias *τὸ aditus* delet. Libri quidam *qua non exſpectabatur, aditum intravit.* ſed vocem *aditus* omnibus modis delendam cenſet Salmaſius (ad Flor. L. II. C. 12.) ſic alibi. *qua non exſpectabatur, irrupit.* SCRIV, *Qua non exſpectabatur aditus, intravit.* Sic editiones vulgatae. Sed omnes MSS. *Qua non exſpectabatur, aditum intravit.* Et ſic ante Scriverium Hittorpius margini adſcripſerat. Stewechius. *Qua non exſpectabatur, intravit.* Secundum illum dedit Salmaſius. Ego contra codicum conſenſum non ſuſtineo eſſe tam improbus, ut deleam *τὸ aditus.* Quare libens amplector alteram lectionem Stewechii. *Qua non ſperabatur aditus, intravit.* b. e. timebatur ab hoſtibus. Ea vero ſignificatio non eſt infrequens. I. Aeneid. 547.

At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.

II. Aeneid. 275.

Haec adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt Tempore.

4. Aeneid. 419.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Ad hunc locum Quintilianus L. VIII. C. 2. ait, eſſe verbum, quod apud nos impreprium, ἄκυρον apud Graecos vocatur. Juvenalis Sat. 4. vſ. 57.

Quartanam ſperantibus aegris.

Ariadna apud Catull.

Non hoc miſerae ſperare jubebas.

Vegetius III. C. 20. *Non ſperante eo, ambas alas tuas incitare te convenit.* L. XXV. Cod. Theod. de pet. *Cum per Illyrici partes barbaricus ſperaretur incurſus.* Servius, ſperare eſt futurum opinari, ſive timere. Graecis etiam ἐλπίζειν eſt *timere.* Socrates apud Platonem de condemnatione ſua. Οὐκ ἀπώλεσέν με γέγονε τὸ γεγονός. Democritus Hippocrati. Κάρτα γάρ ἐλπομαι, μηδὲ τὰν σὰν ἰατρικὰν ἐνδέεσθαι. Suidas quoque in ἐλπίσαι, Attice dici, notat, de cujuscunque eventus exſpectatione. Sic *τῷ eſperar* cives ſuos uti Thomas Pinedo Hiſpanus, amicus optimus, me docuit. TENN. Salmaſii ſeu Stewechii lectionem, rejecto *τὸ aditus*, probat etiam Keuchenius. Illuſtr. Heinſius conjecerat, *quo non exſpectabatur aditu.* ſed miror, tantas turbas ſuper hoc loco fieri a viris doctis, cum conſtans MSStorum, Scriverii quoque, & meorum, ac Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. lectio ſit, *qua n. exſpectabatur, aditum intravit.* ſimpliciter & vere. *Aditus* omnibus auctoribus vocatur locus, per quem quis locum alium adit. ſupra *aditus anguſti* §. 10. *duos juſſit quaeri aditus.* Hinc *arcere aditu* Liv. XXVI. 25. XXXI. 17. XL. 7. Lucan. X. 489. *hos aditu gladiis, hos ignibus arcet.* Ita enim legendum eſt. *Exſpectabatur* nude ponitur. Cap. 2. §. 7. *Eamque alio, quam exſpectabatur, latere miſſis legionibus circumfudit.* & L. III. 9. 1. L. 1. C. 5. 12. *qua non reſiſtebatur.* & alibi. De *τῷ ſperare* adi notata ad L. III. C. 9. §. 7. praeterea pro & *ipſe* noſtri vetuſtiores Codices

occuparent, ſimulata [17] vexatione trajiciendi, inſtituit reducere: quod quum Piſidae credidiſſent, ille [18] noctu validiſſimam manum ad eumdem locum occupandum praemiſit, ac poſtero die totum trajecit exercitum.

VI. Philippus Macedonum Rex, [19] Graeciam petens, quum Thermopylas occupatas audiret, & ad eum legati Aetolorum veniſſent acturi de pace, retentis eis, ipſe [20] magnis itineribus ad an-

octo carent τῷ &. non dubito, quin ab aliorum etiam abſit libris. Quare reſtitui totum locum hoc modo: *praeberent. Ipſe cum c. m., qua n. exſpectabatur, aditum intravit. Introivit* Mediceus ſec. *fecit* alius. OUDEND.

16 *Autophradates*] Omnes MSS. ſine aſpiratione praebent. *Antofradates* & *Autofradates*. Unus Reg. *Anthofradates*. Hittorpius in margine. *Autofrates*. *Piſidiam*. L. male in 3 Reg. *Pidiſiam*. Quartus *Pyſſidiam*. Et ſtatim *Pyſſidae*. TENN. Recte Scriverius repoſuit *Autophradates*, ut eſt in optimis MSS. ac Polyaeno l. VII. c. 27. Vide etiam, quem citat Keuchenius, Nepot. in Datame, & illic notas. *Autophrates* & *Autophraudates* in Edd. pp. Monſtra lectionum MSS. nihil moror. *Piſſidiam* & *Pidiſiam* inepte etiam quidam mei. OUDEND.

17 *Vexatione*] i. nimio labore, & inde orta fatigatione. Male margini adleverat Editionis ſuae legendum forte *ceſſatione* Scriverius. Livius l. XLIII. 21. *cum ingenti vexatione jumentorum*. Juſtin. l. XLII. 1. *Stipendium pro vexatione poſcerent*. Colum. l. I. c. 3. *Vexationem viae non reformidet*. Curt. l. V. 4. 21. *multa cum vexatione proceſſit*. Infra quoque c. 8. §. 9. *Ut citra vexationem ſuorum hoſtilia impediret conſilia*. ſaepius *vexari* pro fatigari ponitur. OUDEND. Interpretatus eſt Cl. Drakenb. *difficultate* ad Sil. Ital. L. III. vſ. 469. *vexavit iter*. At ill. Buherius non negans quidem, *vexari* pro *fatigari*, ut expoſui, dici potuiſſe, rogat tamen; quae fatigatio trajiciendi ei eſſe potuit, qui non trajecit? quare illi recte videtur Scriverius emendaſſe *ceſſatione*. Verum Vir Ampliſſimus non ſatis attendit ad vim participii *ſimulata*, & τῷ *quod quum Piſidae credidiſſent*. Palam nempe prae ſe tulit, rumoremque ſpargi curavit, ſe reducere exercitum, quia metuebat nimiam trajiciendi difficultatem & fatigationem. IDEM *Cur. poſt.*

18 *Noctu*] *Nocte* MSS. aliquot cum Edd. vetuſtis. dein duo, *transjecit*. & §. ſeq.

19 *Graeciam petens*] Omnes Scriveriani cum Palatino, duobus Leidenſibus, duobus Cantabrigienſibus, Gudiano & Coll. Voſſ. *Graecias p.* Hillensb. *Graeciab. p.* Forſan *Graeciae appetens*.

20 *Magnis itineribus*] h. e. ſingulis diebus facto majore itinere, quam amat facere gradus militaris. *Met groote dagh-reiſen*. Caeſar. 2. B. Gall. c. 12. *Et magno itinere confecto, ad oppidum Noviodunum contendit*. Salluſt. Catil. c. 57. *Reliquos Catilina per montis aſperos magnis itineribus in agrum Piſtorienſem abduxit*. TENN.

anguſtias [21] pertendit, ſecurisque cuſtodibus, & legatorum reditus exſpectantibus, inopinatus Thermopylas trajecit.

VII. Iphicrates, dux Athenienſium, adverſus [22] Anaxibium Lacedaemonium in Helleſponto contra [a] Abydon, quum transducendum exercitum haberet per loca, quae [23] ſtationibus hoſtium tenebantur, alterum autem latus ejus transitus [24] abſciſi [b] montes premerent, alterum mare [25] adlueret [c], aliquamdiu moratus, quum incidiſſet

[a] Vulgo CIRCA. [b] Vulgo ABSCISSI. [c] Vulgo ABLUERET.

21 *Pertendit*] Mediceus uterque *praetendit*; quod eſſet, ante eo *pertendit*. dein *reditum* Leid. ſec.

22 *Anaxibium*] Duo Reg. unus Hill. *Anaſabium*. alius *Anaxabium*. Tertius *Anaxabum*. TENN. *Anaxabium* quoque mei quatuor perperam. Ἀναξίβιος a Graecis ubique vocatur. Vid. Suidam, Xenoph. l. IV. Polyaen. l. III. 9. §. 44. & Caſaub. Inſra l. II. 5. §. 42. ubi eſt *Lacedaemoniorum ducem*. Hic Edd. Rom. & Bonon. *Lacedaemoniorum*. Sic l. II. 2. 9 MSS. *Hippiam Athenienſium*. de quo vide ad l. III. 9. 5. Mox *in* non apparet in Mediceo ſec. & *contra Abydon* Palat. cum Leidenſi ſecundo. Quod unice placet. Iphicrates enim erat in Cherſoneſo e regione, ſeu ex adverſo Abydi, ut patet ex hiſtoricis modo adlatis. Perpetua haec eſt in ſcriptis confuſio. Conſule Voſſium & Burm. ad Vell. Paterc. l. II. c. 76. *pax contra Brundiſium compoſita*. OUDEND.

23 *Stationibus hoſtium*] Duo Regii male carent τῶν *hoſtium*. TENN. Carent ea voce etiam ſex mei, & Edd. Rom. ac Bonon. non adeo male: nam per ſe ſatis intelligitur. OUDEND.

24] *Abſciſſi*] Longe plurimi Codices & Edd. Romana ac Bononienſis *abſciſi*. Veriſſime. *Abſcindere* diviſionem notat, quae hic locum non habet: Tunc ab utroque latere debuiſſent eſſe montes. *Abſciſi montes* ſunt praecipites, abrupti, & de ſummo ad imum quaſi ferro caeſi, ita ut eo adſcendere non ſit proclive. Livius l. XLV. 5. *Qua rupes abſciſſae erant*. ubi vide J. F. Gronovium. Curt. l. V. c. 3. 17. *Rupes abſciſas & undique praeruptas*. ſic MSS. VII. 10. 11 *abſciſſa & aerupta*. Lucanus l. VI. 479. *de rupe pependit Abſciſſa fixus torrens*. ſic MSS. meliores. Quibus locis *abſciſſus* retinendum ſit, docent bene Cl. Duker. ad Flor. l. II. c. 2. & Markl. ad Stat. Silv. III. 2. 61. OUDEND.

25 *Adlueret*] Immo vero lege *adlueret* ſive *alluerit* cum Regio primo, Leidenſi ſecundo, Gudiano & Coll. Voſſiana, ac magno Gronovio ad Senecae Herc. Furent. vſ. 886.

Quodcumque adluitur ſolum
Longo Tethyos ambitu.

ubi non audiendus novae editionis editor. Mare, amnis &c. dicuntur *alluere terras*, ad quas pertingunt, non *abluere*; niſi ubi ex additis ab auctore verbis conſtet,

set frigidior solito dies, & ob hoc nemini suspectus, delegit firmissimos quosque, quibus oleo ac mero calefactis, [26] praecepit, ipsam [a] [27] oram maris

a Vulgo UT I.

ret, vel deradi terras, vel sordibus purgari. Seneca Troad. 227.

quid? quas adluit
Vernis Caycus gurgitem adtollens aquis.

Liv. l. XXVI. 49. *Ea, quae mari adluitur pars.* & saepe. Pluribus id exemplis illustravi ad Lucan. l. VIII. 810.

Quem tumulum Nili, quem Tibridis adluat unda.

Corrigendus etiam Manilius l. IV. 598. ubi itidem vulgo *admissus dextra, abluit.*

Inque sinus pontum recipit, qui vespere ab atro
Admissus, dextra Numidas, Libramque calentem
Adluit.

OUDEND. Confer quoque disputata a me ad Melam L. I. C. 4. in Ed. Cl. A. Gronovii. Hinc etiam corrige Senec. Herc. Fur. vs. 753. de Tantalo:

adluit mentum latex.

non *abluit.* Tantali enim mentum non derasit unda, vel sordibus purgavit. Hoc nusquam ajunt Mythographi aut poëtae, sed pertingit mentum: unde de eodem in Hippol. vs. 1233.

Me ludat amnis ora vicina alluens.

ubi stulte e MS. Traject. cum quo facit & Roverianus Cod. & priore corrupto loco probabat *abluens* Schroderus. IDEM *Cur. prior.*

26 *Praecepit, ut legerent*] Quatuor Scriveriani cum Regio primo, Gudiano, Vaticano, Palatino, utroque Leidensi, utroque Mediceo, Petrensi, Hillensberg. & Coll. Voss. non agnoscunt *ut.* Recte & eleganter: quare ejeci; & non hic tantum, sed aliis auctoris nostri locis auctoritate MSStorum, & Frontini, optimorumque scriptorum perpetuo stylo impulsus. Vide inter alia de verbis *jubendi, imperandi, hortandi* exempla, c. 5. 24. XI. II. l. II. I. 8. IV. I. V. 4. l. III. 3. 3. VIII. 2. IX. 4. XII. I. l. IV. 7. 23. Pro *delegit* in Cantabr. male *elegit.* Confer notata ad c. I. §. 9. OUDEND.

27 *Oram maris legerent*] Hic de pedite dicitur, quod alias de navigante proxime littus. Virgil. 8. eclog. v. 7. *Sive oram Illyrici legis aequoris.* Sueton. Tib. c. 11. *Ab Ostia oram Campaniae legens, imbecillitate Augusti nunciata, paullum substitit.* Augusto c. 16. *Biremibus Pompejanis terram legentibus, suos ratus cum descendisset ad littus, pene exceptus est.* Mela l. I. c. 4. *Commodissimum est, peragratis omnibus, quae mare attingunt, legere etiam illa, quae cingit oceanus.* l. 2. c. 2. *Ejus tractum legentibus praetervectisque Mastusiam, tum sinus intrandus est.* Solent nautae contrahere & legere vela propter littus. TENN. Ita agunt Keuch. & Tennulius, quasi nulla darentur exempla, in quibus *legere litus* vel *terram*, dicatur de ipso, qui it in litore vel terra, sed tantum de praetervigante. Contra id vidimus in

maris legerent, abruptiora [28] tranarent: atque ita cuſtodes anguſtiarum inopinatus obpreſſit a tergo.

VIII. [29] Cn. Pompejus, quum flumen transire propter obpoſitum hoſtium exercitum non poſſet, adſidue producere & reducere in caſtra inſtituit: deinde, in [30] eamdem perſuaſionem hoſte perducto, [31] ne ullam viam ad progreſſum Ro-

Lucano l. v. 513. ubi Caeſar pedes *Litora curva legit.* Nunc adde quoque Statium l. 1. Theb. 376.

Talis opaca legens nemorum Cadmeius Heros.

l. 111. 325. *Jamque remenſus* (MSS. a me collati *em.*) *iter ſeſſo Danaeia Tydeus*

Arva gradu, viridisque legit devexa Proſymnae. OUDEND.

28 *Tranarent*] Vaticanus, Medicei, Hillensb. *transnarent.* Unus item *Inopinatos* male. Statim *inopinatus trajecit.* Pluribus dicam infra. OUDEND.

29 *Cn.*] Sic omnes MSS. & in Frontino. & Valerio Maximo plerique habent *Gnejus.* Etiam Graecis & Henrico Valeſio frequentior Γναῖος. TENN. Etiam mei. unus Medic. *G. ille.* In alio, & Leid. ſec. deeſt praenomen. dein e ſcriptis tranſpoſui verba *exercitum hoſtium.* OUDEND.

30 *Eamdem perſuaſionem*] Unus Reg. *Eadem perſuaſione.* TENN. *Eadem perſuaſione* Edd. Rom. Bonon. *in eam* Cantabr. dein forte melius. Certe hoc loco poſitum ex *eamdem* non videtur idoneum habere ſenſum. vide notam ſequentem. *producto* Medic. pr. OUDEND. Varie hic ſe Criticorum exercuerunt ingenia, nec tamen plane latisfaciunt. Conferam ego quoque Symbolam. Quoniam Vett. Codd. alii habent *eamdem*, alii *eam*, & rurſus alii *progreſſum*, alii *proceſſum*, ſuſpicor, ita olim ſcriptum eſſe ab Auctore: *deinde, in eam tandem perſuaſionem hoſte perducto, ſe illam viam ad proceſſum R. tenere. repente* &c. Sic cum minima mutatione plana fiunt omnia. Scis enim eam militum exercitationem, quae *proceſſio* dicitur a Vegetio II: 22. vocari *proceſſum* a Modeſto pag. 372. Ed. 1670. ubi male quidam pro *proceſſibus* emendant *proceſſionibus.* BUHER. Non perſuadet Vir illuſtriſſimus, niſi quod ad *τὴ eam tandem.* In ceteris nihil mutandum, ut patet ex mea explicatione; vel ſequenda Lipſii conjectura: *ne ullam vim ad progr. R. timerent.* In nullis MSS. vidi *proceſſum*; licet Scriverius eam variam lectionem prodiderit, & alibi haec verba in MSS confundantur. Adi not. ad Hirt. de B. Afric. C. 75. *progreſſus a ſuis caſtris.* uti & in Vegetio l. 11. 22. MS dat *proceſſibus.* Appul. L. IX. Metam p. 182 *Si proelium capeſſiturus* &c. *utiles nec ne* proceſſus *ſciſcitaretur.* OUD. *Cur. poſt.*

31 *Ne ullam viam ad progreſſum Romanorum teneret*] Etſi vulgatis conſentiant MSS, tamen magnum pignus dederim, Frontinum reliquiſſe *nullam viam ad progreſſum* (al. *proceſſum*) *Romanos tenere.* SCRIV. *Cur. poſt.* Me-

Romanorum [32] tenerent [a], repente inpetu facto, [33] tranſitum rapuit.

IX. Ale-

a Vulgo TENERET.

dic. pr. *ne illam viam.* Senſus loci, ut eſt in vulgatis, videtur eſſe, Pompejum hoſtes adduxiſſe in eam opinionem, quod ipſe neſciret, quam viam rapere vellet ad transgrediendum, ut ipſi incerti nullum certum locum ad ipſum transitu prohibendum capere poſſent. Forſan excidit modo verbum *fiſtendum*, *inhibendum*, vel tale quid. *Tenere* pro inſidere, occupatam ſtatione viam habere paſſim cum aliis noſter. §. 7. 18. c. 5. 16. *faucibus, quae tenebantur.* §. 24. *teneri collem.* & alibi. *tenere ripam* §. 10. c. 5. 3. Ita prius opinabar. nunc nihil excidiſſe puto. Et cum Petrenſi reſcribendum *in eam p.* Aſſiduo Pompejani exercitus motu hac illac facto, hoſtes in perſuaſionem venerant, exercitationis cauſſa id fieri a Pompejo, nec opus eſſe, ut *ad progreſſum Romanorum* i. ſimul ac progrediebantur aliquo Romani, ipſi quoque illam viam tenerent. Dum itaque illi manebant quieti, Pompejus paullum progreſſus ad ſuperiorem vel inferiorem fluminis locum, repente inpetu facto transitum rapuit, & ulteriorem fluvii ripam occupavit. *Tenere hanc* vel *illam viam*, *iter*, *curſum* frequentiſſimum eſt pro *huc* vel *illuc tendere*, *ire.* Aut ſi hoc nondum ſatisfacit, transpone *eamdem* & *illam* hunc modo: *deinde in illam p. h. p., ne eamdem v. ad pr. R. tenerent.* Tunc omnia clara ſunt, & intellectu facillima. Doctiſſimus Lipſius codicis ſui margini adleverat *ne ullam vim ad p. R. timeret*, non male profecto, ſi per MStos libros liceret. OUDEND.

32 *Teneret*] Vaticanus, Mediceus primus, & Petrenſis cum Edd. Romana, ac Bononienſi *tenerent* ſc. hoſtes, quod unice ab auctoris manu eſſe puto. Repoſuerunt *teneret*, quia praecedebat ſimpliciter *hoſtis.* Sed nihil vulgarius eſt, quam ut Auctores in tali re a ſingulari tranſiliant ad pluralem. Conſule, ut multos alios praeteream, J. F. Gronov. ad Livium, cui hoc in primis familiare, l. XXXVIII. 29. & Burmann. ad Vellej. l. II. c. 114. Infra c. v. §. 24. *ab hoſte proximum teneri collem, ex quo unus ad opprimendum ipſos deſcenſus erat.* Male tentabant illic *ipſum.* l. II. c. 2. §. 5. *ante cum hoſte conſligeret, quam cornibus conjugatis medios undique circumveniſſet.* §. 24. *Transgrediebatur Romanus, & in ipſorum ratibus cominus eos trucidabant.* ſic MSS. Add. c. 5. §. 1. & §. 3. l. IV. 1. 41. c. 7. §. 7. *terrendique hoſtis cauſſa, exercitus ſuos ſpeculatoribus eorum patere.* Contra a plurali ad ſingularem transitus l. II. c. 1. §. 7. ubi vide, & alibi. OUDEND.

33 *Tranſitum rapuit*] Pro, feſtinanter ac raptim transivit. Elegans uſus *rapere.* 2. Aeneid. 619. *Eripe nate fugam, finemque impone labori.* 1. Aeneid. 422. *Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat.* Ovid. 2. Metam. f. 2. *Corripuere viam, pedibusque per aëra motis Obſtantes ſcindunt nebulas.* Silius l. 15. *Rapiunt certamina Martis.* 1. Aeneid. 180. *Rapuitque in fomite flammam.* h. e. in aſſulis citiſſime fecit ignem. Lucan. x. vſ. 427. *Tanta eſt fiducia ferri, Non rapuere nefas* Juven. 15. vſ. 89. *Rapienda occaſio cunctis Viſa inimicorum primoribus.* Seneca Agamem. 152. *Rapienda rebus in malis praeceps via*

IX. Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro trajici [34] exercitum per flumen Hydaſpen, adverſus aquam adſidue procurrere juſſit ſuos: &, ubi eo more exercitationis adſecutus eſt, [35] qui a [a] Poro adverſâ ripâ caveretur, [36] per ſupe-

a Vulgo ut p.

ſt. ibid. 606. *Cum Dardana tecta Dorici rapueritis ignes.* Hippol. 448. *Nunc luxus rape: Effunde habenas; optimos vitae dies effluere prohibe.* Juſtin. 38. c. 5. *Rapienda incrementa virium.* Amm. Marc. l. 18. *Sabinianus, inter rapienda momenta periculorum communium, lectiſſimus moderator belli internecivi.* TENN. Non opus itaque eſt cum Scriverio, ut margini ſuae editionis adleverat, reſcribere *transitum intruplt.* Vide adpoſita magis, quam quae hic dat Tennulius, exempla in iis, quae congeſſi ad Lucan. l. 11. 299 & omnino Heinſium ad Ovid. Epiſt. XIX. Her. 74.

Tam bona cur periit, nec tibi rapta via eſt. OUDEND.

34 *Exercitum*] Deeſt hoc vocabulum in Regio primo, Gudiano, Leidenſi ſec. & Voſſ. Coll. Recte autem *Hydaſpen* Ed. Tenn. & Sanut. cum MSS. & Edd. pp. alii per *m.* dein *praecurrere* Medic. ſec. & Edd. pp. duo alii *percurrere.* Male. OUDEND.

35 *Adſecutus eſt, ut Poro*] Ita procul dubio ſcribendum. & nugas agunt, qui legunt *& ubi eo more exercitationis aſſuetus eſt, quia Porus adverſa ripa caveret.* MOD. Ita Modius. Alias ineptiſſime *aſſuetus e. quia Porus a. r. caveretur.* SCRIV. Omnes MSS. *quia* pro *ut.* *Poro* duo Hill. *Pro.* Unus Hill. *caverent.* TENN. Recte *adſecutus eſt* vindicavit Modius *aſſuetus* in Hittorp. legitur & Wechelii Ed. & *caveret* in Rom. ac Bonon. cum Mediceo utroque. *Quia* MSS. Scriveriani & mei omnes, uno aut altero forſan excepto, non *ut.* Dein *Porus adverſa caveret*, ſupra ſcripto *ripa* Medic. *Porus* etiam Vaticanus. In uno Cantabrigienſi ſcribitur, *ut a Poro a. r. cavaretur.* *Quia* non ceperunt librarii, neque deinceps viri docti disjungendum eſſe, ac ſcribendum, ut feci, *qui a Poro adverſâ ripâ caveretur*, eodem ſenſu. Modo *ripa* ſumas in Ablativo: *qui* ſignificat eleganter *ut.* Alexander aſſecutus eſt, ut ille a Poro caveretur in ripa adverſa, & ipſi recto oppoſita. *Qui* autem cum ſubjunctivo pro *ut* ſive *quo* poſitum apud Terentium, Livium, & alios ſaepe reperias. Adi Zinzerling. Prom. Critica c. 111. Gronov. ad Liv. l. 1. 43. Sanutus, *aſſecutus, ut cum ita tantum Poro caveret, p. ſ. p. ſ. transmiſit e.* corrupte. OUDEND.

36 *Per ſuperiorem partem*] Duo Regii *in ſ. p.* TENN. *In ſ. p.* Coll. item Voſſiana. *per* deeſt in Leid. pr. & Cantabrigienſi, ſed ille *ſuperiore parte* habet. Medic. ſec. *& ſuperiore parte.* An *ex ſ. p.* ſed parum refert. Gudianus *per inferiorem p.* OUDEND. Gudianus Codex habet *per inferiorem partem.* Quam lectionem in textum procul dubio recipere potuiſſes. Quum enim adverſus aquam procurrere ſuos juſſiſſet Alexander, & a Poro munita eſſet adverſa ripa, quid reſtabat Macedonum Regi, niſi ut occupatis in ſuperiore parte hoſtibus, ipſe per infe-

ſuperiorem partem [37] ſubitum transmiſit exercitum.

[38] Idem, quia [a] Indi fluminis [39] trajectu prohibebatur [b] ab hoſte, diverſis locis in flumine equites inſtituit immittere, & transitum minari: quumque exſpectatione barbaros intentos teneret, inſulam paulo remotiorem, primum exiguo, deinde majore praeſidio occupavit, atque inde in ulteriorem ripam transmiſit. Ad quam manum obprimendam, quum univerſi ſe hoſtes effudiſſent, ipſe libero vado transgreſſus, omnes copias conjunxit.

X. [40] Xenophon, ulteriorem ripam Armeniis te-

[a] Vulgo SUBITO. [b] IDEMQUE PROHIBITUS.

ferem trajiceret exercitum? BUHER. Neque hic illuſtriſſimi Viri ſententiam amplecti queo. Nam ex ceteris Hiſtoricis liquet, Alexandrum ſuperiore fluvii parte tranſiiſſe, dum Porus inferiorem inſidebat. Vid. omnino Curtii L. VIII. C. 13. ubi tandem §. 23. *Trajicere amnem cum ceteris copiis in regionem inſulae &c. parabat, averſo hoſte in eos, qui cum Ptolemaeo* inferiorem *obſederant* ripam. OUDEND. *Cur. poſt.*

37 *Subito*] Omnes MSS. *ſubitum* & infra n. 13. *ſubitus evaſit* MSS. Dolum hunc deſcribunt Polyaenus l. IV. c. 4. §. 9. Arrian. v. 2. Curt. l. VIII. c. 13. TENN. *Subitum* etiam ſeptem mei cum Edd. Pariſ. bene. l. II. c. 1. §. 12. *Subitam neceſſitatem decernendi injecit.* Infra quoque vide. Videtur vero auctor ex uno Alexandri Strategemate facere duo. Confer Arrianum l. V. c. 9. Plutarch. in Alex. p. 698. Ed. Par. OUDEND.

38 *Idemque*] Lege ſecundum 3. Reg. 8. Hill. & Voſſianum. *Idem, quia Indi fluminis trajectu prohibebatur ab hoſte, diverſis.* TENN. Ut Tennulius in ſuis, ſic ego in meis, & Scriverianis omnibus inveni, nec non in primis Edd. quod cur mutarint poſteriores editores, cauſſam nullam video. Veterem igitur & ſanam lectionem, novamque e MSS. rubricam, retento quidem veteri exemplorum numero, reſtitui. Vide §. 13. OUDEND.

39 *Trajectu*] *Transjecti* Edd. pp. *Tractu* inepte Arcerian. dein *diverſis in locis* Palat. *d. diu locis* alius. pro *minari* Palat. *rimari*. Mox MSS. omnes *intentos teneret*, non ordine, ut vulgo fit, inverſo. Inferius *paulo majore* Hillensb. Tum *inde* non agnoſcunt duo libri. pro *libero* Mediceus *libere*, & pro *vado* Leidenſis primus *vadum*. *flumen libere transgreſſus eſt* cap. 5. §. 2. OUDEND.

40 *Xenophon*] Ipſe hanc militiam poſteris memoravit in curis, quibus nomen eſt *ἀναβάσεων*; felicissimus mehercle, cui & ſcribenda facere, & legenda ſcribere datum. Quis enim melius ſcriberet bella, quam qui optime geſſit?

tenentibus, [41] duos jussit quaeri aditus; & quum a citeriore repulsus esset, transiit [42] ad superiorem. Inde quoque prohibitus hostium [43] occursu, repetiit vadum inferius; [44] jussa ibidem militum parte subsistere, ex qua, quum Armenii ad inferioris vadi tutelam rediissent, per superius trans-

gessit? Platoni condiscipulatu apud Socratem familiaris, sapientiae praestantissimus, jucunditatem inaffectatam fuerat consecutus, ut nulla affectatio posset hanc consequi, ejusque sermonem ab ipsis Gratiis fictum, & ore Musas locutas Tullius existimaverit. Verum, ne quisquam Philosophum a capessenda Rep. submoveat, aut ignava opera philosophetur; Xenophon auxilia Cyro missa atque Orientem secutus, & magna dixit, & magna vixit: amisso dein Cyro, Clearcho, Proxeno & Menone Grajorum ducibus ab Artaxerxe deletis, ipse cepit moderamen, & decem millium exercitum, supra Euphratis capita, trans Armenios montes, per indomitas nationes & barbaras gentes duxit tanta arte, in primis uvam faciendo; ut a Persa, centum millibus ornato, nec vinci, nec dolo capi potuerit, sed incolumis patrios lares repetierit. Ut ille στρατηγῶν φιλοσοφώτατος, & φιλοσόφων στρατηγικώτατος appellari nobis meruerit. TENN. Polyaen. 1. 49. 4. OUDEND.

41 *Duos*] MS. *duo* antique. sic MSS. Martiani Capellae p. 26. 14. Haec ad me Cl. Wasse. Nec dubium, quin Latine, quare passim e MSS. viri στρατηγώτατος, Gruterus, Gronovius, Graevius, Heinsius, aliique ex antiquissimis codicibus *duo* pro *duos* restituerunt. Mei MSS. omnes hic retinent *duos*. OUDEND.

42 *Ad superiorem*] Tacent in hoc corruptissimo exemplo viri docti; quasi nulla in MSS. esset varietas. Cum tamen in Regio primo, Palatino, Mediceis, Cantabrigiensibus, Gudiano, Leidensi sec. Vossiana Coll. & Edit. Romana invenerim *superius*; contra Syntaxin. In Leidensi primo *superioris*. Mihi non est dubium, quin exciderit supra vox *vado* vel *vadis*, quod satis declarant sequentia *vadum inferius &c.* Frontinum scripsisse puto *duos jussit quaeri vado aditus, & q. a c. r. e. t. ad superius.* Quae vox aut etiam *vadis*, quam facile excidere ob vicinas easdem litteras potuerit, quivis videt. *Aditus vado*, ut *transitus vado* Livius l. XXXVIII. 18. *Halym vado transire* c. v. §. 4. & Caesar B. Gall. l. VII. 55. *Quaerere vada* h. sensu Lucan. l. IV. 160. OUDEND.

43 *Occursu*] Cantabr. *incursu*. dein MSS. plerique *repetit*: ut paullo ante nonnulli *transit*, & dein *rediissent*.

44 *Jussa &c.*] Haec sine ullo dubio corrupta sunt. Nominativum enim quaero verbi, *transgrederetur*, qui debet, ut patet ex historia, esse illa militum pars, quam ad vadum superius, dum ipse repetebat cum ceteris inferius, jussit consistere. Quare cum omnes omnino mei, ac Scriveriani MSS. & Edd. Rom. Bonon. ac Paris. exhibeant *jussaque*, putem, scribendum esse *jussa quidem m. p. s., quae, cum &c.* vel *jussitque ibidem, partem s., quae, cum.* Nihili certe est *ex qua.* pro quibus vocibus unus Cantabr. Codex habet *ipse*. Mediceus sec. *transgrederentur*. OUDEND.

45 *Illi*]

transgrederetur. Armenii credentes, decurſuros omnes, decepti ſunt a remanentibus. [45] Hi quum, reſiſtente nullo, vadum ſuperaſſent, transeuntium ſuorum fuere propugnatores.

XI. [46] Ap. Claudius [a] Cos. primo bello Punico, quum a [47] Rhegio Meſſanam [48] trajicere militem nequiret, cuſtodientibus fretum Poenis, ſparſit rumorem, quaſi bellum injuſſu populi inceptum gerere non poſſet, claſſemque [49] in [b] Italiam verſus ſe agere ſimulavit. [50] Digreſſis deinde Poenis, qui profectioni ejus habuerant fidem, circumactas naves adpulit Siciliae.

XII. La-

[a] Vulgo P. CLAUDIUS. [b] Vulgo deeſt IN.

45 *Hi*] *Qui* MSS. duo. dein *fuerunt* Medic. pr. & Edd. Rom. ac Bonon.

46 *P. Claudius*] Perperam. Vocatus enim eſt *Appius Claudius Caudex*, ut abunde Faſti & Hiſtoriae docent. vid. Pigh. T. II. ad A. V. C. CDLXXXIX. Facillime initio *A.* excidiſſe hic potuit. Totum praenomen non agnoſcit Mediceus primus. OUDEND.

47 *Rhegio*] MSS. omnes ſine adſpiratione, *Regio*. Quam lectionem probares, ſi (quod Strabo l. VI. tradit) ob ſplendorem diceretur quaſi *Regia*. Sed Manutius in orthographia demonſtrat a Romanis ſemper cum aſpiratione poſitam vocem, & natura Graecam. a ῥήγνυμι *rumpo*. Ut ipſa Sicilia a *ſcilire*: h. e. abſcindere. Varro de re ruſt. I. c. 49. *A qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum*. Quin etiam Stephanus. ῥήγιον πόλις ἰταλική. Eſt in latere Calabriae ſita, V. millia infra Meſſanam. TENN. Vide Keuchen.

48 *Trajicere militem*] Unus Regius *Transire milites nequirent*. TENN. Deeſt vox *militem* in Mediceo primo. Utrumque recte dicitur tam ſine caſu, quam cum eo. OUDEND.

49 *Italiam verſus*] MSS. *in Italiam verſus ſe*. Unus Reg. *in Italiam ſe*. TENN. Octo etiam mei Codices cum Edd. primis addunt *in*. quod inmerito ejecerunt poſteriores editores. Uti *ad locum verſus*, ſic *in l. verſus*, optimis auctoribus in uſu eſt. quare placuit etiam Clar. Waſſe, ut ex margine ipſius libri deprehendere potui. Curtius l. IV. c. 7. *In meridiem verſus Arabes ſpectant*. quod mutari non debuit. Caeſar l. VII. B. G. c. 8. *In Arvernos verſus*. Salluſt. B. Cat. c. 56. *In Galliam verſus caſtra movere*: quibus locis adi Comment. vir. Doctorum, & in primis ad Ciceronem verbis maxime appoſitis l. IV. ad Famil. Ep. 12. *In Italiam verſus navigaturus erat*. In Mediceis & Edd. primis *que* abeſt. OUDEND.

50 *Digreſſis*] *Disgreſſis* Leid. ſec. *digreſſus* Medic. ſec. & Ed. Rom. mox *demum* Leid. ſec. *Potius*, non *Poenis* Edd. Par. *profectionis* Cantabrig. pro *ejus* Palat. habet *ſuae*. Vaticanus *Poenis, profectioni enim ejus &c.* non male. OUDEND.

51 *Pa-*

XII. Lacedaemoniorum duces, quum Syracusas navigare destinassent, & Poenorum dispositam [51] penitus classem timerent, decem Punicas naves, quas captivas habebant, veluti victrices, primas jusserunt agi, [a] aut [52] a latere junctis aut puppe religatis aliis: qua specie deceptis Poenis, transierunt.

XIII. Philippus, quum angustias maris, [53] quae Cya-

a Vulgo A LATERE J. AC PUPPE &c.

51 *Penitus*] Non possum non probare Casauboni conjecturam, ad Polyaenum l. II. c. 12. *per litus*. MSS. tamen nihil variant. OUDEND.

52 *A latere junctis ac puppe religatis aliis*] Unus Reg. unus Hill. *Ut a L. junctas aut P. religatas*. Duo Reg. duo Hill. *Aut a l. junctas aut p. religatas*. vò *aliis* carent 3 Hill. & 2 Reg. in margine Regii erat *suis*. Quae primae agebantur naves, non fuerunt puppe religatae: quare libens legerim: *Aut a latere junctis, aut puppe religatis suis*. Ortwinius L. *Suis a latere ac puppe religatis*. TENN. Sine hac-sitatione rescripsi. *aut a latere junctis, aut puppe religatis aliis*, ut diserte habent uterque Mediceus. Ceteri carent τῷ *aliis*. Quidam etiam *junctas* & *religatas*. Sed omnes constanter *aut a l. j. aut p* praeter Vaticanum, in quo *aliis a l. j. aut p.* cum vulgo esset tantum *a l. j. ac p.* alias sive suas naves religarant per funes ad Punicarum navium latera, vel puppes, ut Punicae viderentur victrices, suae vero captivae. *aut puppe* habent quoque Edd. pp. inepte Paris. Ed. *ut a l. juncta aut p. religata. puppi* Medicei. sed malo vulgatum. *religare litore navem* poëtae passim. *Suis* in sola Coll. Vossiana adparet: quare hoc admittere non ausim; si quis tamen id praefert, per me licet. OUDEND.

53 *Quae Cyaneae adpellantur*] Antiqui Codd. habent *quae Ciena app.* Ego transversus agor, ut emendem *Cynossema*: quod ad Hellespontum creditur Hecubae sepulcrum &c. PARRHAS. Male profecto. MSS. *Ciena* & Ed. Paris. *Aene* Palatin. *Cyneae* Ed. Bononiensis. Omnes, ni fallor, corrupte; nec tamen sanior est vulgata lectio, quam secure transiliunt interpretes: At mihi, qui hoc expediverit, erit magnus Apollo. Scias primum, Lector, hoc Philippi Strategema per missam ad Antipatrum epistolam ab aliis narrari factum esse; cum terrestrem expeditionem susceperat in Amphissenses, Locridis urbem, & per illud angustias sive pylas quasdam, ab Athenienssibus & Thebanis obsessas, libere transiisse, & Amphissam cepisse: ut refert Polyaenus l. IV. c. 2. §. 8. Sed si inputemus hoc auctori, credamusque, eum ex terrestri expeditione feciisse navalem, quid tamen hoc ad *Cyaneas*, immenso spatio hinc distantes? Nec reponat mihi quis, ab auctore forsan referri hoc Strategema ad tempus, quo Perinthios vel Byzantios oppugnare destinaverat, quo sequens pertinet exemplum. Nam neque tum quidem *Cyaneae* hic locum habere queunt. Non enim tan-

Cyaneae adpellantur, transnavigare propter Atheniensium classem, quae obportunitatem loci [54] custodiebat, non posset, scripsit Antipatro, Thraciam rebellare, praesidiis, quae ibi reliquerat, interceptis, ut sequeretur [55] omnibus omissis: quae epistolae ut interciperentur ab hoste, curavit. Athenienses arcana Macedonum [56] excepisse visi, classem abduxerunt. Philippus nullo prohibente angustias freti liberavit.

[57] Idem, quia [58] Cherronesum, quae juris Athe-

tantum ultra Perinthum, ultra Byzantium, sed ultra ipsum Bosporum Thracium sitae sunt Cyaneae in ipso ponto Euxino, ἐν' ἴστμῳ ἐσὶ πόντου, ut legi debet in Scholiaste Theocriti Id. XIII. 22. vulgo ἐνὶ τῷ ἴσῳ. Praeterea, quis umquam *Cyaneas*, quae sunt insulae seu scopuli, vocavit *Angustias maris?* Illae sunt inter *Cyaneas* & tam angustae, ut totam classem non facile, nec secure recipiant. Quoquo ergo te vertas, *Cyanearum* mentio hic absurda est. Vix tamen dubito, quin auctor in animo habuerit Philippi expeditionem in Perinthios vel Byzantios. Quod si certum foret, levi ope & nulla fere mutatione posset sanari locus, & legi *Abydenae*. Fauces Abydenae, est artissimum totius Hellespontiaci maris spatium. Virgil. l. I. Georg. 207. *ostriferi fauces tentantur Abydi.* τὰ περὶ & κατ' Ἄβυδον simul eas vocat Strabo l. XIII. p. 583. Ed. Paris. Hinc Ovidio *Abydena aqua*, in Ib. vs. 590. Est & in Propontide sinus Cianus prope Astacenum, teste Scylace p. 83. Sed ibi si classis Athenienslum steterisset, non potuisset cursum Philippi, qui adversam maris partem tenere debuit, inpedire. OUDEND.

54 *Custodiebat*] Mediceus uterque *custodiebant*. Dein Palat. *debellare*. Mox *sequeretur* Petrensis. Dein *omnibus omissis* cuncti scribunt, nisi quod Petrensis habeat *intermissis*, eadem variatione, quae est apud Hirt. de B. Alex. c. 9. *ut reliquis operibus intermissis ad fodiendos puteos animum conferant*. Ed. Romana princeps *omissis*. Rectius, nam sequitur *neve quam partem nocturni temporis intermittant*. Valer. Max. VIII. 13. Ex. I. *nihil ex iis operibus omisit*. Frequens autem apud historicos formula *omnibus, & rebus omnibus omissis*. OUDEND.

55 *Omissis omnibus*] Terentianum est. Andr. 2. 5. 1. *Herus me, relictis rebus, jussit Pamphilum hodie observare*. Heautont. 4. 7. 12. *Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus est aliquis, labore inventa mea cui dem bona*. TENN.

56 *Excepisse visi*] In Gudiano a m. sec. & Leidensi secundo *e. rati exinde*. Petrensis *e. gavisi*. Utrumque praefero τῷ *visi*, quod tamen non ausim rejicere. In Praefat. *Satisfeciisse visus*. Mox *Philippus vero* in Medic. pr. & pro *liberavit* ex Glossa Leid. sec. *transivit*. Vide ad l. IV. 7. 28. OUDEND.

57 *Idem, quia*] MSS. Reg. *Idemque cum*. MSS. dant novam hic rubricam. TENN. *Idemque quia* Edd. Rom. & Bonon. *Idemque* Medic. sec. Ut supra §. 9. in duo divisimus e MSS. sic hoc

que

thenienſium erat, occupare prohiberetur, tenentibus tranſitum non [59] Byzantiorum tantum, ſed Rhodiorum quoque, & Chiorum navibus, conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat, quaſi [60] ſequeſtres futuras [a] ordinandae pacis inter ſe, atque Byzantios, qui cauſſa belli erant: tractaque per magnum tempus poſtulatione, quum [61] de induſtria ſubinde aliquid in conditioni-

[a] Vulgo FUTUROS.

quoque faciendum, cum duo ſint Strategemata, licet de uno homine agatur. Saepe auctor plura ejusdem viri ſubnectit Strategemata, ubi Editores tamen ſingula bene diſtinxerunt, & per numerales notas a praecedenti ſecreverunt. Quod cur hic non fecerint, neſcio. OUDEND.

58 *Cherroneſum*] Medic. *Cherſonenſum*. quae perpetua in MSS. confuſio. Tangit hanc rem Juſtinus l. IX. c. I. *Philippus profectus cum fortiſſimis multas Cherroneſi urbes expugnat*. Sic lego cum Graevio; MS. a me collatus *Cherſonenſi* quoque. vulgo *Cherſonenſium*. OUDEND.

59 *Byzantiorum*] MSS. decem & Ed. Romana *Byzantium* per ſyncopen, quod notandum. pro *tantum* in Cantabrigienſi *modo*. conjiciente Cl. Waſſe, forſan ſcribendum *tantum modo*. *Quoque* non agnoſcit Hillensb. *Eorum* nec *quaſi* comparent in Medic. ſec. *reddendo eis naves* Vaticanus. Dein *recenſeret* idem pro *retexeret*. OUDEND.

60 *Sequeſtres futuros*] Sic l. ſecundum MSS. Infeliciter ſubjecit iſte, jam felicior, *Futuras*. Tanquam naves dicerentur ſequeſtres pacis ordinandae: cujus ſermonis, nec rationem, nec exemplum adfert. Sed finge, rem depoſitam dici ſequeſtrem; naves ſic a Philippo Chiis & Rhodiis non reddi, ſed retineri debuerunt. In erroris patrocinium praetexi non poteſt ad Maronis *pace ſequeſtra*, qua ſignificantur induciae, mediae inter bellum geſtum & gerendum. TENN. Keuchenius e MS. legerat *futuras*; quem eo nomine male hic reprehendit Tennulius, qui non cepit, quomodo dicantur *naves pacis ſequeſtres* ſeu mediatores. *Naves pacis ſequeſtres* hic vocantur, quia cauſſa eſſent, cur Rhodii & Chii medii eſſe vellent inter ſe & Byzantios. *futuras* eſt in Palatino: immo *futuras* agnoſcit quoque Petrenſis, & jam dudum Illuſtr. Heinſius ad Ovidium Faſt. I. 287. ac Cl. Drakenborchius ad Silium Ital. l. VI. 347. *pacisque ſequeſtrem mittere*. praeterea in vulgatis ſenſum, nec conſtructionem capio, quam Tennulius explicare debuiſſet. *Conciliavit animos eorum, quaſi ſequeſtres futuros*: debuiſſet dicere *ſequeſtrium futurorum*, vel *qui futuri eſſent*. niſi phraſi poëtica ad *animos* velis referre, quod nemo Latine doctus in animum inducet. In contextum itaque admiſi ad *futuras*. OUDEND.

61 *De induſtria*] Vulgaris haec & trita locutio. ſed Regius primus, duo Cantabrigienſes, duo Leidenſes. Mediceus ſec. Scriverianus, & Coll. Voſſ. carent *de*. Vide ad l. III. 17. 6. *artiora ſolito induſtria fecerat*. Mediceus prim.

hibus retexeret, classem per id tempus [62] praeparavit, eâque in angustias freti, inparato hoste, [63] subitus [a] evasit.

XIV. Chabrias Atheniensis, quum adire portum Samiorum, obstante navali hostium praesidio, non posset, paucas [64] e suis navibus, praeter portum missas, jussit transire, arbitratus, qui in statione erant, persecuturos: iisque [b] per hoc consilium [65] avocatis [c], nullo obstante, portum cum reliqua adeptus est classe.

a Vulgo SUBITO. *b* Vulgo HISQUE. *c* Vulgo EVOCATIS.

prim. & Edd. Rom. ac Bononienſis *magna induſtria*. Quod verum, niſi *magnum* praecederet, putarem. Pro *aliquid* Leid pr. *alique*, an *aliqua*? OUDEND.

62 *Praeparavit*] Vaticanus, & Hillensb. *reparavit*. Mox duo Scriveriani, & Hillensb. *inſperato hoſte*.

63 *Subitus evaſit*] MSS. quibus uſus eſt Tennulius, *ſubitus*. (vide ad Ex. 9.) atque ita Scriveriani quatuor, & octo mei. Recte, & ex Frontini genio. l. II. c. 3. §. 14. *ſubita conſurrexit acies*. c. 4. § 3. *ſubitus ſe oſtenderet*. §. 4. *ſubitus adparuiſſet*. Confer, quae notavi ad Lucan. l. X. 536. *tota ſubitus formidine belli Cingitur*. Virgil. l. III. Georg. 360.

Concreſcunt ſubitae cruſtae. OUDEND.

64 *E ſuis*] *Ex ſuis* Mediceus pr. *de ſuis* Edd. pp. dein *ilsque* ex MSS. dedi pro *hisque*. OUDEND.

65 *Evocatis*] Evocatis, ſive ad militiam, ſive ad tribunal, nullus hic locus. Duo Hiſl. *advocatis*. Sed Voſſ. duo Reg. unus Hill. *Avocatis*. Plin. epiſt. *Sed & illud haereat nobis, quam paucissimos milites a ſignis avocandos eſſe*. Sic l. Front. I. 5. n. 14. *Avocatus in diverſa hoſtis dimiſit conſulem*. ibid. n. 16. *Neceſſe Liguribus fuit avocari ad defendenda ſua*. n. 18. & 27. cap. 8. n. 12. *Per hanc conſilii oſtentationem avocato in Cariam Tiſſapherne*. In quibus locis malè duo Reg. MSS. *Advocatus, advocari, advocato*. TENN. MSS mei & Scriveriani, uno alterove excepto, *avocatis* vel *advocatis*. Optime hoc verbum explicuit Gronovius per *avertere ab agnoſcendo vero periculo, ne auxilium, quo maxime debebat, ferat*. Hoc ſenſu occurrit apud noſtrum ſaepius. vide ad Livium l. I. 6. *Quum pubem Albanam avocaſſet*. Infrà l. III. 2. 16 Ejeci igitur *evocaſſet*. quod tamen, niſi MSS. aliud ſuaderent, hoc loco defendi poſſet pro elicitis, ut l. II. c. 5. §. 3. *evocavit hoſtem*. adde ipſum Tennulium ad ejusdem Capitis §. 5. *In inſidias evocaverunt*. l. III. c. 6. 2. *Evocatis ad ſua defendenda ſingulis, vacuam auxiliis Delminium cepit*. Caeſ. l. VII. B. G. c. 41. *Ad hunc muniendum locum omnes a Vercingetorige evocatos*. ſcil ab alio loco. MSS. quidam illic quoque *advocatos*; & dubito, an non & illic praeſtarent *avocatos*. OUDEND.

CAP. V.

De evadendo ex locis difficillimis.

EXEMPLUM I.

[1]Q. Sertorius, in Hiſpania, quum, a tergo inſtante hoſte, flumen [2] trajicere haberet, vallum in ripa ejus in modum cavae Lunae

1 *Q. Sertorius*] *A. Sert.* duo Leidd. *L. Sert.* Palat. *Queſtorius* Vaticanus cum Sanuto. perperam. deeſt in Medic. ſec. praenomen.

2 *Trajicere haberet*] Graecorum phraſis. Tertullian. Lib. de cultu feminarum c. 6. *Habemus ſemper induere.* Idem Lib. de velandis virginibus, *quum habet deliteſcendum.* & Lib. de Monogamia *decurrere habebat.* Similiter Cyprianus Ep. 27. *Reſcribere habeam.* Idem Epiſt. 47. & ad Caecil. Item alibi Tertullianus Apologetico cap. 37. *Inimicos jubemur deligere, quos habemus odiſſe.* Idem Lib. adverſus Valentinianum *Habens ſupervolare.* Vide Pithaeum ſuper hac Graecorum phraſi, Adverſ. l. 11. cap. 2. Pamel. ad Tertull. p. 314. SCRIV. *Cur. poſt.* Supra ad §. 3. *per quas transeundum habebat*, ut e MSS. reſtitui pro *transire habebat*, indignum eſſe aevo Frontini docui, quod *habeo* ponatur pro *debeo* cum infinitivo; cum ea ſit Latinitas corrupta & barbara. Hujus tamen loci auctoritate illic vulgatum tuentur. Verum, ut dixi, mihi nullum eſt dubium, quin ſit corruptus. Unicus eſt, ubi auctor ſic locutus eſſet. Alias, ſicut ibi vidimus, adjungit gerundium, vel interponit *neceſſe.* quod adeoque hic ob vicinitatem litterarum in praecedenti voce *trajicere* ſeu *transjicere* in MSS. quibusdam excidiſſe omnino arbitror. lib. 1. c. 11. 2. *Neceſſe haberet decertare.* l. 11. c. 13. §. 9. *Neceſſe haberet erumpere.* OUDEND. Omiſſam eſſe vocem *neceſſe*, mihi eſt perſuaſiſſimum: uti ſimiliter excidit in Quinctiliano ex Ed. Obrechti L. VIII. c. 5. *Princeps, qui vult omnia ſcire*, neceſſe habet *multa ignoſcere.* Nihil commune habet is locus cum illis, quae produxit J. F. Gronov. ad Stat. L. VIII. Theb. 515. ut putat Burmannus. Elapſa quoque eſt e MS uno & altero Vegetii, quod fraudi fuit Stewechio, L. III. c. 4. *proelium magis* neceſſe habeant *optare.* Vid. Miſc. Obſerv. Vol. VIII. p. 321. Perperam quoque Viri Docti exponunt Valerii Flacci locum corruptiſſimum, L. 1. 672.

ſeu volvitur axis
Vi ſuperum, ſeu ſidere opus
tollique viciſſim
Pontus habet.

Sic enim legendum videtur: ubi conſtructio non eſt *habet ſidere* (quod emendavi pro *ſtaret.* Opponi verbum debet τῷ *tolli*) & *viciſſim tolli.* Sed *habet opus ſidere & tolli*, ſive ut ſidat, & tollatur. Scio, damnari a Viris Doctis locutionem, *opus habeo illa re.* Sed nihil obſtat, quo minus infinitivo junctum adhibeatur. Quidquid ſit, ex corrupto

hae [3] duxit; & oneratum [4] materiis incendit: atque ita, [5] excluſis hoſtibus, flumen [a] libere transgreſſus eſt.

II. Similiter Pelopidas Thebanus, bello Theſſalico, transitum quaeſivit: namque caſtris ampliorem locum ſupra ripam complexus, vallum [6] cer-

a Vulgo FLUVIUM.

ſupto loco nihil argumenti deſumi poteſt. IDEM *Cur. poſt.*

3 *Duxit*] Arcerianus *produxit*: unde Keuchenius, vulgatum tamen non inprobans, conjicit ſcribendum *praeduxit*. Ceteri omnes retinent *duxit*. Lucan. VI. 31. *Ducto procul aggere valli*. & 39. *ducit opus*, ubi vide. Immo noſter l. II. c. 5. 26. *ad Onion vallo ducto*. Hirt. B. Alex. 28. *Alterum editiſſimo loco ductum, ut partem caſtrorum obtineret*. OUDEND.

4 *Materiis*] Materia κατ' ἐξοχὴν lignum. Salluſt. Jug. c. 18. *Quia neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emundi copia*. Vellejus 2. c. 107. *Cavatum, ut illis mos eſt, ex materia conſcendit alveum*. Tacit. Germ. 16. *Materia ad omnia utuntur, informi & citra ſpeciem aut voluptatem*. Petron. *Quaſi rudis atque infecta materies ibat cum fluctibus*. Tacit. 5. Hiſtor. c. 20. *Egreſſum militem & caedendis materiis opetatum turbavere*. Cicero 1. Verr. c. 56. *Nam illo non ſaxum, non materies advecta eſt*. Pro Milone c. 27. *Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, caementa atque arma convexit*. Plaut. Poenul. 4. 2. 90. *Proba materies data eſt, ſi probum adhibes fabrum*. A Graecor interprete redduntur ξύλα. Caeſar l. 4. belli G. c. 17. *Haec directa materia injecta contexebantur, ac longuriis cratibusque conſternebantur*. ibid. c. 31. *Quae craviſſime eſſiciae erant naves; earum materia atque aere ad reliquas reficiendas utebatur*. lib. 5. c. 12. *Materia cujusque generis, ut in Gallia eſt, praeter fagum atque abietem*. De bell. Afric. c. 1. *Incendio fere tuta eſt Alexandria, quod fine contignatione ac materia ſunt aedificia*. Cato de re ruſt. cap. 17. *Quae materies ſemen habet, cum maturum ſemen habet, tum tempeſtiva eſt*. Gloſſae Cyrilli. ὕλη ξύλον, *materia*, ὑλικὸν λόγον, *materies*; ſed in adlatis exemplis veteres confuderunt *materiem* & *materiam*. Hinc *materiari* pro colligere lignum ad aedificandum. Caeſar 7. bel. Gall. 73. *Erat una tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe*. Cicero 3. off. 13. *Aedes male materiatae, ruinoſae*. Plaut. Mil. 3. 3. 4. *Faber materiarius*. Feſtus. *Abietaria negotiatio, quam materiationem nunc dicimus* (ut divinus Scaliger l.) *videlicet ab abietibus coëmendis*. Denique *quinquagenariae materiae* Ammiano, trabes quinquaginta pedum. TENN. l. II. c. 7. 2. *materiarum, quibus naves contexerentur, copia*. OUDEND.

5 *Excluſis*] *Eluſis* MSS. SCRIV. *Excluſis*. Sic L. in meis MSS. non occurrit Scriverii *Eluſis*. infra c. 8. *Vallumque materia exſtructum incendit, atque ita interclusſo hoſte evaſit*. TENN. N. 10. *Foſſam duxit, velut hoſtis excludendi cauſſa*. Statim reſcripſi *flumen* MStorum auctoritate pro *fluvium*. OUDEND.

[6] cervulis, & alio materiae genere conſtructum incendit: dumque ignibus [7] ſubmoventur [a] hoſtes, ipſe fluvium ſuperavit.

III. Q. Lutatius Catulus, quum a Cimbris pulſus unam ſpem ſalutis haberet, ſi flumen [8] liberaſſet,

a Vulgo SUMMOVERENTUR.

6. *Cervulis*] Omnes MSS. *Cervolis*. Vulgata lectio melior. venit enim a *cervus*. Quemadmodum machinae bellicae, aries, cuniculus, ericius, murex, teſtudo, ſcorpio, muſculus, corvus (Victor c. 38. *Quas corvos vocavere, manus ferreas, cum irriſu hoſtium, primus inſtituit*) ſortita ſunt vocabula per ſimilitudinem quaeque a ſuis animalibus: Ita & *cervi* (ut ait Varro l. 4. l. l.) *a ſimilitudine cornuum cervi*. Sunt enim ligna acciſa, ramoſa, ſolo depacta, & operta. Silius l. 10. de Canuſinis. *Quaque patet campus planis ingreſſibus hoſti, Cervorum ambuſtis imitantur cornua ramis*. TENN. Multi mei *cervulis*. de hoc Strategemate vide ad Polyaen. l. 11. c. 4. § 2. OUDEND.

7 *Submoverentur*] MSS. ſeptem *ſubmoventur*. Optime. nam *dum* hic non notat *donec*, ſed *quando, hoc ipſo tempore, dum hoſtes &c* & hoc ſenſu Indicativum requirit, ut docuerunt viri Latine peritiſſimi. Conſule Cl. Burmann. ad Phaedr. l. III. f. 10. & l. I. f. 4. ubi pro vulgato *dum* recte Scheffer. legit *cum*. Eamdem maculam a noſtro deterſimus l. III. c. 8. 2. *dum exiſtimant*, vulgo *exiſtimarent*, c. 18. inf. *dum obſidentur*, vulgo *obſiderentur*. c. 9. 6. *dum ibi propugnatores diſtringit &c.* vulgo *diſtrinxit*. c. 10. 5. & ſaepiſſime. apud Tibullum tamen editur etiam a Broukhuſ. l. II. El. III. 19.

O quoties auſae, caneret dum valle ſub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boves.

Verum & illic ex MSS. quatuor ſcrib. *quum* vel *cum*, ut nuper factum in Editione Claudiopolitana. OUDEND. In nota hic ſcripſi, videri legendum eſſe *cum* in loco Tibulli L. II. El. 3. vſ. 19.

Caneret dum *valle ſub alta*.

Poteſt tamen *dum* retineri ſenſu *tũ quamdiu*. Vid. quae notavi ad Sueton. Aug. c. 94. dum *ceteiae matronae* dormirent. Valer. Flacc. L. I. 425. *Victorem pavidae Caſtor* dum quaereret *Helles*. i. e. quamdiu. IDEM *Cur. poſt.*

8 *Liberaſſet*] Agitur toto hoc capite de evadendo ex difficilibus locis. *Flumen liberare* quid ſit, fateor, me neſcire, neque video, quid hujus loco ſubſtitui commode poſſit; niſi forte legamus, *ſi flumen ſuperaſſet*. Frontinus eodem hoc capite, exemplo praecedenti, *dumque ignibus ſubmoverentur hoſtes, ipſe flumen ſuperavit*. idem lib. IV. cap. 7. exemplo 28. *flumen, in quo tumulluarium fecerat pontem, liberaſſet*: & hic mahm *ſuperaſſet*. Q. Curtius lib. III. *Motis caſtris ſuperat Pinarum amnem*. Iterum lib. VIII. *quia plura flumina ſuperanda erant*. STEW. Stewechius *ſuperaſſet*, emendatione, ut mihi videtur, non admodum neceſſaria. SCRIV. Pa-

la-

ſet, cujus ripam hoſtes tenebant, in proximo monte copias oſtendit, tamquam [9] ibi caſtra poſiturus: [9*] ac praecepit ſuis, ne ſarcinas ſolverent, aut onera deponerent, ne quis ab [10] ordinibus, ſignisque [a] diſcederet: & quo magis perſuaſionem hoſtium confirmaret, pauca tabernacula in conſpectu erigi juſſit, ignesque fieri, & quosdam vallum [11] ſtruere, quosdam in lignationem, ut conſpicerentur, exire: quod Cimbri vere agi exiſtimantes, & ipſi caſtris delegerunt locum: diſperſique in proximos agros ad comparanda ea, quae manſuris neceſſaria ſunt, occaſionem dederunt Catulo non ſolum flumen [b] trajiciendi, ſed etiam caſtra eorum infeſtandi.

IV. Croeſus, quum [12] Halyn vado transire non

[a] Vulgo AUT SIGNIS. [b] FLUMEN deeſt in Edd. Keuch. & Tenn.

latinus codex diſerte *ſuperaſſet*. Sed Gloſſam ſapit. *Liberare flumen*, eſt flumine ſuperato ſe liberare, vel fluvium libere transire, ut ait auctor lib. hoc c. 4. §. 9. & modo §. 1. Hoc ipſum habemus c. 4. §. 13. *Angustias freti liberavit*. Adi Scriverium & Tennul. ad l. IV. c. 7. §. 28. quem locum perperam etiam mutare conatur Stewechius; & Salmaſius ad Solin. p. 9. cui emendationes Ciceronis & Petronii hic turpiſſime ſublegit Keuchenius. OUDEND.

9 *Ibi caſtra poſiturus*] MS. unus cum Edd. Romana, ac Bonon. non habent *ibi*. duo Cantabrig. duo Leidenſes. & Coll. Voſſ. *in caſtra p.* num fuit olim *caſtra inpoſiturus*. Lucan. l. VI. 1.

Poſtquam caſtra duces, pugnae jam mente propinqui,
Inpoſuere jugis.

ſiturus. vid Nonium c. 2. p 407. & Parei Lexic. Plautin. OUDEND.

9* *Ac praecepit ſuis*] Vel reſcribendum *at*, vel eo ſenſu ſumendum. vid ad Caeſ. L. V. B. G. c. 56. OUDEND *Cur. poſt.*

10 *Ordinibus aut ſignis*] MSti conſtanter *ſignisque*; ut repoſui. OUDEND.

11 *Struere*] *Conſtruere* Leid. pr. mox alius & *q.* dein Medic. ſec. *exierunt*. paullo poſt *manſuris neceſſaria ſunt* MSS. omnes, non, ut erat vulgo, *nec. ſ. m.* Reddidi quoque Frontino vocem *flumen* ante *trajiciendi*, quae neceſſaria quidem non erat ad ſenſum; ſed in MSS. & Edd. omnibus comparet ante Ed. Keuchenii: ex qua operarum incuria elapſa videtur. quod miror, a Tennulio non animadverſum. Gudian. *fluvium*. OUDEND.

12 *Halym*] *Alveum* duo Medicei. *Alvei* Vaticanus. Palatinus *aliter*. Hillensb. cum aliis *Alin.* prope verum. Scripſit auctor,

non posset, neque navium aut pontis faciendi copiam haberet, [13] fossa superiori parte post castra deducta, alveum fluminis a tergo exercitus sui reddidit.

V. Cn. Pompejus Brundisii, quum [14] excedere Italia, & transferre bellum [15] proposuisset, instante a tergo Caesare, conscensurus classem, quasdam obstruxit vias, alias parietibus interseptit, alias intercidit fossis, easque, fudibus erectis praecluſas, operuit cratibus, humo adgesta; quosdam aditus, qui [16] ad portum [a] ferebant, trabibus transmissis, & in densum ordinem structis, ingenti mole [17] tutatus. Quibus perpetratis, ad speciem reti-

[a] PORTUS Edd. Tenn. & Keuch.

ne dedi, Graeca terminatione *Halyn.* OUDEND.

13 *Fossa* &c.] Edd. Romana, & Bonon. *fossam deductam.* Non bene. Statim MSS. quidam *superiore.* pro *reddidit* apud Sanutum est *deduxit.* OUDEND.

14 *Excedere*] Omnes MSS. *excederet.* TENN. At Medicei, Cantabrigienses, & unus Scriverii cum Edd. antiquis praeter Parisiensem rectius servant *excedere.* pro *Italia* vero duo Cantabrigienses, & Leidensis secundus exhibent *Italiam.* Quod non temere spernendum. Passim invenias *excedere domum, muros, portam, urbem,* & similia, a viris doctis restituta. Nam ubique fere in vulgatis ante fuit Ablativus. OUDEND.

15 *Proposuisset*] Palat. *proposuit*; dein *ab tergo* Medic. prim. quod ei est proprium Cantabr. *quaedam p. intercluſit*, male Mox *percluſas* Leid. sec. *intercluſas* Cantabr. Quae vero hic Keuchenius de generibus munitionum, quibus hostes aditu arcentur, notat, ea debet Casaubono ad Polyb. p. 179 180. OUD.

16 *Ad portum*] *Portam* Hilsenb. & Edd. Paris. ac Colon. Negligenter autem Keuchenius, & Tennulius ediderunt *portus.* Quasi plures uno portus fuissent Brundisii. Audiamus Caesarem, cujus integrum locum, quia noster eum sine dubio ante oculos habuit, adponere non pigebit. lib. 1 B. Civ. c. 27. 28. *Portas obstruit; vicos plateasque inaedificat, fossas transversas viis praeducit, atque ibi sudes, stipitesque praeacutos defigit. Haec levibus cratibus terraque inaequat. Aditus autem, atque itinera duo, quae extra murum AD PORTUM FEREBANT, maximis defixis trabibus, atque eis praeacutis, praesepit. His paratis rebus milites silentio naves conscendere jubet; expeditos autem ex evocatis sagittariis funditoribusque raros in muro turribusque disponit &c. Qui erant in muro &c. revocantur, notisque itineribus ad naves decurrunt.* Flor. l. IV. c. 2. *per obsessa claustra portus evasit.* OUDEND.

17 *Tutatus*] Lenius constructio procedet, & rotundius clau-

de-

retinendae urbis raros pro moenibus ſagittarios reliquit, ceteras copias ſine tumultu ad naves deduxit [a]: navigantem eum mox ſagittarii [18] quoque per itinera nota digreſſi, parvis navigiis conſecuti ſunt.

VI. [19] C. Duilius Cos. in portu Syracuſano, quem temere intraverat, objecta ad ingreſſum catena clauſus, univerſos in [20] puppim retulit milites,

a Vulgo REDUXIT.

detur periodus, ut mihi videtur; ſi ſcribas cum Medicęo primo *tutatus eſt*. Nunc abruptior eſt ſenſus, quam ut patiantur aures. Dein MS. *pertratis*, an *patratis*, vel potius ex Caeſare *praeparatis*? Hoc ego malim. Mox inepte omnes Editiones occupavit *reduxit* ſine idoneo ſenſu. Legendum autem ex 13 MStis *dedaxit*. *Duxit* ſimpl. Leid. ſec. *eduxit* Cantabr. *reduxit* in nullo eſt, ut nec debet ſalvo ſenſu. OUDEND.

18 *Quoque*] *Quamquam* Medic. pr. Coll. Voſſ. & Edd. primae. *Quidquid* Medic. ſec. Mox *disgreſſi* Hillensb. *aggreſſi* Leid. pr. Supra, quod fere monere neglexeram, *retinendi urbis* vetuſtior Mediceus. Antique, non vere. OUDEND.

19 *C. Duillius*] Ita lego, non *Cn. Duillius*, uti vulgo eſt. SCRIV. *C. Duillius* L. quanquam tres Reg. tres Hill. *C. Duellius*. Male Hittorpius edidit. *Cn. Duellius*. Gujetus. *Simile Mongommerii ad Rotomagum ſtrategema narratur*. TENN. Uti omnes MSS. hic & infra *Duellius*, ſic etiam habent recte *C* niſi quod in Leid. pr. praenomen deſit, & in Mediceo primo ſcribatur *Cornelius*, ſupra ſcripto *Duellius*. Ego, fide monumentorum in aes vel marmor inciſorum, nummorumque ubique reſcripſi cum multis viris doctis *Duilius*. Sed haec minuta. Majus operae pretium feret, qui explicuerit & hiſtoriae congrua fecerit illa verba *Coſ. in portu Syracuſano*. Nam conſule Duilio a. u. c. CDXCIII. Syracuſae Populo Romano favebant; quippe rex Hiero jam a. u. CDXC. in amicitiam P. R. venerat, eamque ſervavit ad vitae finem ſanctiſſime. Quo pacto ergo dici poteſt, temere ab eo hunc portum intratum, quisve objecit illi portui duos exitus habenti catenam? vide ergo, num acciderit haec res in portu *Segeſtano*, eo tempore, quo adhuc Segeſta a Poenis obſidebatur. Nam poſt navalem victoriam ipſe Duilius eam urbem obſidione liberavit. Adi Polyb. lib. I. & Pigh. in Annal. T. II. p. 16. 22. Praeterea *Syracuſano* vitioſum eſſe, inſuper ſuſpicor ex Ciceronis l. IV. in Verr. c. 53. l. V. c. 37. 52. *poſt Syracuſas conditas, quem in portum numquam hoſtis acceſſerat, in eo, te praetore, piratae navigaverunt*. Aeque incerta ſunt, de Duilio quae refert auctor l. III. c. 2. §. 2. OUDEND. Hoc Strategema Zonaras L. VIII. Ann. c. 16. tribuit privatorum hominum ſolertiae in portu Hipponis Regii in Africa ſub conſulatu L. Caecilii Metelli II. & M. Fabii Buteonis, a u. DVI. IDEM *Cur. poſt*.

20 *Puppim*] MSS. plerique, &

lites, atque ita reſupina navigia magna remigantium vi concitavit. Levatae prorae ſuper catenam proceſſerunt: qua parte ſuperata, transgreſſi [21] rurſus milites [22] proras preſſerunt, in quas verſum pondus decurſum ſuper catenam dedit navibus.

VII. Lyſander Lacedaemonius, quum in portu Athenienſium cum tota claſſe obſideretur, [23] obrutus hoſtium navibus, ab ea parte, qua faucibus anguſtiſſimis influit mare, milites ſuos clam [24] in litus egredi juſſit, & ſubjectis rotis naves ad proximum portum [25] Monychiam [a] trajecit.

VIII.

[a] Vulgo MONOECIUM.

Edd. primae *puppem*. In Medic. deeſt *i a*. pro *remigantium* in tribus *navigantium*. OUDEND.

21 *Rurſus*] Duo Regii *transgreſſi curſu*. TENN. *Curſu* etiam uterque Mediceus, & Leidenſis ſec. cum Edd. Romana, ac Bononienſi. Quod elegantius & efficacius eſt: atque etiam ea celeritate opus fuit, ne retroirent, aut etiam catenae inhaererent naves. Sic *curſu tendere* eſt celeriter & citato gradu ire. Salluſt. B. Jug. c. 56 Vellej. l. 11 c. 70. ubi vide Cl. Burm. OUDEND. Pluribus hanc lectionem confirmatam vide ſis a Drakenb. ad Liv. L. 11. c. 65. *curſu ſubeunt*. IDEM *Cur. poſt.*

22 *Proras preſſerunt*] Alias *in proras ceſſerant*. SCRIV. *Ceſſerunt* voluit Scriverius; atque ita habent Edd. Rom. & Bonon. & probat Keuchenius *Prorae ſterunt* vel *proceſſerunt* Palat. Medic. ſecundus, Vaticanus, & Leidenſ. ſec. *ad prorae preſſerunt* Medic. pr. *in proras preſſerunt* Edd. Pariſ. Nihil mutare mihi placet, & vulgatam bene ſanam eſſe puto. OUDEND.

23 *Obrutus*] MSS. omnes non male *obrutis*. TENN. Praeter unum Mediceum mei quoque omnes *obrutis*, & duo *obruptis*. Quod non bene percipio. OUDEND. Niſi *obrutis navibus* velis explicare per merſas ab hoſtibus de induſtria naves, ab ea ſcilicet parte, qua deberet cum ſua claſſe exire, unde obſtructus ei erat exitus. Idque ob Codicum conſenſum nunc amplector. Ovid. L. 11. Amor. El. 11.

Pene ſit, ut mediis obruta navis *aquis.*

Alibi apud eumdem ſaepius *obruta claſſis, cymba*, &c. paſſim *fluctibus* & *undis obruti* dicuntur naufragi. IDEM *in add.* Uti in addendis monui, ſine haeſitatione recipienda eſt MSStorum lectio *obrutis*, quae portus faucibus per ſubmerſionem objectae ſunt: ut apud Caeſ. L. 111. B. Civ. c. 39. *faucibus portus navem onerariam ſubmerſam objecit*. Virgil. L. 1, Aen. 69. *Submerſas* obrue puppes. IDEM *Cur. poſt.*

24 *In litus*] Deeſt *in* Medic. ſec. & Cantabr. dein *naves ad proximum p.* MSS. non *ad proximum naves*.

25 *Monoecium traiecit*] Qui potuit? Monoecus Liguriae portus

VIII. [26] Hirtulejus [a], legatus Sertorii, quum in Hiſpania inter duos montes abruptos longum & an-

a Vulgo HERCULEJUS.

tus cum ſit. teſte Plin. lib. III. c. 5. ſive, ſi Lucretio credimus, ſtatio potius, nominis rationem ab Hercule ſortita. qui prope eum locum habebat aedem. in qua ſolus colebatur? omnino eſt reſtituendum *Monychium*, aut certe *Munychiae*. eſt enim Munychia tumulus oris anguſti, a quo protendebatur murus XL. ſtadiorum longitudine, Athenas cum Pyraeeo, duobusque aliis portubus connectens. vide Plutarchum in Phocione. Dicta & Diana Munychia; quae apud Pygellam colebatur. Strabo lib. XIV. MOD. Modius recte *Monychium*, ſive *Munichium*, & ſic reponendum. Atque ita legendum monuit Ortelius. Munychia Μουνχία, Atticae portus, haud procul a Pyraeeo, a Rege Athenarum Munycho appellatus. Vide praeter Ortelium in Theſauro Geographico Clariſſ. Meurſium Atticar. Lectionum lib. I. cap. 14. SCRIV. Μόνοικος πόλις Λιγυστικὴ Stephan. *Monoecus urbs Liguriae.* Hercules habuit hic οἶκον μόνον, in qua aede ſolus colebatur. Sed hic agitur de Portu Attico. Quare ſagaciſſimi Modii conjecturam amplectere. *Monychium*, ſive *Munychium*. ſive *Munychias*. Stephan. Μουνχία, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνίχου. Καὶ ἱερὸν Μουνχίας Ἀρτέμιδος. *Munychia eſt Portus Attica a Munycho: & templum Munychiae Dianae.* Gujetus. *Munichium.* tres Reg. *Monoeciam.* TENN. De portu Herculis *Monoeci* vide ad Lucanum l. I. 408. qui nequaquam hic locum habere poteſt. Portus Atticus debet intelligi; qui non alius eſt, quam *Munychia*, ut bene monuerunt viri docti, & MSS. ac primae Edd. ſatis oſtendunt, ita legendum eſſe; ſive potius, ut reſcripſi, *Monychiam*, ut in antiquiſſimis codicibus paſſim ſcribitur. Nam Stephano etiam vocatur Μονυχία. Hic quoque MSS. omnes fere *Monoetiam*, vel *Monetiam*, aut *Monoeciam*, &. quod manum correctoris jam ſapit, Edd. Romana, Bononienſis, ac Pariſienſis diſerte *Munychiae*; ſed & Keuchenius teſtatur, in Arceriano ſe inveniſſe *Munychiae*; unde legebat *Munychiam*. Ego praefero *Monychiam* ex Codd. quamquam & *Monychiae* legi poſſet, ut portus *Pyraeei*, & ſexcenta talia: conſule Heinſium ad Ovid. l. II. Metam. 709. & Markland. ad Stat. l. V. Silv. 3. 107.

Quo non Monychiae quidquam praeſtantius arces. OUDEND.

26 *Herculejus*] Sic tres Regii. *Hirculejus* duo Hill. Tertius *Hirculeus*. TENN. *Herculejus* placet Keuchenio auctoribus libris & hiſtoricis. Nullos tamen vidit codices praeter unum, in quo eſt *Hirtulejus*. ut ego hic quoque in duobus inveni. In pleriſque *Hirculejus*; quomodo Fabricius teſtatur, in MSS. Oroſii, Flori, aliorumque ſcribi; & vere. Secutus in Frontino ſum judicium Celeberrimi Dukeri ad Florum l. III. c. 22. probantis *Hirtulejus*, unde ut ignotiore nomine librariis lapſus proclivis fuit in *Herculejum*. vid ad l. II. 1. 2. 3. 5. Quod autem Keuchenius dicat, Salmaſium ſe implicare ad Florum, nihil eſt. *Cohortes Hirtuleji* in Floro vulgo legebantur contra MSStos. Hoc ajebat Salmaſius, ex Frontini loco videri deſumtum. OUDEND.

anguſtum iter ingreſſus, paucas duceret cohortes, comperiſſetque, ingentem manum hoſtium [27] adventare [a], foſſam transverſam inter montes [28] preſſit, vallumque materia exſtructum incendit, atque ita intercluſo hoſte evaſit.

IX.

a Vulgo ADVENIRE.

27 *Manum hoſtium adventare*] Tres Hill. & Voſſ. *Adventare*. Quod frequens autori verbum in copiis. l. I. c. 3. n. 6. *Adventante Xerxe*. l. 2. c. 4. n. 5. *Adventare auxilia Romani*. 3. 17. 6. *Cum duabus legionibus adventaret*. TENN. Scribe *adventare* fide quatuor Codicum & Pal. SCRIV. *Cur. poſt. Adventare* ego quoque in undecim MSS. & Sanuto inveni, ſtatimque repoſui. Non ſignificat tantum *advenire*, ſed jam in proximo eſſe, unde jungit Cicero *adventare & prope adeſſe*. In omnibus auctoribus hujus ſignificationis exempla invenies. l. 13. C. 4. §. 20. *Auxilia ſibi ab ulterioribus Scythis adventarent*. IV. 7. 31. *praecedens adventantis auxilii rumor*. OUDEND.

28 *Preſſit*] Magnum pignus dederim, in hunc modum ea ſcripta fuiſſe a Frontino, *foſſam transverſam inter montes percuſſit*. Premere foſſam quid ſit, nondum didici, at percutere, id eſt, ducere, fodere foſſam, ſcio, eſſe genus loquendi, bonis ſcriptoribus uſitatum. Oſtendo in Commentario ad Flavium Vegetium. Ceterum ne moleſtum ſit eo remitti, eundem hunc Frontinum appello. Is libro III. cap. XVII. exemplo quinto: *Foſſa* (inquit) *in fronte percuſſa, quietum in vallo militem tenuit*. STEW. Eamdem emendationem profert quoque Stewechius ad Vegetium l. III c. 8. *Tunc opere tumultuario foſſa producitur*; ubi itidem, ut cap. 7. *percuſſis foſſis*, quod MSS. omnes retinent, velit reſcribi *percutitur*, citatque huc exemplum Plinii l. 10. Epiſt. 50. *foſſam a rege percuſſam*. quod hic Keuchenius, & Inſra Tennulius quoque allegant, uterque Stewechii emendationem probantes. In Vegetii loco Palat. & unus, quem contuli, *percutitur*. In alio a me collato *percurritur*. Sed vere ibi *praeducitur* legit Lipſius. Tibull. l. IV. 1. 33. *caſtris praeducere foſſam*. Adde Comment. ad Silium l. X. 411. *foſſas praeducere muris*. Et ut non damnem ſuo loco *percutere*, pro quo idem Vegetius, & alii ſaepe *aperire*, ſic quoque contra MStos & Sanutum *premere* non rejicio. Sed omnino rectum eſſe arbitror. Curt. l. V. 1. 28. *cavernae in altitudinem preſſae*. Lucan. l. IV. 295.

puteusque cavati
Montis ad inrigui premitur faſtigia campi.

Tacitus l. XV. Ann. c. 42. *Navigabilem foſſam depreſſuros promiſerant*. ex quo vel ſimili loco Gujetus videtur hic maluiſſe *depreſſit*. Columella l. II. c. 15. *depreſſa foſſa*. l. III. c. 15. *in hanc menſuram ſcrobibus depreſſis*. & ſic *Lautumias in ſummam altitudinem depreſſas* dicit Cicero l. V. in Verr. OUDEND. Adde Virgil. L. X. Aen. 296. *ſulcum premat*. Mel. L. I. 18. *ſpecus preſſus*. Plin. L. XXXI. c. 3. depreſſis *puteis*. Vitruv. L. VIII. c. 1. deprimendus *eſt puteus*. item

IX. [29] C. Caesar, bello civili, quum adversus Afranium copias educeret, & recipiendi se sine periculo facultatem non haberet; sicut constiterat, prima & secunda acie furtim a tergo ad opus adplicata, [30] quindecim pedum fossam fecit, intra quam [31] sub occasum Solis armati se milites [32] ejus receperunt.

X. Pericles Athenienſis, a [33] Pelopomnesiis [a] in eum

a Vulgo PELOPONENSIBUS.

item quae congessi ad Caes. L. VII. B. G. c. 72. IDEM *Curs. post.*

29 *C. Caesar*] Deest praenomen in Leidensibus, & Mediceo secundo.

30 *Quindecim*] Mediceus XXV. Ne audi. Sed aliud latet. Caesar B. Civ. 42. l. 1. *A fronte contra hostem pedum* XV. *fossam fieri jussit. Prima & secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat. Post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Sub vesperum Caesar intra hanc fossam legiones reduxit.* Ex quo loco luce clarius patet, hic quaedam excidisse, nisi Frontinus contraria dicat ipsi illi auctori, quem compilavit. Debuerat enim hoc vel simili modo dixisse; *haberet; in armis permanente, sicut constiterat; prima & secunda acie, furtim a tergo tertia ad o. a.* &c. Immo nullus idoneus sensus in vulgatis inest. Nam prima acies non potest a tergo ad opus adplicari, & tamen dici *sicut constiterat.* quae verba unice docent, auctorem damnum aliquot verborum passum esse. Quod magis patet ex Sanuto, qui haec compilans, sed jam corrupta, scripsit *prima & secunda acie ad terga adposita* XV. *p. f. &c.* OUDEND. Deinceps deprehendi, hoc quoque monitum ab ill. Schelio ad Hygin. Grom. p. 119. qui legit; *manente, sicut constituta erat, prima & secunda acie, tertia furtim a tergo ad opus* &c. vel *furtim tertia ad opus* &c. IDEM *in add.*

31 *Sub occasum solis*] Palatinus, Mediceus, & Leidensis secundus cum Edd. Rom. Bonon. & Sanuto *sub accasu*, frequenti commutatione. lib. III. 9. 1. *Sub discessum aestus.* Quidam *discessu.* & passim, cum utrumque recte dicatur. Consule Schefer. ad J. Obseq. c. 105. *Sub occasu solis.* Burmann. ad Vellej. l. II. 24. & Ovid. Ep. 19. Heroid. 195. *Sub Aurora.* Infra c. 12. 9. MSS. *sub die* & *diem.* l. III. c. 2. 7. *sub noctem* & *nocte.* c. 12. 2. 15. 6. *Sub adventum* & *adventu.* OUDEND.

32 *Ejus*] Non agnoscit Coll. Voss. a. m. pr. nec etiam Edd. Rom. Bon. Paris. quod probat non male Keuchenius. OUDEND.

33 *Peloponensibus*] Omnes MSS. non tertia, sed secunda terminatione inflectunt *Peloponensiis.* TENN. Etiam mei. Lege igitur *Peloponnesiis*, & ita vetustior Mediceus cum Vaticano. Sic infra l. III. 9. 9. scribendum *Peloponnesiorum*: quo loco inquirendum erit, num idem huic exemplum sit, ut adfirmat Scriverius; a Peloponneso εἰσέτως Πελοποννήσου, teste Stephano: Utrumque tamen apud Latinos auctores reperitur & *Peloponnensis* & *Pelopon-*

eum locum compulsus, qui undique abruptis [34] cinctus, duos tantum exitus habebat, ab altera parte fossam ingentis latitudinis duxit, velut hostis excludendi caussa; [35] ab altera limitem agere coepit, tamquam per eum erupturus. Ii, qui obsidebant, quum per fossam, quam ipse fecerat, exercitum Periclis non crederent evasurum, universi [36] a limite obstiterunt. Pericles pontibus,

ponnesius: quamquam ego ultimum, MSS. perpetuo variantibus, praeferrem. OUDEND. Sic recte Heinsius in Curtio L. III. C. 9. §. 8. pro *Peloponenses* e MS. lectione *Peloponensi* restituit *Peloponnesii*. IDEM *Cur. post.*

34 *Cinctus*] Petrens. *accinctus*. Medic *tractus*. Dein *secludendi* Petrens. pro *ab altera* iterum Palat. Medic. pr. & Sanutus *ab altera parte*. Mox *corrupturus* Medic. sec. *obrupturus* Hillensb. Statim MSS. multi *Hi*, *qui*.

35 *Ab a. militem agere*] Lege, meo periculo, *limitem agere coepit*. Idem exemplum repetit Frontinus lib. III. cap. IX. 9. aliis tamen verbis: sed talibus, unde facile appareat, hic *militi* locum non esse. *Aggerem*, inquit, *facere coepit, aggesta terra, & palis defixis*. Qui *Limes* Frontino. (Ubi notat Keuchenius rursus τάφρευσιν & χάρακωσιν.) *Limitem* autem *agere* dixit: hinc *agentes* sunt, qui limites agunt. *Principium artis Mensoriae in agentis positum est experimento*, scribit in Fragmento quodam de Limitibus Frontinus. Et Hyginus: *Limitibus secundum suam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus. Plurimum enim agentibus praestat actuarii perpetua rectura, ex hac diverti nisi per negligentiam non potest.* Frontinus etiam alibi *agentis* meminit. Sed de tota Limitum & agrimensorum ratione legendus eruditissimus Salmasius ad Solini Polyhistora, singulari Diatribe aliquot paginarum, quae incipit fol. DCLXIX. SCRIV. Bene Tennulius jam restituit *limitem*. Vide ad I. 3. 10. Hillensb. etiam pro varia lectione *limitem* habet. Quod vero Tennulius ibi dicat, *limitem* esse in contextu Wechelii, secus se habet. Nam *militem* exhibet. Sanutus hic tantum ait *ab altera parte se finxit per hostes erumpere velle*. Hoc certe rectius foret, quam quod hic legebatur per *militem erupturus*. OUDEND.

36 *A milite obstiterunt*] Scribo, *a limite obstiterunt*. De limitibus provinciarum agitur, in quibus clausuras, Burgos antiqui habebant, & inibi praesidium militare, l. 11. C. de officio praefecti Praetorio Africae. STEW. *Limite*. Bene ita quatuor MSS. & Stewechius. Vulgo *milite*. SCRIV. Solus Mediceus secundus hic exhibet *milite*. Ceteri omnes tam MSS. quam Edd. Rom. Bonon. Paris. Wechel. recte servarunt *limite*; certo argumento, supra *limitem* esse legendum. Ex corruptis verbis conjecerat Lipsius *universo milite*; licet supra idem *limitem agere* margini sui exemplaris adscripserit. *a limite* notat ab ea parte, qua limes actus erat. OUDEND. Bene me hoc explicuisse, docet Vir doctus in Misc. Obs. V. III. p. 256. ad Lucani L. I. vs. 56. *obstent a Caesare nubes*, Sall. B. Cat. c. 58. *a Gallia*

bus, quos praeparaverat, foſſae injectis, [37] ſuos, qua non reſiſtebatur, emiſit.

XI. Lyſimachus, ex his unus, in quos opes Alexandri tranſierunt, quum editum collem caſtris deſtinaſſet, inprudentia [38] autem ſuorum in inferiorem deductus, vereretur ex ſuperiore hoſtium incurſum, triplices foſſas intra vallum objecit: deinde [39] ſimilibus foſſis circa omnia tentoria ductis,

lia obſtat. Adde Comm. ad Liv. L. XXXI. c. 24. & Sueton. Veſp. c. 5. *ramos a frutice dedit.* IDEM *Cur. poſt.*

37 *Suos, qua*] Inepte Gudian. & Leidenſis ſec. *ſoceros ſuos via qua.* Medic. ſec. *unde.* vid. ad I. 4. 4.

38 *Autem*] Medic. pr. cum Edd. Rom. & Bonon. *tamen.* Medic. ſec. *ducum* viae ſcilicet. Non male. Supra in MSS. nonnullis *Liſym. Hoſtium* mox deeſt in uno Cantabr. & Leid. pro *intra* Scriv. unus *inter.* OUDEND.

39 *Similibus foſſis c. o. t. d. t. caſtra confodit*] Aliae editiones, *ſublimibus foſſis c. o. t. d. caſtra confudit.* Non placet. MOD. 4. Reg. 3. Hill. *ſublimibus.* TENN. *Similibus f.* Solus exhibet Leidenſis ſecundus. Ceteri omnes, tam Scriveriani, quam mei, Editionesque, quotquot vidi ante Modium, habent *ſublimibus.* Vereor tamen, ut *ſublimis* pro alta foſſa, ſeu profunda ſumatur: quo ſenſu hic accipi deberet; & ſi hujus ſignificationis exemplum daretur aliud, libenter admitterem. Infra vocem *quoque* non agnoſcunt Mediceus pr. & Edd. Rom. ac Bonon. In Mediceo ſec. eſt *quoque humo.* Forſan illa vocula verum locum amiſit, & pro *ſublimibus* ſcribendum *ſublicibus*, cum hac interpunctione. *Deinde ſublicibus, foſſis quoque circa o. t. ductis, t. c. confodit. Caſtra ſublicibus confodere* eſſet palis in terra paſſim defixis obſepire: ut *confodere haſtis, jaculis* &c. *Sublices* enim ſunt in Gloſſis eaedem, quae aliis *ſublicae.* Timide tamen hanc conjecturam propono, & ut facilius quis veram loci lectionem erueret. Quae autem hic Keuchenius de *tento* & *tenda*, quod in Arceriano Cod. ſe inveniſſe dicit, adfert, more ſuo ſublegit Salmaſio ad Florum l. II. c. 12. Numquam tamen mihi perſuadebit, a Floro, certe non a Frontino, *tentum* uſurpatum eſſe pro *tentorio.* OUDEND. Non tam offendit *ſublimibus* pro *altis*, (quod forſan defendi poſſit) quam quod veriſimile non eſt, juſſiſſe Lyſimachum, profundas duci foſſas circa omnia in caſtris poſitis tentoria. Hoc enim pacto vix ex illis egredi potuiſſent milites. Ac praeterea, ſi triplici illi foſſae, intra vallum hoſtibus objectae, tot & tantas alias adjeciſſet Lyſimachus, immenſum ſane valli ambitum fuiſſe oportuit. Quae ratio quoniam pariter etiam obſtat τῷ *ſimilibus*, legendum puto *humilibus.* Tales enim foſſae, praeſertim ſuperjectis frondibus tectae, equitatus transitum potuerunt ſaltem retardare. Quod Lyſimacho fuit ſatis. BUHER. *Sublimibus*, quae conſtans fere MSSto rum eſt lectio, ut defendi poſſit, docuiſſe mihi ſatis videor in Miſc. Obſ. Vol. V. p. 65. Sed recte Vir Illuſtr. oſtendit, profundas foſſas circa tentoria ductas fuiſſe, ne-

ctis, tota caſtra [40] confodit; & [41] interſepto [a] hoſtium aditu, ſimul humo quoque, [42] & [b] frondibus,

a INTERCEPTO vulgo. *b* Vulgo ET IN FR.

nequaquam eſſe veriſimile, ac ſuffeciſſe *humiles*. Ita Virgil. L. VII. Aen. 157.

Ipſe humili *deſignat moenia* foſſa.

quamquam milites tamen e tentoriis potuerunt procedere: non enim duxit eas *circum t.* ſed *circa*. V. de his ad L. IV. 7. 38. In animum tamen mihi inducere nequeo, iſtam vocem in *ſublimibus* per librarios fuiſſe corruptam. Ad haec Auctor, praemiſſo ſimpliciter *triplices foſſas objecit*, non addita earum profunditate, videtur debuiſſe ſubjicere *humilioribus*, vel ſimile; ſi de earum profunditate agere voluiſſet. Quare adhuc exiſtimo, altius haerere vulnus, ac quaedam deeſſe, quibus ſignificaverit Auctor, foſſas inſuper *ſublicibus* ſive palis in terram demiſſis; ut ait Caeſar L. III. B. Civ. C. 49. fuiſſe munitas. Certe *ſublicae* in *ſublimes* depravatum eſt in Cod. Oxon. Appuleji L. IV. p. 72. ubi *ſublicae turres* ex Edd. Vett. legendum exiſtimo. Ablativo *ſublicibus* uſus eſt praeter alios Salluſtius apud Feſtum v. *Sublicium*. Sed ἐπίχω. OUDEND. *Cur. poſt.*

40 *Confodit*] 4. Reg. 2. Hill. *conſudit*. Et ita ad oram notavit Hittorpius. TENN. Plerique *confudit* male. *Concluſit* Cantabr. unus. Sed recte *confodit* ſervarunt Leidenſ. pr. & tert. Cantabrig. unusque Scriverii a m. ſecunda cum Edd. Pariſ. & Wecheliі. OUDEND.

41 *Intercepto*] Intercipere alicujus aditum non eſt Latinum. Neceſſario ex duobus R. tribus Hill. l. *Interſepto hoſtium aditu*. Vox proba. Plauto *Obſepire*. Capt. 5. 2. 35. *Ubi illum ſaltum video obſeptum, rogo, ut altero ſinat ire.* TENN. Senſu poſtulante repoſui *interſepto*; quod confirmatur MSS. Gudiano, Vaticano, Voſſiano, & Edd. Rom. Bonon. ac Pariſ. Atque e ſuo codice emendandum eſſe monuit Tollius ad Auſon. Moſell. vſ. 37.

Exſtantes medio non aequore terras
Interſeptus habes.

Sic ſupra Ex. v. *Quasdam obſtruxit vias, alias parietibus interſepſit*. Hirtius de B. Alexand. C. 6. *Interſeptis ſpecubus, atque omnibus urbis partibus excluſis*. Livius l. 1. c. 27. *Haſtas equites erigere jubet. Id factum magnae parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani exercitus interſepſit*. l. VI. 9. *ex parte altera interſeptis itineribus*. Cicero pro Balbo C. 18. *Ne interſeptum ſit iis iter*. Reddendum hoc participium eidem Livio l. XXV. c. 39. *In hujus ſilvae medio ferme ſpatio cohors abditur & equites. Ita medio itinere interſepto*. vulgo *intercepto*. & Lactantio de Opificio Dei c. XI. *Qui meatus ſi aliquo modo interſeptus ſit, mutum faciat, neceſſe eſt*. Sic enim optimus & antiquiſſimus codex, non *interceptus*. OUDEND.

42 *Et in frondibus*] Corruptiſſimum locum ingenioſe Salmaſius (ad Florum l. II. c. 12. Ed. pr.) emendabat, *ſimul humo contecta frondibus*. Poſſet etiam *humo cooperta frondibus*. SCRIV. Omnes MSS. ἐπὶ ξύλοις τε in. Quod nullum hic locum habet. TENN. Conjecerat etiam Scriverius *ſemiluna cinctus frondibusque*, vel quod eſſet veriſimilius *ſimul humo coenoque & frondibus*. Keuchenius

ſimul

bus, quas foſſis ſuperjecerat, facto ponte [a], impetu in ſuperiora evaſit.

XII. [43] T. Fontejus [b] Craſſus, in Hiſpania, cum tribus millibus hominum praedatum profectus, ([44] *locoque iniquo circumventus*) [45] ab Hasdrubale, ad

[a] PONTE deeſt vulgo. [b] Vulgo CN. FRONTEJUS.

ſimul humo completa & frondibus. Omnes fruſtra; & primo quidem *in* delevi; quod non comparet in ullo vel ſcripto, vel edito Codice ante Scriverianum, in cujus textum quo modo inrepſerit, neſcio. dein *quoque*, ut dixi, ſurſum poſſet retrahi; quamquam non opus ſit. Excidiſſe autem vocem, quo pertinerent *humo* & *frondibus*, bene ſuſpicati ſunt viri docti, ſed ſine Codicum ope non potuerunt veram adſequi. In decem, vel undecim MSS. non legitur *impetu*. in uno Cantabrig. *transitu facto in ſ.* quod correctorem ſapit. nam optime Palatinus exhibet, *facto ponte*. fecit pontem Lyſimachus ex humo & frondibus, quas foſſis ſuperjecerat. & ſic evaſit. Cum excidiſſet vox *ponte*, ſuppleviſſe videntur *facto* per *impetu* ex cap. IV. §. 9. *repente impetu facto transitum rapuit*. Quamquam ita noſter quoque l. IV. c. 7. §. 39. *Impetu facto pronunciavit*. Nec aliter Livius, Caeſar, aliique ſaepius. Vel potius in aliis MSS. *ponte*, in aliis *impetu* credideram, deſideratum jam antiquitus fuiſſe: adeoque, ut feci, utrumque retinendum *facto ponte, impetu evaſit*. *impetu* enim notat celerem conatum. Conſule Gronov. ad Liv. l. I. c. 57. *Impetu capi Ardea poſſet*. l. VI. 2. *Quum caſtra impetu cepiſſet*. Infra l. IV. 7. 12. *Impetu in claſſem hoſtium cum tranſiluiſſet*. OUD.

43 *Cn. Frontejus Craſſus*] Mirum eſt, quatuor haec exempla continua ab auctore bis eſſe memorata: in quo eum fine dubio memoria fefellit; ſi a librariis quidem non ſunt inſerta. Quod tamen non putem. Nam ſaepius hoc accidit Frontino. Vide Tennul. ad l. I. c. 10. §. 1. & Stewechium ad l. I. c. 11. 3. Hoc & Ex. XIV. ac XV. repetuntur l. IV. c. 5. §. 8, 9, 10. ſequens jam habuimus cap. I. Ex. 11. Primum autem, in quo jam ſumus, prodigioſe corruptum eſt. Quippe jam in his tribus verbis tria ſunt vitia. Rectius editur infra. C. *Fontejus Craſſus*. *Fontejus* enim vocabatur, non *Frontejus*, ut perperam, forſan e codice Arceriano, & ut in nonnullis eſt meorum, edidit primus Keuchenius. *Frontejus* Romanum non eſt nomen. Deinde nec *Cn.* nec *C.* nec *A.* quae tria in MSS. variantur, ſed *Titus* ei erat praenomen. Tandem longe ineptiſſimum eſt cognomen *Craſſi*, quod numquam Fontejae genti adhaeſit. *Capito* rectius fuiſſet. Verum nondum primo huic Fontejo in Romana hiſtoria noto fuiſſe cognomen opinor, adeoque *Craſſus* omnino delendum, ab ineptis librariis adjectum. ſic lib. III. c. 9. §. 4. *L. Cornelius* adjecerunt *Ruſinus*. cum certiſſimum ſit, de *Scipione* agi. l. IV. 7. 12. *M. Porcius* MSS. magno numero *M. Porcius Dento*. Quo quid eſt abſurdius? vide etiam §. 16. Vel pro *Craſſus* reponendum *legatus*. Hic enim *T. Fontejus legatus* fuit *P.* Corneſii Scipionis in Hiſpania. Vide Livium l. XXV. 34. XXVI. 17. Verſo

ad primos tantum ordines relato consilio, incipiente nocte, quo tempore minime exspectabatur, per stationes hostium [46] prorupit.

XIII.

flo autem Italica hic loci non agnoscit hoc, nec sequens de Furio exemplum. OUDEND.

44 *Locoque iniquo circumventus*] Bene quod idem hoc exemplum lib. IV. c. 5. iisdem verbis repetitur. hic enim vocibus aliquot, quas nos inde supplevimus, truncatum, absque ulla idonea sententia ita legebatur: *praedatum profectus ad Hasdruba'em, & ad primos tantum*, &c. MOD. Quanquam haec verba in nullo codice occurrant, non sunt tamen mera glossemata, sed de essentia: siquidem l. IV. c. 5 n. 8. ubi eadem historia refertur, eaedem voces in MSS. occurrunt. TENN. Uncinulis tamen ego haec verba inclusi; quia soli Modio debentur. Quasi auctor necessario debuisset hic uti iisdem verbis, quae sunt l. IV. c. 5. ubi ea itidem Arcerianus MS. non agnoscit. Sicut hic comparent in nullo. Exciderunt nihilominus sine dubio quaedam, quale est, quod ad Hasdrubalem nimis prope accesserit, vel tale quid simile. OUDEND.

45 *Ab Hasdrubale*] Neque haec camarina movenda; licet MSS. *Ad Hasdrubalem*. Nam quid est *praedatum proficisci ad Hasdrubalem*? TENN. Omnes constanter MSS. & Edd. ante Modium habent *ad Hasdrubalem*. Nisi alia exciderunt, quo haec *ad Hasdrubalem* referenda forent, vide, num scribi possit *adversus H.* & duo haec verba retrahantur ante *cum*. ut fuerit *in Hispania adversus Hasdrubalem, cum*. Is certe merus est Frontini stylus & perpetuus mos, ut τῷ *adversus* utatur sine addito *dux*, vel alio quodam vocabulo, cui respondeat. c. 1. 6. *Ventidius Parthico bello adversus Pacorum regem*. c. 3. 3. *Fabius Maximus adversus Hannibalem*. §. 4. *Byzantii adversus Philippum* c. 8. 4. *M. Curius adversus Sabinos*. c. 12. 9. *Agathocles Syracusanus adversus Poenos*. l. II. 1. 2. *Metellus in Hispania adversus Hirtulejum*. §. 14. *Lucullus adversus Mithridaten*. §. 15. *Cl. Tiberius Nero adversus Pannonios*. §. 18. *Lysander Lacedaemonius adversus Atheniensis*: ubi male magnus vir volebat addi *dux*. c. 2. §. 9. *Cleomenes Lacedaemonius adversus Hippiam*. c 3. §. 6. *Artaxerxes adversus Graccos*. §. 15. *M. Antonius adversus Parthos*. §. 16. *Hannibal adversus Scipionem*. c. 4. §. 3. *Attilius Glabrio adversus Antochi regis aciem*. §. 9. *Valerius Laevinus adversus Pyrrhum*. & sic in sequentibus saepissime: nam exemplorum finis non esset. Ceterum in quatuordecim Codicibus, & Editis quoque ante Modium additur copula & ante *ad primos* &c. Quae vocula indicio videtur esse, alia quaedam hinc elapsa esse, quam ille credidit. Mihi non liquet. OUDEND.

46 *Prorupit*] Cantabrig. prim. sive Petrensis *erupit*. ut l. IV. 5. 8. *per stationes hostium erupit*. Hoc cap. §. 17. *per intermissas hostium stationes eruperunt*. Adde §. 23. l. II. 13. 9. *per hostium praesidia necesse haberet erumpere*. l. IV. 5. 7. *per hostium praesidia erumperent*, collatum cum Livio l. XXII. 50. & alia. Sed Palatinus, & duo Leidd. scribunt *perrupit*. quod placet. Livius l. III. 70. *Sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit*. Alibi *per castra perrumpere*. *Perrumpere per stationes*, tamen se satis defendere posset e Caesare

B.

XIII. [47] L. Furius, exercitu perducto in locum iniquum, quum constituisset occultare sollicitudinem suam, ne reliqui trepidarent, paullatim inflectit [a] iter, tamquam circuitu majore hostem adgressurus: conversoque agmine, ignarum rei, quae agebatur, exercitum incolumem reduxit.

XIV. [48] P. Decius Tribunus bello Samnitico, Cornelio Cosso Consuli, iniquis locis deprehenso ab hostibus, suasit, ut [49] ad occupandum collem, qui erat in propinquo, modicam manum mitteret; seque ducem iis, qui [50] mittebantur, obtulit. Avocatus [51] in diversum [b] hostis [52] dimisit

a Vulgo INFLEXIT. *b* Vulgo IN DIVERSA.

B. Gall. l. v. c. 15. *per medios audaciſſime proruperunt.* ſed ibi eadem in MSS. varietas. Plura dicemus infra. OUDEND.

47 *L. Furius*] Praenomen deeſt in Medic. ſec. perperam Leid. ſec. *D. Fur.* dein *producto* Mediceus pr. cum Edd. Rom. & Bonon. Vide ad cap. I. §. 11. dein MSS. tam Scriveriani, quam mei omnes, & Cl. Waſſe *inflectit*. Recte. Vide ad l. I. II. I. & *in circuitu* unus Scriver. cum Leid. ſec. Mox *converſo* Leid. pr. Medic. ſec. Coll. Voſſ. & Hillensb. cum Gudiano. OUDEND.

48 *P. Decius*] Unus Reg. *Decimus*. 3. Reg. 3. Hill. *P. Decimus*. ſtatim *Decimum* & *Decimus*. TENN. *Decimus*, *Decuyus*, *Decimius* perperam quoque mei plerique. Sed uterque Mediceus cum Leidenſi primo verum nomen ſervant *Decius Tribunus*, militum ſcilicet, quae vox l. IV. c. 5. additur. Adi Livium, fuſius haec enarrantem, l. VII. c. 34. & ſeqq. OUDEND.

49 *Occupandum*] Alias *occupatum*. SCRIV. Sic duo Hill. ſed 4. Reg. & unus Hill. item Scriverius: *occupatum*. TENN. Ex noſtris *occupatum* exhibent Mediceus uterque, Petrenſis, Leidenſis primus, Gudian. Coll. Voſſ. cum Edd. Romana, & Bononienſi. Recte, & Latine, & praeplacet; cum facilius librariis eſſet ex *occupatum* facere *ad occupandum*: quam verſa vice. *patriam defenſum revocatus* Nep. in Hannib. c. 6. & ſaepiſſime apud alios. Infra tamen *ad occupandum* retinent MSS. omnes. OUDEND.

50 *Mittebantur*] *Illuc mitterentur* Cantabrigienſis. Dein ineptelonge plurimi MSS. *advocatus*. Vid. ad cap. IV. §. 14. OUDEND.

51 *In diverſa*] Tres Reg. tres Hill. *in diverſum*. TENN. MSS. Scriveriani, & mei conſtanter tam hic, quam infra l. IV. c. 5. *in diverſum*; niſi quod unus aut alter prave ſcribat *in diverſis*. Edd. quoque Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. ſingularem numerum praebent. Quod mutari non debuerat. Livius l. XXXVI. c. 10. *In diverſum ſententiae tendebant*. Curtius l. IV. c. 8. 8. *In diverſum evaſerant alii*. Hinc emenda Hirt. B. Alex. c. 64. *Cum neque*

misit Consulem, Decium autem cinxit, obsedit-que. [53] Illas quoque angustias, noctu eruptione facta, quum [54] eluctatus esset Decius, incolumis cum militibus Consuli accessit.

XV. Idem fecit sub [55] Atilio Calatino Cos. is, cu-

flectere navem, neque directam tenere posset. Lege ex optimo codice Lovan. *in directum.* N. Heins. conjiciebat inde *iter rectum:* quod non opus est. Tacit. l. III. Ann. 59. *Diversum terrarum.* & alibi. Infra l. II. 4. 3. *ex diverso.* l. III. 3. in f. *a diverso. Ad summum* l. III. 9. 3. alii *summa.* OUDEND.

52 *Dimisit*] Medic. sec. *dimenit. Emisit* l. IV. c. 5. habet, & statim. §. 16. *Inclusos Romanos emittere.* Vid. ad Lucan. l. III. 46. OUDEND.

53 *Illas quoque angustias*] *Ille* vulgato in *illas* commutato, & reliquis ita constitutis, ut editiones vett. legebant, locum emendavi. quum antea in impressis omnibus (etiam de iis loquor, qui proximis quinquaginta. sexaginta annis, prodierunt) male ita circumferebatur. *Ille per angustias, noctu eruptione facta cum eluctatus esset, Decius incolumis cum militibus consuli accessit.* MOD. *Illas quoque.* Ita Modius. Cum antea esset *ille per angustias, noctu.* SCRIV. *Illas quoque angustias.* Haec lectio non debetur tam Modio, quam consensui codicum. Ante legebatur *Ille per angustias.* TENN. Consentiunt Scriveriani, & mei omnes, cum Editione Paris. In Mediceo primo tamen, & Ed. Romana scribitur *illas quamquam.* In Medic. sec. *illas quicquid.* in Ed. Bonon. *illas quacumque.* OUDEND.

54 *Eluctatus*] Alias *frustratus.* SCRIV. Sic l. cum duobus Hill. Erat in 4 Reg. & uno Hill. *frustratus.* TENN. *Eluctatus*, ut infra, ita hic est in duobus Scriveriis. In ceteris magno numero & Edd. primis *frustratus.* quod putem non esse de nihilo, & *illas angustias* tam hic, quam infra esse corruptum. Quas enim, quaeso, angustias, de quibus tam demonstrative auctor ait *illas*, eluctatus est Decius? Non erat is in angustiis, sed in edito colle, quem cingebat hostis: Res patet clarissime ex Livii laudato loco. Forsan fuerit *Illico quoque* vel *illic quoque Samnitas cum frustratus esset.* Immo ex *illas quamquam* faciendum forsan *iratos quamquam.* Ira enim incitaverat in Decium Samnitas, teste Livio. *Frustrari custodes* &c. Livius & alii saepius pro fallere, seu eludere. & sic l. II. 5. 34. *pugnaque cum frustraretur.* l. III. 11. 5. *Lacedaemonios frustratus.* Keuchenius, quia in Arceriano reperit *illarum quoque angustiarum* &c. *cum frustratus esset*, sincerum hoc autumat, cum inveniisse se credidit parilem locutionem apud Gellium l. V. c. 10. *Captionis versute excogitatae frustratus est.* sed quis non videt, illic esse passivae significationis, quae hic locum habere nequit. Infr. l. II. c. 3. 3. *frustrato robore exercitus.* OUDEND

55 *Atilio*] Rescripsi ex fidissimis monumentis *Atilio.* Pro *Calatino* absurde MSS. & Edd. quidem *Catilino.* pro *is cujus* Pat. pr. *ejus.* Pat. sec. *istius.* Mediceus uterque *is, cui.* dein *tradunt* Ed. Wechelii. *creditur* MSS. quatuor. unde conjecit non male Scriverius *editur*, quamquam mutatione non opus est. OUDEND.

56 *La-*

cujus varie traditur nomen. Alii [56] Laberium; nonnulli [57] Q. Caeditium, plurimi [58] Calpurnium Flammam vocitatum ſcripſerunt. Hic, quum [59] demiſſum [a] in eam vallem videret exercitum, cujus latera omnia [60] ſuperiora hoſtis inſederat; depopoſcit, & accepit [61] [b] trecentos milites; quos adhortatus, [62] ut virtute ſua exercitum ſervarent;

[a] Vulgo DIMISSUM. [b] Vulgo A CONSULE add.

56 *Laberium*] L. 2. Hill. *Labienum*. unus Reg. *Liberum*. alter *Liberium*. TENN. *Liberium* uterque Mediceus. Tornaeſii Editio *Valerium*: quomodo ex antiquo Codice tam hic, quam infra l. IV. c. 5. & apud Gellium l. III. c. 7. legi vult Carrio l. 1. Emend. c. 7. Tutius eſt, hac in re plurimorum codicum fidem ſequi. Nomen autem hoc ei dedit Quadrigarius. OUDEND.

57 *Q. Caeditium*] Vide Agellii ſive A. Gellii noctes Atticas. l. III. c. 7. MOD. 2. Reg. 3. Hill. *Quintum Ceditium*. unus Reg. *Quintum Seduneum*. TENN. *Q. Sedilium* uterque Medic. *Quintum* ſimpliciter Edd. pp. ſed ex Gellio ibid. conſtat, rectum eſſe *Q. Caeditium*; ut Cato in Originibus eum nominavit. OUDEND.

58 *Calpurnium Flammam*] Pro cognomine hujus Calpurnii irrepſerat in libros vox *fama*: ſed peſſime. vide Florum c. 11. l. II. & Plinium l. XXII. c. 6. MOD. *Calpurnium Flammam*. L. quam vis in MSS. *Calphurnium Fama*. verum, *Flammam* eſſe genuinum nomen teſtantur Aurelius Victor c. 39. Florus II. c. 2. Frontinus infra IV. 5. 10. Livius XXII. 60. in oratione Torquati. Plinius XXII. c. 6. Gellius lib. III. c. 7. fuſius hiſtoriam narrat ex Claudio Quadrigario, illique non *Caeditio*, ſed *Valerio* fuiſſe nomen. TENN. *Flammam* bene emendavit quoque Carrio l. 1. Emend. c. 7 & ſic jam habet Ed Bononienſis, & infra MSS. multi. Oroſius l. IV. c. 8. Pro *vocitatum* Leid. ſec. *noſcitatum*. Medic. ſec. *concitatum*. OUDEND.

59 *Dimiſſum*] Relcripſi *demiſſum* ſenſu poſtulante. nec aliter vulgo l. IV. 5. 10. Idem irrepſerat vitium mox § ſeq. *demiſſo in anguſtias exercitu*. Vide ad l. 1. 2. 7. *Demiſſurus exercitum in planiciem*. l. II. 2. §. 11. *In plana deduxit*. Liv. l. VII 34. *In vallem infimam demitterent agmen*. Ceterum eo ordine, quo poſui, ſeqq. verba locant MSS. non *demiſſum exercitum in* &c. OUDEND.

60 *Superiora*] Ita hic MSS Infra addunt Codd. *que* vel *quae erant*. ubi vide.

61 *A Conſule*] Haec verba deſunt in MSS. & videntur abundare. TENN. Nimis audactet Scriverius haec verba ex l. IV. c. 5. hic quoque in contextum intruſit: nos utpote non neceſſaria, nec in ullo Codice exſtantia delevimus. OUDEND.

62 *Ut virtute ſua*] Duo Reg. *Ut in virtute ſua*. Flamma apud Livium ait. *Moriamur milites, & morte noſtra eripiamus ex obſidione circumventas legiones*. TENN. Medic. pr. & Palat. etiam *ut in v.* Recte. l. II. c. 1. §. 9. *In inpeta violentus*, ex MSS. Infra *in virt.* ſine *ut* bene etiam

rent, in mediam vallem [63] decucurrit [a]: & ad obprimendos eos undique [64] descendit hostis, longoque & aspero proelio [65] retentus, occasionem Consuli ad extrahendum exercitum dedit.

XVI. [66] L. Minucius Cos. in Liguria, [67] demisso

a Vulgo DECURRIT.

Medic. sec. vide ad Lucan. l. IX. 615.

— *fatum in dente minantur.* OUDEND.

63 *Decurrit*] Quatuordecim MSS. mei cum Arceriano, teste & laudatore Keuchenio, *decucurrit*. ut sexcenties apud optimos quosvis scriptores. sed hoc, ut olim in aliis, sic apud nostrum in vulgatis decurtate ubivis perperam scribitur. adi l. II. 2. 4. l. 4. 7. 10. Dein & rectius rejiceretur, & plena distinctio poneretur ante *ad:* ut bene fit in l. IV. c. 5. Petrensis hic habet; *cumque ad eum opprimendum cum sociis hostis undique descendisset.* OUDEND.

64 *Descendit*] Arcerianus *descendidit*, probante Keuchenio ex Gellio l. VII. c. 9. Nos hoc antiquariis facile condonamus. OUD.

65 *Retentus*] Alias *petendos*. SCRIV. Unus Reg. unus Hill. *petendo*. 3. Reg. *petendos*. TENN. *Retentus* infra quoque in MSS. & Edd. & Flor. l. II. c. 1. *Moratus hostem* &c. Verum MSS. plerique, & Edd. pp. hoc loco *petendos*, vel *petendo*. In uno *pexendo*. Non capio. *Retentos* Arcerian. *longo & aspero* Mediceus vetustior. Vide, num ex ceteris MSS. partim, partim ex Petrensi, & Mediceo reponi possit, sensu bene currente: *& cum ad opprimendum eum undique descendit hostis, longo & aspero proelio tenendo eos* &c. ? ita transitio a sing. ad plural. de quo monui c. 4. 8. occasionem corrumpendi locum dedisset Ceterum non in vallem decurrisse, sed tumulum occupasse tradunt alii. OUDEND.

66 *L. Minucius*] Hic est, de quo Livius XXXIII. c. 23. *Q. Minucius Consul de Liguribus Bojisque Gallis in monte Albano triumphavit.* Sic variatum in nomine *M. Minucii Consulis*, quem servavit Dictator L. Quinctius Cincinnatus. Flor. I. II. tunc vixit *Q. Minucius Thermus praetor.* Liv. XXXIII. 24. *M. Minucius Rufus* magister equitum sub Dictatore Q. Fabio Maximo. TENN. Varie hic errat Tennulius; cum statuat, hunc esse, de quo Liv. agit. l. XXXIII. c. 23. & in ejus nomine ita variatum esse, ut in illo Minucio, quem servavit A. U. C. CCXCV. Dictator Quinctius. de cujus variato mire praenomine vide ad citatum Florum. *Minucius* ille, de quo dicto loco agit Livius, fuit *Q. Minucius* C F. C. N. *Rufus* Collega *C. Cornelii Cethegi* in Consulatu A. U. C. DLVI. Is autem, quem hic memorat Frontinus, fuit Q. Minucius, Q. F. L. N. Thermus, consul cum *L. Cornelio Merula* A. U. C. DLX. uti non tantum ex Fastis, sed etiam ex Livio clare patet l. XXXIV. c. 55. & l. XXXV. c. 11. ubi fuse hoc enarratur Strategema. Noster ab omnibus constanter *Q.* appellatur; ut vel Frontini error, vel librariorum sit hoc loco. In MSS. tamen constanter *L.* sed ineptissime alii *Crassus*, alii

missо [a] in angustias exercitu, quum jam omnibus [68] obversaretur [69] Caudinae cladis exemplum, Numidas auxiliares, tam propter ipsorum, quam propter equorum deformitatem despiciendos, jussit adequitare faucibus, quae tenebantur. Primo intenti hostes, ne lacessérentur, stationem objecerunt. [70] De [b] industria Numidae ad augendum sui

a Vulgo DIMISSO. *b* Vulgo add. DEIN.

alii *Numidius* pro *Thermo* addunt. praenomen non agnoscit ultima Scriverii Editio, nec Keuchenius. OUDEND. Cum Tennulio errat quoque Ampl. Cuperus Misc. Nov. Lipsi. Vol. IV. T. III. p. 571. Praenomen autem, quod pro *Q.* prave illi dant librarii, ab Auctore non adjectum fuisse, facile mihi quis persuadere possit, ut credam. Ejus quoque sub solo Minucii nomine meminit Orosius L. IV. C. 20. p. 272. Ed. Haverk. IDEM *Cur. post.*

67 *Dimisso*] Lege cum Gujeto *Demisso*. Nam angustiae erant inter montes, de quibus demissus fuit exercitus. vide supra c. 2. n. 7. TENN.

68 *Adversaretur*] Longe castigatior est illa lectio *obversaretur C. cl. exemplum* PARRHAS. *Obversaretur*. Sic l. etsi 3. Reg. 3. Hill. *adversaretur*. TENN. *Adversaretur* mei omnes. & Edd. pp. perperam. *Caudinae* bene habet pro var. lect. Leid. sec. & Edd. Bononiensis, Paris. & Wechelii &c. *exemplo* Edd. Rom. Bonon. & Paris. Compilavit auctor Livium d. l. *Caudinaeque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis obversabatur*. OUDEND.

69 *Caudinae cladis*] Aliae editiones; *Claudianae c.* sed fugit eos ratio; dignioresque sunt, ad furcas Caudinas qui ablegentur, quam qui in officinis typographis praesint; qui nobis ita contacta suo omnia foedant. MOD.

70 *De industria Numidae ad augendum sui contemptum, labi equis*] Si me audies, leges *dein de industria*. Natum mendum ex consuetudine librariorum, qui male compendiosi sunt. STEW. *Dein de industria*. Ita Stewechius. Vulgo *de industria*. SCRIV. Ut demus secundum Stewechium, cum ante eum τὸ *dein* nusquam appareret, ratio jubet. TENN. Cum in MSS. nullis illud *dein* reperiatur, nec etiam necessarium sit, si, ut feci, ante τὸ *de ind.* plena ponatur distinctio, rejeci rursus. Aptius esset aliquid, ut *itaque*, *hinc*, vel simile, poni ante τὸ *ad nov.* quamvis & hoc non necesse sit. Livius: *Hunc contemptum de industria augentes, labi ex equis, & per ludibrium spectaculo esse. Itaque qui primo intenti paratique si lacessérentur, in stationibus fuerant, jam inermes, sedentesque pars maxima spectabant. Numidae adequitare, dein refugere.* Crediderunt Stewechius & Tennulius, *dein* sequi debere, quia praecesserat *primo*: sed id non necessarium esse docuit jam dudum Manutius ad Ciceronem l. 11. Fam. Ep. 9. *Primum tibi, ut debeo, gratulor*. Adde Terent. Heaut. II. 3. 28. & Donat. ad Andr. III 3. 38. *Principio amico solium &c.* Ceterum cum in MS. Potreni scribatur *augmentandum* conjecit Cl. Wasse *auctitandum*; quod frequen-

sui contemptum, [71] labi equis, & per ludibrium spectaculo esse adfectaverunt. Ad novitatem rei laxatis ordinibus, barbari in spectaculum usque resoluti sunt. Quod [72] ubi animadverterunt Numidae, paullatim [73] succedentes, additis calcaribus

quentativum apud Tacitum, & Arnobium reperitur. OUDEND.

71 *Labi equis*] Sic l. tamen 4. Reg. 2. Hill. *equos*. Illos virga Numidae regebant. Ausonius ad Gratianum. *Mirabamur Poëtam, qui infrenes dixerat Numidas: & alterum, qui ita collegerat, ut diceret, in equitando verbera & praecepta esse fugae, & praecepta sistendi.* Virg. IV. Aeneid. 41. *Et Numidae infrenes cingunt & inhospita Syrtis.* Silius l. I. *Hic passim exultant Numidae, gens inscia freni,*

Queis inter geminas per ludum mobilis aures,
Quadrupedem flexit non cedens virga lupatis.

Imo omnes Afri. Nam Gratius §16. *At tota levi Nasamonia virga Fingit equos.* Martialis l. IX. epig. 23. de Massylis.

Et Massylaeam virga gubernet equum.

Strabo l. XVII. Μικροῖς ἵπποις χρώμενοι. ἔχουσι δὲ καὶ ὠκυδρόμους, ἃς ἀπὸ μαστίγων διαζεύξαι. *Utentes parvis equis, sed celeribus & facilis obedientibus, ut virgula regantur.* Claud. de mulabus.

Absentis longinqua valent praecepta magistri,
Fraenorumque vicem lingua virilis agit.

Quin etiam major illis ars fuit, fraeno regere, quam virga: Nam. Hirtius bello Afric. 19. *Animaverat, equoque frenato uti condocuerat.* TENN. *Equos* habent quoque MSS. Scriveriani & unci, excepto Mediceo sec. & Cantabrigiensi, nec non Editiones Romana, ac Parisiensis. dein *relaxatis o.* Vaticanus. OUDEND. Quia constantissime MSS. retinent *equos*, vide, num scripserit Auctor *equo*, singuli sc. suo, quem insidebat: de quo loquendi modo post Burmannum multis egi ad Sueton. Claud. c. 34. *exspirantium faciem.* Hinc nihil mutandum est L. II. c. 5. §. 18. *quosdam ex militibus fuis sub specie perfugae misit.* Eadem ratione defendi potest, si MSS. variant, vel singularem numerum ostentant, locutio de pluribus, *abire, remittere domum* pro *domos.* L. II. c. 7. §. 7. c. XI. §. 4. Caesar L. I. B. G. c. 29. *qui domum redierunt.* IDEM *Cur. post.*

72 *Ubi animadverterunt*] *Dum an.* Edd. Rom. & Bonon. *adverterunt* non male uterque Mediceus. c. 12. 6. *qui adverterunt.* Vid. & §. 17. OUDEND.

73 *Succedentes*] h. e. ascendentes. Tacit. II. Ann. 20. *Quis impugnandus agger; ut si murum succederent, gravibus superne ictibus conflictabantur.* 7. Aeneid. 36. *Et laetus fluvio succedit opaco.* 214. *Atra subegit hiems vestris, succedere terris.* TENN. *Propius saltum paullatim evehi, & postremum subditis calcaribus per medias stationes hostium erupere* Livius: ubi probat Gronovius aliam lectionem *Intermed.* sed & apud Livium e no-

bus 73* per intermiſſas hoſtium ſtationes eruperunt: 74 quorum [a] deinde quum proximos inruerunt [b] agros, neceſſe Liguribus fuit 75 avocari ad defendenda ſua, incluſosque Romanos emittere.

XVII. L. Sulla, bello ſociali, apud 76 Aeſerniam [c] inter anguſtias deprehenſus, 77 ad exercitum hoſtium, cui 78 Mutilus [d] praeerat, colloquio

[a] Vulgo QUI. [b] Vulgo IRRUERENT. [c] Vulgo ESERNIAM. [d] Vulgo DUILLIUS.

ſtra videtur ſcribendum *per intermiſſas*. hic *praetermiſſas* MSS. duo. OUDEND.

73* *Per intermiſſas hoſtium ſtationes*] Confer Dukeri & Drakenborchii notas ad Liv. L. XXXV. c. 11. OUDEND. *Cur. poſt.*

74 *Qui deinde*] Omnes MSS. *quorum*. unus Reg. *Quorum demum*. *irruerent* 4. Reg. 2. Hill. *inierunt*. unus Hill. *iniunt*. TENN. MSStorum omnium, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. auctoritate reſcripſi *quorum*, ut jubet ratio, ſcilicet hoſtium. *demum* MSS. duo & Edd. eaedem. *Inierunt* etiam plerique noſtri, & Edd. Par. ac Hitorp. alii *inerunt*, *inirent*. Rectum eſt *irruerunt*, quod ſervarunt Edd. Romana, & Bononienſis. OUDEND.

75 *Avocari ad def.*] Sollemni errore multi Codices *advocari*. Vid. ad c. 4 §. 14. dein *defendenda* in Medic. ſec. deeſt. Livius *ad ſua tuenda*. OUDEND.

76 *Eſerniam*] Lege cum 3. Reg. 2. Hiſt. per diphthongum *Aeſerniam*. Nam Ptolemaeo Αἰσερνία ſcribitur, & recenſetur inter civitates Samnitum. Appian. Bell. Civ. l. 1. p. 643. Ὁ μὲν Μαρίου στρατὸς ἐς Λίστρους (male Tollius Λαστρίους) καὶ ἐπὶ Αἰσερνίαν κατέφευγεν. Silius l. VIII. de urbibus Samnitidis. 568.

Et quos aut Rufre, aut quos Aeſernia, quosque

Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.

Dausquejus quoque ſubjecerat, *Eſernia*. Ejus prima ſyllaba certe longa. Fuit Colonia. Velejus 1. c. 14. *Initio primi belli Punici Firmium & Caſtrum colonis occupata, & poſt annum Aeſernia*. Aliam coloniam iterum illuc deductam patet ex Frontino. *Aeſernia colonia, deducta lege Julia*. Boviano proximam fuiſſe Silius & Ptolemaeus auctores: ad laevam Vulturni amnis ripam, Cluverius; Hodie *Sergna* vocari, Ortelius. TENN. *Aeſerniam* reſcripſi ex MSS. ſex. ſic etiam apud Oroſ l. v. 18. Conſule Cluverium Ital. Ant. p. 1195. OUDEND.

77 *Ad exercitum*] Forte an leg. *ab exercitu h.* MOD. Unus Reg. *ab exercitu*. & ſic Modius feliciter conjecerat. TENN. In ceteris tamen nulla eſt varietas; nihilque mutandum videtur, ſi *ad exercitum* ſumamus, prope exercitum, ante vallum hoſtilem; unde facilius eorum negligentiam animadvertit, inſtituto tantum colloquio, ut libere proſpiceret, quid agerent hoſtes, non vero pacis ſtudio. OUDEND.

78 *Duillius*] Ed. Par. *Duellius*. Medic. unus *Duilius*; Sed vetuſtior *Divillius*. Nullus hoc tempore *Dailius*. Sed bello ſociali Samnitum dux ad Aeſerniam fuit,

quio petito, [79] de conditionibus pacis agitabat ſine effectu: hoſtem tamen propter inducias negligentia reſolutum animadvertens, nocte profectus, relicto [80] buccinatore, qui vigilias ad fidem remanentium divideret, &, quarta vigilia commiſſa, conſequeretur [a], incolumes ſuos cum omnibus inpedimentis tormentisque in tuta perduxit.

XVIII. Idem adverſus Archelaum praefectum Mithridatis in Cappadocia, iniquitate locorum & multitudine hoſtium preſſus, fecit pacis mentionem: [81] interpoſitoque tempore etiam inducierum, & [b] per haec avocata intentione, [82] adverſarium evaſit.

XIX.

a Vulgo RUM s. b Vulgo ET deeſt.

C. Papius Mutilus. Quod cognomen idcirco ſine ulla haeſitatione reſcripſi. Conſule Comment. Virorum Doctorum ad Vellej. Paterc. l. II. c. 16. OUDEND.

79 *De conditionibus pacis.*] In Arceriano non reperitur *pacis*, probante Keuchenio. Mox pro *tamen* in Mediceo ſec. *tantum*. Sed vide ad cap. 2. §. 4. dein pro *negligentia* Leid. ſec. *vigilia*. pro *reſolutum* Cantabr. *negligentiorem*. unde quis facere poſſet *negligentiorem ſolito*. *Reſoluti* habuimus Ex. praec. Dein rurſus *advertens*, ut ibidem, Edd. Bonon. & Romana. *Quinta vig.* inferius eſt in Mediceo. *Omiſſa* duo alii. Sed MSS. tantum non omnes *conſequeretur*, quod mutari neceſſe non erat. In uno ſimpl. *ſequeretur*, ſine τῷ *eum*. Tandem *produxit* Medic. ſec. OUDEND.

80 *Buccinatore*] Scrib. *Bucinatore*. Quomodo paſſim MSS. optimi. Notae Tyronis Ed. Noviſſ. p. 18. 8. Virg. VII. 519. Codex Mentelii, & XI. 475. In Gloſſis utrumque. WASSE. Adi Dauſq. Orth. Vol. 2. p. 64. Perunicum *c.* exaratur hic in Scriveriano, & Leid. pr. & ita vetuſtiſſimus Regius apud Lucanum l. II. 689. OUDEND.

81 *Interpoſitoque tempore &c.*] Lege ex uno Reg. *Interpoſuitque tempora*, cui ſeqq. *per haec* melius conveniunt. TENN. Mei & Scriveriani nihil mutant; niſi quod *etiam* non male exſulet a Mediceo ſecundo, & quidam habeant *etiam tempore*, melius vulgo. Regii Cod. lectio Tennulio placuit; quia non animadvertit, copulam & librariorum culpa ex ultima Scriverii, & dein Keuchenii editione excidiſſe, quam tamen MSS. & Edd. priores conſtanter agnoſcunt *Interpoſito tempore* &c. & *avocata int. per haec* poteſt referri ad *pacis mentionem* & *inducierum tempus*. Aliter poſſes reſcribere *per hoc*, ut eſt in utroque Mediceo, Leidenſi ſec. Scriveriano, & Ed. Pariſienſi. Inepte rurſus aliquot MSS. *advocata*. OUD.

82 *Adverſarium evaſit.*] In antiquiore Mediceo *intentione ad-*

XIX. Hasdrubal, frater Hannibalis, quum saltum evadere non posset, faucibus [83] ejus obsessis, egit cum Claudio Nerone, [83*] recepitque, [84] dimissum se Hispania excessurum: [85] cavillatus deinde conditionibus dies aliquot [86] extraxit; quibus omnibus [87] non omisit per angustos tramites,

versarii, evasit. In duobus aliis *emisit.* Nec muta. *evadere* non tantum cum accusativo rei, ut vocant, sed & personae construitur. Plinius l. 11. Epist. 1. *Caesares evasit.* Sueton. in Tiber. C. 61. *Carnulius me evasit.* OUDEND. Adi Comm. ad Silium L. XVI. 523.

evadit juvenem. IDEM *Cur. post.*

83 *Ejus*] Deest in Mediceo sec. dein *agit* Ed. Keuch. *C. Nerone* male Ed. Wechel.

83* *Recepitque*] Librariorum culpa, correctorumque incuria *accepitque* in priorem editionem irrepsit pro *recepitque:* quae omnium MSS. & Edd. est lectio, quamque requirit sensus, pro pollicitus est. & faciendum suscepit. OUDEND. *Cur. post.*

84 *Dimissum se*] Τῷ *se* carent omnes MSS. TENN. Non comparet quoque *se* in Scriverianis, & octo meis. In Cantabrigiensi *promisitque se Hisp. e.* Ed. Romana *dimissum in Hispania.* Livius ait hac in re, l. XXVI. 17. *promitteret, si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum.* OUDEND.

85 *Cavillatus*] Et hic una vocali mutata lego, ut sit *cavillatis* conditionibus pacis, quas Claudius offerebat. Sed & statim pro eo, quod est *inmisit* substituo *non omisit* ex antiquis exemplaribus. PARRHAS. Sic ex antiquis sola habet Ed. Bononiensis cum Wechelio, & Mediceo primo. Ceteri MSS. & Edd. *cavillatos c. diei.* In uno Cantabrig. est *cavillatis*, ut conjecerat ad marginem Scriverius. Livius. *Loquendo plura, scribendoque dedita opera, quae in rem non essent, die consumpto in posterum dilatum est* &c. OUDEND. Huc respexit Silius Ital. L. XV. 793.

Non hic nemora avia fallent
Pyrenes, nec promissis frustrabere vanis.
Ut quondam terra fallax deprensus Hibera
Evasti nostram mentito foedere dextram.
Haec Nero.

ubi vide. IDEM *Cur. post.*

86 *Extraxit*] Sic l. etiamsi in uno Regio sit *contraxit*, ut supra pag. 17. quoque monui. Caesar l. 1. bell. civ. 32. *Catone vero acerrime repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora diem extrahente, ut sui ratio absentis haberetur.* Ibidem c. 33. *Sic triduum disputationibus excusationibusque extrahitur.* ff. ad exhib. l. 10. *Si optione intra certum tempus data, judicium in id tempus extractum est, quo frustra exhibetur.* Liv. 10. 29. *Fabius in dextro cornu primo (ut ante dictum est) cunctando extraxerat diem.* TENN. vid. Gron. ad Livium l. XXII. 18. OUDEND.

87 *Non omisit*] Voss. Coll. *non remisit.* Leidens. sec. *non obmissis.* Edd. Romana, & Bonon. *inmisit.* Caute vero haec accipienda sunt. Nam de die non dimisit exercitum, sed nocte. Livius: *Ita*

tes, & ob id neglectos, dimittere per partes exercitum. [88] Ipse deinde cum reliquis expeditis facile effugit.

XX. Spartacus fossam, qua erat a M. Crasso circumdatus, caesis captivorum [89] pecorumque [90] corporibus noctu replevit, & supergressus est.

XXI. Idem [91] in [92] Vesvio [e] obsessus, ea parte,

[e] Vulgo cum in Vesuvio.

aliquot dies disceptando palam de legibus, noctesque, emittendis diam e castris Carthaginiensibus absumptae. Forsan etiam scripserit Frontinus, *quibus omnibus nocte non omisit.* OUDEND.

88 *Ipse deinde*] Duo Reg. *Ipse tamen deinde.* TENN. *Tamen* inserponit etiam Medic. sec. *etiam* Voss. *tum* Medic. pr. *cum* Petrenss, qui cum duobus aliis *demum* exhibent. Alius Cantabrig. *denique.* F. *ipse tum demum.* Sic l. 11. c. 3. §. 17. *tum demum* in MSS. nonnullis est *tamen deinde.* Placet quoque *demum* Cl. Wasseo. OUDEND. Pro *effugit* hic in Codice Petrenss D. annorum exaratus *evasit.* IDEM *Cur. post.*

89 *Pecorumque*] *Pecorum quoque* MSS. sex cum Edd. Romana, & Bonon. Medic. prim. *quorum pecorum.* Hillensb. *pecoram quo.* Leidens. sec. *pectorum quoque corporibus.* An fuit *caesis captivorum, pecorum more, corp.*? OUDEND. Pro *quoque* ne rescribas *more*, nunc censeo. Latet tamen aliquid ad *captivos* pertinens, quorum forsan primoribus, seu principibus viris etiam non pepercit. IDEM *Cur. post.*

90 *Corporibus*] Homo homini fuit semper res sacra, fumuaque mortis reverentia redditus terrae tanquam omniparenti matri. Verum, ubi homo hominem exuit, eundem per jocum & lusum occidit, cadavera nec convestivit, nec tralaticia humanitate lapidavit; sed saepe visceribus bestiae sepelivit, imo ipse fuit sepulchrum nati. Spartacus, ut scires eum de sanguine natum; saevus ultra humanarum irarum fidem, hic naturae humanae arcana omnibus conspicua exponit; quibusque jam acciderat, quod omnium malorum erat extremum, non modo illis abstulit, communem in morte honorem, sepulturam, cui nec hostes invident; sed etiam transportandos & conculcaturos milites imposuit; cadaveribus cadavera composuit, & fossas implevit (Heu cadit in quenquam tantum scelus!) meritus (ut de Spartaco Appian. l. 1. Bel. civ. refert) ut a Crasso caesus, & nusquam inventus, privaretur omni sepultura. De Thracibus idem Tacitus 4. Ann. c. 51. *Nunc virgultis & cratibus & corporibus exanimis complere fossas: quidam pontes & scalas ante fabricati inferre propugnaculis.* Florus 4. 2. de Caesarianis apud Mundam. *Ex congestis cadaveribus auger effectus est, quae pilis jaculisque confixa inter se tenebantur.* Valerius Max. 9. c. 2. *Annibal, cujus majore ex parte virtus saevitia constabat, in flumine Vergello* (male Reg. Cod. *Gallo*) *corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit.* Florus idem asserit l. 2. c. 6. ad quem Freinshemius videndus. TENN.

91 *Cum in Ves.*] Non habet *cum* verbum aliquod, quo re-

te, qua mons asperrimus erat, ideoque incustoditus, [93] ex vimine silvestri catenas conseruit, quibus demissus non solum evasit; verum etiam ex

seratur. Quod miror, non advertisse interpretes. Ego istam vocem, ut non necessariam, delevi auctoritate Medicei primi, Gudiani, Leidensis secundi. & Hillensberg. Nisi malles transponere. *eum in V. o. erat, ea parte, qua m. a. ideoque* (Palatin. *idemque*) *incust.* OUDEND.

92 *In Vesuvio obsessus.*] Haec procul dubio vera lectio est; quidquid illi insaniant, qui modo *Lesbio*, modo *Besbio*, modo denique *Vespio*, portenta mera, non montium nomina, hic somniant. ut enim Plutarch. (in M. Crasso) nomen ipsum montis non ponat, conjiciendum tamen relinquit, ex descriptione ejus, non alium se, quam *Vesuvium* (qui Campaniae, non Liguriae, ut Servio placet, mons est) seu *Vesevum* (utroque enim nomine censetur) dicere; atque eum *Vesvium*, de quo Plin. cap. v. lib. III. quem vide. MOD. Montem hunc Campaniae & *Vesuvium*, & *Vesevum*, etiam *Vesvium* scio appellari solitum. Quare offendere non debent ea, quae in libris aliis reperta sunt, *in Vesbio obsessus*, sive, *in Besbio obsessus*. Nam tantundem illa valere, pueri sciunt. STREW. Unus R. *Belbio*. 3. R. *Besbio*. 3. Hill. *Lesbio*, quae portenta & Modio sunt observata. *Vesuvio* legi docet Plutarchus in Crasso. TENN. Certissimum est, intelligi montem *Vesuvium*. Verum in nullo Codice, nec antiqua Editione ita legitur. Habent vel *Vesbius*, vel *Lesbius*, *Hesbius*, *Vespius*, *Besbius*. Unde sine haesitatione rescripsi *Vesvius*, contracte ex *Vesuvius*; ut supra *Poplonia* ex *Populonia*. Hinc apud posteriores Graecos Βησβος. Unde & recentiores Latini *Besbius* quoque scripserunt. Hoc tamen Frontini aevo non temere *b.* in hac voce Latine admiserim. Consule omnino Loidii Dictionarium Geographicum, ac Nic. Heinsium, & Drakenb. ad Silium Ital. l. XII. 151. *Monstrantur Vesvina juga.* Ex hac doctorum virorum observatione de *Vesvio*, seu *Vesbio*, & recentiorum magis *Besbio* verissime corrigi potest Vibius Sequester: *Bebius Campaniae fluvium emittens.* MSS. Rev. & Leidensis, quem contuli, *flumen*. Scribe: *Besbius Campaniae flammam emittens.* Sic paullo ante, *Aetna Siciliae flammam emittens.* Sic autem reponendum esse, ex parte docet Bocatius: *Bebius Campaniae mons est, ignem ad instar Aetnae Siculae vaporans.* Porro, quae Modius hic ait, perperam Keuchenius putat, dicta esse in Stewechium, cum is posterior Modio sit. OUDEND.

93 *Ex vimine*] Unus Reg. caret τῷ *ex*. Caeterum si Codd. MSS. consensu confirmaretur vulgata lectio, videbatur vera. Omnes at hic MSS. & editi dant *Vimine silvestri*. Qua lectione nihil magis est a ratione alienum. Nusquam enim vimen silvestre occurrit: & Plutarchus in Crasso, catenas *ex abrusca* confectas refert. Quare tuto asseres Freinshemii *Ex vite silvestri*. Florus 3. 20. *Per fauces cavi montis vitigineis delapsi vinculis.* TENN. In Flori loco rectius scribas cum aliis *vitineis*; quomodo legitur etiam in quatuor MSS. Leidd. *Vite* hic probat Keuchenius. Sed, cum id in nullo sit codice, *vimine* retineo, quomodo in genere vocatur omne virgultum flexibile, cujus species est *vitis*. Cod. Palatinus habet *in vimine*. OUDEND.

94 Cla-

ex alio latere [94] Clodium ita terruit, ut aliquot [95] cohortes gladiatoribus quatuor & ſeptuaginta ceſſerint.

XXII. Idem, quum [96] à P. Varinio [a] Procos. prae-

[a] Vulgo A L. VARINO.

94 *Clodium ita terruit.*] Habent pleraeque editiones *gladio ita terruit:* quam lectionem, cum meras nugas viderem, conſideravi diligentius, & ni fallor, non id quod pueri dicunt, ſed germanam Frontini ſcripturam, quae eſt ea, quam expreſſi. Clodius enim Glaber praetor is fuit, cujus a Spartaco ex Veſuvio erumpente, & copiae profligatae, & caſtra capta ſunt. Plutarchus in M. Craſſo, & Florus lib. III. cap. 20. cujus verba adſcribam, quod ea & huic & ſuperiori proximae emendationi ita confirmandae ſint, ut ſperem, nullum deinceps ſcrupulum in animis hominum de his quidem relictum iri. Sic igitur Lucius: *Prima velut ara viris mons Veſuvius placuit: ibi cum etiam obſiderentur a Clodio Glabro, per fauces cavi montis, &c.* MOD. *Clodium.* Ita Modius. vulgo *Gladio.* SCRIV. *Clodium* l. cum Modio duo Reg. *Gladio.* 3. Hill. 2 Reg. *Gladium. Clodius Glaber* obſedit Spartacum. Flor. 3. 20. TENN. *Gladium* legas in ſeptem meis, ſed in Cantabrigienſibus diſerte *Clodium*; ut vere correxit Modius, vel ſi mavis *Claudium. Glodium* margo Hittorpii. Ineptit Keuchenius, qui conjicit *Glabrum.* Nam is diu poſtea miſſus eſt, & hoc Spartaci ſtrategema factum eſt contra ſolum Clodium, ut lucuſenter teſtatur Plutarchus p. 547. 548. Deceptus cum Modio, & Tennulio Keuchenius eſt corrupto Flori loco; ubi ex duobus hominibus excuſum eſt nomen unum, *Clodio* ſcilicet *Pulcro* & *P. Varinio Glabro.* Vide etiam Livii Epitom. & quos citat Cel. Dukerus. Forſan apud Florum reſcribendum *Clodio Glabroque*; ut in eo ille errarit, quod crediderit, hoc Spartaci ſtrategema contra ambos fuiſſe adhibitum. Sicuti errat Appianus, quod contra eum primum miſſum dicat Varinium. OUDEND.

95 *Cohortes.*] Decem amplius millia hominum ait Keuchenius. Quod unde hauſerit, neſcio. ἑπτακισχιλίους numerat Plutarchus. OUD.

96 *Varino.*] Varie hujus viri praenomen, ſicut & nomen, traditur: dum aliis hoc modo noſtro ſcribitur, cum quibus Plutarchus facit. niſi quod *Publii*, non *Lucii* eidem praenomen eſſe vult: aliis magis placet *Q. Varium* vocare: a quibus ſtat epitome Liviana: nonnullis etiam *L. Varinium* appellare, potius ſedet. MODIUS. *Varino.* ſic MSS. omnes, Plutarcho *P. Varinus* dicitur. TENN. Atqui in nullo meorum, nec Scriverii eſt *Varino.* Sed *Varimo*, *Icarimo*, *Inarimo*, vel *Varenio*, aut *Varinio*, ut debet, & conjecit e lectione Pariſ. Edit. *Varinio* bene Keuchenius, & Cl. Waſſe ad Indic. Salluſtii V. *fac.* Neque aliter legendum in Plutarcho, & Livio Epit. 95. *Claudium Pulchrum legatum, & P. Varenum praetorem proelio vicerunt.* quo loco haec jam monuit Sigonius. Adde omnino Vinetum ad Florum l. III. c. 20. Non bene Tennulius ſuos codices inſpexiſſe debuit, vel non exacta habuiſſe excerpta. nam in uno Hillensb. quo uſus eſt, *Varinio* ſcribitur. *Varinus* verum eſſe nequit: nam nomen gentile fuit; eique

praecluſus eſſet, palis per modica intervalla fixis ante portam, erecta cadavera, adornata veſte atque armis, adligavit, ut procul intuentibus ſtationis ſpecies eſſet, ignibus per tota caſtra factis. Imagine [97] vana deluſo hoſte, copias ſilentio noctis eduxit.

XXIII. [98] Braſidas, dux Lacedaemoniorum, circa Amphipolin ab Athenienſium multitudine numero inpar deprehenſus, claudendum ſe [99] praeſti-

eique Varinio erat cognomen *Glaber*, ut ante dictum. Immo & praenomen *Lucii* a librariis eſſe, non ab auctore, certum habeo, & reſcribendum ex Plutarcho, & Livio *P.* nam novem, vel decem MSS. dant *ab L. Varinio* vel *ab V.* unde patet, reponendum *a P. Var.* ſive *a Publ. Var.* Inſuper hic notandum eſt, a Frontino *Proconſulem* vocari, cum modo fuerit *Praetor*, ut ex Plutarcho, Appiano, Livio, Floro, ceterisque hiſtoricis conſtat. Quare haec vox hic loci in genere ſumenda eſt pro Viro praetorio, qui cum imperio pro conſule apud exercitum vel in provinciis eſt. Ut loquatur auctor, pro ſui aevi more, quo propraetores etiam in Provinciis populi dicti fuerint *Proconſules*. Unde Sergius in Act. Apoſt. c. XIII. Cypri vocatur Ἀνθύπατος, de quo vide diſſertat. Gallic. in Hiſtoriae Criticae T. XV. Art. X. OUDEND.

97 *Vana*] L. unus Reg. *Varia*. unus Hill. *una*. TENN. *Varia* ſolenni confuſione habet quoque uterque Mediceus, & Ed. Romana. Paullo ante Palatin. *ignibusque*. Diſtinctione majore ante *imagine* poſita loci ſenium adjuvi OUDEND.

98 *Braſidas*] Variarum lectionum monſtra hic recenſere non vacat. de hoc *Braſida*, ejusque ſtrategemate conſule Thucydid. l. IV. p. 321. &c. Polyaen. l. I. Strateg. c. 38. OUDEND.

99 *Praeſtitit.*] Rogat magnus Caſaubonus ad Polyaenum, quid ſit *claudendum ſe praeſtitit*, & ſuſpicatur *praebuit*; ſed nec id probat. *claudendus* in Medic. ſec. *claudum dum* Vatican. Verum probum, & Latinum eſt *praeſtitit*. i. e. ultro ſe claudi paſſus eſt, tradidit ſe claudendum. Vide, quae notavi ad Lucanum l. VIII. 615.

——— *indignatus apertum*
Fortunae praeſtare caput.

Adde Comment. ad Rhaedr. l. II. F. 8.

Hoſpitium adverſo quod praeſtiterint tempore.

Martialis Spectac. 6.

Nec ſe miretur, Caeſar, longaeva vetuſtas.
Quidquid fama canit, praeſtat arena tibi.

Sic lege ex optimo Thuanaeo: vulgo *donat* e Gloſſa. confer Epig. 31. & l. I. 14. *Hoc etiam praeſtat arena tibi.* Creber eſt in hoc verbo Frontinus. c. XI. §. 19. & l. III. 15. 6. *epulas praeſtitit.* l. III. 8. 3. *Qua praeruptus mons nullum aditum praeſtabat.* c. 10. 2. *Spe-*

fitit, ut per longum coronae ambitum extenuaret hoſtilem frequentiam: quaque rariſſimi obſtabant, erupit.

XXIV. Iphicrates in Thracia quum depreſſo loco caſtra [100] poſuiſſet, exploraſſet autem ab hoſte proximum teneri collem, ex quo unus ad [101] obprimendos [a] ipſos deſcenſus erat, nocte paucis intra caſtra relictis, imperavit, [102] multos [b] ignes facerent; eductoque exercitu, & diſpoſito circa latera [103] praedictae viae, paſſus eſt transire barbaros: locorumque iniquitate, in qua ipſe fuerat, in illos converſa, parte exercitus terga eorum cecidit, parte [104] caſtra fecit.

XXV.

a Vulgo OPPRIMENDUM. b Vulgo UT M.

2. *Speciem fugientis praeſtitit.* c. 17. 7. *Praeſtitit eis ſuſpicionem metuentis.* OUDEND.

100 *Poſuiſſet*] *Depoſuiſſet* Leid. ſec. *unus* deeſt in Medic. ſec. qui etiam *diſceſſus* male legit. Dein *in caſtra* MS. Scriver. & alius *inter c. noctu* Medic. pr. OUDEND.

101 *Obprimendum ipſos deſcenſus erat*] Adſtipulante ſententia reponimus, *ad opprimendum ipſum.* en, quod praeceſſit, *explorâſſet autem ab hoſte proximum teneri collem.* STEW. *Ipſos* ſic MSS. ſed praeferenda conjectura Stewechii *ipſum.* TENN. Non modo *ipſos* ſervant MSS. ſed etiam omnes cum Edd. primis exhibent *opprimendos.* quod mutari non debuit. Ait auctor, Iphicraten ſenſiſſe, ſe nulla alia via opprimere hoſtes poſſe, quam ex illo colle, quem ipſi inſidebant. curavit ergo, ut eo illi deſcenderent, eumque ipſe caperet. Quo facto inproviſo rurſus deſcendit, eosque oppreſſit. Male alii *ipſum* ſubſtituunt, & ad Iphicraten referre videntur. Certe, ſi ad *hoſtem* retuliſſent, emendare non fuerat neceſſe: cum ſaepius a generali ſingulari ad pluralem transeunt: ut monuimus ad c. 4. §. 8. OUDEND.

102 *Ut multos ignes*] Τὸ *ut* carent MSS. ſine ſenſus diſpendio. TENN. Non comparet quoque in Scriverianis, nec meis: quare rurſus delevi. vide ad c. 4. §. 7. OUDEND.

103 *Praedictae.*] De hac voce vid. ad l. II. c. I. 4. Sic bene ediderunt Pariſienſes; & Modius, ac ſeqq. ante erat *praedicta*, ut & in MSS. multis. ſed *praedictae* Medicei ſervarunt, & Cantabrigienſes. Mox *in ipſos* Petrenſis. *in Gallos* ridicule Palatin. dein pro *cecidit* idem *tetigit*, male. Livius l. XXII. 47. *Quorum terga cecideranf.* & paſſim. Quare jam nihil mutem in Lucano l. IV. 714.

——— *nudataque foeda*
Terga fuga, donec vetuerunt
caſtra, cecidit. OUDEND.

104 *Caſtra fecit*] Mordicus hoc retinent MSS. & phraſis Latina, &

XXV. [105] Darius, ut falleret Scythas discessu, canes atque asinos in castris reliquit: [106] quos quum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit.

XXVI. Eumdem errorem objecturi [107] nostris Ligures, per diversa loca [108] buculos [a] laqueis ad arbo-

[a] Vulgo BUBALOS.

& elegans est. Consule Cl. Wasse in Indice Sallust. V. *fac.* Caes. B. Gall. VII. 68. & Hirt. B. Alex. c. 39. Nihilominus huic loco non videtur apta esse. & maxime probabilis Ampliss. Cuperi conjectura *castra cepit*, scilicet Thracum & praesidium, quod in castris reliquerant. Vide eum T. II. Epistol. Corp. a Cel. Burmanno edit. p. 690. Similia autem Iphicratis strategemata vide l. III. c. 11. & Polyaen. l. III. in Iphicrate: atque ibi Casauhonum ad §. 46. quo capite forsan §. 50. rescribendum est ἐν Θράκῃ ἐμβεβληκὼς, pro ἐπὶ Θράκην, noto Graecismo. Sic enim ibid. §. 4. ἐν Θράκῃ διέτριβεν. Aelian. l. XII. V. H. c. 8. ἐν σκηνῇ ἐμεθύσκετο. & passim apud Noëtas. OUDEND. *Castra cepit* rescribendum est. Crebra est variatio horum verborum in MSS. Vide varias lectiones Caes. L. VII. B. G. C. 26. Livii L. XXII. 5. 7. Dukerum ad ejusdem L. XXXII. 18. IDEM *Cur. post.*

105 *Darius*] 3. Reg. 8. Hill. *Dareus*, & statim *Dareum*. vide supra c. 3. n. 9. TENN. *Darous* & *Dareum* etiam duo Cantabrigienses, uterque Leidensis, Gudianus, & Edd. Paris. Hittorp. ac Wechel. & ita passim MSS. Latinorum auctorum. De hoc Darei expeditione vide scriptores citatos ad Nepot. Miltiad. c. 3. Polyaen. l. VII. 11. §. 4. OUDEND.

106 *Quos quum*] Vossianus, & unus Hill. *quos dum* L. TENN. *dum* etiam Leidensis secundus: quod notaret *donec*. OUDEND.

107 *Nostris*] Medic. pr. *nostri*. Vossian. *nostri*. Deest in Medic. sec. *Ligurum* vox Scriverio suspecta, pro qua Sanctius *nonnullos* modo memorat. dein *per diversa* sine *hos loca* exaratur in Medicaeo primo. quod verum puto. sic c. 8. §. 4. *agros eorum vicosque per diversa incendit*. sic VI. 3. §. 20. *in confragosa perducere* MSS. omnes; & l. III. 5. 42. *Vadosa obsidere* MS. c. 8. 23. ex emendatione Gronovii *ad inopiam*. lib. II. V. 36. *per nota se recipere*. l. III. c. 1. §. 6. *iter per convalles & deserta emensus*. c. 10. 6. *per occulta*. Alibi *in diversa*, *in tuta*, & similia passim tam apud nostrum, quam alios. Hinc corrige etiam Vegetium l. III. c. 22. *Si per silvas iturus sunt, praemittunt, qui angusta, vel abrupta occupent*. sic veterrimae membranae duae Leidenses: vulgo addunt *loca*: apud eumdem l. 1. 27. in f. *locis* delendum ex alio Codice. Ceterum totum hoc exemplum Strategematicum non agnoscit versio Italica. OUDEND.

108 *Bubalos*] 2. Reg. 2. Hill. *Bucabulos*. 1. Reg. 1. Hill. *Bucabalos*. inde finxere *Bubalos*. Verum Bubali, ut docet Isidorus, vocati per derivationem, quod sint similes boum, adeo indomiti, ut prae feritate jugum cervicibus non recipiant; & in Africa procreantur. Non videntur ideo Insubribus tot superfuisse, qui speciem remanentis exercitus praeberent: quare cum uno Regio lege *Buculas*. Columella l. 7. *cum dein-*

arbores adligaverunt, qui [109] diducti [a] frequentiori mugitu ſpeciem remanentium praebebant hoſtium.

XXVII.

a Vulgo DEDUCTI.

deinde buculos comprehenderis, perducto ad ſtabulum, & ad ſtipites religato. TENN. Merito ſuſpecti Tennulio ſunt iſti bubali, qui in Italia non ita frequentes ſunt, ut in uno exercitu tot potuerint fuiſſe. Quatuor MSS. mei *Bucabalos.* duo *bucabulos.* unus *bocabulos.* Sanutus *boves.* Mediceus primus *vitulos:* quod non dubito Gloſſam eſſe veri vocabuli a Regio, & Vaticano Codice ſervati *buculos.* Gloſſae: *buculus, βοῦς.* OUDEND.

109 *Deducti frequentiori mugitu ſpeciem remanentium praebebant hoſtium.*] Reſtituo, ut multis videbitur, audacter; ut mihi, veriſſime, *qui edito frequentiori mugitu.* Solens mos quondam librariis, qui de ſuo ad ineptiam usque prodigi erant, conſonantes non ſuo loco bonis ſcriptoribus largiri. declaravi apud Vegetium propoſitis exemplis. quin & in lapidibus veteribus reperias paſſim *juncxit, vicxit, nuncquam,* & infinita alia. Pari ſcriptione & in antiquis codicibus manuſcriptis obſervabam *condictio* pro *conditio: extincxi, conjuncxi,* & ſimilia ſexcenta. Ad eum modum olim operae hic ſcripſerant: *edicto frequentiori mugitu.* inde ineptiores & male feriati homines paullo poſt fecere *deducti;* & quidem nulla ſententia. mentio enim de relictis bubalis ad arbores alligatis, qui recedentibus dominis, frequenti mugitu edito Romanis perſuaderent, caſtra Ligures non moviſſe. STEW. Diceres, librarios omnes de compacto egiſſe, ut locum hunc adulterarent. Adeo ſimul propagaverunt τὸ *deducti*, quod de via rationis lectorem deducit; Si enim ad arbores fuere alligati, aedepol non potuere eſſe deducti. Stewechius, *edito*, Gujetus *derelicti*, Gronovius ὁ *μετὰ ταῦτα relicti* conjecerunt. TENN. *Relicti* ad marginem ſui codicis alleverat quoque Scriverius. Num *diducti*, i. e. hic illic per diverſa locati, & ad palos alligati, quomodo vel *ſeducti* Cl. Waſſe ſe quoque hunc locum legere, ad me perſcripſit. quod idcirco, ut ſenſui conſulerem, repoſui. atque ita poſtea deprehendi, etiam placuiſſe Cl. Lipſio. poſſet etiam *deducto* ſcribi, i. e. edito, ſenſu eodem, quo Stewechius ipſam vocem *edito* volebat reſtitui; ſed quod nimis longe a litteris recedit. *Ducere gemitus, ſuſpiria, verba* apud Poëtas paſſim. *Deducto mugitu* eſt in longum tracto, ut ſolent boves ſoli edere longos mugitus, metaphora deducta a filo. Vide notas ad Propert. l. II. 24. 38.

Et mea deducta carmina voce legis.

In Medic. ſec. exaratur *quod ded.* Hillensb. cum Ed. Pariſ. *frequentiore. praebeant* quoque Medic. ſec. OUDEND. Conjecturam meam *deducto* nonnihil probare videtur Cl. Drakenb. ad Liv. L. v. C. 38. ipſe tamen nunc magis inclino in Gujeti conjecturam *derelicti:* de quo decompoſito vide ad Liv. L. XXXIX. C. 30. *quae* derelicta *inter nocturnam trepidationem erant.* idque reſtituendum eſt Appulejo L. VIII. Met. pag. 151. *deſerto* derelictoque. alii *dejectoque.* At puer, de quo agitur, non infederat aſinum,

XXVII. Hanno ab hoſtibus clauſus, locum [110] eruptioni [a] maxime aptum, adgeſtis levibus materiis incendit; tum hoſte ad ceteros exitus cuſtodiendos avocato, milites per ipſam flammam eduxit, [111] admonitos [b] ora ſcutis, crura veſte [112] contegere.

XXVIII. Hannibal, ut iniquitatem locorum, & inopiam, inſtante Fabio Maximo, effugeret, noctu boves, quibus [113] ad cornua faſciculos adligaverat [114] ſarmentorum, ſubjecto igne, dimiſit: quum-

[a] Vulgo IRRUPTIONI. [b] Vulgo ADMONITO.

num, ſed duxerat, p. 149. Idem in Apol. p. 524. *eam a quodam honeſtiſſimo juvene* derelictam. IDEM *Cur. poſt.*

110 *Irruptioni*] Hanno noluit irrumpere in Romanos, ſed ex clauſo loco erumpere: quare audacter reſtituo *Eruptioni*, ſecundum MSS. codd. TENN. Manſit tamen *irruptioni* in contextu. quare nos *eruptioni* demum repoſuimus: quod jubent MSS. etiam mei omnes, Sanutus, Lipſius, & Edd. Veteres, atque ipſa ratio. Eodem modo turbabatur l. III. 10. 1. *Irrupt.* primum apparet in Ed. Wechelii. *eruptionis* Medic. ſec. mox *aggeſtum* Hillensb. & Scriveni unus. *congeſtis* Sanut & Medic. pr. dein more ſolito quidam *advocato*. Vid. ad l. 1. 4. 14. *intento* Vaticanus. pro *tum* in quibusdam *eum*, vel *etiam*, vel *tamen*. *Certos ceteros* Vaticanus, Medic. prim. & Edd Rom. ac Bonon. OUDEND.

111 *Admonito*] Omnes MSS. *admonitos* & ſic l. TENN. *Admonitos* Sanutus non admodum male. Malim tamen *admonito*. ut *comperto* &c. SCRIV. *Cur. poſt.* Rurſus a Wechelio, vel ſimili editione eſt iſtud *admonito*. Scriverii MSS. tres, meique omnes cum Editionibus antiquis rectius dant *admonitos*; quod idcirco revocavi. Sic eodem plane modo lib. II. c. 13. §. 5. *Milites diſperſos abire juſſit, admonitos, in quem locum vellet convenire.* Livius l. XXXIII. 7. *Mille peditem miſit, monitos, ut ab inſidiis praecaverent.* OUDEND.

112 *Contegere*] Melius hoc, quam Pariſienſis (Wechelii) *c. v. contingere.* MUD.

113 *Ad cornua faſciculos adligaverat*] Edd. Romana, & Bonon. *q. cornua faſciculis all. faſciculis* Ed. Pariſ. Coll. Voſſ. *ligaverat.* MS. Arcerianus *faſciculos*, quod e Gloſſis probat Keuchenius. Ne audias. OUDEND.

114 *Sarmentorum*] Deſcribit Strategema Nepos in Hannibale c. 5. *Fabio callidiſſimo Imperatori dedit verba. Namque obducta nocte ſarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam diſpalatum immiſit. Quo repentino objectu viſo, tantum terroris injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo ſit ausus.* Haud diſſimile, quod de vulpibus Simſonis nobis memorant Sacrae literae libro Judicum c. 15. TENN. Adde Polybium, Livium, Appianum, aliosque

quumque ipſo [115] motu [116] adoleſcente flamma [117] turbaretur pecus, magna diſcurſatione montes, in quos actum erat, colluſtravit: Romani, qui ad ſpeculandum concurrerant, primo prodigium opinati ſunt; deinde quum [118] certa Fabio renuntiaſſent, ille [119] de inſidiarum metu ſuos caſtris

multos. Vid. Lambin. ad Nep. OUDEND.

115 *Motu*] Naſo 1. amor. eleg. 2.

Vidi ego, jactatas mota face creſcere flammas,
Et vidi, nullo concutiente, mori.

Elegans ſimilitudo eſt apud Plinium l. IV. epiſt. 9. *Ut faces ignem aſſidua concuſſione cuſtodiunt, dimiſſum aegerrime reparant; ſic & dicentis calor & audientis intentio continuatione ſervatur; intercapedine & quaſi remiſſione langueſcit.* Eadem eſt apud Quintilianum de oratoribus c. 36. *Magna eloquentia, ſicut flamma, materia alitur, & motibus excitatur, & urendo clareſcit.* TENN.

116 *Adoleſcente*] h. e. *creſcente*, ut modo Ovidius. Servius ad 1. Aeneid. 708. 8. eclog. v. 65. *Adolere, proprie augere.* Feſtus. *Adoleſcit ab oleſco, id eſt, creſco, venit. Exoletus, qui exceſſit oleſcendi, id eſt, creſcendi modum.* Iſidor. l. XI. orig. c. 11. Nonius in *adolere.* TENN. In Arceriano ex Gloſſa erat *augeſcente.* Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. p. 757.

117 *Turbaretur*] Medic. pr. *turbaret.* Mox *diſcurſione* Leidenſ. pr. *acturi erant* Vatican. *perluſtravit* Cantabr. *illuſtravit* alius. *colluſtrant* Edd. primae per Syntheſin ſcilicet. Sed tum malim *colluſtrarunt.* Dein longe plurimi MSS. *ad ſpectaculum* & Ed. Pariſ. In Mediceo vetuſtiore *ſpeculatum*, quod verum puto. Sic ſupra in MSS. *occupatum* pro *ad occupandum.* Loco τὸ *deinde*, in aliis *dein, deinc, demum.* OUDEND.

118 *Certa Fabio*] *Cuncta Fabio renunciaſſent*, alii. & audebo dicere, recte: quid enim certis renuntiatis, & quod res erat, inſidias metueret Fabius? MOD. Alias *cuncta.* SCRIV. *Certa.* ſic 4 Reg. & 2 Hill. 1 Hill. *Cetera.* ſed Modius *cuncta.* TENN. *Certi* Leidenſ. ſec. *cuncta* uterque Mediceus, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. & Hittorp. alius *cetera.* ſed veriſſima lectio eſt *Certa*, quam male in dubium vocavit Modius. Cum renuntiaſſent, non eſſe prodigium, ſed humanam fraudem, boves diſcurrentes ſarmentis ardentibus ad cornua ligatis. Clare patet ex Livio l. XXII. c. 17. *Primo, quum procul cernerent, velut flammas ſpirantium miraculo adtoniti conſiterunt: deinde, ut humana apparuit fraus, tum vero inſidias rati eſſe.* & ſtatim *Ceterum & inſidias eſſe ratus Fabius, & ab nocturno utique abhorrens certamine, ſuos munimentis tenuit.* OUDEND.

119 *De inſidiarum metu*] i. e. prae metu, ob, propter metum, ſed in ſex MSS. non legas *de.* Mediceus prim. *de inſidiarum metu.* ſecundus *de i. metu ſuſpicatus.* Infra l. II. 4. 9. MSS. nonnulli *conſternati de mendacio.* at illic vide. OUDEND.

ſtris continuit: barbari, obſiſtente nullo, profecti ſunt.

CAP VI.

De inſidiis [1] *in itinere factis.*

EXEMPLUM I.

[2] Fulvius Nobilior quum ex Samnio in Lucanos exercitum [3] duceret, & cognoviſſet [4] perfugis; hoſtes noviſſimum agmen ejus adgreſſuros, fortiſſimam legionem primo ire, [5] ultima [a] ſe-

a Vulgo ULTIMO.

1 *In itinere*] Medic. ſec. *itineri*. Tũ *factis* caret Gudianus. Dein Arcerianus *ex ipſo Samnio*; quod ſine judicio probat Keuchenius. OUDEND.

2 *Fulvius Nobilior*] Non ſuperſunt ſcriptores, qui hoc cognomine hunc Fulvium inſignivernnt. Livio & Faſtis Capitolinis vocatur *Fulvius Paetinus*. Primus hoc cognomine venit ejus filius, qui tamen ab aliis quoque ſimpliciter *Paetinus*, vel *Paetinus Nobilior* nominatur. Unde non certo conſtat, an non & hic Fulvius, de quo agimus, in aliorum ſcriptorum annalibus *Nobilioris* cognomine memoratus fuerit. Alioquin hic & c. XI. 2. erraſſet auctor. Confer Pighium T. I. Ann. p. 386. & T. II. p. 85. OUDEND.

3 *Duceret*] *Educeret* MSS. SCRIV. Sic MSS. quos videre potui. Gujetus in ora ſui libri notavit. *MSS. educeret*. ut & Scriverius. quia praeceſſit *ex Samnio*. Livius l. XXIII. c. 19. *Educto ex hibernis milite, Caſilinum redit*. TENN. *Educeret* eſt in Medic. & Edd. Rom. Bon. Wech. Pariſ. Perinde eſt; quare nihil muto. Vid. ad l. I. c. 4. §. 1. *Duceret* ſine tũ *exercitum* eſt in Voſſiano: & hoc non refragatur ſcriptorum auctoritati. Peſſimum eſſet *deduceret*, quod unice volebat Keuchenius ex §. 3. ubi *deducere* rectum eſt, ſed alio ſenſu; quia adeſt *longum agmen*. Hic non haberet locum. OUDEND.

4 *Perfugis*] Unus Reg. *profugis*. TENN. *Profugis* quoque Mediceus, & Leidenſis ſecundus. ſed male. *Profugus* dicitur, qui captivus aufugit. *Perfuga* eſt deſertor, transfuga. quales hic intelliguntur. quamquam *profugere* pro *transfugere* dixerit Juſtin. l. XIII. c. 8. OUDEND.

5 *Ultimo*] Sic hactenus editi. Verum omnes MSS. *Ultima ſequi*. c. 4. n. 13. *ſubitus evaſit*. TENN. *Ultima* exhibent quoque Scriveriani, & mei Codd. ac Ed. Pariſ. quod reſcripſi. Curt. l. IV. c. 13. §. 27. *Ultima Meleagri ala ſtabat*. l. V. 1. 23. *equites ultimi ibant*. Mallem etiam, niſi vetarent MSS. *primam*. Vide Gronov. Obſerv. l. I. c. 7. & Drakenb. ad Silium l. II. 235. alioſque. l. II. c. 9. §. 16. *Noviſſimos*

ſequi juſſit inpedimenta. Ita factum pro occaſione amplexi hoſtes, diripere ſarcinas coeperunt. Fulvius [6] legionem [a], de qua ſupra dictum eſt, [7] quinque cohortes in [8] dextram viae partem direxit, quinque ad ſiniſtram; atque ita praedationi intentos hoſtes, explicato per utraque latera milite, clauſit, ceciditque.

II. Idem, hoſtibus tergum ejus in itinere prementibus, dum, flumine interveniente, non ita magno; ut transitum prohiberet, [9] moraretur tamen

a Vulgo LEGIONIS.

mos Italicos conſtituit. ubi MS. *noviſſime.* male. dein *ita* non habet Ed. Pariſ. Romana *ita facto cum.* Bonon. *ita facto.* OUDEND.

6 *Legionis*] Sic ſolus reliquit Leidenſis ſec. cum uno Scriveriano. Ceteri, tam Scriverii, quam noſtri Codices, & Edd. principes edunt *legionem.* nec dubito, quin ita concipiatur quoque in MSStis Tennulii. nam Hillensbergii Codicis, quo inter alios uſus eſt, non alia eſt lectio. Optime, & elegantiſſime. quod mutarunt, qui hunc frequentiſſimum tamen loquendi morem non perceperunt, quo tam totum, quam partes in eodem caſu efferuntur. Livius l. XXIV. 20. *Conſules, Marcellus retro, unde venerat, Nolam redit; Fabius &c.* l. XXIV. 7. *Interfectores, pars, &c.* & apud ſolum Livium ſimilia ſexcenta, aliosque. adi omnino Sanctium in Minerva l. IV. c. 8. p. 707, 708, 709. & ibidem Cl. Perizonium. Caeſar B. Civ. III. 108. *Tabulae teſtamenti, unae per legatos ejus Romam erant adlatae, alterae &c.* Nec aliter Graeci paſſim. Vide Doctiſſimum amicum meum J. Alberti in Obſervat. Sacris p. 269. Ceterum verbum ſubſtantivum *eſt* non agnoſcit Gudianus. OUDEND.

7 *Quinque cohortes*] Fuerunt tempore reip. in legione (de quo ambigi video) decem cohortes. Nam bis quinque in legione ſua hic Fulvius habuit. Cincius apud Gell. XVI. c. 4. *In legione ſunt centuriae ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.* De Cinna Vellejus l. II. c. 20. *E civium delectu trecentas amplius cohortes conſcripſerat, ac triginta legionum inſtar impleverat.* In legione Caeſariana eundem numerum facile colliges ex ipſo lib. VI. c. 7. Bell. Gall. Labienus cum tres legiones accepiſſet. *V. Cohortium* (inquit) *praeſidio impedimentis relicto, cum* XXV. *cohortibus proficiſcitur.* Ergo in tribus legionibus XXX. cohortes, in una decem. l. VII. c. 60. *V. cohortes, quas minime firmas ad dimicandum eſſe exiſtimabat, caſtris praeſidio relinquit. V. ejusdem legionis reliquas de media nocte cum omnibus impedimentis adverſo flumine magno tumultu proficiſci imperat.* Sub Caeſaribus eundem numerum tradit fuiſſe Vegetius l. II. c. 6. & c. 25. TENN.

8 *Dextram partem viae*] Nonnulli MSS. *dexteram.* Cuncti concinnius, ut repoſui, *d. viae partem.* OUD.

9 *Moraretur tamen rapiditate*] Sca-

men rapiditate, alteram legionem in occulto citra flumen collocavit, ut hoſtes, paucitate 10 contem-

Scaliger ad oram libri ſui adſcripſerat *morante*. Offendit ſine dubio virum ſummum; quod praecedentia *ut transitum prohiberet* ad flumen, *moraretur* vero paſſive ad Fulvium, ſtante vulgata lectione, referri debeant. Et ſane duriuſcula eſt oratio, &, neſcio, quid ſcabri continet. Nihilominus, niſi *moraretur* retineamus, deſiderabitur verbum, quo pertinet *dum*. Cogitavi, in praecedentibus auctorem eſſe corruptum, & dudum conjeci, ſcribendum, *ut transitu prohiberetur* ſc. Fulvius. Hoc pacto certe omnia meliùs procederent. c. 4. §. 9. *Indi fluminis trajectu prohibitus*. Nepos in Hannibale. c. 3. *Alpicos conantes prohibere transitu*. uti legendum eſſe, & non *transitum* monuit Heinſius ad Ovid. Art. Am. 385. l. II. & confirmat Cod. Leidenſis. Hirt. B. Alex. c. 29. *qui transitu Caeſarem prohiberent*. Curt. l. VIII. 13. 5. *Transitu prohibiturus hoſtes*. Eodem modo emendandus videtur Juſtinus l. XXIX. c. 4. *In Italiam Philippum copias trajecturum, Laevinum praetorem cum inſtructis navibus ad prohibendum transitu mittunt*. Vulgo *transitum*. l. I. c. 8. *Cum prohibere eos transitu Araxis fluminis poſſet*. Deinde *cum rapiditate* pro *tamen r.* Leid. pr. In Mediceo ſecundo *tum in peditatu*. Arcerianus *rapacitate*. Verum ut *rapidus amnis*, ſic quidem paſſim apud Poëtas, & alios *rapax amnis*, *unda*, & ſimilia pro celeri & torrente dicuntur: quare in Lib. de Aquaed. Art. 73. *Cui rei ratio eſt, quod vis aquae rapacior velocitate ipſa ampliat modum*, non opus erat Doctiſſimi Poleni conjectura *rapidior*. At vel *rapacitas* pro rapiditate, ſeu velociſſimo curſu non temere reperias.

OUDEND. Quia certiſſime *idem — collocavit* in conſtructione conjungenda ſunt, patet clare, vocem *dum* eſſe inſititiam, niſi *moraretur* ſenſu paſſivo, ſc. *Fulvius*, ſumamus, ut feci. Atque ita *moratus* Vitruvio L. V. c. 8. *ut vox ab imis morata, priusquam in aëra elata* diſſipabitur, *auribus erit intellecta*. Sic lege e MSS. Voſſianis & Franequer. Vulgo *iis, aëre, diſſipetur*. Sil. Ital. L. XV. 486.

— *tenuitque* moratas
A caede, ut Libycus ductor providerat, iras.

Appul. L. V. p. 89. *Tibi epulae r.* morabuntur. niſi corruptus ſit locus, de quo alias. Nunc malim accedere Cl. Wopkenſio, & *moraretur* accipere active, ſc. *fluvius*, ſubintelligendo *transitum* e praecedentibus. *Dum* vero reſpuendum quidem, ſed ita, ut ſuppoſitum credamus loco nominis fluvii, qui interveniebat. Idcirco legerem *hoſtibus tergum ejus l. i. prementibus*, *Trinio* vel *Bradano flumine interveniente*. Potuit fluminum eorum, quorum prius in Frentanis, alterum Lucaniae Apuliaeque terminus eſt, obſcuritas corruptioni locum dediſſe. Vid. Plin. L. IV. c. 12. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. c. 9. p. 1207. c. 14. p. 1279. Weſſel. ad Anton. Itiner. p. 104. *ad fluvium Bradanum*. De locutione *prohibere transitum* ſine caſu perſonae vide Wopkenſium ad Juſt. L. XXIX, c. 4 ubi nihil nunc quoque mutem. infra L. IV. c. 5. §. 12. *multa ſe prohibiturum*: ut reſtitui. IDEM *Cur. poſt.*

10 *Contempta*] Duo Regii. *contemplata*. vulgata praeſtat. Liv. 34. c. 47. *Eorum paucitate contempta, Galli univerſi ex caſtris erumpunt*. TENN. Uterque Me-

tempta, audacius ſequerentur. Quod ubi factum eſt, legio, quae [11] ob [a] hoc diſpoſita erat, ex inſidiis hoſtem adgreſſa [12] vaſtavit.

III.

a Vulgo AD HOC.

diceus quoque *contemplata*. Quod non ita temere ſpernendum. Hoſtis contemnebat Fulvium jam; ideoque ejus terga in itinere premebat; ſed tum videre exacte non poterat, quantam ſecum multitudinem haberet Romanus: Hinc caute tantum ei inſtabant. quare, ut in inſidias vocaret, ſimulabat Fulvius militum paucitatem, ut hoſtes ea viſa audacius ſequerentur, & ita ab altera legione in latera eorum invadente caederentur. *Contempla'a* ergo paſſive ſumtum, ut pleraque verborum Mediorum participia ſolent, vel ab ipſo veteri verbo, quod reſtat apud Ennium, Plautum, & alios, *contemplare* formarum notabit, animadverſa & perſpecta. Hoc verbo in eadem re utitur Vellejus l. II c 81. *Exercitus contemplatus frequentiam ſuam a diſciplina deſciſcit.* Non damno tamen penitus *contempta*, ut l. III. c. 17 §. 1. & paſſim apud alios. OUDEND.

11 *Ad hoc diſpoſita*] Omnes MSS. numero ſexdecim, & Editiones vetuſtae ſcribunt *ob hoc*. Quod ut reponerem, perpetuus Frontini ſtylus exigit; idque placuiſſe Cl. Waſſe, ex margine ipſius libri intellexi. *Ob hoc* valet *propterea*. c. 1. §. 6. *Ob hoc operoſiores pontes jungunt*. c. 4 §. 7. *Ob hoc nemini ſuſpectus*. c 12. §. 2. *Ob hoc admonitos milites cerneret*. l. II. c. 1. §. 10. *Ob hoc exaſperatus*, L. v. 33. *Ob haec; diſpoſitis*. adde l. II. 13. 8. III. 2. 1. 8. 3. Vide tamen §. 44. OUDEND.

12 *Vaſtavit hoſtem*] Rara locutio. ſic tamen Seneca Epiſt. 113. *Alexander Perſas atque Indos vaſtabat, fugabatque*. Adde Scheffer. ad J. Obſequent. c. 114. *Ut vaſtando ſuos hoſtile imaginarentur bellum, lacrimantesque, mutis adfectibus calamitatem praeſagirent ſuis*. Ita hunc locum legendum eſſe didici ex libro, quo uſus eſt Lipſius. Vulgo *lacmutis adfectibus*. paſſim in tali alluſione *mutus* abiit in *multus*, Ut apud Lucanum l. v. 218.

Sic muta levant ſuſpiria ratem,

ut poſt editum a me Lucanum vidi ab Ill. Heinſio optime ad libri ſui marginem correctum eſſe; quod ego in unico codice inventum non multum curaveram. Sed ei accedit quoque Taurinenſe MS. Vulgo *multa*. Ipſe Lucanus l. I. 247.

Et tacito mutos volvunt in pectore queſtus.

quo loco nequaquam eſſe cum alio reſcribendum *taciti* diſces ex Cel. Burm. ad Ovid. Epiſt. XIII. 69. & maxime in Addend. Statius l. XI. Theb. 604.

Tandem muta furens genitor ſuſpiria ſolvit.

Et illic eadem in MSS. varietas; neque aliter in Catulli Epith. Pelei, & Thetidos legit Heinſius pro *mutas* ad Tibull. in Adverſar. p 466.

Mutas expromam mente querelas.

Hinc patet, nihil mutandum eſſe in Statio l. II. Silv. 1. 104. de infante.

Tu

III. Iphicrates in Thraciam quum propter [13] conditionem locorum, longum agmen [14] deduceret, & nuntiatum ei eſſet, hoſtes ſummum id adgreſſuros, cohortes in utraque latera ſecedere, & conſiſtere juſſit, ceteros [15] ſubfugere, & iter [16] maturare. Tranſeunte autem toto agmi-

Tu tamen & mutas etiam tunc murmure voces,
Vagitumque rudem ſtetumque infantis imabas.

Marklandus hoc non capiens audacter mutavit in *motas in murmura*. Silv. l. IV. 5. 19.

Unique (ſi quando) canenti
Mutus ager domino reclamat.

Sed ad Frontinum revertamur. Pro *ex inf.* MSS quatuor vetuſtiores cum Edd. Rom & Bonon. *de inf.* quod Clariſſ. Waſſe, & mihi arridet. Medic. ſec. *ab inf.* OUDEND.

13 *Conditionem locorum*] Gujetus. h. e. habitum. TENN. i. ingenium, naturam loci. Ovidius l. III. Triſt. 5. 53.

——— *molliat ipſe*
Mutati poenam conditione loci.

Ex Ponto II. 5. 16.

Credibile eſt fieri conditione loci.

Juſtin. l. II. c. 1. *ac frugum pro regionum* (MS. *locorum*) *conditione apte genera variata.* Valer. Maxim. l III. 3 Ext. 4. *Dum terrae conditionem, habitum maris, totius denique mundi naturam exprompſit.* OUDEND.

14 *Deduceret agmen*] Forte quis malit, *educeret*. mihi tamen perplacet, *duceret*. STRW. Malim *educeret*. Sic ſupra MSS. Stewechio placet *duceret*. SCRIV. *Deduceret*. Sic omnes MSS. TENN. Etiam mei: & recte. *Deducere* enim notat proprie extendere, & in longitudinem extenuare. Hinc *deducere carmen, filum, orationem*, & ſimilia. OUDEND. Quo ſenſu *deducere* hic ſumatur, monuerat ante me jam Gronov. ad Liv. L. V. c. 38. *aciem* deductam *in cornua*. ibique conſule Drakenb. & ad L. III. c. 62. *poſteroque die in aciem deducturum*. ubi alius eſt ſenſus, ſcil. e loco ſuperiore: ut millies; quare & ibi nil mutandum contra MSS. IDEM *Cur. poſt.*

15 *Subfugere*] Alii *fugere*. Quidam etiam *ſufferre* ſed recte nos. *Suffugere* hic eſt, non revera fugere, ſed fugae ſpeciem praebere. MOD. *Suffugere*. Ita Modius, cum alii *fugere*, aut *ſufferre* legant. SCRIV. Unus Reg. *Subfugere*. Hittorpius *Fugere*. *Suffugere* Modio eſt, non vere fugere, ſed fugae ſpeciem praebere. TENN. *Fugere* MSS. duo cum Edd. Pariſ. Hittorp. & Wechelii, in cujus ora *ſufferre*. Ceteri omnes *ſuffugere*, i. e. clam abire. OUDEND.

16 *Maturare iter*] Virg. *Maturate fugam*. Vide Macrob. VI. c. 8. Saturn. Quae nobis verba ſunt neutra, & junguntur infinitivis, veteribus activa & accuſativis juncta. Terent. Andr. III. 3. 44. *Is mihi ſuadet, nuptias, quantum queam, ut maturem*. Tacit. Germ. c. 20. *Sera juvenum Venus, eoque inexhauſta puberias: nec virgines feſtinantur*. 2. Ann. 6. *Properatae naves*. ibid.

agmine lectiſſimos quosque retinuit: & ita paſſim circa praedam occupatos hoſtes, jam etiam fatigatos, ipſe requietis & ordinatis ſuis adgreſſus, fudit, exuitque praeda.

IV. Boji [17] in ſilva Litana, [18] qua transiturus erat

c. 22. *Bellum in Angrivarios mandat Stertinio, niſi deditionem properaviſſent.* ibid. c. 31. *Juravitque Tiberius, petiturum ſe vitam quamvis nocenti, niſi voluntariam mortem properaviſſet.* Silius Ital. l. 1. *Prodiga gens animae, & properare facillima mortem.* 1. Aeneid. 666. *Haec celeraus, iter ad naves tendebat Achates.* Tacit. 2. Ann. 5. *Celerandae victoriae intentior.* TENN.

17 *In ſilva Litana*] Sic l. corrupti hic codd. librariorum ignorantia. Unus Reg. unus Hill. *In inſula Latina.* 3. Reg. 2. Hill. *In ſilva Latina.* Verum Boji intra Apenninum ſe tenuere Liv. v. 35. formidanda equidem gens R. Reip. multorumque triumphorum materies. Ἀλλὰ μετὰ αὐτῶν καὶ τῶν Λαγγόνων. Loquitur de L. Poſthumio Albino, conſule deſignato, cujus caput Boji amputatum intulerunt ſuo templo, poculum Sacerdoti. Livius l. XXIII. c. 24. *Silva erat vaſta (Litanam Galli vocabant) qua exercitum traducturus erat. Ejus ſylvae dextra laevaque circa viam Galli arbores ita inciderant, ut immotae ſtarent, momento levi impulſae occiderent.* Ergo Litana ſilva in Bojis. Verum quaeritur, quinam illi Boji; a Stewechio collocantur in Gallia Lugdunenſi, falſoque adducitur Plinius lib. III. c. 17. & lib. IV. c. 18. (Nam ille nihil aliud aſſerit, quam Bojos alios circa Padum, hos in Lugdunenſi Gallia colere) A Cluverio (cui aſſentior) in Gallia togata; ad Apennini radices ex Zonarae lib. II. Ann. Ο' δὲ Πεντώνιος Ἀλπίνους μετὰ πάντας τοὺς στρατῷ ὑπὸ τῶν Βοΐων. ἐφθάρη· δὲ ὄρος ὑλαῖόν πως πεφυκότος, καὶ ἐνδρυῶδες. Argumento infirmo, quia iſte mons ſilvoſus potuit eſſe & in Gallia Lugdunenſi. Clarius Liv. rem docet l. XXXIV. c. 22. *L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bojorum manu propter Litanam* (male Stewechius *Litaniam*) *ſilvam ſignis collatis ſecundo proelio conflixit. Conſul reliquum aeſtatis circa Padum Placentiae & Cremonae exercitum habuit.* quia conſul tetendit circa Padum; relatoque Hiſpaniço, & Bojorum bello Livius ait: *Hic ſtatus rerum in Italia* (non *Gallia*) *Hiſpaniaque eſſet.* quia idem Flaccus cum Bojis & Inſubribus Gallis (quos Alpes a Lugdunenſibus ſeparant) depugnavit. ibid. c. 46. *In Gallia L. Valerius Flaccus proconſul circa Mediolanum cum Gallis Inſubribus & Bojis, qui Dorulaco duce ad concitandos Inſubres Padum transgreſſi erant, ſignis collatis depugnavit.* c. 42. *L. Valerius conſul quum poſt fuſos circa Litanam ſilvam Bojos, quietam provinciam habuiſſet.* lib. XXXIII. 23. *Q. Minutius conſul de Liguribus Bojisque Gallis in monte Albano triumphavit.* Praeterea bello Punico ſecundo (cujus tempore accidit Poſthumii clades) in Gallia Tranſalpina non habuere exercitum Romani. Vide Ortelium de eorum in Germaniam migratione, Wolfgangum Lazium l. VII. Strabonem l. VII. *Bononiam* quaſi *Bojoniam* ab illis conditam crediderim. TENN. MSS. mei omnes inepte *Latina.* OUDEND.

18 *Qua transiturus*] Omnes MSS.

erat noſter exercitus, ſucciderant arbores, ita ut ex parte exigua ſuſtentatae ſtarent, donec inpellerentur: delituerant deinde ad extremas ipſi [19] Boji, [a] ingreſſoque ſilvam hoſte, in proximas ul-

a Vulgo UBI INGRESSO S. H. PROXIMAS.

MSS. *quam transiturus.* TENN. Tres quatuorve mei retinent *qua.* Ceteri *quam.* ſic *transire ſaltum Pyrenaeum* Nepos Hannib. c. 3. dein quatuor *ſuccideruntur.* Mox *ita* non male abeſt a Palatino. *ut parte* omiſſo τῷ *ex* habent ſex. *ſuſtentata exſt.* duo. *ſuſtentante ſ.* Mediceus antiquior. Scribi poſſet *ut p.* vel *ut eae, parte exigua ſuſtentante, ſtarent &c.* Paullo poſt *delituerunt* Vaticanus, Petrenſis, & Edd. primae. OUDEND.

19 *Ubi ingreſſo ſilvam hoſte proximas ulteriores impulerunt*] Corrigo qua ab interpunctione, qua de ſcriptura, hoc modo: *delituerant deinde ad extremas ipſi Boji. ingreſſo ſilvam hoſte, proximis ulteriores impulerunt.* Si vacat, locum conſidera; ac dijudica, rectene fecerim, qui veritate hiſtoriae a vulgata Frontini ſcriptura diſceſſerim. Strategemate iſto Poſthumium Conſulem, & cum eo millia XXV. deleta, memoriae prodidit Livius; ex cujus lib. XXIII. verba rei illuſtrandae, & confirmandis conjecturis huc arceſſere viſum fuit: *Galli* (inquit) *oras extremae ſilvae cum circumſediſſent, ubi intravit agmen ſaltum; tum extremas arborum ſuociſarum impellunt, quae alia in aliam inſtabilem per ſe ac male inhaerentem incidentes, ancipiti ſtrage arma, viros, equos obruerunt.* Boios vero iſtos, quibus Frontinus id Strategema tribuit, Galliae Lugdunenſis populos fuiſſe, ſi quis neſcit, conſulat Plinium lib. III. c. 7. & lib. IV. c. 18. Item de migratione eorundem in Germaniam, inter ceteros Wolfgangum Lazium lib. VII. & Strabonem lib. VII. Livius lib. XXXIV. *L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Litaniam ſilvam ſecundo proelio conſlixit.* STEW. Omnes MSS. carent τῷ *Ubi.* 2. Reg. 3. Hill. *Ingreſſoque.* Ingenioſa equidem Stewechii lectio, & diſtinctio. *Delituerant d. a. e. ipſi Boji: ingreſſo s. h. proximis ulteriores impulerunt.* Sed quo repetitionem τῶ *Boji?* Nam praeceſſit. libens legerim. *Delituerant d. a. e. ipſi: ingreſſoque ſilvam hoſte, proximas in ulteriores impulerunt.* Liv. XXIII. c. 24. *Galli oras extremae ſilvae quum circumſediſſent, ubi intravit agmen ſaltum, tum extremas arborum ſuccisarum impellunt, quae alia in aliam inſtabilem per ſe ac male haerentem, incidentes, ancipiti ſtrage, arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent.* Aliud Nerviorum in arboribus narrat Caeſar l. II. belli Gall. *Teneris arboribus inciſis, atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis* [*enatis*] *& rubis ſentibusque interjectis effecerant, ut inſtar muri hae ſepes munimenta praeberent, quo non modo non intrari, ſed ne perſpici quidem poſſet.* TENN. *Ubi ingreſſo.* Sic plane, ſed corrupte Leidenſis ſecundus: Uterque etiam Mediceus, & Vaticanus ſervant *ubi.* pro ea voce in uno Cantabrigienſi legas *In ſylva.* quare non dubito, quin vere ex conjectura Stewechii repoſuerim *Boji.* Mox *ingreſſoque* pro *ingreſſo* reſcripſi ex MSS. duodecim. In Mediceo primo eſt *ingreſſos ſ.*

ulteriores inpulerunt. Eo modo propagata [20] pariter ſupra Romanos ruina, magnam manum eliſerunt.

hoſtes In ſecundo *ingreſſum ſ. hoſtem*. In utroque, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. eſt *eo modo in prop.* certiſſimo indicio, me ex auctoris mente addidiſſe ~~ut~~ *in* ante *proximas*, quae praepoſitio locum amiſerat. Male Tennulio placebat *proximas in ulteriores. ulteriores* ſive *exteriores*, ut eſt in margine Voſſianae Collationis, vel *extremas*, ut loquitur Livius, inpulerunt in proximas, Romanos verſus. Favet tamen Tennulio MS. Cantabrigienſis, in quo *proximas ſuper ulteriores inp.*, interpolate. OUDEND.

20 *Pariter*] Deeſt haec vox in Hillensberg. *Manu magna* uterque Medic. OUDEND.

CAP. VII.

Quemadmodum ea, [1] quibus deficimur, videantur non deeſſe, [2] aut uſus eorum [2] expleatur.*

EXEMPLUM I.

[3] L. Caecilius Metellus, [4] quia uſu navium, quibus elephantos tranſportaret, deficiebat-

1 *Quibus deficimur*] Omnes MSS. *Deficimus*. Latiniſſime. De vite Columella l. 3. *Cumque transtuleris de humido in aridum locum, vide, ne priſtino alimento deficiat*. ibid. *Commode fluunt, nec deficiunt macro ſolo*. Sueton. 3. Illuſt. Gram. *Cum jam non greſſu modo deficeret, ſed & viſu*. Auctor ſtatim. *Uſu navium deficiebat*. Sic. 2. Hill. & unus Reg. item *Sparto deficiebant*. unus Reg. TENN. Vaticanus *quae deficiunt*. ceteri omnes hic quoque, non infra, & Edd. primae dant *deficimus*. Sed male omnino & contra Latinae linguae genium. Loca enim, quae adfert Tennulius, vel ſunt corrupta, vel huc non pertinent. *Deficere* homo dicitur tam animo, quam corpore, qui languet, vel animo fractus, inbecillusque eſt, & per translationem planta, aliaque res *deficit*, quae vires amiſit. ut docuerunt ſatis viri docti. At *deficere aliqua re* pro ea re carere, & indigere, non eſt Latinum; dicendumque *defici*. ut ubique exhibent quoque integerrimi & veteriſſimi codices. Id etiam ipſa dictat ratio. Res enim dicitur *deficere nos*, adeoque nos, *deficimur re*, non *deficimus*. Hinc *defectus viribus* & alia pro *deſerto* paſſim in MSS. melioribus. Luculenter hoc praeter alios, quos laudat, demonſtravit Ill. Heinſius ad Ovidium Ep. v. Her. 150.

Deficior prudens artis ab arte mea.

ubi inter cetera exempla producit multa e ſolo Columella, quibus adde l. III. c. 8. *agros opimis*

batur, junxit dolia, conſtravitque [1] tabulamentis,

mis defici ſegetibus. & Gronov. ad Senecae Epiſt. 30. quocirca in loco per Tennulium prolato audacter reſcribo *deficiatur.* nam in Suetonio e MSS. jam ediderunt viri docti *deficeretur.* Alter Columellae l. III. c. 2. locus huc non facit, nam Ablativus non regitur ibi a τῷ *deficiunt*, ſed ab intellecta praepoſitione *in*; ut ipſum inſpicienti locum luce clarius patebit. Optime itaque *deficimur*, & infra *uſu deficiebatur*, & *ſparto deficiebantur* e Codicibus emendatioribus editur, ut & l. II. c. 5. §. 13. *quae lignis deficiebantur.* l. III. c. 15. 4. *defici frumento.* Lactantius l. 1. de Falſa Rel. c. 3. *quoniam & ſenſu deficimus & verbis.* Sic vulgo. Sed antiquiſſimus optimusque codex Bononienſis recte *deficimur.* OUDEND. *Deficimus* Latinum non eſſe, pro *caremus*, probavi quoque ad Hirt. L. VIII. B. G. c. 3. *ne copia pabuli frumentique* deficeretur. & ad Sueton. Aug. c. 84. *quamvis non* deficeretur *extemporali facultate.* Appul. L. 1. Met. p. 14. *ſpiritu* deficior: ubi itidem in MSS. aliquot *defitio.* Corruptus etiam ſine dubio eſt Melae locus L. III c. 9. *non ſe* mari, *ſed* commeatu defeciſſe: ut quidem eſt in MSS. O. ipſo refragante Mela L. II. c. 3. *Herculem cum tela* defeciſſent: ut in Hygin. Aſtron. II. 6. *poſtquam Herculem tela* defecerint; e MSS. Bene igitur alii & J. Gronovius edidere *mare*, *ſed commeatum.* Ablativum enim ſi retineas, debuit dici *defectum eſſe*, vel *fuiſſe.* Nec tamen accuſativum reponere auſim cum Heinſio in Silio Ital. L. VIII. 661.

Parcite, crudeles ſuperi; jam ſtragis acervis
Deficiunt campi.

Non enim vox *acervis* eſt ablativus, ſed dativus. nec *deficiunt* ſignificat *carent*, vel *deſtituunt.* Campi non ſufficiunt in acervos ſtragis, non ſatis ampli ſunt campi, in quibus caeſorum omnium corpora jaceant. Verum vel ſic elegans eſſet accuſativus: ut in Phaedro L. V. F. 5. turbam deficiunt *loca.* ubi vide. Sed credo, *rem deficere alicui*, aeque dictum atque *aliquem:* ut oſtendi ad Caeſ. L. III. B. Civ. c. 5. *Non ſolum vires, ſed & tela* noſtris deficerent. Conſentitque Menken. in Miſc. Nov. Lipſ. V. IV. T. 4. p. 740. Et hinc retineri poteſt dativus in Septimio de Bello Troj. L. III. c. 25. *deficientibus quidem* vobis *in dies copiis militaribus:* licet multo elegantius foret *vos.* Nequaquam vero dativus eſt apud Virg. L. 1. Georg. 149.

—— *Quum jam glandes atque arbuta* ſacrae
Deficerent ſilvae.

quod miror, Cl. Burmanno in mentem venire potuiſſe: cum clare ſit genitivus, & *deficerent* abſolute ponatur: ut ſaepe fieri docui ad Caeſarem. IDEM *Cur. poſt.*

2 *Aut uſus*] 2. Hill. *ut uſus;* Tertius *& uſus.* TENN. *Ut* etiam plerique noſtri, & Edd. pp. duo vel tres *& u.* male. *Compleantur* Mediç. pr. OUDEND.

2* *Expleatur*] Manifeſte legendum videtur *ſuppleatur.* BUHER. Supra in Elencho Capitum MS. Roſtgard. dat *impleatur.* OUDEND. *Cur. poſt.*

3 *L. Caecilius*] In tribus deeſt rurſus praenomen. Alii *Laelius*, vel *Caelius*, vel *Decius*, inepte. OUDEND.

4 *Quia uſu*] 3. Reg. *quia uſus.* TENN. *Uſu* ex meis tantum ſervant tres Scriveriani, duo Cantabri-

tis, ac ſuper ea poſitos per Siculum fretum transmiſit.

II. Hannibal, quum [6] in praealti [a] fluminis transitum elephantos non poſſet compellere, neque navium, aut materiarum, quibus [7] rates [8] con-

a Vulgo AD P. & PELLERE.

brigienſes, & Coll. Voſſ. Ceteri cum editionibus, quas vidi, ante Modium *uſus*. male: ut & *deficiebat*, quod eſt in octo meis, & Edd. Rom. ac Bonon. dein *elephantes* Edd. vetuſtae cum utroque Mediceo, in quibus etiam *tranſportarentur*, *deficiebat*, retracta ſcilicet ſyllaba *ur* a poſteriore vocabulo. Elephanti autem intelliguntur, quos L. Metellus in Sicilia proelio contra Carthaginienſes ceperat. Confer auctores citatos ad Florum l. II. c. 2. *Centum circiter elephantorum captivitas*. & infra l. II. c. 5. §. 4. Hinc elephas deinceps ſignatus & biga elephantorum in Metellorum nummis ad hujus victoriae & triumphi memoriam. Conſule Ill. Spanhem. T. 2. praeſt. Num. p. 214 & Cuper. diſſ. II. de Eleph. c. 2. 4. OUDEND.

5 *Tabulamentis*] Nove dictum pro *tabulatis*; quod teſtatur Keuchenius eſſe in Arceriano. Contra pro *tabulatis* in Sufiano Cod. eſt *tabulamentis* apud Veget. l. III. c. 7. *Navigeri vero amnes, ſtylis fixis* (ſic etiam duo vetuſtiſſimi Leidd. MSS. vulgo male *haſtilibus*) *ac ſuperpoſitis tabulatis pervii ſunt, vel certe tumultuario opere colligatis inanibus cupis, additisque trabibus tranſitum praebent*. ubi vide Stewechium, & quae congeſſi de *vacuis cupis* ad Lucan. l. IV. 420. paullo ante Edd. Rom. Bonon. & Wochel. *vinxit dolia*, mutatione ſolemni. *conſtituitque* etiam male duo MSS. OUDEND.

6 *Ad praealti &c. pellere*] Omnes MSS. *in praealti compellere*. TENN. Scriveriani, & mei, quotquot uſus ſum, *in p. compellere*: i. e. adigere, ut flumen transirent, ſeu in *flumen compellere*, ut loquitur Caeſar l. II. B. Gall. c. 23. Bene & Latine: quod idcirco non dubitavi auctori noſtro reſtituere. Cicero l. 1. Ep. ad Famil. 9. *Cum in hunc ſenſum compellar injuriis*. Valer. Maxim. l. V. c. 6. §. 1. *Unumque ex his falce percuſſum in caedem ſuam compulit*. Juſtin. l. IV. c. 4. *Hoſtes in fugam compulit*. Immo noſter l. II. c. 3. §. 1. *in deditionem compulit*. In Mediceo pr. & Leidenſi ſec. *praelati*. Intelligitur autem Rhodanus, ut e Livio patet. Rurſus editiones antiquae cum Mediceis *elephantes*. OUDEND. Pro *praealti* in Scriv. Cod. aurato *peralti*: male: de quo alibi. IDEM *Cur. poſt.*

7 *Rates*] In copiarum trajectu hac voce utuntur Latini. Liv. V. 35. *Pado ratibus trajecto non Etruſcos modo, ſed etiam Umbros agro pellunt*. Curt. 7. 8. *Ille ſe ratibus equitem phalangemque tranſportaturum eſſe pronunciat; ſuper utres jubet nare levius armatos*. TENN. Medic. pr. *naves vel rates*. Supra MSS. octo *nec n.* pro *aut*, Edd. vetuſtae *ac*. melius foret *nec*. *Materierum* Medic. primus, quaſi a recto *materies*. OUDEND.

8 Con-

[8] contexerentur [a], copiam haberet, juſſit [9] ferociſſimum elephantum ſub aure vulnerari, & eum, qui vulneraſſet, transnato ſtatim flumine, procurrere. Elephantus exaſperatus, ad perſequendum

[a] Vulgo CONTINERENTUR, CONSTERNERENTUR.

8 *Conſternerentur*] Peſſime quidam, *r. continerentur*. MOD. Alias *continerentur*. Forte *compingerentur*. SCRIV. *Conſternerentur*. lege ſic cum Modio. Tamen in 3. Reg. 3. Hill. *continerentur*. TENN. Cur ita cum Modio, & Hittorp. margine legamus, nulla cauſſa eſt. Certe nulla MSti auctoritas. Conſtanter in MSS. & Edd. veteribus legas *continerentur*; niſi quod in Mediceo primo ſcribatur *conſtruerentur*, quomodo Cl. Almelovenius conjecerat, probante Ill. Cupero diſſ. II. c. 4. de Elephantis. Et in Petrenſi *conficerentur*, quae gloſſae ſunt genuinae vocis *contexerentur*. Sic enim Frontinum ſcripſiſſe, nullus dubito; atque idem inter varias poſterioris curae conjecturas, quales ſunt *contignarentur*, *concinnarentur*, propoſuit ſibi Scriverius. Si rates tabulatis conſterneret; ut Ex. praeced., debuit habere eas. Atqui non habebat naves aut rates non modo, ut ait auctor, ſed ne quidem materiam, qua eas, quas non habebat, conficeret ſive contexeret. Id enim elegantiſſimo uſu τὸ *texere* & *contexere* notat. Valer. Flacc. l. II. c. 108. *Puppes tenui contexere canna*. Auſon. Perioch. v. Odyſſ. *Contextu ratis temere properatae*. ut recte emendavit J. F. Gronovius l. II. Obſ. c. 7. ubi plura de hac ſignificatione. Hinc *texta carinae* & *texta* pro ipſa navi paſſim apud Poëtas. Ne nimia congeram, adi commentarios VV. Doctorum ad Ovid. l. XIV. Metam. 530.

——— *fert ecce avidas in pinea Turnus*
Texta faces.

τὸ *contexere*, & *conſternere* differentiam in fabrica pontis egregie nos docet Caeſar B. Gall. l. IV. c. 17. OUDEND. *Rates contexerentur* emendavi; ni fallor, vere. Simplex verbum adhibuit quoque Avienus deſcript. Orb. vſ. 1191.

Vel maris in fluctus qui cymbam *navita* texit.

Nam inepte Anglus Editor ſe correxiſſe jactat *rexit*, forſan credens, *texit* eſſe praeteritum tempus a *tego*: cum illic omnia dicantur in praeſenti. *texit* eſt fabricat ad navigandum. immo ſic & Sil. Ital. L. IV. 494.

——— *alno*
Flumineam texit, *qua transvehat agmina*, claſſem.

IDEM *Cur. poſt.*

9 *Ferociſſimum* &c.] Pal. *fortiſſimum*. Medicei *elephantem*. Dein Medic. pr. *ut e. q. v. transitu flumen procurreret*. *Tranato* & mox *tranavit* nonnulli Codd. & Edd. *percurrere* Medic. ſec. & Ed. Bon. *praecurr.* Ed. Romana. Tum *elephas* MSS. duo. *Elephans* Medic. ſec. *proſequendum* Medic. prim. Tandem pro *fecit exemplum* Medic. pr. & Edd. Rom. Bonon. ac Wechel. *dedit*, e Gloſſa. OUDEND.

10 *Car.*

dum doloris ſui auctorem, transnavit amnem, & reliquis idem audendi fecit exemplum.

III. [10] Carthaginienſium duces inſtructuri claſſem, quia ſparto deficiebantur, crinibus tonſarum [11] mulierum ad funes efficiendos uſi ſunt.

IV. Idem Maſſilienſes, & Rhodii fecerunt.

V. [12] M. Antonius, a Murina profugus, corticis pro ſcutis militibus ſuis dedit.

VI. Spartaco, copiisque ejus, ſcuta [13] ex vimine fuerunt, quae coriis tegebantur.

VII.

10 *Carthaginienſium*] Sic malui cum MSS. quibusdam & Scriverio. Alii *Carthaginenſium*. Vide ſupra. Mediceus pr. *Carthaginienſes*. De Sparto ad uſus navales adhibito adi omnino Salmaſium ad Solinum p. 187. unde ad verbum fere ſuam notam deſcripſit more ſolito Keuchenius. dein *deficiebant* MSS. quatuor & Edd. pp. OUDEND.

11 *Mulierum*] Flor. 2. 15. *In tormentorum vincula matronae crines ſuos contulerunt*. Vide exempla a Freinshemio huc allata. TENN. Adde C. Rhodigin. Var. Lect. l. XVIII. c. 11.

12 *M. Antonius*] Praenomine carent Leidenſ. pr. & Mediceus ſec. Mox ſeq. Ex. pro *copiis* Petrenſis *ſociisque*.

13 *Ex vimine*] Unus Reg. *Ex viminibus*. Tacitus 2. Ann. c. 14. *Non loricam Germano, non galeam: ne ſcuta quidem ferro nervove firmata, ſed viminum textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas*. Caeſar lib. 11. bell. Gall. c. 33. *ſcutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae ſubito (ut temporis exiguitas poſtulabat) pellibus induxerant*. Hiſtoria haec Spartaci eſt apud Flor. 3. c. 20. Ex Salluſt. 4. Hiſt. Nonius. *Soliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia: ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quisque in formam parmae equeſtris armabat*. Talia ſcuta, e viminibus contexta, uſurpaverunt Perſae, & Graeci vocarunt γέρρα. Herodotus l. IX. c. 60. Φράξαντες γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι, ἀνῆσαν τοξευμάτων πολλὰ ἀριθμὸν. c. 61. Ἐγένετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη. ibid. 98. Αὐτοὶ δὲ συνερόησαν τὰ γέρρα ἐρυσσ- σθαι σφι. *Iidem* Perſae *facta ex gerris teſtudine ſeſe conſtipaverant*. Heſychius Γερρίδια, σπυρίδια. Varro l. VI. L. L *Congerro a gerra, & Graecum eſt, & in Latina cratis*. Alias veterum ſcuta conſtabant ex ferro, quod multiplici pelle, imprimis bovina, inducebatur. Statius 7. Theb. 310.

Clypei ſeptemplice tauro
Laeva, ter inſuto ſervantem ingentia ferro
Pectora. Nam tergo numquam metus.

Elephantina erat Annaei. Mela 1. 5. *Tingi oppidum ab Antaeo conditum. Exſtat rei ſignum, parma elephantino tergore exſecto ingens*. Illam pellem, detractam & mollitam fuiſſe cibo in urbium Sagunti, Hieroſolymorum, Caſilini obſidionibus, annales teſtantur. TENN. MS. Palatinus quoque *ex viminibus*, ut in hac re loquuntur ante dicti auctores, quos

VII. Non alienus, ut arbitror, hic locus eſt, referendi factum Alexandri Macedonis illud nobile, qui per deſerta [14] Africae itinera, graviſſima ſiti cum exercitu adfectus, oblatam ſibi a milite in galea aquam, ſpectantibus univerſis, effudit; [15] utilior exemplo temperantiae, quam ſi communicare [16] potuiſſet.

CAP.

quos aliaque jam congeſſit Lipſius l. III. de re Milit. c. 2. OUD.

14 *Aphricae itinera*] Cum peteret delubrum Hammonis: Verum libenter cum Barthio l. XIV. c. 9. Adverſ. omitterem τὰ *itinera*, niſi omnes MSS. ſimul intercederent Curtius l. VII. c. 5. hoc contigiſſe in deſertis Sogdianorum locis. *Poculo pleno, ſicut oblatum eſt, reddito; nec ſolus, inquit, bibere ſuſtineo; nec tam exiguum dividere omnibus poſſum. Vos currite, & liberis veſtris, quod propter illos adtuliſtis, date.* Arrianus l. VI. 4. In locis Gadroſiorum arentibus, ſive (nam dubitat) apud Parapaniſadas; cum milites in galea aquam obtuliſſent, Alexandrum λαβόντα δὲ ἐν ἕλει πάντων ἰσχύειν. Καὶ ἐπὶ τοῖς τῷ ἔργῳ ἐς τοσόνδε ἐπιῤῥωσθῆναι τὴν στρατιὰν ξυμπασαν, ὥστε εἰκάσαι ἄν τινα πότον γενέσθαι πᾶσιν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ τὸ πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐκχυθέν. Ex quo loco videmus, Sozomenum praefatione ad Theodoſium Imperatorem (quem adaequat fatis Alexandri) immerito a Radero accuſari, quod ſcripſerit: Alexandrum μὴ πιεῖν, ἀλλὰ ἐκχέαι τὸ πόμα. Vid. Polyaen. 4. 3. TENN. Mihi placet quoque vehementer Barthii conjectura ejicientis τὰ *itinera*. Vide ad c. V. §. 26. Sed conſtanter retinent omnes MSS. Quid ſi legas *in itinere?* Paullo ante pro *qui* in Petrenſi eſt *qua*; in Mediceo ſec. *quod*. OUDEND.

15 *Utilior exemplo*] Sil. Ital. l. I. de Hannibale.

Celſus & in magno praecedens agmine ductor
Imperium perferre ſuum.

Juſtin. l. III. 2. *Exemplo clarior.* l. XXXIV. c. 18. *Nec in quemquam omnium gravius ſeveriusque, quam in ſemet ipſum imperium exercuit.* TENN. *Utiliore* Scriverii unus, Hilensb. & Ed. Pariſ. ac Hittorp. Pro *temperantiae* in Petrenſi *continentiae*, qui etiam pro *univerſis* dat *cunctis*. Dein Leidenſ. pr. *quaſi*.

16 *Potuiſſet.*] Alias *utiliore e. t. q. ſ. c. voluiſſet.* Minus eleganter. Vide Curtium lib. VII. longe aliter haec narrantem. MOD. *Potuiſſet* ſic l. cum Modio. unus Reg. *voluiſſet. communicare potuiſſet*, pro *communicaviſſet*. Locutio Phaedro familiaris Fab. 20. *Id ut comeſſe extractum poſſent facilius.* Fab. 15. *Suadebat aſino fugere, ne poſſent capi.* Idem Alexandro fecit in Libya Cato. Lucan. 9. 504. *Minimumque tenens dux ipſe liquoris Invidioſus erat.* Statim:

——— *Sic concitus ira*
Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda.

Laudatur & Hannibal. Sil. 10. l. 1. *Exercetque ſitim, & ſpectato fonte recedit.* TENN. Barthio tamen l. XIV. Adverſ. c. 9. arridebat magis *voluiſſet:* quod inveni in Mediceo primo, & ſecundo pro var. lect. ac in Edd. Romana & Bonon. Scriverius conjec-

fecerat quoque *communicatum potasset*. Verum *potuisset* recte omnino se habet, ut ostenderunt viri docti. Ejus locutionis exempla plena manu praebent Rittershus. & Burmann. ad Phaedr. F. 15. & ad Ovid. Epist. Her. XVII. 209. quosque ibi laudant. Adde Broukhus. ad Propert. II. 15. & J. F. Gronov. ad Livium l. XXXII. 13. *An reverti in Italiam posset* pro *reverteretur*. OUDEND.

CAP. VIII.

De [1] *distringendis hostibus.*

EXEMPLUM I.

Coriolanus, quum ignominiam damnationis suae bello ulcisceretur, [2] populationem pa-

1 *Distringendis*] Gujetus h. e. *taxandis, criminandis*. statim *Distringeretur*. Διαλυθείη. *distringeret* διαλύσειε. Phaedrus Fab. 64. *Tu qui nasute scripta distringis mea*. Fab. 29. *Gravi distringunt alios contumelia*. Similitudo est a balneo, quo veteres cum essent usi, inungebantur oleo, deinde strigile radebantur, fricabantur, distringebantur. Juven. Satyra III. v. 262.

Et sonat unctis
Striglibus, & pleno componit
linea gutto.

ad quem locum Scholiastes. *Strigile est, quod xystram dicunt, unde oleum deteritur*. Ejusdem usus est *fricare*. Horat. I. Sat. 10. 4. de Lucilio. *Quod sale multo Urbem defricuit, charta laudatur eadem*. Plaut. Pseud. 4. 7. 93. *Uncti sunt hi senes, fricari sese ex antiquo volunt*. TERR. *Refringendis, infringendis, distinguendis* MSS. & Edd. qdd. male. Verum perperam quoque Tennulius confundit τὸ *distringere* & *destringere*. *Distringere* est dividere, distrahere, distinere, de qua re agit hoc caput: quare hoc loco & exemplo primo ita legendum est. *Destringere* vero est crimi-nari, taxare, famae alicujus abradere, & illi detrahere. Hinc patet, exemplo secundo scribendum, ut feci, *destringeret infamia*, quod monuit jam Cuperus l. IV. Observ. c. 5. Et recte in locis Phaedri a Tennulio adductis restitutum est per viros doctos. Consule Schefferum, Heinsium, & alios. Ovid. l. II. Trist. 563.

Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam.

Adeoque non opus est, ut cum alio viro docto ibi refingas *perstringeret*. Eos, qui raduntur, & fricantur, non *distringi*, sed *destringi* dici jam docuit Cellarius ad Plin. l. III. Ep. 5. ut lexica monent. Hinc duobus locis corrigendus Columella l. IV. c. 24. *Jam vero muscus, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, ferro destringendus, & eradendus est*. c. 28. *Eaque rasura ita deducitur, ut medullam contingat uno latere, atque altero paullo ultra corticem destringatur*. Utrobique vulgo *dis*. Alibi plura notavimus. De *distringere* egimus quoque ad c. III. 5. *Ne oppugnatione plurium oppidorum distringeretur*. OUDEND.

2 *Po-*

patriciorum agrorum inhibuit, deuſtis vaſtatisque plebejorum; ut diſcordiam moveret, qua conſenſus Romanorum [3] diſtringeretur.

II. Hannibal Fabium, cui neque virtute, neque [4] artibus bellandi par erat, ut infamia deſtringeret, [a] agris ejus abſtinuit, ceteros populatus. [5] Contra ille, ne ſuſpecta civibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis.

III. [6] Fabius [b] Maximus quinto Cos. quum Gal-

a Vulgo DISTRINGERET. b Vulgo Q. FAB.

2 *Populationem*] Voſſian. *populatione*. Dein *prohibuit* pro *inhib.* uterque Mediceus e Gloſſa.

3 *Diſtringeretur*] Unus Reg. *Diſtringeret*. alter *Diſtinguetet*. & modo *Diſtinguendis*, inepte Livius idem refert l. II. c. 39. Sed aliam cauſam addit. *Sive infenſus plebi magis*. TENN *Diſtringeret* MSS. octo cum Ed. Pariſ. *diſtinguere* MSS quatuor cum Edd. Rom & Bon. *diſtringerent* Palat. ut *conſenſus* foret in quarto caſu. Sed malo vulgatum. OUDEND.

4 *Artibus*] Unus Reg. *arte*. Flor. I. 3. *Hic omnem diſciplinam militarem artemque bellandi condidit*. Infra II. 7. *Utilis propter calliditatem & artem bellandi*. MSS. Idem Fabio Pericles periculum ſubiit arte Lacedaemoniorum & Archidami. Juſtinus l. III. c. 7. *Hujus agros in populatione caeterorum intactos hoſtes reliquerant, ſperantes, acquirere ſe illi poſſe, aut periculum ex invidia, aut ex ſuſpicione proditionis infamiam*. Polyaenus tamen Archidamum pepercisſe ait Periclis praediis, quia illi erat amicus. TENN Livius l XLII. 52. *Ipſi a pueris eruditi artibus militiae*. & ſaepiſſime. Mediceus tamen primus; & Edd. Rom. ac Bonon. exhibent quoque *arte*. non male. Livius l. XLII. 17. *Animum eſſe inveteratum diutina arte atque uſu belli*. Juſtin. l. XIX. c. 1. *Non minus bellandi arte, quam virtute firmaſſet*. plane ut hic. Idem l. I. c. 8. *Ignarus rei militaris*, in MS. Orvillii mei *artis m.* Vegetius l. II. 10. *Res militaris in oblivionem ſaepius venit*. MSS. & in his tres Leid. *ars m.* De hac autem, infamia ducem urendi, arte vide loca adducta ad Polyaen. l. I. c. 36. & ad Valer. Max. l. VII. 3 8. OUDEND. Ut hic in quibusdam eſt *arte*, ſic variatur quoque in MSS. Livii L. XXV. C. 40. *Sub Hannibale magiſtro* omnes belli artes *edoctus*. multū *omnem artem*. Curt. L. VII. 7. 16. Belli artem *Fortuna victos docet*. IDEM *Curt. poſt.*

5 *Contra*] Petrenſis *e contra*, vitioſe. *Cuilibet* Medic. ſec. pro *civibus*. OUD.

6 *Q. Fabius.*] Adpoſuit praenomen tacite Scriverius; verum cum nulli MSS. nec Edd. VV. illud agnoſcant, auctorque hoc in nomine alibi quoque omittat, rurſus ablegavi. Vid. I. 3. 3. III. 4. 1. OUD.

dum doloris ſui auctorem, transnavit amnem, & reliquis idem audendi fecit exemplum.

III. [10] Carthaginienſium duces inſtructuri claſſem, quia ſparto deficiebantur, crinibus tonſarum [11] mulierum ad funes efficiendos uſi ſunt.

IV. Idem Maſſilienſes, & Rhodii fecerunt.

V. [12] M. Antonius, a Mutina profugus, corticeſ pro ſcutis militibus ſuis dedit.

VI. Spartaco, copiisque ejus, ſcuta [13] ex vimine fuerunt, quae coriis tegebantur.

VII.

10 *Carthaginienſium*] Sic malui cum MSS. quibusdam & Scriverio. Alii *Carthaginenſium*. Vide ſupra. Mediceus pr. *Carthaginienſes*. De Sparto ad uſus navales adhibito adi omnino Salmaſium ad Solinum p. 187. unde ad verbum fere ſuam notam deſcripſit more ſolito Keuchenius. dein *deficiebant* MSS. quatuor & Edd. pp. OUDEND.

11 *Mulierum*] Flor. 2. 15. *In tormentorum vincula matronae crines ſuos contulerunt*. Vide exempla a Freinshemio huc allata. TENN. Adde C. Rhodigin. Var. Lect. l. XVIII. c. 11.

12 *M. Antonius*] Praenomine carent Leidenſ. pr. & Mediceus ſec. Mox ſeq. Ex. pro *copiis* Petrenſis *ſociisque*.

13 *Ex vimine*] Unus Reg. *Ex viminibus*. Tacitus 2. Ann. c. 14. *Non loricam Germano, non galeam: ne ſcuta quidem ferro nervove firmata, ſed viminum textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas*. Caeſar lib. II. bell. Gall. c. 33. *ſcutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae ſubito (ut temporis exiguitas poſtulabat) pellibus induxerant*. Hiſtoria haec Spartaci eſt apud Flor. 3. c. 20. Ex Salluſt. 4. Hiſt. Nonius. *Soliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia: ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quisque in formam parmae equeſtris armabat*. Talia ſcuta, e viminibus contexta, uſurpaverunt Perſae, & Graeci vocarunt γέρρα. Herodotus l. IX. c. 60. Φράξαντες γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι, ἀντεσαν τοξευμένοισι πολλὰ ἀμήχανοι c. 61. Ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη. ibid. 98. Αὐτοὶ δὲ συνερόησαν τὰ γέρρα ἔρυμα εἶναι σφι. *Iidem* Perſae *facta ex gerris teſtudine ſeſe conſtipaverant*. Heſychius Γερρίδια, τροπιδία. Varro l. VI. L. L *Congerro a gerra, & Graecum eſt, & in Latina cratis*. Alias veterum ſcuta conſtabant ex ferro, quod multiplici pelle, imprimis bovina, inducebatur. Statius 7. Theb. 310.

Clypei ſeptemplice tauro
Laeva, ter inſuto ſervantem ingentia ferro
Pectora. Nam tergo numquam metus.

Elephantina erat Antaei. Mela 1. 5. *Tingi oppidum ab Antaeo conditum. Exſtat rei ſignum, parma elephantino tergore exſecto ingens*. Illam pellem, detractam & mollitam fuiſſe cibo in urbium Sagunti, Hieroſolymorum, Caſilini obſidionibus, annales teſtantur. TENN. MS. Palatinus quoque *ex viminibus*, ut in hac re loquuntur ante dicti auctores, quos

VII. Non alienus, ut arbitror, hic locus eſt, referendi factum Alexandri Macedonis illud nobile, qui per deſerta [14] Africae itinera, graviſſima ſiti cum exercitu adfectus, oblatam ſibi a milite in galea aquam, ſpectantibus univerſis, effudit; [15] utilior exemplo temperantiae, quam ſi communicare [16] potuiſſet.

CAP.

quos aliaque jam congeſſit Lipſius l. III. de re Milit. c. 2. OUD.

14 *Aphricae itinera*] Cum peteret delubrum Hammonis: Verum libenter cum Barthio l. XIV. c. 9. Adverſ. omitterem τὰ *itinera*, niſi omnes MSS. ſimul intercederent Curtius l. VII. c. 5. hoc contigiſſe in deſertis Sogdianorum locis. *Poculo pleno, ſicut oblatum eſt, reddito; nec ſolus, inquit, bibere ſuſtineo; nec tam exiguum dividere omnibus poſſum. Vos currite, & liberis veſtris, quod propter illos adtuliſtis, date.* Arrianus l. VI. 4. In locis Gadroſiorum arentibus, ſive (nam dubitat) apud Parapamiſadas; cum milites in galea aquam obtuliſſent, Alexandrum λαβόντα δὲ ἐν ὄψει πάντων ἰσχίου. Καὶ ἐπὶ τῷδε τῷ ἔργῳ εἰς τοσόνδε ἐπιῤῥωσθῆναι τὴν στρατιὰν ξύμπασαν, ὥστε εἶναι ἂν τινα πότου γενέσθαι πᾶσιν ἐπεῖπε τὸ ὕδωρ τὸ πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐκχυθέν. Ex quo loco videmus, Sozomenum praefatione ad Theodoſium Imperatorem (quem adaequat fatis Alexandri) immerito a Radero accuſari, quod ſcripſerit: Alexandrum μὴ πιεῖν, ἀλλὰ ἐκχέαι τὸ πόμα. Vid. Polyaen. 4. 3. TENN. Mihi placet quoque vehementer Barthii conjectura ejicientis τὸ *itinera*. Vide ad c. V. §. 26. Sed conſtanter retinent omnes MSS. Quid ſi legas *in itinere?* Paullo ante pro *qui* in Petrenſi eſt *qua*; in Mediceo ſec. *quod*. OUDEND.

15 *Utilior exemplo*] Sil. Ital. l. I. de Hannibale.,

Celſus & in magno praecedens agmine ductor
Imperium perferre ſuum.

Juſtin. l. III. 2. *Exemplo clarior.* l. XXXIV. c. 18. *Nec in quemquam omnium gravius ſeveriusque, quam in ſemet ipſum imperium exercuit.* TENN. *Utiliore* Scriverii unus, Hillensb. & Ed. Pariſ. ac Hittorp. Pro *temperantiae* in Petrenſi *continentiae*, qui etiam pro *univerſis* dat *cunctis*. Dein Leidenſ. pr. *quaſi*.

16 *Potuiſſet.*] Alias *utiliore e. t. q. ſ. c. voluiſſet.* Minus eleganter. Vide Curtium lib. VII. longe aliter haec narrantem. MOD. *Potuiſſet* ſic l. cum Modio. unus Reg. *voluiſſet. communicare potuiſſet*, pro *communicaviſſet*. Locutio Phaedro familiaris Fab. 20. *Id ut comeſſe extractum poſſent facilius.* Fab. 15. *Suadebat aſino fugere, ne poſſent capi.* Idem Alexandro fecit in Libya Cato. Lucan. 9. 504. *Minimumque tenens dux ipſe liquoris Invidioſus erat.* Statim:

——— *Sic concitus ira*
Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda.

Laudatur & Hannibal. Sil. 10. l. 1. *Exercetque ſitim, & ſpectato fonte recedit.* TENN. Barthio tamen l. XIV. Adverſ. c. 9. arridebat magis *voluiſſet:* quod inveni in Mediceo primo, & ſecundo pro var. lect. ac in Edd. Romana & Bonon. Scriverius conjec-

jecerat quoque *communicatum potasset*. Verum *potuisset* recte omnino se habet, ut ostenderunt viri docti. Ejus locutionis exempla plena manu praebent Rittershus. & Burmann. ad Phaedr. F. 15. & ad Ovid. Epist. Her. XVII. 209. quosque ibi laudant. Adde Broukhus. ad Propert. II. 15. & J. F. Gronov. ad Livium l. XXXII. 13. *An reverti in Italiam posset* pro *reverteretur*. OUDEND.

CAP. VIII.

De [1] *distringendis hostibus.*

EXEMPLUM I.

Coriolanus, quum ignominiam damnationis suae bello ulciscereturr, [2] populationem pa-

1 *Distringendis*] Gujetus h. e. *taxandis, criminandis*. statim *Distringeretur*. διαλυθείη. *distringeret* διαλύσειε. Phaedrus Fab. 64. *Tu qui nasute scripta distringis mea*. Fab. 29. *Gravi distringunt alios contumelia*. Similitudo est a balneo, quo veteres cum essent usi, inungebantur oleo, deinde strigile radebantur, fricabantur, distringebantur. Juven. Satyra III. v. 262.

Et sonat unctis
Striglibus, & pleno componit
linea gutto.

ad quem locum Scholiastes. *Strigile est, quod xystram dicunt, unde oleum deteritur*. Ejusdem usus est *fricare*. Horat. I. Sat. 10. 4. de Lucilio. *Quod sale multo Urbem defricuit, charta laudatur eadem*. Plaut. Pseud. 4. 7. 93. *Uncti sunt hi senes, fricari sese ex antiquo volunt*. TENN. *Refringendis, infringendis, distinguendis* MSS. & Edd. qdd. male. Verum perperam quoque Tennulius confundit τὸ *distringere* & *destringere*. *Distringere* est dividere, distrahere, distinere, de qua re agit hoc caput: quare hoc loco & exemplo primo ita legendum est. *Destringere* vero est criminari, taxare, famae alicujus abradere, & illi detrahere. Hinc patet, exemplo secundo scribendum, ut feci, *destringeret infamia*, quod monuit jam Cuperus l. IV. Observ. c. 5. Et recte in locis Phaedri a Tennulio adductis restitutum est per viros doctos. Consule Schefferum, Heinsium, & alios. Ovid. l. II. Trist. 563.

Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam.

Adeoque non opus est, ut cum alio viro docto ibi refingas *perstringeret*. Eos, qui raduntur, & fricantur, non *distringi*, sed *destringi* dici jam docuit Cellarius ad Plin. l. III. Ep. 5. ut lexica monent. Hinc duobus locis corrigendus Columella l. IV. c. 24. *Jam vero muscus, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, ferro destringendus, & eradendus est*. c. 28. *Eaque rasura ita deducitur, ut medullam contingat uno latere, atque altero paullo ultra corticem destringatur*. Utrobique vulgo *dis*. Alibi plura notavimus. De *distringere* egimus quoque ad c. III. 5. *Ne oppugnatione plurium oppidorum distringeretur*. OUDEND.

2 *Po-*

patriciorum agrorum inhibuit, deuſtis vaſtatisque plebejorum; ut diſcordiam moveret, qua conſenſus Romanorum [3] diſtringeretur.

II. Hannibal Fabium, cui neque virtute, neque [4] artibus bellandi par erat, ut infamia deſtringeret, [a] agris ejus abſtinuit, ceteros populatus. [5] Contra ille, ne ſuſpecta civibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis.

III. [6] Fabius [b] Maximus quinto Cos. quum Gal-

a Vulgo DISTRINGERET. b Vulgo Q. FAB.

2 *Populationem*] Voſſian. *populatione*. Dein *prohibuit* pro *inhib.* uterque Mediceus e Gloſſa.

3 *Diſtringeretur*] Unus Reg. *Diſtringeret*. alter *Diſtinguetet*. & modo *Diſtinguendis*. inepte. Livius idem refert l. II. c. 39. Sed aliam cauſam addit. *Sive infenſus plebi magis*. TENN *Diſtringeret* MSS. octo cum Ed. Pariſ. *diſtinguere* MSS quatuor cum Edd. Rom & Bon. *diſtringerent* Palat. ut *conſenſus* foret in quarto caſu. Sed malo vulgatum. OUDEND.

4 *Artibus*] Unus Reg. *arte*. Flor. I. 3. *Hic omnem diſciplinam militarem artemque bellandi condidit*. Infra II. 7. *Utilis propter calliditatem & artem bellandi*. MSS. Idem Fabio Pericles periculum ſubiit arte Lacedaemoniorum & Archidami. Juſtinus l. III. c. 7. *Hujus agros in populatione caeterorum intactos hoſtes reliquerant, ſperantes, acquirere ſe illi poſſe, aut periculum ex invidia, aut ex ſuſpicione proditionis infamiam*. Polyaenus tamen Archidamum peperciſſe ait Periclis praediis, quia illi erat amicus. TENN Livius l. XLII. 52. *Ipſi a pueris eruditi artibus militiae*. & ſaepiſſime. Mediceus tamen primus; & Edd. Rom. ac Bonon. exhibent quoque *arte*. non male. Livius l. XLII. 17. *Animum eſſe inveteratum diutina arte atque uſu belli*. Juſtin. l. XIX. c. 1. *Non minus bellandi arte, quam virtute firmaſſet*. plane ut hic. Idem l. I. c. 8. *Ignarus rei militaris*, in MS. Orvillii mei *artis m.* Vegetius l. II. 10. *Res militaris in oblivionem ſaepius venit*. MSS. & in his tres Leid. *ars m.* De hac autem, infamia ducem urendi, arte vide loca adducta ad Polyaen. l. I. c. 36. & ad Valer. Max. l. VII. 3. 8. OUDEND. Ut hic in quibusdam eſt *arte*, ſic variatur quoque in MSS. Livii L. XXV. C. 40. *Sub Hannibale magiſtro* omnes belli artes *edoctus*. multo *omnem artem*. Curt. L. VII. 7. 16. Belli artem *Fortuna victos docet*. IDEM *Curt. poſt.*

5 *Contra*] Petrenſis *e contra*, vitioſe. *Cuilibet* Medic. ſec. pro *civibus*. OUD.

6 *Q. Fabius*.] Adpoſuit praenomen tacite Scriverius; verum cum nulli MSS. nec Edd. VV. illud agnoſcant, auctorque hoc in nomine alibi quoque omittat, rurſus ablegavi. Vid. I. 3. 3. III. 4. 1. OUD.

Gallorum, 7 Umbrorum, Hetruſcorum, Samnitiumque adverſus populum Romanum exercitus coiſſent, contra quos & ipſe trans Apenninum 8 in Sentinate a caſtra communiebat, ſcripſit Fulvio & Poſtumio, qui in praeſidio 9 urbi erant, copias 10 ad Sitium moverent. Quibus 11 ad-

a Vulgò A. MONTEM.

7 *Umbrorum.*] *Et Umbrorum* MSS. novem. Mediceus uterque etiam *& Tuſcorum:* dein *Samnitium* MSS. ſeptem, & Edd. primae, *Samnitum* Medicei. Pro *pop. Rom.* Petrenſis *Remp.* Mox MSS. & Edd. aliquot *coiiſſent.* Pro *communiebat* Petrenſ. *commiuiebat;* Leidenſ. ſec. & Vaticanus *conſtituebat.* Edd. Rom. & Bonon. *connivebat.*

8 *Apenninum montem.*] Nemini interpretum haec adhuc ſuſpecta fuerunt: cum tamen vox *montis* ſupervacua ſit, & exſulet a Leidenſi primo, Mediceo ſecundo, & uno Scriverii Cod. Palatinus pro eo habet *in acie.* Vaticanus *Minare.* Leidenſis ſec. *in mare.* Voſſian. *minante.* Gudian. *miante.* Mediceus pr. *in Ummiiate.* Petrenſis *Appennumitate.* Edd. Romana, & Bononienſis *munire.* Quid multa? Scribendum *in Sentinate.* Ibi enim caſtrametati ſunt Conſules. Livius l. x. c. 27. *Conſules ad hoſtes transgreſſo Apennino in agrum Sentinatem pervenerunt. Ibi quatuor ferme millium intervallo caſtra poſita ſunt.* Et paullo poſt: *Hujus populationis fama Hetruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos movit.* Omiſſa vox *agri* occaſionem corrumpendi loci dedit, quod tamen frequens eſt apud Livium & alios. Ut *in Antiate, in Caerite, in Vejente, in hoſtico,* & ſimilibus paſſim. V. Gronov. ad Livium l. XXII. 1. & infra L. IV. 1. 29. OUD.

9 *Urbi.*] Sic MSS. Gujetus *urbis.* TENN. *Urbis* habent Vaticanus, Leidenſ. & Medic. ſec. Sed male. *Urbi* erant praeſidio, non *in urbis praeſidio.* Stativa habebant in Faliſco, & Vaticano agro. Dein *ut copias* contra noſtri ſtylum edunt Rom. & Bonon. & Medic. ſec. Petrenſis *quod.* OUD.

10 *Ad Sitium moverent.*] Quidam *ad Samnium;* ſed parum bene & hi, & illi, aut enim Livii monimenta auctoritate privandum eſt; aut legendum, *copias ad Cluſium moverent.* Sic enim ille l. x. Dec. 1. *Coſſ.* (Fabius puta & Decius) *Fulvio ut ex Faliſco, Poſtumio, ut ex Vaticano exercitum ad Cluſium admoveant, ſummaque vi fines hoſtium depopulentur, ſcribunt. Hujus populationis fama Hetruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos movit.* Neque Livius tantum, ſed & res ipſa ita ſcribendum clamat. Enim *Sitium* urbem arbitror te, niſi in Utopia, nusquam terrarum poſſe invenire, & *Samnium* legi non debere, ex eo palam eſt, quod tum Samnites ad ſua tuenda delapſuri fuerint, non Hetruſci, quorum finibus exercitus Samnio (quae regio Italiae, inter Picenum, Campaniam, & Apuliam eſt) admotus, damno eſſe nequiret. Quae ratio in Cluſio Thuſciae, ſive Hetruriae oppido, contraria eſt. Erat autem & in Umbria antiquitus Cluſiolum oppidum; cujus meminit Plinius

[11] adſecutis; ad ſua defendenda Hetruſci Umbrique [12] deſcenderunt. Relictos Samnites Gallos-

nius l. III. c. 14. Quem etiam conſulendum cenſeo c. 3. ejusdem libri de Cluſinis novis, & veteribus Hetruriae populis. MOD. *Ad Sitium* lic MSS. Sed *Sitium* apud Geographos nullum exſtat. Ideo Modius *ad Cluſium* conjecit lectionem veroſimillimam. Livius hanc eandem refereus ait, l. x. c. 27. *Conſules* (qui Decius & Fabius erant) *Fulvio ut ex Faliſco, Poſthumio, ut ex Vaticano exercitum ad Cluſium admoveant, ſummaque vi fines hoſtium depopulentur, ſcribunt. Hujus populationis fama, Etruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos movit.* Nec tantum hoc capite, ſed toto fere libro decimo agit de Cluſio. *Samnium*, quod alii ſomnierunt; ſi locum haberet, moviſſet Samnites (non Hetruſcos) dilabi ad ſua defendenda. *Sitium* Stephano eſt urbs Italiae. Verum ego ſuſpentum pedem pono, quando tritum codicum ſpatium eſt relinquendum. Duo Reg. habent *Aſſitium*. Inde colligo *Aeſiſium* (Ptolemaeo Αἴσιτον, in Umbria inter Peruſiam & Sentinum poſitum) & libentius amplector, quia & Umbri ad bellum hoc coierunt. Ejus cives Plinio *Aſiſinates*. l. III. c. 14. *Amerini, Attidiates, Aſiſinates, Arnates, Aeſinates, Camertes.* Procopio l. III. Gothicar. r. Ἀσισῖνοι. TERN. *Samnium* Edd. primae, *Saniium* & *Samnitum* Medicei. Ceteri cum vulgatis conſpirant, niſi quod per c quidam *Sicium* habent. Non me expedio. *Cluſium* e Livio probat Cluverius Ital. Antiq. l. II. p. 568. *Aeſiſium* vel *Aeſium*, ut alii vocant, teſtibus Geographis, ob MStos eo ducentes (nam Vaticanus *Aſitium*, & margo Coll. Voſſ. *Aſſicium*) placet mihi magis. Multo tamen vehementius arri-

det, ut legatur *Sutrium*, Hetruriae clauſtra, uti de ea urbe loquitur Livius l. IX. c. 32. Quae urbs ab hoc ipſo Fabio in ſecundo Conſulatu obſidione Hetruſcorum liberata eſt. Ibid. c. 35. & apud noſtrum l. II. c. 5. EX. II. ubi vide Tennul. Sed nihil definio. OUDEND.

Ad Samnium moverent.] Adparet etiam coecis, hic eſſe mendum, quod ita facile tollas *ad Aſiſium moverent:* quod Umbris oppidum Ptolemaeus attribuit, & alii; cujus periculo motos Umbros & Etruſcos a Samnitibus & Gallis diſceſſiſſe, veriſimilius eſt, quam ſi Samnium fuiſſet oppugnatum. Tunc enim magis oportuiſſet ad ipſos Samnites, quam ad Umbros & Etruſcos digredi. PARRHAS. Veriſſime, & quo faciunt MSS. *Aſitium*, *Aſſitium*, *Aſſicium*. Umbrorum oppidum *Aſiſium*. Conſule Cluver. Ital. Ant. L. II. C. 7. p. 627. in inſcript. Grut. p. XXI. N. II. MVNICIPIVM ASISINATIVM. Murat. p. DCCC. N 3. CAIO L. F. SER. MATERNVS ASISIO &c. De ejus lectionis veritate haud dubitandum amplius. OUDEND. *Cur. poſt.*

11 *Adſecutis*] Gujetus *exſecutis*, paſſiva ſignificatione. TERN. MSS. nihil mutant. Forte *obſecutis* vel *id ſecutis*. OUD.

12 *Deſcenderunt*] Voſſianus *diverterunt*. Tres Hill. *Deverterunt*. TERN. *Deſcenderunt* e noſtris ſervant Vaticanus, Medicei, & duo Scriveriani. Quid non temere mutari velim. Quia ſolet haec vox uſurpari, cum quis e loco altiore ad inferiorem, ſive ad mare verſus proficiſcitur: uti hic factum eſt. Vide Tennul. ad l. II. c. 1. II. l. II. c. 4. §. 6. *Ipſi in terga hoſtium deſcenderent.* Magis tamen in alteram lectionem inclino. Nam *diverterunt* ha-

losque Fabius & collega Decius adgreſſi, vicerunt.

IV. [13] M'. [a] Curius adverſus Sabinos, qui ingenti exercitu conſcripto, relictis finibus ſuis noſtros occupaverant, occultis itineribus, manum miſit, quae deſolatos agros eorum, vicosque per diverſa incendit. Sabini ad arcendam domeſticam [14] vaſtitatem receſſerunt. Curio contigit & vacuos infeſtare hoſtium fines, & exercitum ſine proelio avertere, ſparſumque caedere.

V. T. [15] Didius [16] paucitate [b] ſuorum [17] diffidens,

a Vulgo M. b Vulgo PAUCITATI.

habent tres Codd. & *deverterunt* alii ſeptem. A Samnitibus & Gallis averterunt ſe ad ſua defendenda. Curt. l. IV. c. 9. 1. *Ab Aegypto devertiſſe in Africam.* Sic MSS. Conſule praeter alios Heinſium, & Burmann. ad Ovid. l. II. Am. 6. 9. *Alitis in rari miſerum devertite funus.* Et, quae dixi ad Lucanum l. II. 470. ubi activa eſt forma, *devertitque acies.* Utrum quis eligat ſeu *deſcenderunt*, ſeu *deverterunt*, vel etiam *diverterunt*, ſcilicet quisque alia via ad ſuos fines, per me licet; modo ne amplectatur Cluverii conjecturam *diſceſſerunt* l. II. Ital. Ant. p. 586. OUD.

13 *M'. Curius*] Ita lego. vulgo *Marcus C.* SCRIV. Male fecerunt Keuchenius, & Tennulius, quod bene monentem Scriverium non ſecuti ſunt. Diſerte hic Curius, cujus praenomen paſſim corruptum eſt, in Faſtis, Nonio Marcello, Plutarcho, & Athenaeo, aliisque *Manius* vocatur. Adi Faſtos Pigh. ad A. V. C. CDLXIII. quo de Sabinis triumphavit, & A. V. C. CDLXXVIII. quo de Samnitibus, & rege Pyrrho triumphum duxit. Atque hinc emenda noſtrum quoque l. II c. 23. 1. l. IV. c. 3. §. 12. In Mediceo primo eſt *Manlius.* OUDEND. In hac nota poſt *de Sabinis* adde & *Samnitibus*, & vide Epit. Liv. XI. ac de nomine *Manii*, ejusque ſcribendi norma Hadr. Relandi Praef. ad Faſtos fratemos. IDEM *Cur. poſt.*

14 *Vaſtitatem*] Unus Reg. *Vaſtationem.* TENN. Et Medic. a m. pr. ſed fruſtra. Dein inepte *Curioni* Medic. uterque. *Contingit* uterque Leidd. & Medic. ſec. *Varios* Palat. pro *infeſtare* Edd. Rom. & Bonon. *praeſtare.* OUD.

15 *T. Didius.*] Idem, cujus meminit l. II. c 10. 1. Praenomine caret Leidenſ. ſec. in Hillensb. etiam non legitur *ſuorum:* dein *additamentum* Medic. pr. & pro var. lect. ſecund. in quo *adventu.* Mox *trahere b.* uterque Medic. & Edd. Rom. Bonon. Wechel. pro *eis* Medic. pr. & Leid. ſec. *ei. Vocata* non *adv.* Ed. Pariſ. & *aptare* Palat. deinde *profugerunt* vel *perfugerunt* MSS. novem, & Edd. pp. forſan rectius ſcriberes *profugerant.* Item *bellum* pro *pugnam*, & *belli* pro *proelii*, ut ſaepe ea vox ſumitur, eſt in Petrenſi. OUD.

16 *Paucitati*] Duo Scriveriani, Palatinus, Mediceus antiquior, Vaticanus, tres Cantabrigienſes, uter-

dens, quum in adventum earum legionum, quas exſpectabat, traheret bellum, & occurrere eis hoſtem comperiſſet, concione advocata, aptari juſſit milites ad pugnam, ac de induſtria negligentius cuſtodiri captivos: ex quibus pauci, qui profugêre, nuntiaverunt ſuis, pugnam inminere. At illi, ne [18] ſuſpectione [a] proelii diducerent vires, [19] omiſerunt occurrere eis, quibus inſidiabantur. Legiones tutiſſime, nullo excipiente, ad Didium pervenerunt.

VI. Bello Punico quaedam civitates, quae a Ro-

a Vulgo SUSPICIONE.

uterque Leidenſis, & Edd. Romana, Bononienſis, Pariſienſes, *paucitate*: Quod ab ipſa Frontini manu eſſe perſuaſum habeo. Ut enim *fido*, & *confido* ſaepiſſime cum ſexto caſu junxerunt, ſic non dubito, quin factum quoque fuerit in *diffido*. Certe MSS. & Edd. VV. in Suetonii Julio C. 3. quem citat Tennulius, habere *occaſione*, teſtatur Caſaubonus, atque ita e MSS edidit Pulmannus. Apud Caeſarem l. 1. B. Civ. c. 12. *diffiſus municipii voluntati*. Bong. & Palat. a Voſſio, aliique a me collati Codd. cum Ed. Romana principe *voluntate*. Apud Lactantium l. v. c. 20. veterrimus, & longe optimus Codex, *quorum poteſtate diffidunt*, non *poteſtati*. OUD.

17 *Diffidens*] Dicitur non reſpectu animi & fidei, ſed virium & potentiae, quae rem propoſitam non poſſunt exſequi. Juſtinus 14. c. 5. Lacedaemonii urbem *armis diffiſi*, *murorum praeſidio includunt*. Salluſtius Jugurth. c. 43. *Metellus veteri exercitui diffidens*, *milites ſcribere*, *praeſidia undique accerſere*. Sueton. Jul. 3. *Lepidi ſocietate abſtinuit: cum ingenio ejus diffiſus*, *tum occaſioni*, *quam minorem opinione offenderat*. TENN.

18 *Ne ſuſpicione proelii diducerent vires*.] Repono, *At illi ne ſuſpectione proelii diducerent vires*, viam facientibus aliis editionibus. De verbo *ſuſpectio* vide, quae dixi ad Vegetium, ſi modo opera videatur, nam eam vocem Tacito, Terentio, aliis Romanis ſcriptoribus jam olim poſtliminii jure redditam, non potes ignorare. STEW. 3. Reg. 2. Hill. *Suſpectatione*. 1. Hill. & in margine unius Regii *Suſpectione*. quam lectionem amplectitur Stewechius, qui videndus ad Veget. l. III. c. 6. TENN. Amplexus ſum Stewechii emendationem *ſuſpectione*; quod diſerte agnoſcunt MS. Scriver. Palatin. Vaticanus, Leidenſ. prim. & Voſſian. pro Var. Lectione. Ceteri *ſuſpectatione*, *ſuſpicatione*, *inſpectatione*, *ſpectatione*, unde facere etiam poſſes *exſpectatione*. In nullo legitur *ſuſpicione*. *Suſpectionibus* pro *ſuſpicionibus* apud Vegetium etiam duo veterrimi Leidenſes. De voce *ſuſpectio* conſule Cl. Burmann. ad Quinctil. Decl. 1. 2. & Munkerum ad Fulgentium l. III. init. OUDEND.

19 *Omiſerunt occurrere*] Patrenſis *ceſſaverunt* o.

Romanis deficere ad Poenos [20] destinaverant, quum obsides dedissent, quos recipere, antequam descisscrent, studebant, simulaverunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos, velut contraria pignora, retinuerunt, nec ante reddiderunt, quam ipsi recuperarent suos.

VII. Legati Romanorum, quum [21] missi essent ad Antiochum regem, qui secum Hannibalem victis jam Carthaginiensibus habebat, [22] consiliumque ejus adversus Romanos instruebat, crebris cum Hannibale [23] colloquiis effecerunt, ut is

20 *Destinaverant.*] 3. Reg. 3. Hill. *destinaverunt.* TENN item Scriveriani quidam, & duo Leidenses cum Ed. Paris. Medic. sec. *a R. defectae ad P. destinaverunt.* Medic. pr. *ab R.* dein pro *descisscrent* idem *discederent*; Vaticanus, & Edd. primae *deficerent.* Medic. tec. *descisscre.* Pro *eos* uterque Medic. a m. pr. *eis.* Dein *velut civium pignora* Vaticanus.

21 *Missi sunt ad Antiochum*] Leg. *missi essent.* PARRHAS. Insani sit mus, ni sincerum esse videamus, *cum missi essent.* Quod & sententia, & rei veritas ita emendandum flagitant. STEW. *Missi essent.* Ita Stewechius & MSS. Vulgo *Missi sunt.* SCRIV. *Missi essent* posteriores editores recepe runt; & ita legitur in duobus Scriverii, Vaticano, ac duobus Cantabrigiensibus. Plerique tamen *misissent. Commisissent* Leidens. pr. c. *misissent suos* alius. *Veniissent* Petrensis. in utroque Mediceo *eum iissent.* Latere aliud quid videtur. Num *missi essent?* ut l. II. c. 1. §. 6. *Dispersi essent ad similia munera.* OUDEND. *Missi essent* juvatur quoa Curt. l. VII c. 10. 9. remissi *domos* erant. IDEM *Cur, post.*

22 *Consilium e. a. R. instruebat*] Florus 2 8. *Quod fecisset illud periculum, si se ei si ut ita R x tradidisset?* TENN De locutione *instruere consilium* vide ad praef. supra *jam* in duobus MSS. deest. Infra e MSS mutavi verborum ordinem. Vulgo *erat & callis.* OUDEND Antiochus non instruebat consilium Hannibalis sed Hannibal consilium Regis, qui ejus consilio se instruebat Latere mendum videtur. IDEM *Cur, post.*

23 *Colloquiis*] Quibus laudando Hannibalem reddiderunt suspectum Antiocho (Justinus 31, c. 4.) reconciliatam ejus cum Romanis gratiam existimanti. Hae perfidae laudes in aulis; Mamertinus Panegyrico ad Julianum. *Callido nocendi artificio accusatoriam diritatem laudum titulis perageb ant.* Ibidem. *Haec voces* (nimirum de victoria Juliani) *fuerunt ad inflammanda odia probis omnibus potentiores.* Tacitus in Agricola 41. *Pessimum inimicorum genus, laudantes.* Grotius H. fol. 132. de Parmensi. *Tot vero nationes, partem maximam Belgarum subactas, egregia in illum populi studia, occulto apud Regem & specie laudum*

is regi fieret ſuſpectus, cui gratiſſimus alioquin & utilis erat propter [24] calliditatem & [25] peritiam bellandi.

VIII. Q. Metellus adverſus Jugurtham bellum gerens, miſſos ad ſe legatos ejus corrupit, ut ſibi proderent regem. Quum & [a] alii veniſſent, idem fecit. Eodem conſilio uſus eſt & [b] adverſus tertios. Sed de captivitate Jugurthae res parum proceſſit; [25*] vivum enim tradi ſibi volebat: [26] plurimum tamen conſecutus eſt; nam, quum interceptae fuiſſent [27] epiſtolae ejus ad [28] regios amicos ſcriptae, in omnes eos rex ani-

a Sic MSS. Vulgo ETIAM. b ET abeſt ab Ed. Tenn. ac 2. MSS.

dum per ... olyb. l. 11. 32. ... r. 14.

24 *C* ... Val. Max. 9. *Nonne bella* ... *&* ... *Italia* ... *ut ipſam fidelis & fortis* ... *artibus* ...

25 *Peritiam*] *Artem* MSS. SCRIV. Omnes mei vulgatum, aeque bonum, retinent. Vide ad §. 2. OUDEND.

25* *Virum enim tradi ſibi volebat*] Forſan melius *vivum*. PARRHAS. In editione Romana ſcilicet vitioſe edebatur *virum*.

26 *Plurimum tamen*] Medic. ſec. *plus*. a Coll. Voſſ. & Cantabrigienſi abeſt *tamen*.

27 *Epiſtolae*] Dux Guiſius, cum anno quadrageſimo octavo Neapolim praeſidio Gallico teneret, refert ſibi, tanquam Hiſpanis ſtudenti, a Joanne Auſtriaco ſcriptas literas laude ſui pleniſſimas; verum ſe continuo recitaſſe populo Neapolitano, & ſic invidiae diſcrimen declinaſſe: commentarii (cui nomen *les memoires de Duc de Guiſe*) l. 11. fol. 196. & l. IV. fol. 145. qui ad exemplum J. Caeſaris ſcriptus ab eodem videri vult, & acta diurna continet: ſed penitus intuenti apparebit, non tam facile & celeriter confectus, ſed compoſite inque odio ſcriptus poſt res peractas. Praeterea quilibet Dux ſubit arrogantiae crimen, qui exiſtimat ſe judicio cujusquam poſſe cum Caeſare in ſcribendo comparari. TENN.

28 *Regios amicos*] Quos Frontinus hic vocat *conſilia* (vide ſupra Cap. 2. §. 1.) ſunt conſiliarii, purpurati, aulici. Tacit. 2. annal. c. 13. *Amicis ineſſe adulationem: ſi concio vocatur, illic quoque quas pauci inciplant, reliquos aſſrepere.* Valer. Flaccus l. 1.

Regis amicitiam & ſervi propioris honores
Quam patiens non arte tulit!

Juvenal. Sat. 4.

In quorum facie miſerae magnaeque ſedebat
Pallor amicitiae.

animadvertit, ſpoliatusque [29] conſiliis, amicos poſtea parare non potuit.

IX. [30] C. Caeſar, quum per [31] exceptum quemdam aquatorem comperiſſet, Afranium Petrejumque caſtra noctu moturos, ut citra vexationem ſuorum hoſtilia inpediret conſilia, [32] initio [a] ſtatim

[a] Vulgo IN INITIO.

Et Graeci φίλους vocant. Herodian. l. 1. c. 4. de Marco agorizante. Συγκαλέσας τὰς φίλας, ὅσοι τι πρῶτοι τῶν συγγενῶν. Curtius l. III. c. 3. Vocat *cognatos & propinquos Regis. Exigue intervallo, quos cognatos Regis appellant, decem & quinque millia hominum.* ibidem. *Ducenti ferme nobiliſſimi propinquorum comitabantur.* Vide Freinshemium. hos Juſtinus l. 1. c. 4. vocat *arcanorum Regis participes.* TENN

29 *Conſiliis*] Alias *Conſiliariis.* SCRIV. Sed *conſiliis* retinent omnes mei. Recte. Sic *ſervitia* pro ſervis, *auxilia* pro auxiliariis, & ſexcenta ſimilia. V. Tenn. ad l. L. c. 2. §. 1. Supra Mediceus ſec. habet *in omnes ſuos.* Paullo aliter haec narrat Salluſtius B. Jugurth. c. 70. & ſeqq. OUDEND.

30 *C. Caeſar.*] Non invenias praenomen in MSS. tribus, & Edd. vetuſtioribus. Dein *quum*, ſive *cum* MSS. ſex cum iisdem, pluribusque Editis relegant poſt *aquatorem.*

31 *Exceptum*] h. e. interceptum in via, ex inſidiis. 6. Aeneid. 173.

Aemulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt)
Inter ſava virum ſpumoſa immerſerat unda.

Frontin. ſupra c. 2. n. 7. *Comperit a cem millia Bojorum excipiendo ibi Romanorum agmini imminere.* hoc cap. n. 5. *Nullo excipiente.* & n. 10. *Ad excipienda auxilia.* Sueton. Auguſto c. 16. *Cum deſcendiſſe ad lucus, pene exceptus eſt.* Proprie ferae dicuntur excipi in venatione. Sen. 1. de ira c. 11. *An tu putas, venatorem iraſci feris, vel cum & fugientes perſequitur, & venientes excipit? Omnia ita ſine ira facit ratio.* Virg. 8. Ecl. 18.

Caprum excipere inſidiis multum latrante lyciſca.

Phaedrus fab. 11. *Fugientes ipſe ut exciperet.* TENN.

32 *In initio*] Sic omnes editi libri. Sed MSS. omnes delent τὸ *in*, quod παράλογον. Juſtin. 1. c. 1. *Principio rerum gentium nationumque imperium penes Reges erat.* lib. 2. c. 1. *Initio rerum cum aliae terrae nimio fervore ſolis arderent.* ibid. *Illuvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit.* Eleganter omittunt τὸ *in.* C. Nepos in Hamilcare c 2. *Tantum exarſit inteſtinum bellum, ut nunquam pari periculo fuerit Carthago.* Idem in Datame c. 5. *Docet, magno eum fore periculo, ſi quid illo imperante in Aegypto adverſi accidat* TENN. *In* abeſt quoque a Scriverianis, meisque, uno, alterove excepto. Recte. Salluſt. B. Catil c. 2. *Initio reges diverſi.* ubi vide notas. Atque ita legendum apud Vegetium l. IV. praef. *Agreſtem incultamque hominum initio ſeculi vitam a communione mutorum animalium*

vel

tim noctis [33] vasa conclamare milites, & praeter adversariorum castra agi mulos cum fremitu, [34] & sonum continuare jussit, [35] quo [a] teten-

[a] Vulgo quos.

vel ferarum urbium constitutio prima discrevit. Sic duo optimi Leidenses, non *in initio. Mutorum* ibidem rescripsi pro *brutorum*: nam in MSStis fere omnibus sic exhibetur: cujus vocis glossa est altera *Muta* dicuntur *animalia*, quia sonum edunt confusum, & non articulatum. Quomodo alibi *muta vox*, *muta suspiria* &c., de quibus egimus ad l. 1. 6. 2. dicuntur. Adi Senecam Epist. 90. ubi vid. Gronov. & Ep. 92. *Mutis aggregetur animal pabulo laetum.* Tacitus Hist. IV. 17. *Libertatem natura etiam mutis animalibus datam.* Petron. c. 140. *Sicut muta animalia cibo inescantur.* & saepius alibi. Fuit, cum in Vegetio *mixtorum* legerem, quia mixta erant, & manserunt animalia: sed verum est unice *mutorum.* OUD.

33 *Vasa conclamare*] Dicuntur milites, cum se parant itineri. Caesar l. 1. b civil. c. 66. de hac re. *Quo cognito, signum dari jubet, & vasa militari more conclamari.* Docte huc alludit Varro l. 1. de r. r. c. 1. *Septuagesimus annus me admonet, ut vasa colligam.* h. e. ut e vita recedam. Plaut. Pseud. 4. 3. 10. *Cor colligatis vasis exspectat meum, ut exultatum ex pectore ausugiat metum.* TENN. Ad illum Caesaris locum D. Vossius hic legendum esse monet *vasa conclamari*, deleta voce *milites.* Et, ut ego quidem arbitror, recte. Milites enim ipsi non conclamant vasa, sed praecones vel tesserarii; unde passim inpersonaliter *vasa conclamari*, & *conclamari* simpliciter apud Caesarem, & alios occurrit, cum jubet Imperator castra moveri. Vide lib. III. B. Civ. c. 37. 38. l. 1. 67. III. 75. &c. Livius l. XXII. c. 3. *Signo dato conclamatur inde, ut colligantur vasa: profecti & agmine incedentes* &c. Hanc autem conjecturam vehementer firmat Cod. primus Mediceorum, in quo *milites* modo erat supra scriptum, non in ipso contextu. OUD.

34 *Et sonum jussit continuare.*] Inveni ad marginem Coloniens. edit. *& sono jussit: continuere se & arbitrari*, &c. omissis illis, *quos retentos volebat.* quae & ego semper ut a mala manu profecta suspectavi; ideoque legendum conjeci, *agi mulos cum fremitu & sono jussit: & continuere se illi, arbitrati, castra Caesarem movere.* neque me adhuc conjecturae hujus poenitet. MOD. Non inconcinne quidem Modius: sed quatuor MSS. nostri consentiunt vulg. nisi quod in duobus sit *castra ad Caesarem movere*, & in tertio *a Caesare*; quomodo & Excerpta Palatina. Quartus diserte prorsus eodem modo, quo editum. Quare sine ulla haesitatione legendum. *praeter a. c. agi mulos cum f. & sonum continuare jussit: quo retentos* (sc. adversarios) *v. arbitrari castra Caesarem movere.* SCRIV. *Cur. post.* Nihil mutari vult Barthius, l. XIV. Adversar. c. 9. quem non intellectum suppresso ipsius nomine hic rursus exscripsit Keuchenius; putatque Barthius, locum satis clarum esse, si per *quos* modo intelligamus adversarios. Modio favet paullulum codex primus Leidensis, in quo scribitur *sono.*

tentos volebat arbitrari, castra [36] Caesarem movere.

X. Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum commeatibus, [37] Hannibali venientia, M. Thermum [a] dimisit, ipse subventurus.

XI.

[a] Vulgo H. VENTICIUM TERTIUM.

Verum ceteri omnes cum vulgatis conspirant; nisi quod *jussit* in his ponatur post *continuare*; ut debet, factoque periodum multo rotundiorem. Fortan huc revocanda est vox *milites*, quae supra abundat. OUD.

35 *Quos retentos*] Haec verba sine jure delet Modius, & sic totum locum restituit. *Agi mules cum fremitu & sono jussit, & continuere se illi, arbitrati, castra Caesarem movere.* Sed quid est *cum fremitu & sono?* an aliquis fremitus datur sine sono? Ego arbitror nihil deleri, sed secundum Reg. Cod. *Qua re territos*, legi. Caesar l. 3. b. civil. c. 92. *Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent: quibus rebus & hostes terreri, & suos incitari existimaverunt.* TENN. Nullus dubito, quin hinc deleri nihil debeat, sed cum Scriverio legi *quo* sc. sono *retentos* adversarios: ut edidi, nam vulgatum corruptum, & scabrum est. Licet magis inclinem in Regii Codicis lectionem *qua re territos*, sive *quo territos*. Caesar ipse dicit *illi exaudito clamore veriti*. Male vero Tennulius hic citat Caesarem l. III. de B. Civ. c. 92. confundens vasorum ad iter conclamationem cum classico & clamore edito ante pugnam. De ultimo enim agit Caesaris, quem adducit, locus. Adde Lipsium l. IV. de Mil. c. XI. Qua in re noster quoque adhibuit verbum *conclamare*. l. II. c. 4. §. 8. *simul Baxas calonesque & omnis generis sequelas conclamare jussit, atque ita hostem magni exercitus specie exterruit*. Hic autem Afranius, & Petrejus non exterriti sunt clamoris magnitudine; sed credentes, Caesarem ad se, quum in itinere impediti forent, movere, verebantur, ne noctu impediti sub onere confligere cogerentur: quare iter supprimebant, & copias in castris continebant, ut volebas testis ipse Caesar. OUDEND.

36 *Caesarem*] 2. Hill. 1. Reg. *ad Caesarem*. 2. Reg. 1. Hill. *A Caesare*. TENN. Vid. supra Scriver. *A Caesare* ex meis Gudian, Coll. Voss. & Leidens. sec. *Ad Caesarem* tres Cantabrigienses, uterque Mediceus, & Ed. Paris. & *arbit.* Ed. Wechel. *equos castra* imus Cantabr. Omnino ego arbitror, hic excidisse vocem *se*, & in summa totum locum hoc pacto esse restituendum: *Initio statim noctis vasa conclamari*, &c, & *sonum continuare milites jussit. Quo territos volebat arbitrari, castra ad se Caesarem movere.* Sic certe nihil asperi relinquitur, omniaque intellectu sunt clarissima. OUD.

37 *Hannibali.*] Est oratio imperfecta. Beatae memoriae affinis meus legebat. *Hannibali venientia Minucium Thermum &c.* Quia Thermus est cognomen Minuciae gentis. TENN. Optime Gronovius perspexit verum hujus loci sensum, quem illustrat Appianus B. Pun. p. 31. Ed. Toll. ἵνα αὐτὸς μὲν ὁ Σκιπίων Ἀφρικανὸς ἐς χεῖρας τοῖς ἀντιτεταγμένοις καὶ παρεμβεβλημένοις ἐχώρει, νυκτὸς ἐπιούσης Θέρ-

μου

XI. Dionyſius [38], Syracuſanorum tyrannus, quum Afri ingenti multitudine [39] trajecturi eſſent in Siciliam, ad eum obpugnandum, caſtella pluribus locis communiit, cuſtodibusque praecepit, ut ea advenienti hoſti dederent, dimiſſique Syracuſas [40] occulte redirent. Afris neceſſe fuit, capta caſtella [41] praeſidio ibi tenere; quos Dionyſius,

μὴν χιλιάρχου ἐπὶ τὰς ἐγγύτας αὐτῷ &c. Bene igitur legit *venientia*, quod edidi, quia clare ita exhibet codex Petrenſis; Addidi *M.* i. e. Marcum, quae littera praecedenti voci adhaeſit. niſi quis mecum malit *ventura*; *M* ſive *Marcum Thermum*; quia videntur librarii vix potuiſſe corrumpere τὰ *venientia*. In Mediceo primo eſt *venturum*. Edd. pp. *vetitum*. Nihili eſt *Venticium*. *Thermus*, ut ſcripſi, non *Termus*, erat gentis *Minuciae* cognomen: quod gentile non opus fuiſſe, ut addatur, patet ex Appiano. MSS. quatuor habent *Hannibale*. Unus *Hannibalem*. Petrenſis ad *Hannibalem*. Leidenſis prim. *Hannibalis*; unde legi quoque poſſet, *cum commeatibus Hannibalis Minucium Thermum imm.* Dein *Terminum* duo Medicei, & Edd. primae. *Miſit* Petrenſis. Hinc malim cum eodem Gronovio in Epiſtola ad Keuchenium data *Thermum immiſit*. *Inmittere* verbum excipiendis hoſtibus, inſidiisque eſſe proprium, quis neſcit? Longe certe elegantius foret, quam *dimiſit*. OUDEND. In Scriverii aurato Codice etiam eſt *Hannibalis Venticium*. IDEM *Cur. poſt.*

38 *Syracuſanorum*] Leidenſ. ſec. *Syracuſoriorum*. Fors fuerit *Syracuſiorum*. vid. ad c. XI. 18. OUDEND.

39 *Trajecturi.*] *Transjecturi* Medic. pr. *Transituri* Medic. ſec. & Edd. primae. Dein *in Sicilia* Palatin. & Leid. pr. *Ad eam* Petrenſis. Mox *communiyit* MSS. tres. *Munivit* Medic. pr. & Edd. pp. Sed v. l. II. 3. 17. Dein *eadem* uterque Medic. & Edd. eaedem. Hillensb. *eam*. poſtea *venienti* Medic. pr. Pro *dederent* Petrenſ. *redderent*. *dimiſſisque* Medic. ſec. *dimiſſi* Leid. ſec. *venirent*, pro *redirent* Petrenſ.

40 *Occulte*] *Ut occulte* Leid. pr. quod cur praeceperit Dionyſius, non capio. Quorſum enim alio deditis per pactionem caſtellis ſe reciperent milites? Non tradit hoc etiam Polyaenus l. v. 2. 9. An *ociſſime*? Certe quid *occulte* hic faciat, non video. OUDEND.

41 *Praeſidio ibi tenere*] Reg. *praeſidio militum t.* TENN. Ill. Heinſius ad Vellej. l. II. c. 51. ac Epiſt. ccc. ad Graevium, qui Ep. cccII. illud probat, conjecit legendum *p. obtinere*. Sine dubio, quia offendit eos vox *ibi*. *Tenere* enim *praeſidio* locutionem eſſe tam frequentem, quam *obtinere*, non potuerunt neſcii eſſe. Vide infra ad l. II. 4. 3. 12. 3. Mihi quoque illud *ibi* hoc loco ſuſpectum eſt valde; certe ſupervacuum eſt, & ineleganter additum. Immo in utroque Mediceo, Cantabrigienſi, ac Edd. Rom. & Bonon. ſcribitur *tenerent*: quid ni, *praeſidio ut*, vel *uti tenerent*? pro *neceſſe* autem in Leid. ſec. eſt *vocem*. Cl. Waſſe mallet *Afris vero nec*. In Edd. ſupradictis non apparet *id fuit*, uti nec *jam*, quod ſequitur. Abeſt illud etiam a Cod. Medic. pr. OUDEND. Caeſ. L. III. B. Civ. C. II.

ſius, redactos ad, quam voluerat, paucitatem, pene jam par numero adgreſſus vicit, quum ſuos contraxiſſet, & adverſarios ſparſiſſet.

XII. Ageſilaus Lacedaemonius, quum inferret bellum [42] Tiſſaphernae [a], Cariam ſe petere ſimulavit; quaſi aptius locis [43] montuoſis, adverſus hoſtem, equitatu praevalentem, pugnaturus. Per hanc conſilii [44] oſtentationem [45] avocato [b] in Cariam Tiſſapherne, ipſe [46] Lydiam, ubi caput hoſtium regni erat, inrupit; obpreſſisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus eſt.

CAP.

a Vulgo TISSAPHERNI. b Vulgo ADVOCATO.

C. 11. *Oppido praeerat, praeſidiumque* ibi *Parthinorum habebat.* Sed & illic deëſt *ibi* MSS. aliquot. IDEM *Cur. poſt.*

42 *Tiſſapherni.*] Sic Keuchenius edidit, & dein Tennul. Gr. Τισσαφέρνε vel Τισσαφέρνη. Male ante *Tyſſap.* Verum amplius MSS. mei octo, & Edd. tres primae dant *Tiſſaphernae.* optime. Graecis enim plerumque in ſecundo & tertio caſu eſt primae declinationis; ita tamen, ut ſibi non conſtent. Vide modo Plutarch. in Ageſilao, Xenophont. l. III. Hiſt. Gr. Diodor. Sicul. l. XIV. & Polyaen. l. II. c. I. aliosque. OUD.

43 *Montuoſis*] Edd. primae *Montoſis.* ut *montoſae Nerſae* apud Virgil. l. VII. Aen. & olim apud alios auctores: ſed ubique e MSS. ſubſtituunt viri docti *montuoſis.* quod mei quoque hic retinent. OUD.

44 *Oſtentationem*] 2. Reg. I. Hill. *Oſtenſionem.* TENN. Uterque etiam Medic. & Edd. Rom. Bonon. ac Wechelii. male. OUDEND.

45 *Advocato*] Leg. *avocato in Car.* MOD Alias *avocato.* SCRIV. *Avocato* l. ut l. I. c. 4. §. 14. TENN. Nihil verius, & confirmatur novem meis codicibus. Vide ad citatum a Tennulio locum. OUD.

46 *Lydiam*] Ita quoque, monente jam Keuchenio, Polyaenus l. II. I. 9. Sed rectius alii Ageſilaum in Phrygiam tunc irrupiſſe narrant; natu depopulatio Lydiae accidit poſtea. Vide Lambin. ad Nepot. Ageſil. c. 3. &c. Diod. Sicul. l. XIV. p. 438. 439. *Regiam* vero *pecuniam* captam ab eo eſſe nemo tradit. ἀλλὰ λείαν πολλὴν καὶ πατρῴαν, magnam praedam. OUD.

CAP. IX.

De seditione militum compescenda.

EXEMPLUM I.

[a] A. Manlius Cos. quum comperisset, [a] conjurasse milites in hibernis Campaniae, ut, jugulatis hospitibus, ipsi rea eorum invaderent, rumorem spargit [a], [3] eodem loco hibernaturos; at-

[a] Vulgo SPARSIT.

1 *A. Manlius Consul*] Hoc Stratagema non Manlio, sed C. Martio Rutilo, qui postea Censorinus vocatus fuit, a Livio adscribitur lib. VII. ab Urbe condita. Sed idem ille in primo consulatu suo collegam habuit quendam Cn. Manlium Capitolinum Imperiosum, anno ab U. C. trecentesimo nonagesimo sexto. testantur Fasti. STEW. Forte *Cn. Manlius*. SCRIV. *A. Manlius*. Omnes MSS. *Aulus Millius*, ut & infra. Caeterum hoc strategema, notante Stewechio, non Manlio, sed C. Martio Rutilo, qui postea Censorinus vocatus, a Livio lib. 7. asscribitur. Sed idem ille in primo consulatu suo collegam habuit quendam Cn. Manlium Capitolinum IMPERIOSUM, A. V. C. CCCXCVI. ut fasti quoque testantur. Hinc Scriverius conjecit *Cn. Manlius*. TENN. Manifeste errat auctor, nec Scriverii conjectura quiddam ei auxilii adfertur. A C. Marcio hoc Strategema adhibitum esse, e Livio constat; quod monitum jam ante Stewechium in Marg. Ed. Wechel. *Mallius* exhibent MSS. fere omnes, ut solent in hoc nomine. Videtur auctor aliquando negligentius exscripsisse Livium, vel nimis memoriae confisus fuisse, ut l. II. 3. 16. 7. II. & alibi. Nisi & hic velimus eum absolvere, & in librarios conferre culpam; cum nec facile abire potuerint in NL. OUD.

2 *Conjurasse*] Uterque Mediceus, & Edd. Rom. ac Bonon. *quod conjurassent*. deni duo *hospitibus*. plerique *pr. invaderent eorum*. *Rumorem sparsit* in Medic. primo deest. *Spargit* MSS. Scriveriani & mei VII. & Ed. Parisi. Recte; quod etiam Cl. Wasse animadvertit. v. ad c. XI. 1. OUDEND.

3 *Eodem loco hibernaturos*] Medic. pr. *hibernam ituros*. sec. *hibernaturus*. Verum quo haec promissio iis, qui non in aestivis, sed jam in hibernis erant? Hiulca, ni fallor, est oratio, quam facile tamen supplebimus ex hisce Livii verbis l. VII. c. 38. *Haec agitata occultis conjurationibus, nec dum vulgata in omnes consilia invenit novus Consul C. Marcius Rutilus; cui Campania sorte provincia evenerat. Itaque &c. optimum ratus, differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi, militarem impetum frustrari; rumorem dissipat, in iisdem oppidis* ET ANNO POST *praesidia habitura. Eo lenimento cogitationibus dato, quievit in praesentia seditio. Consul, educto in aestiva milite, exercitum pur-*

atque ita conjuratorum consilio [4] turbato, Campaniam periculo liberavit, & ex occasione nocentes punivit.

II. [5] L. Sulla, quum legiones [6] civium Romanorum perniciosa seditione furerent, consilio restituit sanitatem [7] efferatis. [8] Propere enim adnuntiari jussit, hostem adesse, & ad arma vocantium clamorem tolli, signa canere. Discussa seditio est, universis adversus hostem consentientibus.

III. Cn. Pompejus, trucidato ab exercitu Mediolani senatu, ne tumultum moveret, si solos evocasset nocentes, mixtos eis, qui extra delictum erant, venire jussit. Ita & noxii minore [9] cum metu, quia non segregati, ideoque non ex caussa culpae videbantur [10] arcessiri [a], [11] compa-

[a] Vulgo ACCERSITI.

purgare missionibus turbulentorum hominum instituit. Hinc enim una addita voce, quae ob eumdem praecedentium litterarum ductum excidit, Frontini sententiam suppleo *eodem dein loco hibernaturos.* Quo facit etiam ista in MSS. confusio, quam supra notavi. OUD.

4 *Turbato*] Tacet hic Tennulius. Atqui in Hillensb. & Scriverianis, meisque ad unum omnibus MSS. & Edd. antiquis non conspicitur haec vox. In Ed. Wechelii eam primo comperi. Leid. sec. tantum habet *conjuratorum consilio Campaniam liberavit.* Fuerit forsan *consilio Campaniam, periculoque liberavit.* Vel *a conjuratorum periculo Campaniam consilio l.* Ut *periculum conjuratorum* sit, quod impendebat per conjuratos. quomodo *vulnus Ulixi* apud Virgilium, *clades Romanorum* &c. apud alios. *consilio* sc. suo, sapienti: sic statim *consilio restituit sanitatem.* Dein MSS. nonnulli *punit.* OUDEND.

5 *L. Sylla*] MSS. omnes fere in Frontino & Valerio Maximo *L. Silla.* TENN.

6 *Civium*] Unus *concivium*, alter *omnium.* Cl. Wasse conjicit scribendum *cum c. R. p. seditione.* OUDEND.

7 *Efferatis*] Medic. primus *effrenatis.* OUD.

8 *Propere*] Alias *prope.* SCRIV. *Propere* sic MSS. Scriverius tamen *prope.* TENN. *Prope* perperam exhibent unus Scriverii, quatuor mei, & Edd. Rom. Bonon. dein *diffusa* MSS. tres, frustra. OUDEND.

9 *Cum metu.*] Vaticanus *Ita noxii minore metu.* Edd. Rom. Bonon. *animi metu.* Dein Keuchenius rescribi vult *ideo qui*, & sane sic est in Mediceo secundo. sed male, si quid video. Vulgata lenius procedit Mox *ex* deest in Medic. pr. OUDEND.

10 *Accersiti*] 4. Reg. 3. Hill. ac-

paruerunt, & illi, quibus integra erat conſcientia, cuſtodiendis quoque [12] nocentibus adtenderunt, ne illorum fuga inquinarentur.

IV. [13] C. Caeſar, quum quaedam legiones ejus ſeditionem moviſſent, adeo, ut in perniciem quoque ducis viderentur conſurrecturae, diſſimulato metu, proceſſit ad milites, poſtulantibusque miſſionem, ultro minaci vultu dedit. [14] Exauctoratos poenitentia coëgit [15] ſatisfacere Imperatori,

accerſiri. TENN. Novem mei quoque cum Ed. Paris. *accerſiri.* Leidenſ. pr. *acceſſuri.* Verum ſine dubio eſt *arceſſiri.* ut apud Caeſar. B. G. l. v. c. 11. *arceſſiri jubet.* ubi in MSS. nonnullis *arceſſi*; at contra in Hirt. l. VIII. B. G. c. XI. *arceſſiret* MSS. & Bello Alex. c. 26. *ad auxilia arceſſenda* MS. Lovaniensis *arceſſienda.* Eadem confuſio eſt in Curt. MSS. & Edd. l. IV c. 13. 18. Vid Cortium ad Salluſt. B. Jug. c. 72. *Arceſſiri jubet.* In loco vero Juſtini l. XVIII. c. 2. MSS. omnes, etiam illi, quos ego conſului, habent *arceſſi.* infra l. II. c. 7. 4. e membranis reſtituendum *arceſſiretur.* OUD.

11 *Comparuerunt*] Unus Hill. *pervenerunt.* 2. Hill. *paruerunt.* TENN. Etiam novem mei, & Ed. Pariſ. *paruerunt.* Vulgatum praefero. Dein *in cuſtodiendis* unus Cantabrig. OUD.

12 *Nocentibus attenderunt.*] *Acceſſerunt*, alii. male. & malim ego *intenderunt.* MOD. *Attenderunt.* ſic omnes MSS. quos lustrare datum. Modius *Intendegunt*; ante *acceſſerunt.* TENN. *Accederunt* Edd Rom. & Bonon. *acceſſerunt* tantum habet Wechelii margo. OUD.

13 *C. Caeſar*] A quatuor MSS. & Edd. Rom. Bon. Par. Wechel. abeſt rurſus praenomen. OUD.

14 *Exauctoratos.*] Et *Exta.* Patrenſis. *Exactores* uterque Medic. *obſequentesque* Hillensb.

15 *Satisfacere*] Eſt deprecari. Caeſar l. I. Bell Gall. c. 41. ubi haec fuſius narrantur. *Reliquas legiones per tribunos militum, & primorum ordinum centuriones egerunt, uti Caeſari ſatisfacerent.* Vell. II. c. 29. *Cn. Pompejus amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis, in reconciliandā gratia fidelissimus, in acceptienda ſatisfactione facillimus.* Hirtius de bello Hiſpan. c. 22. *Vix periculo liberatus petiit ab oppidanis, ut liceret ei legatum ad Caeſarem proficiſci: illi ſe ſatisfacturum.* Sueton. Tiberio c. 27. *Conſulārem vero ſatisfacientem ſibi, ac per genua orare conantem, ita ſuffugerit, ut caderet ſupinus.* Idem in Caeſare c. 73. *Val. Catullum ſatisfacientem eadem die adhibuit coenae.* Plaut. Amphit. III. 2. 8. *Aut ſatisfaciat mihi, atque adjuret inſuper, nolle eſſe dicta, quae in me inſontem protulit.* Lactantius l. VI. c. 25. inſtit. *Si quid boni ei evenerit, gratias agat* (nimirum Deo.) *Si quid mali, ſatisfaciat.* TENN. Lucan. l. V. 373.

Poenaque redit placata juventus. OUD.

16 *Opi-*

atque ita conjuratorum consilio [4] turbato, Campaniam periculo liberavit, & ex occasione nocentes punivit.

II. [5] L. Sulla, quum legiones [6] civium Romanorum pernicioſa ſeditione furerent, consilio restituit sanitatem [7] efferatis. [8] Propere enim adnuntiari jussit, hostem adesse, & ad arma vocantium clamorem tolli, signa canere. Discussa seditio est, universis adversus hostem consentientibus.

III. Cn. Pompejus, trucidato ab exercitu Mediolani senatu, ne tumultum moveret, si solos evocasset nocentes, mixtos eis, qui extra delictum erant, venire jussit. Ita & noxii minores [9] cum metu, quia non segregati, ideoque non ex causa culpae videbantur [10] arcessiri [a], [11] compa-

[a] Vulgo ACCERSITI.

purgare missionibus turbulentorum hominum instituit. Hinc enim una addita voce, quae ob eumdem praecedentium litterarum ductum excidit, Frontini sententiam suppleo *eodem dein loco hibernaturos.* Quo facit etiam ista in MSS. confusio. quam supra notavi. OUD.

4 *Turbato*] Tacet hic Tennulius. Atqui in Hillensb. & Scriverianis, meisque ad unum omnibus MSS. & Edd. antiquis non conspicitur haec vox. In Ed. Wechelli eam primo comperi. Leid. sec. tantum habet *conjuratorum consilio Campaniam liberavit.* Fuerit forsan *consilio Campaniam, periculoque liberavit.* Vel *a conjuratorum periculo Campaniam consilio l.* Ut *periculum conjuratorum* sit, quod inpendebat per conjuratos. quomodo *vulnus Ulixi* apud Virgilium, *clades Romanorum* &c. apud alios. *consilio* sc. suo, sapienti: sic statim *consilio restituit sanitatem.* Dein MSS. nonnulli *punlit.* OUDEND.

5 *L. Sylla*] MSS. omnes fere in Frontino & Valerio Maximo *L. Silla.* TENN.

6 *Civium*] Unus *concivium*, alter *omnium.* Cl. Wasse conjicit scribendum *cum c. R. p. seditione.* OUDEND.

7 *Efferatis*] Medic. primus *effrenatis.* OUD.

8 *Propere*] Alias *prope.* SCRIV. *Propere.* sic MSS. Scriverius tamen *prope.* TENN. *Prope* perperam exhibent unus Scriverii, quatuor mei. & Edd. Rom. Bonon. dein *diffusa* MSS. tres, frustra. OUDEND.

9 *Cum metu.*] Vaticanus *Ita noxii minore metu.* Edd. Rom. Bonon. *animi metu.* Dein Keuchenius rescribi vult *ideo qui*, & sane sic est in Mediceo secundo. sed male, si quid video. Vulgata lenius procedit Mox *ex* deest in Medic. pr. OUDEND.

10 *Accersiti*] 4. Reg. 3. Hill.

44

paruerunt, & illi, quibus integra erat conſcientia, cuſtodiendis quoque [12] nocentibus adtenderunt, ne illorum fuga inquinarentur.

IV. [13] C. Caeſar, quum quaedam legiones ejus ſeditionem moviſſent, adeo, ut in perniciem quoque ducis viderentur conſurrecturae, diſſimulato metu, proceſſit ad milites, poſtulantibusque miſſionem, ultro minaci vultu dedit. [14] Exauctoratos poenitentia coëgit [15] ſatisfacere Imperatori,

accerſiri. TENN. Novem mei quoque cum Ed. Paris. *accerſiri*. Leidenſ. pr. *acceſſuri*. Verum ſine dubio eſt *arceſſiri*. ut apud Caeſar. B. G. l. v. c. 11. *arceſſiri jubet*. ubi in MSS. nonnullis *arceſſi*; at contra in Hirt. l. VIII. B. G. c. XI. *arceſſiret* MSS. & Bello Alex. c. 26. *ad auxilia arceſſenda* MS. Lovanienſis *arceſſienda*. Eadem confuſio eſt in Curt. MSS. & Edd. l. IV. c. 13. 18. Vid Cortium ad Salluſt. B. Jug. c. 72. *Arceſſiri jubet*. In loco vero Juſtini l. XVIII. c. 2. MSS. omnes, etiam illi, quos ego conſului, habent *arceſſi*. infra l. II. c. 7. 4. e membranis reſtituendum *arceſſiretur*. OUD.

11 *Comparuerunt*] Unus Hill. *pervenerunt*. 2. Hill. *paruerunt*. TENN. Etiam novem mei, & Ed. Pariſ. *paruerunt*. Vulgatum praefero. Dein *in cuſtodiendis* unus Cantabrig. OUD.

12 *Nocentibus attenderunt*.] *Acceſſerunt*, alii. male. & malim ego *intenderunt*. MOD. *Attenderunt*. ſic omnes MSS. quos lustrare datum. Modius *Intenderunt*; ante *acceſſerunt*. TENN. *Accederunt* Edd Rom. & Bonon. *acceſſerunt* tantum habet Wechelii margo. OUD.

13 *C. Caeſar*] A quatuor MSS. & Edd. Rom. Bon. Par. Wechel. abeſt rurſus praenomen. OUD.

14 *Exauctoratos*.] Et *Exa*. Patrenſis. *Exactores* uterque Medic. *obſequentesque* Hillensb.

15 *Satisfacere*] Eſt deprecari. Caeſar l. I. Bell Gall. c. 41. ubi haec fuſius narrantur. *Reliquas legiones per tribunos militum, & primorum ordinum centuriones egerunt, uti Caeſari ſatisfacerent*. Vell. II. c. 29. *Cn. Pompejus amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis, in reconcilianda gratia fideliſſimus, in accipienda ſatisfactione facillimus*. Hirtius de bello Hiſpan. c. 22. *Vix periculo liberatus petiit ab oppidanis, ut liceret ei legatum ad Caeſarem proficiſci: illi ſe ſatisfacturum*. Sueton. Tiberio c. 17. *Conſularem vero ſatisfacientem ſibi, ac per genua orare conantem, ita ſuffugerit, ut caderet ſupinus*. Idem in Caeſare c. 73. *Val. Catullum ſatisfacientem eadem die adhibuit coenae*. Plaut. Amphit. III. 2. 8. *Aut ſatisfaciat mihi, atque adjuret inſuper, nolle eſſe dicta, quae in me inſontem protulit*. Lactantius l. VI. c. 25. inſtit. *Si quid boni ei evenerit, gratias agat* (nimirum Deo.) *Si quid mali, ſatisfaciat*. TENN. Lucan. l. V. 373.

Poenaque redit placata juventus. OUD.

16 *Opi-*

tori, obsequentioresque in reliquum [16] operas edere.

16 *Operas edere*] Non debuerunt haec alibi sollicitare viri docti; quae sincera & elegantia sunt. Adi notas J. F. Gronovii ad Livium l. III. c. 63. *Castigati fortium statim virorum operam edebant.* OUD.

CAP. X.

Quemadmodum intempestiva postulatio pugnae inhibeatur.

EXEMPLUM I.

Q. Sertorius, [1] quod experimento didicerat, inparem se universo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque, inconsulte pugnam exposcentes, doceret, adductis [2] in conspectum duobus equis, [3] altero praevalido, altero

1 *Quod*] Deest haec vox in Vaticano. Leid. pr. & Hillensb. *qui*. dein Leid. sec. *exercitu. deposcentes*, non *exp.* auctor dicit infra in hoc exemplo, *poscentes* hic unus MS. OUD.

2 *In conspectum*] Mediceus & Edd. Rom. ac Bonon. *in conspectu*: quomodo variatur quoque l. IV. 7. 6. quae variatio est perpetua; retinendumque id, quod optimi plurimive codices submi nistrant. l. I. XI. 18. *nudatum in conspectu suorum produxit.* MSS. qdd. *conspectum.* Eamdem varietatem notat Davisius ad Caesar. B. G. l. VIII. 8. *In conspectu hostium celerius opinione eorum exercitum adducit.* quomodo illic etiam Lovan. Cod. l. I. B. Civ. c. 22. idem MS. cum Ed. prima *quam in conspectu Caesaris deducatur.* sed vide omnino Cl. Burmann. ad Phaedr. l. V. F. I. *In conspectu meo audet venire.* Infra l. IV. I. 13. MSS. quidam *in conspectu venire.* MSS. & Edd. pp. Caesaris lib. VIII. B. G. c. 28, 27, 49. & alibi. contra l. I. B. Civ. c. 32. vulgo *in conspectu venerit.* At MSS. & Edd. pp. *in conspectum.* Curt. l. V. 12. *In conspectu dari*, ut e MSS. restituit doctiss. Snakenburg. J. Obseq. 6. 7. *In medio consessu patrum misit.* contra *in conspectum collisis* MSS. c. XII. §. 10. ubi vide Tennul. & l. II. 5. 18. *In conspectum hostium castella munire.* Innumera possent similia adferri, nisi id saepius ab aliis esset praestitum. *In conspectu constituit* hac in re dicit Valer. Maximus l. VII 3. 6. OUDEND.

3 *Altero praevalido, altero &.*] Prius *altero* non agnoscunt Vaticanus, duo Leidenses, & Gudianus, sed Leidensium unus, & Vatic. habent *praevalido uno.* Scriverianus, & Hillensb. *praevalido uni.* dein *alteri* est in MSS. quinque. Dativum e conjectura praeferobat Keuchenius, ex l. IV. 7. 6. Sed illic alia est ra-

tero admodum exili, duos admovit [4] juvenes similiter adfectos, robustum & gracilem: & robustiori imperavit, equo exili universam caudam [5] abrumpere; gracili autem, valentiorem [6] per singula [a] vellere. Quumque gracilis feciſſet, quod imperatum erat, validiſſimus [7] cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaretur, [8] Naturam, [b] inquit

a Vulgo PER SINGULOS PILOS. b Vulgo JAM I. S. NATURAM.

rario. Nam poſt *equis* ibi poſita diſtinctione interſerit *Eorum praevalido alteri.* Cum equis immediate haec jungit quoque Plutarchus in Sertor. p. 576. Valerius *Equos, alterum validiſſimum alterum infirmiſſimum; ac deinde* &c. Ubi itidem in MSS. quibusdam *val. unum &c.* Perinde eſt. OUDEND. De locutione *uno praev. altero*, quae in aliquot MSS. eſt, vide latius ad Caeſ. L. VI. B. G. c. 9. IDEM *Cur. poſt.*

4 *Juvenes*] *Viros* tantum Plutarchus. Sed Valerius Max. *Juvenem* & *Senem.* In Medic. ſec. pro var. lect. *Juvenes milites.* Dein Medic. pr. *congracilem.* OUDEND.

5 *Abrumpere*] *Abripere* MSS. SCRIV. *Abripere* Medic. pr. & Ed. Pariſ. cum duobus Scriv. & Medic. ſec. a m. ſecunda. *ex equo* Vatic. dein *gracili vero* Petrenſis.

6 *Per ſingulos pilos vellere*] *Per ſingula vellere* MSS. SCRIV. Non eſt Latinum, *vellere aliquem per pilos.* 4 Regii, 3 Hiſt. & Romanus Codd. *Per ſingula vellere*, & ſic lege. Repetit hanc hiſtoriam Frontinus l. IV. c. 7. n. 6. Sic eadem ſtrategemata ab autore repetuntur l. I. c. I. ex. II. & l. I. c. 5. ex. XIII. Item l. I. c. 5. n. 12. & l. IV. c. 5. n. 8. Item l. I. c. 9. n. 4. & l. IV. c. 5. n. 2. Item l. I. c. II. n. 3. & l. IV. c. 5. n. II.

Ad hanc hiſtoriam alluſit Horatius in Syllogismo Sorite, l. II. epiſt. I.

Utor permiſſo: caudaeque pilos ut equinae
Paulatim vello, & demo unum; demo etiam unum:
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi.

TENN. MSS. omnes, & Edd. Rom. Bon. Pariſ. *per ſingula vellere.* In Edd. Hittorp. & Wechel eſt *ſingulos.* Unde alius deinceps adjecit *pilos*, ex l. IV. 7. 6. ubi eſt *valentioris caudam per ſingulos pilos vellere.* In Mediceo antiquiore *evellere.* Mallem *valentioris per ſingula evellere.* Sed & *vellere* rectum eſt. Propert. l. III. El. ult.

Vellere cum cupias canos a ſtirpe capillos.

Paulatim carpi Valer. Max. OUD.

7 *Cum inf.*] Sic infra quoque. Edd. Rom. Bon. Wechel. Stewech. *cum in inf.* quod bene expunxit Scriverius, gloriam ſibi vindicante Keuchenio. & *valid.* Cantabrigienſis. OUD.

8 *Jam i. Sertorius naturam Romanarum.*] Leg. e MSS. *Naturam, inquit S.* PARRHAS. Vocem *naturam* in omnibus recentioribus ſive incuria, ſive judicio alicujus ſine judicio correctoris omiſſam, ex Rom. antiq. Imp.

quit Sertorius, Romanarum cohortium per hoc vobis exemplum oſtendi, milites: inſuperabiles ſunt univerſas adgredientibus: easdem lacerabit & carpet, qui per partes adtentaverit.

II. [9] Idem, quum videret, ſuos pugnae ſignum inconſulte flagitantes, crederetque [10] rupturos imperium, niſi congrederentur, permiſit turmae equitum ad laceſſendos hoſtes ire; laborantique ſubmiſit alias, & ſic recepit omnes: [11] tum utrisque [a] & ſine noxa oſtendit, quis exitus flagitatam pugnam manſiſſet. [12] Obſequentiſſimis [b] inde eis uſus eſt.

III.

a Vulgo TUTISQUE. *b* Vulgo OBSEQUENTISSIMISQUE.

lib. in locum ſuum repoſui. ſine qua totum hoc inepte ita legebatur: *Jam, inquit, Sertorius, Romanarum cohortium, per hoc vobis exmeplum oſtendi, milites: &c.* Caſſa nux. MOD. *Tò jam* omittunt 3. Hill. & 1. Reg. & omnes MSS. *Naturam, inquit Sertorius, Rom.* C TENN. Repoſui e MSS. *Naturam, inq. Sert. Romanarum c.* quod jubent ſcripti hic & infra. *Jam* irrepſit in antiquas Edd. pro *naturam*, quod illae non habent. *Romanorum* etiam aliquot MSS. & Edd. Ut nos edidimus, exhibet jam Ed. Pariſienſis. Dein *aggredienti* Palatinus, ut infra. Quod non opus eſt, cum frequens auctoribus ſit transitio ab uno ad alium numerum. *Eos* Vaticanus, ut & infra. *attentabit* & *attentavit*, non bene Edd. pp.

9 *Idem*] Vide Plutarch. p. 576. *pugnam* pro *pugnae ſignum* Petrenſ. dein alius *perrupturos*. & Medic. pr. *congrederetur*, ac *laborantibus*. Mox *ob flagitatam* uterque Medic.

10 *Rupturos imperium*] Sic l. male in Regio *Rapturos*. *Rapere imperium* dicitur, qui invadit, *rumpere*, qui detrectat. Tacitus 13. ann. c. 36. *Sed rupto imperio, poſtquam paucae e proximis caſtellis turmae advenerant, pugnamque imperitia poſcebant, congreſſus cum hoſte funditur.* TENN.

11 *Tutisque & ſine noxa*] Leidenſis ſec. & Edd. Rom Bonon. ac Wechelii *tutisque utrisque* & &c. Mediceus unus *tutis utrisque*. Alter *Tantum utrisque*. Quis dubitet, quin mecum ſtatim his viſis legat *tum utrisque*, tam iis, qui laceſſierant hoſtem, quam his, qui laborantibus ſubvenerant. *Tutisque & ſine noxa* δὶς τὸ αὐτὸ eſt. OUDEND. Accuratius perpendens, hunc locum, deprehendi, *tutis & ſine noxa* non eſſe δὶς τὸ αὐτὸ, ſed ſignificare, illos *ſine noxa* ex pugna ſervatos, jamque receptos in caſtra *tutos* eſſe, ne porro vulnera vel cladem pati poſſent. IDEM *Cur. poſt.*

12 *Obſequentiſſimisque*] 4 Reg. 3. Hill. carent τοῖς *que*. cui nullus hic locus eſt propter praecedentem diſtinctionem TENN. Delevi encliticam copulam, quod Frontini exigit ſtylus, & decem mei MSS. cum Edd. Rom. Bonon.

III. Ageſilaus Lacedaemonius, quum adverſus Thebanos caſtra ſuper ripam poſuiſſet, multoque majorem hoſtium manum eſſe intelligeret, & ideo ſuos arcere a cupiditate [13] decernendi vellet, dixit, reſponſo Deûm ſe ex collibus pugnare juſſum: & ita exiguo praeſidio ad ripam poſito, acceſſit [14] in colles. Quod Thebani pro metu interpretati transierunt flumen, & quum facile [15] depuliſſent praeſidium, ceteros inſecuti avidius, iniquitate locorum a paucioribus victi ſunt.

IV. [16] Scorylo, dux Dacorum, quum ſciret diſſociatum armis civilibus populum Romanum, [17] neque tamen tentandum arbitraretur, quia externo bello poſſet concordia [18] in cives coaleſcere,

non. Pariſ. & Wechelii. pro *inde idem* Ed. Bon. *tamen* Cantabr. MS OUDEND.

13 *Decernendi*] *Decertandi* MSS. SCRIV. unus Hill. & Scriverius, *Decertandi*. ut c. 12. n. 2. & l. II. c. 1. n. 12. unus Regius. *Subitam hoſtibus decertandi neceſſitatem injecit*. pro quo caeteri MSS. *Decern ndi*. TENN. Mei quatuor cum Ed Pariſ. *decertandi*, ſolemni mutatione tam apud alios, quam noſtrum v. Juſtin. XXIII. 3. plura ad l. III. c. 6. §. 1 ſupra *eſſ* deeſt in Ed. Pariſ. probante Keuchenio. OUDEND.

14 *In colles*]. *Ad colles* MSS. SCRIV. Unus Regius, unus Hill. & Scriverius *ad colles*. TENN. *Ad colles* Vatican *Ad collem* Petrenſis. Paullo ante pro *deum* Ed. Rom. *Domini*, & pro *ita* Medic. ſec. *ideo*. pro *inſecuti* Medic. pr. *perſecuti*. Longe veſo aliter haec narrat Polyaenus l. II. 1. 27. OUDEND.

15 *Depuliſſent*] Arcerianus *depepuliſſent*, quod vehementer arripit Keuchenius; quod. in verborum antiquatorum amatore non mirum eſt. OUDEND

16 *Scorylo*] 2. Reg. 3. Hill. *Scorilo*. Tertius Reg. *Scorilo*. TENN. *Scorilo* plerique, ut ſolet in MSS. *i* pro *y* poni. Palatin. *Storilo*. Leidenſ. ſec. *Arocilo*. Medic pr. *Sergius Corilo*. Edd. veteres *Scorio*. Suſpicatur Celeb. Bentlejus, num ſcribendum ſit *Cotiſo*, ad Horat. l. III. O. 8.

Occidit Daci Cotiſonis agmen

Mihi non liquet. OUD.

17 *N. t. tentandum*] 3. Hill. unus Reg. *N. t. ibi tentandum*. Voſſianus. *Neque ſibi tentandum pacem arbitraretur*. Hinc. Ortwinius. *Neque tamen ſibi tentandum in pace a.* ego legerim, *Neque tamen ſibi tentandum a.* ſcilicet P. Romanum. TENN. *Neque tamen ibi* MSS. f. *ſibi*. SCRIV. *Cur. poſt.* Voſſ Cod. habet in margine tantum recentiore manu *n t. ſibi pacem*. unde ipſe Voſſius margini adſcripſerat *in pace*. In Contextu erat quoque *ibi*: quod agnoſcunt quoque Palatin. uter-

re, duos canes in conſpectu [19] populariorum commiſit, iisque [a] acerrime [20] inter ipſos pugnantibus, lupum oſtendit, quem protinus canes, omiſſa inter ſe ira, adgreſſi ſunt. Quo exemplo prohibuit barbaros ab inpetu, Romanis profuturo.

CAP.

[a] Vulgo HISQUE.

uterque Leidenſis, Gudianus, & Petrenſis. Mihi quoque unice placet *ſibi*. Niſi *ibi* velis explicare per *tunc* temporis; quomodo capere video Clariſſimum Waſſe. OUDEND.

18 *In Cives*] L. cum Regio. *Inter cives*. apposite Livius 11. c. 39. *Externus timor maximum concordiae vinculum*. Sozomenus l. VI. c. 4. Οὕτω πῃ τοῖς ἀνθρώποις φύσει, περὶ ἑτέρων μὲν ἀδικημένοις, πρὸς τὸ ὁμόφυλον ὁμονοεῖν. Ἀπαλλαγέντες δὲ τῶν ἔξωθεν κακῶν, πρὸς σφᾶς αὐτοὺς στασιάζειν. *Haec fere eſt conſuetudo mortalibus, ut, dum ab exteris laeduntur, cum tribulibus ſuis ſervent concordiam; Poſtquam vero ab extraneorum metu liberati ſunt, ipſi inter ſe diſſideant*. Juſtin. 3. c. 2. *Graecia ab externis bellis, velut in viſcera ſua arma convertit*. TENN. Regio Codici accedunt uterque Mediceus, & Petrenſis *inter cives*. Quod cum Tennulio prima ſpecie crederes vulgatae lectioni praeſtare. Vix tamen videntur librarii hoc corrupturi fuiſſe; Immo ter tam paucis verſibus *inter* repetiviſſet auctor. Vide potius, num dederit auctor *invicem* i. e. mutuo. Immo potius nihil mutandum, & *in cives* capiendum pro in civibus, in animos eorum, ut *planta coaleſcit in terram*. Quomodo locutus eſt Optatus Aſer, teſte Gronovio Obſerv. Eccleſ. c. 13. in f. Nam alio ſenſu, qui hic non quadrat, Livius dixit *multitudo coaleſcit in populi unius corpus* l. 1. c. 8. *In* cum quarto pro ſexto caſu jungi ſaepiſſime, alibi vidimus; quamquam eo hic confugere non opus ſit, & hoc loco motum etiam quemdam in animos denotet. Latinum etiam eſſet *poſſent in concordiam cives coal*. Sic Tacitus l. 11. Hiſtor. c. 37. *Exercitus diſſonos in hunc conſenſum coaluiſſe*. OUD. Non alienus nunc ſum a lectione optimorum MSS. *inter cives*. Nec tamen veram ommino credo. IDEM *Cur. poſt*.

19 *Populariorum*] Uterque Mediceus *populi rixari*, inepte. dein *iisque* MSS. non *hisque*. Mox e Gloſſa *inter ſe p.* MSS. duo. Ed. Pariſ. *pro R. prof.* Medic. ſec. *defuturo*; Leid. ſec. *profuturos*.

20 *Inter ipſos pugnantibus*] Hinc apparet, quod Scioppius in Grammatica ſua monuit, nomen reciprocum & alia relativa indifferenter cum praepoſitione *inter* conſentire. Sequitur enim. *Omiſſa inter ſe ira*. TENN.

CAP. XI.

Quemadmodum incitandus ſit ad proelium [1] exercitus.

EXEMPLUM I.

[2] M. Fabius & Cn. Manlius Coſſ. [3] adverſus Hetruſcos, propter ſeditiones detractante proelium exercitu, ultro [4] ſimularunt cunctationem, donec milites probris hoſtium coacti, pugnam depoſcerent, jurarentque, ſe ex ea victores redituros.

II. [5] Fulvius Nobilior, quum adverſus Samnitium numeroſum exercitum, & ſucceſſibus tumidum, parvis copiis neceſſe haberet decertare, ſimu-

1 *Exercitus*] Vario ordine haec verba ſcribuntur in Edd. & MSS.; ſicut dedi, habent plerique. pro *exercitus* Leidenſ. pr. eleganter *miles*. OUD.

2 *M. Fabius & Cn. Manlius.*] MSS. *Gn. Manilius*. SCRIV. Scriverius *Manilius* invenit. Sed 4. Reg. 3. Hill. *Mallius*. TENN. Recte haec Conſulum nomina eduntur: nam in MSS. & Edd. Vett. paſſim, ut hic in meis quoque *Manilius* & *Mallius* circumfertur, quorum ultimum fruſtra tuetur Keuchenius. Hoc ſemel dictum ſatis ſit. Nam infra aliquoties occurret. In Fabii nomine errat Leidenſis pr. habens *Q.* In Mediceis & Edd. primis deeſt. Diſerte Livio l. 11. c. 43. *M. Fabius & Cn. Manlius* vocantur, ubi ſeqq. Capitibus longe lateque hanc deſcribit hiſtoriam, & Dionyſius Halicarn. l. 1x. p. 562. & ſeqq. ubi tamen vulgo nominatur Τεῖτ. Μάλλιος. Quomodo hic Mediceus pr. & Edd. Rom. ac Bonon. ut & l. 11. 7. §. 11. ubi de eodem Manlio eſt ſermo. Sed Cn. etiam Oroſio appellatur l. 11. c. 5. *Obviis M. Fabio & Cn. Manlio Conſulibus excipiuntur; ubi poſt ſacramentum jurationis, quo ſe Romani devoverant, non niſi poſt victoriam ad caſtra redituros* &c. Vide & Valer. Max. l. v. c. 5. OUD.

3 *Adverſus*] *Adverſum* MSS. duo, & Edd. pp. quae & *detractante*, de quo ſupra, exhibent. In iisdem quoque & MSS. tribus *ſeditionem*. OUD.

4 *Simularunt*] MSS. quotquot mihi viſi, exhibent *ſimulavit*. TENN. *Simulavit* mei quoque, & Edd. vetuſtae. Credo, ab auctore eſſe *ſimulant*, ut c. 8. §. 13. *inflectit* pro *inflexit* MSS. c. 9. §. 1. *Spargit* pro *ſparſit* in MSS. l. 111. c. 4. 1. *Simulat* pro *ſimulavit*. *Petit* l. 1v. 7. 21. pro *petiit*. Dein quidam inepte *cunctionem* & *conciliationem*; & pro *victores* in Ed. Par. *victuros*. OUDEND.

5 *Fulvius Nobilior.*] Adi not. ad C. v1. Ex. 1. Uterque Mediceus mox *Samnitum*. pro *a ſe* Medic. pr. *ab ſe*. Ed. Pariſ. *peſtilentionem*. OUD.

ſimulavit unam legionem hoſtium a ſe corruptam ad proditionem; imperavitque ad ejus rei fidem tribunis, & [6] primis ordinibus, & centurionibus, quantum quisque numeratae pecuniae, aut auri argentique haberet, [7] conferret, ut [8] repraeſentari [a] merces proditoribus poſſet: ſe autem his, qui contuliſſent, pollicitus eſt, conſummata victoria, ampla inſuper praemia daturum. Quae [9] ſua perſuaſio Romanis alacritatem adtulit & fidu-

a Vulgo PRAESENTARI.

6 *Primis ordinibus & centurionibus*] Bene refellit Keuchenius virum doctum, qui hic vellet legi *primi ordinis centurionibus*. Verum ex ejus ſententia abundaret hic *& centurionibus*. Atqui aliter ſe res habet. *Primi ordines* fuere primipili, primi haſtati, primi principes diſtincti a ceteris centurionibus vulgaribus. Vellej. l. II. c. 112. *Non incruentis centurionibus, e quibus etiam primi ordines cecidere*. Quod ibi recte defendit Voſſius contra eos, qui & Hlic *primi ordinis* reſcribi volebant Conſule omnino Lipſium l. II. de Milit. Rom. c. 8. Salmaſium c. 6. Gronovium ad Livium l. XXX. c. 4. Quos hic Keuchenius, & Tennulius ad l. IV. 5. 8. laudaſſe debebant. OUD.

7 *Conferret*] Cantab. *afferri*. dein Edd pp. *attuliſſent*.

8 *Praeſentari*] Omnes MSS. *Repraeſentari* h. e. praeſentem ſolvi, non in diem. Inde *Repraeſentatio* pro praeſenti ſolutione. Cicero l. XII. ad Attic. epiſt. 30. *Si enim Faberianum venderem, explicare vel repraeſentatione non dubitarem de Siliani*. Sueton. Aug. c. 101. *Quam ſummam repraeſentari juſſit*. Etiam de quibuslibet aliis rebus, quae ſtatim ſunt. Cic. v. fam. 16. *Neque exſpectare temporis medicinam, quam repraeſentare ratione poſſimus*. Plinius Paneg. *An mediocris animi eſt, his potius repraeſentare, quibus negari magis poſſit*. Sueton. Claud. c. 31. *Poenas parricidarum repraeſentabat, exigebatque coram*. Phaedrus fab. 49. *Repraeſentavit in ſe poenam facinoris*. Vide Gronovium l. I. c. 6. de pecunia veteri. TENN. Ubi Gronovius dudum ita emendavit, ut & in Epiſtola ad Keuchenium data; licet de eo nihil moneat ille. Mei quoque omnes, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wechelii, & Stewechii, ac Veſal. *Repraeſentari* agnoſcunt praeter Palatinum. ut videatur typographorum error modo eſſe in Ed. Scriverii. Auctor noſter de Aquaeductibus Art 119. *Quae repraeſentanda, quae differenda ſint*. OUD.

9 *Sua perſuaſio*] Tres *ſua* carent codd. MSS. Gujetus *ſua* h. e. *ejus*. TENN. Scriveriani quoque, nec noſtri, nec Edd. Pariſ. habent *ſua* praeter utrumque Mediceum. In uno Cantabrigiensi *ſuperſuaſio*. Aliud quid latet. OUDEND. Forte *quadtus perſuaſio*. Pollicitus enim erat dux *ampla inſuper praemia*. IDEM *Caſ. poſt.*

10 Per-

duciam: unde etiam praeclara victoria, commisso statim bello, [10] patrata [a] est.

III. [11] C. Caesar adversus Germanos & [12] regem Arioviſtum pugnaturus, confusis suorum animis, pro concione dixit, nullius se eo die opera, nisi decimae legionis, usurum: quo consecutus est, [13] ut [14] decimani tamquam praecipuae for-

a Vulgo PERACTA.

10 *Peracta est*] 3. Hill. MSS. & Vossianus (ut monuit Ortwinius) *Patrata est*. h. e. perfecta, perpetrata, peracta, Cicero 2. leg. *Feriis jurgia amovento, easque in famulis operibus patratis habento*. Lucret. l. v.

Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur.

TENN. Hittorp. margo *parata*, sed duo Scriveriani, Cantabrigienses, Leidenses, & Palatinus etiam *patrata*. Verissime. Tacitus l. XII. Ann. c. 16. *Patrata expugnatio*: sed vide omnino Cel. Burmann. ad Quinctil. l. VIII. Instit. Orat. c. 3. OUDEND. Similiter *pacem patrare* dixit Livius, ad cujus L. II. C. 26. Drakenborchius est consulendus. Et hinc aliquis defendat forsan Gratii locum *patrare honorem*. Sed vide Cl. Withofii Specimen secundum ad Guntheri Ligurinum. Quia etiam nusquam alibi offendi *patrare victoriam*, posset & legi pro *peracta*, ut vulgo, *parta*: nam & haec vox in *peracta* abiit quoque apud Caes. L. v. B. G. c. 43. *parta jam atque explorata victoria*. IDEM *Cur. post*.

11 *C. Caesar.*] Rursus MSS. quatuor, & Edd. principes non agnoscunt praenomen.

12 *Regem Arioviſtum*] Unus Reg. 3. Hill. omittunt τὸ *Regem*. vid. Caesarem 1. bell. Gall. c. 41. & Frontin. IV. c. 5. n. 11. TENN. Omittunt quoque τὸ *regem* uterque Leidensis, Medicei, Gudianus, Vaticanus, ac Coll. Vossiana, cunctaeque Edd. ante Scriverium, qui primus tacite reposuit. Rex a Senatu adpellatus erat, maxime auctore Caesare. OUDEND.

13 *Ut decimani t. p. f. t. cogeret, & caeteros puderet.*] Leg. e MS. *quo consecutus est, ut decimani tamquam praecipuae fortitudinis teſtimonio cogerentur, & caeteri pudore, ne penes alios gloria virtutis esset.* PARRHAS. Ad oram libri mei erat: *ut decimani t. p. f. t. cogerentur & caeteri pudore, ne*, &c. Sequor te, quicunque es. Porro vide hac de re Caesarem ipsum l. I. de bello Gallico. MOD. Scribe meo periculo, *ut decumani tanquam praecipuae fortitudinis testimonio cogerentur*. Ita primum eum locum constitueram, post vidi ipsum Frontinum l. IV. c 5. (ubi idem exemplum in medium attulit) legere, *testimonio concitarentur*. Itidem alia Strategemata bis apud hunc scriptorem posita animadverti: in primis lib. I. c. 1. exemp. 11. & l. I. c. 6. exemp. 13. Item l. I. c. 5. ex. 12. & l. IV. c. 5. ex. 8. Item l. I. c. 10. ex. 1. & l. IV. c. 7. ex. 6. Item l. I. c. 9. ex. ult. & l. IV. c. 5. ex. 2. Item l. I. c. 11. ex. 3. & l. IV. c. 5. ex. 11. STEW. *Ut decimani, t. p. f. t. cogerentur*. Ita legendus hic lo-

fortitudinis teſtimonio [15] cogerentur, & ceteri pudore; ne penes alios gloria virtutis eſſet.

IV. [16] Q. Fabius [a], qui egregie ſciebat, & Romanos ejus eſſe libertatis, quae contumelia exaſperaretur, & a Poenis [17] nihil juſtum aut moderatum exſpectabat, miſit legatos Carthaginem

a Vulgo F. MAXIMUS.

locus, miſerrimum in modum antea depravatus. Caeterum pro *cogerentur* aliter Frontinus ipſe *concitarentur*, l. IV. c. 5. ex. 11. SCRIV.

14 *Decimani*] Unus Reg. *decumani*. TENN. Ita & 3. MSS. Cantabrigienſes, & paſſim apud alios in optimis Codicibus. Supra *illo die* Hillensb. *ea die* Medic. Infra quoque *eo die* addit auctor. Verum non agebatur tantum de *eo die*, ſed de omni negotio, quod inſtabat ei cum Arioviſto. Conſule Caeſarem c. 40. l. 1. B. G. OUD.

15 *Cogerentur*] Sic omnes MSS. nullus *cogeret* praebuit, quod Modius, & Stewechius in alia editione viderunt. TENN. *Decimam cogeret & ceteros puderet* legebatur in Edd. Rom. Bonon. & aliis. Sed ante Modium Pariff. Hittorp. & Wechelius aliam lectionem, quae in MSS. etiam meis eſt, reſtituerunt. In Mediceo tamen primo eſt *decimam cogeretur, & ceteri puderet, ne per alios.* In ſecundo *decima congerentur, & ceteri pudore. Decima* etiam Vaticanus. Corrupte. Cl. Waſſe in duobus MSS invenit *niterentur*, ad Salluſtii Indicem voce *nifui:* ubi vide, & dein in alio Cantabrigienſi MS. *eniterentur.* Quod vulgato elegantius. Sed cum alio loco in hac re & ex. ſeqq. habeamus *concitarentur*, & Mediceus det *congerentur*, a Frontini manu hic omnino eſſe putem, ſenſu exigente *concirentur*, ſive inſtigarentur. Frequens hoc verbum eſt apud Livium, Vellejum, Tacitum, Valerium Flaccum, & alios *concire* & *concire in arma;* unde *conctor belli;* quod ſaepe abiit in *concitator.* Hoc ipſum tempus ita apud Lucan. l. III. 54.

——— *vanos populi concirens amores.*

Concitatus & *concitus* variantur etiam l. IV. c. 5. §. 16. OUDEND. Merito reſpuis *cogerentur*, cujus loco legis *concirentur.* Non repugno quidem. Malim tamen *erigerentur:* quod verbum, ni fallor, huic loco magis convenit. BUHER. Tutius eſt MSS. ſequi, & legi *niter.* vel *eniterentur.* ut monui ad Caeſ. L. V. B. G. c. 42. ubi ſimiliter *cogi* & *niti* turbantur. OUDEND. *Cur. poſt.*

16 *Q. Fabius Maximus*] Primum in duobus rurſus non reperitur praenomen. Dein *Maximus* exſulat ab omnibus MSS., & Editis ante Scriverium, qui nimis liberali manu hoc cognomen addidit contra MStos. quare expunxi, licet eumdem intelligam. OUDEND.

17 *Nihil juſtum aut moderatum.*] Leidenſ. ſec. *nihil juſte a. moderate.* Forte *juſti a. moderati.* Dein *illi* non exſtat in Ed. Pariſ. unde delendum putat Keuchenius, non ego. Melius in Palatino *illi & iniq.* Mox eadem editio *attuliſſent.* In fine *ad pugnam conc.* Vatican. OUDEND.

18 Sed

nem de conditionibus pacis: quas quum illi iniquitatis & insolentiae plenas retulissent, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus est.

V. Agesilaus, Lacedaemoniorum dux, quum prope ab Orchomeno, [18] sociâ civitate, castra haberet, comperissetque, plerosque ex militibus pretiosissima rerum deponere intra munimenta, praecepit oppidanis, ne quid ad exercitum suum pertinens reciperetur, quo ardentius [19] dimicaret miles, qui sciret, sibi pro omnibus suis pugnandum.

VI. [20] Epaminondas, dux Thebanorum, adversus Lacedaemonios dimicaturus, ut non solum viribus milites sui, verum etiam [21] adfectibus adjuvarentur, pronuntiavit in concione, destinatum Lacedaemoniis, si victoria potirentur, omnes [22] virilis [a] sexus interficere, uxoribus autem

[a] Vulgo VIRILES.

18 *Socia civitate*] Unus Cantabrigiensium *Sociam civitatem*. Quasi fuisset *prope Orchomenon*. V. l. 11. 4. 15. Dein in Mediceo primo *compertis plerisque*, Leid. sec. *pleros*. Mox *ne qui ad* Leid. pr. *ne quis* Ed. Rom. *reciperent* Medic. pr. & Hillensb. Polyaen. l. 11. c. 1. 18. dicit, ipsos milites Orchomenon se recepisse, & Agesilaum jussisse ἀφανῶς clam (sic enim ex MSS. malo, quam ἐμφανῶς) μηδένα χωρὶς αὐτὸν σίτου μάχεσθαι. OUDEND.

19 *Dimicaret miles*] Duo Regii *dimicarent milites*, *qui scirent*. TENN. Male.

20 *Epaminondas*] Leidens. pr. *Epaminonda*. Dein *pugnaturus* Cantabr. Mox Medicei *milites viribus suis*, bene. *Juvarentur* Scriverii unus, & Hillensb.

21 *Adfectibus adjuvarentur*] Sic Livius IX. c. 39. *Quantis nunquam alias ante, simul copiis, simul animis dimicarunt.* Silius Ital. l. X.

Tum totis mentibus actam
In caedes aciem, pone atque in terga ruentes
Praecipitant. Idem l. XVI.
Concurrere animis, quantis confligere par est,
Quos regni furor exagitat.

Hirtius de bello Alexandr. c. 20. *Pauci allevati scutis, & animo ad conandum nixi ad proxima navigia adnatarunt.* Statius *Mentis quoque viribus hastam Injicit.* TENN.

22 *Viriles sexus*] Sic Keuchenius, & Tennulius tacite edidere: cum antea, & in MSStis plerisque scriberetur rectius *virilis*; quod reposui. Verum tamen,

tem eorum & liberis in ſervitutem [23] abductis [a], Thebas diruere: qua denuntiatione concitati, primo impetu Thebani Lacedaemonios expugnaverunt.

VII. [24] Leutychidas [b], dux Lacedaemoniorum, pugnaturus eodem die, quo [25] claſſe vicerant ſocii,

a Vulgo ADDUCTIS. b Vulgo EUTIDAS, LEOTYCHIDAS.

quia in duobus Leidenſibus & Gudiano inveni *viriles*, blanditur mihi conjectura Cl. Weſſelingi, *omnes virile ſecus*: quomodo optimos quosque ſcriptores locutos eſſe multis probatum ſvit ſummus Gronovius ad Livium l. XXVI. c. 47. *Liberorum capitum virile ſecus*. Eodem ergo modo foret, ut apud Sueton. Aug. c. 44. *Muliebre ſecus omnes*. Nam quod defendat Ryckius ad Tacit. Ann. c. 62. l. IV. *Virile & muliebre ſexus* neutro genere, non me adſentientem habet. OUDEND.

23 *Adductis*] Legerem lubens *in ſ. abductis*. MOD. 4. Reg. 2. Hill. *Abductis*. & ſic lege. Nam *abduci*, non *adduci* in ſervitutem dicimur. TENN. Adſtipulantur τῷ *abductis* Leideníf. pr. Gudianus, Coll. Voſſ. & unus Scriverii, atque ipſa ratio. Caeſar l. I. B. Gall. c. 11. *Agri vaſtari, liberi eorum in ſervitutem abduci, oppida expugnari non debuerint*. Juſt. XXIX. 4. *Abductis ue 20 millibus captivorum*. & paſſim. Idem mendum vulgatos obſidet libros l. IV. 5. 16. *virusque abduceretur*. In Mediceis autem τὸ *eorum* deeſt, non male. Dein *concione* ildem cum Edd. Rom. & Bonon. pro *denuntiatione*. OUD.

24 *Leutychidas*] Ita lego. vulgo *Eutidas*. SCRIV. L. male 3. Reg. 2. Hill. *Eutidas*. 1. Reg. & 1. Hill. *Euthidas*. TENN. *Eutidas, Euthydas, Curtidas, Clitidos* MSS. noſtri. *Leotychidas* dudum correxit magnus Caſaubonus ad Polyaeni l. I. c. 33. cum aliis hoc Leotychidae Strategema ad Mycalen contra Perſas adhibitum enarrantis. Omnino vide illic Caſaubonum. *Leotychides*, quod malebat Keuchenius, nimium abit a MSStis. Praetuli ego potius, quod & Scriverius Ed. Stewechianae margini alleverat, *Leutychidas*. Hoc enim proxime accedit ad MStorum veſtigia. Ut Graecorum *ao* Latinis abiit in *au*, ſic *eo* in *eu* mutatum eſt. Adi, quos congeſſerunt Broukhuſ. ad Propert. l. II. El. II. 2. & Comment. ad Ovid. Ibid 468. *Theudotus*: nec non G. Voſſium ad Vellej. Patercul. l. II. c. 69. OUD.

25 *Claſſe*] 4. Reg. 3. Hill. *claſſem*. TENN. Vehementer miror, interpretum neminem, nec ſummum Caſaubonum, dum recte noſtri Frontini verba ad hiſtoriam & pugnam prope Mycalen factam refert, non vidiſſe, vel ſaltem non monuiſſe, magnum hic errorem a Frontino fuiſſe commiſſum; ſi haec quidem verba *quo claſſe vicerant ſocii*, eo ordine, quo vulgo ſcribuntur, ſana ſunt. Ipſe enim Leutychidas claſſe pugnavit, & eodem die ad Plataeas duce Pauſania pedeſtri proelio res geſta, & victoria eſt comparata, uti ex Herodoto, Diodoro, Plutarcho, Polyaeno, Juſtino, & C. Nepote, aliisque conſtat. Hinc primo in-

cii, quamvis ignarus actae rei, vulgavit [26] nuntiatam ſibi victoriam partium, quo conſtantiores ad pugnam milites haberet.

VIII. [27] A. Poſtumius proelio, quo cum Latinis conflixit, oblata ſpecie duorum in equis juvenum, animos ſuorum erexit, [28] Pollucem & Ca-

intuitu legendum putabam *pugnaturus claſſe eodem die*: quomodo deinceps vidi, a Doct. Eduardo Simſono in Chronic. ad A. M. 3526. tentatum eſſe hunc locum. Verum mox totum vocabulum *claſſe* coepit mihi eſſe ſuſpectum. Nam cur additum hoc *claſſe*, ſi non e contrario dicatur, quo pugnae genere ipſe; vel ſi ipſe claſſe, quo genere pugnaverint ſocii? unde patet, vel ſupervacuum eſſe, vel aliud quid latere. Quod poſtea oſtenderunt mihi MSti, qui mordicus cum Romana Editione praeferunt *claſſem*. Jam vero Latinum non eſt, *claſſem vincere* ſimpliciter, pro comparare maritimo proelio victoriam. Quare omnino, ni vehementer fallar, legendum mihi videtur minima mutatione *Xerxen*. Quod nomen ubique in MStis ſcribitur *Serſem*, vel *Xerſem*, & [illegible] bus Edd. *claſſe*. *Qua* invenerat etiam ſcriptor alterius Medicei; ſed ille dedit hinc, *eadem die*, *qua claſſem*. Et vide, num ex *qua claſſem* faciendum *quo ad Plateam*. Illic enim ſive, ut alii malunt, *Plataeis* res eſt geſta. In ſingulari Homerus quoque Πλατειῇ dixit in Catalogo vſ. 10. Vide Stephan. de urbibus. OUDEND. Vel *Xerſem* vel *ad Plataeam* legendum vidimus. *Plataeam* in ſingulari uſurparunt quoque Herodotus, & Thucydides, aliique. Vide Cellar. L. II. Geogr. Antiq. c. 18 Comm. ad Thucyd. L. III, c. 52. Ex Latinis Appul. L. IV. p. 76. Plataeas *terminos concitato gradu deferentes*. IDEM *Cur. poſt.*

26 *Nunciatam*] MSS. tres, & Ed. Rom. *Nunciatum*. Dein iidem tres *Parthium*. An dedit auctor *vulgavit nunciatum ſibi, victoriam partam?* Sed *Victoria partium*, licet magis locum habeat in bello civili, ut apud Aurel. Victor. in Octaviano, poteſt etiam fumi de victoria, a ſuis in hoſtes parta. Sic *fortuna partium* apud Curt. l. IV. c. 1. §. 35. *Adverſa pars* de hoſtibus infra] II. 5. 47. & alibi ſaepius. OUD

27 *A. Poſtumius*] MSS. omnes *Julius Poſtumius*. TENN. MSS. *Julius*, *Caelius*, *Julus*, *Fulvius*. ſed recte MSS. Leidd. habent *Aulus*. OUD

28 *Pollucem & Caſtorem*] Lege *Caſtorem & Pollucem* ex Hiſt. Nam *Caſtor* ſemper praecedit; imo *Caſtoris* aedes vocatur, conſtituta licet ſit gemina fratribus. Suet.

Caſtorem adeſſe dicens, ac ſic proelium reſtituit.

IX. Archidamus Lacedaemonius adverſus Arcadas bellum gerens, [29] arma [a] in caſtris ſtatuit, &

[a] Vulgo ARAM & EAM.

Suet. Caeſ. c. 10. Narrant hanc hiſtoriam Florus 1. c. 11. Val. Max. 1. 8. 1. Cic. Tuſc. quaeſt. 1. c. 12. de natura Deor. 11. 2. Plutarch. in Coriolano. Dionyſ. VI. 11. TENN. Exemplo ſeq. auctor vulgari modo etiam dicit *Caſtor & Pollux*. & ita hoc loco habet unus MS. Scriverii. Nihil tamen temere cum Tennulio mutes: nam & apud alios praecedit *Pollux*. Plinius lib. 11. H. Nat. c. 37. *Polluci & Caſtori id numen adſignant*. Seneca l. 1. Nat. Quaeſt. c. 1. *Pollucis & Caſtoris nomine*. Sueton. in Tiberio c. 20. *Dedicavit & Concordiae aedem, item Pollucis & Caſtoris*. Florus l. 111. c. 3. *Pro aede Pollucis & Caſtoris*. ſic enim MSS. Salmaſii, Dukeri, & quatuor Leidenſes: vulgo *Caſt. & Poll.* Horat. l. 11. Epiſt. 1. 5. & Seneca in Med. 88. ajunt *cum Caſtore Pollux*; ſed contra Curtius l. VIII. c. 5. 9. *Cum Polluce Caſtorem*. Etiam apud Ovidium legitur l. 11. Am. El. XVI. 13.

Non ego ſi medius Polluce, & Caſtore ponar.

& Catull. c. 69.

Jam prece Pollucis, jam Caſtoris implorante.

ac Propert. l. 111. 12. 17.

Qualis & Eurotae Pollux & Caſtor arenis.

Verum in Gudiano, Vaticano, Cantabrigienſibus, ambobus Leidenſibus, utroque Mediceo, Hilcnsberg. & Edd. Romana, ac Bononienſi modo reperias *Pollucem adeſſe dicens*. Forſan ſcripſerit auctor tantum *Polluces*. Ut enim *Caſtores* & *Geminus Caſtor* dixerunt (vide Ovid. Art. Am. 1, 746. & Caſaubon. ac Torrent. ad Sueton. Caeſar. c. 10.) ſic fortaſſe etiam vocarunt *Polluces*. Certe *Geminus Pollux* apud Horatium l. 111. O. 29. 64. & *Gemini Polluces* Symmacho l. 1. Epiſt. 89. Διόσκουροι audiunt. Immo Servii verba ſunt ad Virgil. l. 111. Georg. 89. *Ideo Pollucem pro Caſtore poſuit, quia ambo licenter & Polluces & Caſtores vocantur*. Quare ulterius pergo, & ſingularem *Pollucem* ſolum puto fortaſſe rectum eſſe pro utrovis Dioſcuro, ex Propertio l. 111. 21. 26.

Potaque Pollucis nympha ſalubris equo.

ubi notat Cl. Broukh., Pollucem ſaepe poni pro utroque Dioſcuro. At nullum ſubjicit hujus ſententiae teſtimonium. *Polluces* conjecit etiam Cl. Waſſe. OUD.

29 *Aram in c. ſtatuit, & c. eam*] Ita lego. vulgo *arma in c. ſt. & c. ea*. SCRIV. *Aram* ſic Scriverius. Verum omnes MSS. *arma l. c. ſ. c. e. c. ea*. TENN. Licet ſciam, Caſaubono jam olim placuiſſe *aram* & *eam*, tamen ob conſenſum omnium MStorum revocavi priſtinam ſcripturam *arma* & *ea*. Nam aeque *arma* ac *aram* illic poſuit; & *arma* illic inventa magis adjuvabant victoriae a diis praenuntiatae, Deorumque futurae in proelio armatorum praeſentiae opinionem, quam *aram*. Fors ſcripſerit auctor *aram* & *arma*. Polyaenus l. 1. c. XLI.

Ad

& circa ea duci equos noctu clam imperavit: quorum vestigia mane, tamquam Castor & Pollux 30 perequitassent, ostendens, adfuturos eosdem ipsis proeliantibus persuasit.

X. 31 Pericles, dux Athenienſium, initurus proelium, quum animadvertisset 32 lucum, ex quo utraque acies conspici poterat, densissimae opacitatis, vastum alioquin & Diti patri sacrum, ingentis illic staturae hominem, altissimis cothurnis, & veste purpurea, 33 ac coma venerabilem, in curru candidorum equorum sublimem constituit, qui, dato signo pugnae, 33* proveheretur; & voce 34 Periclem nomine adpellans, cohortaretur eum, diceretque, Deos Athenienſibus adesse:

Ἀρχίδαμος ἐν Ἀρκαδίᾳ &c. ἅμα μὲν ἱππεύσιμον, καὶ νεφέλαις ἐπλήσθη λαμπρότατος, καὶ ἵππους δύο περιήγαγον &c. OUD.

30 *Perequitassent*] *Praeterequitassent*. SCRIV. *pereq.* sic R. & Hill. non *praeterequitassent*. quod praebet Scriverius. TENN. Mei quoque *pereq.* nisi quod in uno *equitassent* per castra scilicet. duo *perequitasset*. OUD.

31 *Pericles*] Unus *Piricles*. alius *Sandes*.

32 *Locum, ex quo*] Sequentia monstrant, legendum esse *lucum*, non *locum*. PARRHAS. Liquet mihi, ita legendum: apage igitur illud *Locum*, quod vulgo hunc locum occupavit. MOD. Ita Modius. cum vulgo esset *locum*. SCRIV. *Lucum* jam exhibuerunt Edd. Romana, & Wechelii cum MSS. plurimis. Dein MSS. & Edd. pp. *alioquin*, non *alioqui*. Mox *patris* male uterque Mediceus. OUDEND.

33 *Ac coma*] Sic bene, quamquam tacito restituit Scriverius, consentientibus MSS. Mediceis, & Palatino, aliisque. In plerisque & Edd. ante Scriverium non reperias *ac*. Dein *sublimem* in uno deest. OUDEND.

33* *Proveheretur*] Scripsi ad Lucan. L. VII. 342. leg. *praeveheretur*. Sed muto sententiam: quia is non anteiret, aut praeterveheretur reliquos, sed ab alia parte ex luco prodiret. ac procederet in curru candidorum equorum sublimis. Consule ibidem Burmannum, nihilominus errantem, quod ad ipsum Lucani locum attinet, & ad Virgil. L. VII. Aen. 166. Ita passim e portu solventes *provehi* dicuntur. Vide ad Caes. L. V. B. G. c. 8. *Solis occasu naves solvit*, & *leni Africo* provectus; cum Drakenb. ad Liv. L. XXIII. c. 34 Virgil. L. II. Aen. 506. & passim. OUD. *Cur. post.*

34 *Periclem*] 2. Reg. unus Hill. *Periclen*. TENN. *Periclen* Gudianus, & duo Leidenses, recte. *Nomine* exsulat ab Edd. Rom. & Bonon. quae dant etiam cum Mediceo uno *Athenienſium*. OUD.

35 *Ante*

esse : quo pene [35] ante conjectum teli hostes terga verterunt.

XI. [36] L. Sulla, quo paratiorem militem ad pugnandum haberet, praedici sibi a Diis futura simulavit. Postremo etiam in conspectu exercitus, priusquam in aciem descenderet, [37] signum modicae amplitudinis, quod Delphis sustulerat, orabat, petebatque, [38] promissam [a] victoriam maturaret.

XII. [39] C. Marius [40] sagam quamdam [41] ex Syria

[a] Vulgo UT P.

35 *Ante conjectum*] Edd. vetustae, ut Rom. Bonon. Paris. Hittorp. Wechel. *primo conjectu*. Leidensis prim. *ut ad conjectum*. In Marg. Medicei sec. *aut e conjectu*. Vatican. *aut conjectu*. unus Cantabrig. *quo audito conj.* sine τῷ *pene*. Conjecerat Scriverius *qua specie intra s.* Aliud quid latere videtur, *perterriti* scilicet, aut *perculsi*, vel tale quid. *pene* certe non satisfacit. Dein pro *verterunt* in utroque Mediceo, & praedictis Edd. legitur *dederunt*. Utrumque probum, & a Livio, aliisque passim adhibitum. Saepe noster *vertere terga*; sed & l. II. 4. 3. *qua perterriti terga dedere*, & §. 33. *terga dedisse*. OUDEND.

36 *L. Sulla*] Deest praenomen in Leidensi sec. *ad pugnam* Medic. pr. *Dis* Leid. pr. Mox carent τῷ *etiam* Cantabrig. unus, Arcerian. & Ed Paris. temere probante Keuchenio. Dein *discederet* Arcerian. *ascenderet* Leid. pr. inepte : *descenderent* Mediceus antiquior. OUD.

37 *Signum modicae amplitudinis*] Suspecta haec nonnihil. Val. Max. l. I. c. 2. *parvum Apollinis signum Delphis sublatum*. Plutarch. in Sulla p. 471. χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιον ἐκ Δελφῶν.

38 *Ut promissam*] MSS. carent τῷ *ut* commode & eleganter. TENN. Scriveriani quoque, & mei, excepto uno Mediceo, rejiciunt τὸ *ut*; quod elegantius subintelligitur, ut aliquoties jam diximus supra: quare delevi. OUDEND.

39 *C. Marius*] Leidens. sec. praenomine caret. OUD

40 *Sagam*] Unus Reg. *magam*. TENN. *Magam* exhibent quoque uterque Mediceus, & Ed. Romana. In Leidensi sec. *al. magarus* in textu additur. *Magnam* Ed. Bonon. Sed in his praecedit vox *quamdam*. Latinum autem hoc esse, non debuisset negare Modius. Sic enim Seneca Herc. Oet. 526.

Unam inter omnes Luna quam
sequitur Magam.

nec aliter Ovidius ex correctione Heinsii l. VII. Metam. 195.

artesque Magarum,
Quaeque Magas, Tellus, pollentibus instruis herbis.

Apud eundem *Magae artes, Magamanes*. Appul. L. II. Metam. p. 23. Ed. Pric. *Maga primi nominis.*

ria [a] habuit, a qua se dimicationum eventus [42] praedisscere simulabat.

XIII. [43] Q. Sertorius, quum barbaro & rationis indocili milite uteretur, cervam candidam insignis formae per Lusitaniam ducebat, & ab ea, quae agenda aut vitanda essent, praenoscere se adseverabat; ut barbari ad omnia, tamquam divinitus imperata, obedirent.

[44] Hoc genere Strategematôn [b] non ea tantum parte

[a] Vulgo SCYTHIA. [b] STRATEGEMATICON vulgo.

minis. & L. VI. p. 120. OUD.

41 *Ex Scythia*] *Ex Syria* alii. quod ut hoc tempore in medio relinquo (etsi, cur relinquam, cum ex Plutarcho in Mario constet, mulierem hanc & natione Syram, & nomine Martham fuisse) ita male quosdam *magam* pro *sagam* hic reposuisse ajo. *Magi* enim, qui sint, scio; *magas* nescio. MOD. 3. Reg. 3. Hill. *Ex Syria*. Falluntur autem, qui putant, dici *Sagam Scythia*, ut hospes *Zacyntho*, aut *mulier Corintho*. Regionum enim nomina (non urbium) requirunt praepositiones. TENN Reposui *ex Syria*, ut ad marginem sui libri jusserat Scriverius e MSS. suis quatuor, & excerptis Palatinis; quibus accedunt duo Leidenses, tres Cantabrigienses, Gudianus, & Coll. Voss. cum Editione Wechelli. quod merito probat Cl. Wasse ad Sallust. B. Iug. c. 67. qui videndus, & Lipsius in Politic. l. 1. c. 3. atque hic citatus Plutarchus p. 414. Σύραν γυναῖκα, Μάρθαν ὄνομα. Forsan auctor noster eam quoque nominaverit, ut conjicias ex variis lectionibus. *sagam Scythia* Keuchenius voluerat prave. OUD.

42 *Praedisscere*] Sup periculo scribi jubet *praedicere* Keuchenius, quod reperi in utroque Leidensi. Sed perperam omnino. Quid est enim *a qua praedicere?* Simulabat, se praedisscere, vel praenoscere, ut statim, seu praemoneri ab ea, quid in proelio foret futurum. Hillensberg. non agnoscit *se*. OUD.

43 *Q. Sertorius*] In Mediceo sec. non visitur praenomen. In tribus MSS. perperam. *cervam quamdam candidam* fuisse tradunt omnes. Vide auctores citatos ad Valer. Max. l. 1. c. 2. & Polyaen. l. VIII. 22. Sequentia in multis MSS. hoc ordine leguntur *se, quae vitanda aut agenda essent, praenoscere a.* In Mediceo sec. *asserebat.* In Cantabrigiensi *simulabat* ex praeced. exemplo. OUDEND.

44 *Hoc genere Strategematicôn, non ea tantum parte utendum est, qua imperitos existimabimus esse; apud quos his utemur: sed multo magis ea, quae talia erunt, excogitabuntur; ut ab his monstrata credantur*] Nunquam mihi persuadere potui (quod pace eruditiorum dixerim) a Frontino scripta verba jam recitata. Nam ut primum scriptorem hunc attentius legere coepi, statim suspicatus sum, ludimagistri alicujus commentum esse, ad ea praecedentis exempli, *cum barbaro & indocili mili-*

parte utendum eſt, qua inperitos exiſtimabimus eſſe, apud quos his utemur, ſed multo magis ea, [45] quae talia erunt, excogitabuntur, ut [46] a Diis [a] monſtrata credantur.

XIV. Alexander Macedo ſacrificaturus [47] inſcri-

a Vulgo AB HIS.

te uteretur. Si erro, ignoſces, benevole lector: ſi enim contra tendere velis, nihil ſupereſt, quo defendam, aut latus tegam, cum deſint mihi veteres libri. STEW. Haec usque ad XIV. exemplum e gloſſa eſſe ſuſpicatur Stewechius. In quo graviſſime peccat. Obſcurum locum equidem fateor, & ſuſpicatus ſum aliquando, legendum in fine. *Ut ab Dis monſtrata credantur*, pro *ut ab h. m. c.* praecedentia etiam mendoſiſſima videntur, & locum integrum ſic emendabat Salmaſius. *Hoc genere Strategematicôn &c. ſed multi magis ea, qua tales non erunt, excogitabuntur, ut his monſtrata credantur. Qua tales non erunt*, id eſt, *imperiti non erunt.* SCRIV. Omnes MSS. hunc paragraphum, quem Stewechius non genuinum, ſed gloſſema ſuſpicatur, agnoſcunt. 3. Reg. & 8. Hill. *ſtrategematon. Sed multo magis.* Salmaſius. *Sed multi magis ea, qua tales non erunt, excogitabuntur, ut ab his monſtrata credantur.* Explicat. *Qua tales non erunt* h. e. imperiti non erunt. TENN. Non alienus ego olim fui a Stewechii ſententia, & fere ſuſpicatus ſum, a lectore quodam, obſervationis ſpecie, eſſe adtexta. nunc tamen aliud ſtatuo Ultima quidem illa *ſed multo* &c. deſunt in Leidenſi primo. Quidquid ſit, reſcribendum ſaltem *Strategematon*, ut eſt in MSS. meis octo, & Ed. Pariſ. plerique MSS. & Edd. *non tantum ea p.* dein *eſt* non agnoſcit Leidenſ. ſec. *utamur* Medic. ſec. *uteremur* Edd. primae. OUD.

45 *Quae talia erunt, excogitabuntur*] Haec non intelligo. In MSS. quinque ſcribitur. *qua talia e. quae excog.* Suſpicor, legendum eſſe *ea utilia erunt, quae excog.* OUDEND. Haec verba plana eſſe arbitror. Vult enim Frontinus, puerilibus illis figmentis, quale illud de candida Sertorii cerva, apud barbaros & imperitos quidem uti poſſe imperatorem, ſed multo magis aliis, quae ita ingenioſe ſunt excogitata, ut oculatiores etiam fallant, & a Diis ipſis profecta eſſe videantur. BUHER.

46 *Ab his*] MS. Petrenſ. *a iis.* Medic. ſec. *ab aliis.* Sed veriſſima eſt emendatio Scriverii, quam confirmat Palatinus, clare exhibens *a Diis.* Unde jam incipimus penetrare loci ſenſum, quem hunc eſſe puto. Strategematum talium, qualibus Marius & Sertorius uſi ſunt, genus adhibendum tantum eſſe apud inperitos, quia prudentiores illis figmentis ſe non paterentur decipi, ſed vero illa magis eſſe utilia, quae ita excogitabuntur, ut credas, ab ipſis Diis eſſe monſtrata: Quod ſi verum eſſet, abundat etiam *non*, adeoque totus locus hoc modo foret concipiendus. *Hoc genere Strategematon tantum ea parte utendum eſt &c. Sed multo magis ea utilia erunt, quae excogitabuntur, ut a Diis monſtrata credantur.* In Editione Romana *credant.* Salmaſii conjecturam ad Flori l. II. c. 12, Ed. pr. placituram nemini arbitror. OUD.

47 *Inſcripſit*] Gujetus. literis ordi-

ſcripſit medicamento aruſpicis manum, quam ille extis erat ſubpoſiturus. [48] Litterae ſignificabant, victoriam Alexandro dari, quas quum jecur calidum rapuiſſet, & a rege militi eſſet oſtenſum, auxit animum, tamquam Deo ſpondente victoriam.

XV. Idem fecit [49] Sudines [a] aruſpex, proelium Eumene cum Gallis commiſſuro.

XVI. Epaminondas Thebanus, adverſus Lacedaemonios fiduciam ſuorum religione adjuvandam ratus, arma, quae [50] ornamentis adfixa [51] in tem-

[a] Vulgo INNIDES.

ordine praepoſtero notatis ſcilicet. TENN. De his litteris nihil dicit Polyaenus, ſed Alexandrum juſſiſſe hoſtias, omnia fauſta portendentes, militibus oſtendi, l. IV. 3. 19. Pro *ille* in Medic. ſec. *ipſe*. *Impoſiturus* Cantabr. unus. OUDEND.

48 *Literae*] MSS. *& literae*, f. *eae l.* SCRIV. *Cur. poſt.*

49 *Innides*] Immo *Sunides*, aut *Sudines*. SCRIV. *Innides*. Sic plerique MSS. ſed 3. Reg. *Tnides*. l. *Sunides*, vel *Sudines*. *Auſpex*. 3. Hill. male *duſpex*. TENN MSS. & Edd. VV. *Indas*, *Indas*, *Tnides*, *Hynides*, *Hnidens*. Sed unice verum eſt *Sudines*: quomodo jam emendavit Caſaubonus ad Polyaen. l. IX. c. 19. Σεδίνη Χαλδαίῳ μάντιν Συσίαν ἐφεδρεύοντα, ut legit Cl. Gronovius. Quo loco Polyaenus *Attalo* adſcribit, quod noſter *Eumeni*; nec ille tantum, ſed ceteri quoque auctores Attalo tribuunt. Galli autem mercenarii intelliguntur milites. Conſule Chronicon Ed. Simſoni ad A M. 3764. qui itidem *Sudines* ex Strabone l. XVI. p. m. 739. emendavit. In MSS. ſex *auſpex* etiam inveni; in Ed. Parili *hoſpes*. OUD.

50 *Ornamentis adfixa*] Si quidem ſana haec ſunt, intelligo *tholos*, aliaque in templorum parietibus exſtantia ornamenta, & vide Comm. ad Virgil. l. IX. Aen. 408.

Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. OUD.

51 *In templis*] Quorum nimirum parietibus affigebant arma emerita, & ſpolia hoſtibus detracta. Ovid. epiſtola Penelopes.

Ponitur ad patrios barbara praeda Deos.

de remedio amoris l. I.

Vince cupidinęas pariter, Parthasque ſagittas,
Et refer ad patrios bina tropaea Deos.

Prudentius Hamart. 107. gladium ſuum pudicitia catholico in templo

divini fontis ad aram
Conſecrat aeternam ſplendens ubi luce coruſcet.

Priſci duces faſtigiis ſuarum aedium

templis erant, nocte ſubtraxit, perſuaſitque militibus, Deos iter ſuum ſequi, ut proeliantibus ipſis [52] adeſſent.

XVII. Ageſilaus Lacedaemonius, quum quosdam Perſarum cepiſſet, quorum habitus multum terroris [53] praefert, quoties veſte tegitur, nudatos militibus ſuis, ut alba corpora & umbratica contemnerent, oſtendit.

XVIII. [54] Gelo, [55] Syracuſanorum [a] tyrannus, bello [56] adverſus Poenos ſuſcepto, quum multos cepiſſet, infirmiſſimum quemque praecipue [57] ex auxi-

a Vulgo SYRACUSARUM.

dium appendebant. Sen. Thyeſte 922. *Piſcisque domos curribus inclytas.* Suet. Nerone c. 38. *Domus priſcorum Ducum arſerunt, hoſtilibus adhuc ſpoliis adornatae.* TEMN. Lucan. l. I. 140.

Sirtisque exibta juventus
Deripiunt ſacris adfixa penatibus arma.

& paſſim. V. Torrent. ad Sueton. Vitell. c. 8. OUD

52 *Adeſſent*] Unus Cantabrig. *intereſſent.* OUD.

53 *Praefert*] Duo MSS. *adfert.* dein in omnibus *oſtendit* exaratum eſt ante vel *ut alba* &c. *contemnerentur* etiam in Palatino, Mediceo primo, & Leid. primo. vid. Polyaen. l. II. c. 1. §. 6. Xenophon. de Ageſilao p. 455. qui inſuper ait, eum illos vendidiſſe nudos. OUD.

54 *Gelo*] Palatinus cum utroque Mediceo *Hiero.* Quod non eſt opus. Videtur enim intelligi Gelo, Dinomenis filius, qui primus Siculorum tyrannorum feliciſſime contra Carthaginienſes, Siciliam tum primum invadentes, bellavit. Conſule Herodotum l. VII. Diodor. Sicul. l. XI. & Polyaen. l. I. c. 27. OUDEND.

55 *Syracuſarum*] Repoſui *Syracuſanorum*, auctoritate plurimorum MSStorum, & Editionum Bonon. ac Pariſ. ut c. 8. §. 12. *Dionyſius, Syracuſanorum tyrannus*; niſi, ut illic dixi, hic quoque malis *Syracuſiorum.* nam in Leidenſi primo ſcribitur *Syracuſorum.* OUDEND. Praefero *Syracuſiorum.* Cic. I. Div. 20. *ejus, qui* Syracuſiorum *tyrannus:* ubi MSS. duo *Syracoſiorum:* ut in Lucullo c. 39. *Hicetas Syracoſius.* Gell. L. III. c. 17. *Dionem Syracoſium.* Vid. Gronov. ad Auſon. Moſell. 304. MSS. Harl. aliique apud Valer. Max. L. VI. 2. in f. Syracuſiis *omnibus.* vulgo *Syracuſanis.* IDEM. *Cur. poſt.*

56 *Adverſus*] MSS. quinque, & Ed. Pariſ. *adverſum.* OUD.

57 *Ex auxiliaribus*] Palatinus, Mediceus veruſtior, & Leidenſis pr. cum Gudiano non agnoſcunt vel *ex.* Leidenſ. ſec. *auxiliarium.* Cantabrig. unus *de auxiliatoribus.* Edd. Rom. Bonon. Pariſ. *ex auxiliatoribus.* Quae variatio locum de mendo reddit ſuſpectum. quale vero id ſit, neſcio.

auxiliaribus; qui nigerrimi erant, nudatum in conſpectu ſuorum produxit, ut perſuaderet contemnendos.

XIX. Cyrus, rex Perſarum, ut concitaret animos popularium, tota die [58] in excidenda quadam ſilva eos fatigavit; deinde poſtridie praeſtitit eis liberaliſſimas epulas, & interrogavit, utro magis gauderent. Quumque ei praeſentia probaſſent: Atqui per haec, inquit, ad illa perveniendum eſt: Nam liberi beatique eſſe, niſi Medos vicetis, non poteſtis. Atque ita eos ad cupiditatem proelii concitavit.

XX. [59] L. Sulla, quia [a] adverſus Archelaum, praefectum Mithridatis, apud [60] Pirea pigrioribus

[b] Vulgo qui.

ſcio. an *praecipue auxiliarios?* v. ad II. 7. 3. l. III. 10. 1. *quosdam ex auxiliaribus*, MSS. *auxiliaribus*. an vero *auxiliorum?* Auxiliares ipſi paſſim vocantur *auxilia* tam noſtro, quam ceteris. Syntheſis non percepta fraudi fuiſſe librariis videtur. Mox *in conſpectum* exhibent Codices tres: ſed vide ad c. x. §. 1. OUDEND.

58 *In excidenda*] *In* deeſt in Petrenſi. Mox pro *poſtridie* Palat. *poſtriduo*. uterque Mediceus, Leidenſ. ſec. & Edd. Rom. ac Bonon. *poſt triduum*. Petrenſis *die autem poſtera*. Nil muta. Poſtridie ſive poſtera fuit die, quo haec fecit Cyrus, teſtibus Herodoto, Juſtino, Polyaeno, aliisque. Sequentia ſane non elegantia ſunt, nec accurata. *Utrum & gauderet*. & mox, *at* vel *atque per hoc ad illa* nonnulli MSS. Videtur auctor Trogum compilaſſe; ut ſuſpicor ex Juſtino. *Silvam viae circumiectam excidere* &c. *rogat, ſi conditio ponatur* (ſic l. e MSS.) *utrius vitae ſortem legant heſterni laboris, an praeſentium epularum? praeſentium, ut acclamavere omnes* &c. *Laetis omnibus Medis bellum infert*. OUDEND.

59 *L. Sulla, qui*] Deeſt praenomen in Leid. ſec. Dein repoſui *quia*, jubentibus omnibus MSS. & Edd. ante Scriverii Ed. ultimam, in quam typographorum errore, ut alibi, textui irrepſiſſe, & dein propagatum eſſe *tò qui* videtur. OUD.

60 *Pirea*] Tuto hoc tranſeunt interpretes: at velim mihi dicant, quae ſint illa *Pirea*. Al. Edd. *Pyrea*: *Piream* vel *Pirheam* MSS. duo, & Ed. Pariſ. *Pireum* Petrenſis. *Phyrea* Leid. ſec. *Pyreum* locum eſſe in Perſarmeniis, teſtantur Geographi. Vix tamen mihi dubium eſt, quin ſcribendum ſit *Piraeea*, portum Athenienſium: in cujus oppugnatione crebra contigerunt proelia. Vide Appian. in Mithridat. & Plutarch. in Sulla. Accuſativo Graeco more ſuo utitur auctor. De

bus ad proelium militibus utebatur, opere eos fatigando compulit ad poſcendum ultro pugnae ſignum.

XXI. [61] Fabius [a] Maximus veritus, ne qua fiducia navium, ad quas refugium erat, minus conſtanter pugnaret exercitus, incendi eas, priusquam iniret proelium, juſſit.

CAP.

[a] Vulgo Q. FABIUS.

Piraeeo frequenter in MSS. corrupto vide ad Obſeq. c. 116. ad Juſtin. l. v. 8. 3. Gronov. Obſerv. I. 3. OUD. Conjeceram *Piraeëa*, accuſativum Graeco more, cujus amans eſt noſter, v. ad c. 12. §. 11. Quia tamen Cicero, ad Atticum L. VI. Ep. 9. cum ſcripſiſſet; *in* Piraeea *eum exiſſet*, eidem confitetur: *magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus* Piraeea *ſcripſerim*, *non* Piraeeum. *Sic enim omnes noſtri locuti ſunt:* & tres Codd. hic litteram *m* agnoſcunt; immo Petrenſis optimae notae liber habet *Pireum*, nunc vulgare *Piraeeum* quoque admitto: licet ſic MSS. O. *Enipeam* pro *Enipea* L. II. c. 3. §. 22. Nam accuſativum pluralem *Piraea* nimis poëticum exiſtimo. Sic vero Ovid. IV. Faſt. 563.

Sunion expoſitum, Piraeaque *tuta receſſu*
Linquit.

Piraeëus portus in MSS. millies exaratur *Piracus*, & *Pireus*, & Poëtis ſaepe triſyllaba vox eſt. Terent. Eun. II. 2. 50. III. 4. 1. Propert. L. III. El. 20, 23.

Inde ubi Piraei *capient mea lintea portus.*

Sic Broukh. vulgo & in MSS. plerisque *me litora*. D'Orv. *me litore*, non male, & convenientius ſequentibus;

Scandam ego Theſeae brachia longa viae.

IDEM *Cur. poſt.*

61 *Q. Fabius*] Praenomen hoc rurſus intruſit Scriverius. MSS. & Edd. ante eum non agnoſcunt. Dein Petrenſis *bellum* habet pro *proelium*, ut ſaepe codex ille, nec male. v. ad II. 1. 12. OUD.

CAP. XII.

De dissolvendo metu, [1] *quem* [a] *milites ex adversis conceperint ominibus.*

EXEMPLUM I.

SCIPIO, ex Italia in Africam [2] transportato exercitu [b], quum [3] egrediens navem prolapsus esset, & ob hoc adtonitos milites cerneret, id, quod trepidationem adferebat, constantia & magnitudine animi, in hortationem convertit: [4] Et ludite, inquit, milites, Africam obpressi.

II.

a QUO &c. OMNIBUS CONCIDERUNT vulgo. *b* Vulgo TRANSPORTANDO EXERCITUM.

1 *Quo milites*] Lege, ut supcrius in indice monui ex MSS. *Quem milites ex adversis conceperint ominibus.* Totum enim hoc caput agit de ominibus. τὸ *ex* carent 3. Reg. & unus Hill. pro *conceperint* 2 Hill. *ceperint.* TENN. *Quem* & *conceperint ominibus* plurimi quoque mei, & Ed. Par. ut reposui: *ceperint* Scriverii unus. OUDEND.

2 *Transportando exercitum*] Non adeo male, sed MSS. tamen undecim, vel duodecim mei & Ed. Parisf. reseribi jusserunt *transportato exercitu.* OUD.

3 *Navem*] 3. Reg. 3. Hill. *nave.* TENN. *Nave* etiam septem mei cum Ed. Parisf. sed vulgatum praefero. *Egredi silvam* Ovidio. *Excedere Italiam* supra l. 1. 5. §. 5, contra vulgo l. III. 2. 7. *urbe egressa erat.* MS. *urbem.* ubi vide plura. Pro *prolapsus* in Mediceo antiquiore a m. pr. est *prora pressus.* OUDEND.

4 *Et ludite, inquit, milites*] Alii *audite, inquit, m.* mihi neutrum satis placet. MOD. Restituebat ingeniosissimus & amicissimus mihi Janus Gulielmius, & *pludite. Pludo* pro *plaudo: cludo*, pro *claudo*; similia sexcenta obviam in libris antiquioribus passim. Hinc illud *ludite* ab indoctis librorum descriptoribus suppositum esse, liquido appareret. Plautus Casina sc. ult. *Verum qui non manibus, quantum poterit, plusserit.* STEW. *Eia pludite* pro *plaudite* L. Gulielmius apud Stewechium. Forte. *Videte, inquit, milites; Africam oppressi.* SCRIV. Omnes MSS. *Et audite.* Hinc J. Gulielmius, *Et p'udite.* Stewechius, *Eia pludite.* Nam Plautus Casina sc. ult. *Verum qui non manibus, quantum poterit, pluserit.* Seneca l. v. de benef. c. 6. *Ut quo die Solis defectio fuit, regiam cluderet.* Seneca Theb. v. 467. *clude vagina impium ensem.* Verum puto, ed *Et* veniisse ex literis *Pl.* lectionemque genuinam fuisse *Plaudite.* Frontinus enim nullis antiquis verbis utitur. TENN. *Pludite* placuit quoque Grutero,

II. [5] C. Caesar, quum forte conscendens navem

Plaudite If. Vossio, & Lipsio. Rubenius in Elect. l. 11. c. 29. *Ludens, inquit.* Verum cum MSS. omnes quoque mei exhibeant cum Ed. Paris. *Et audite*, praeter Leidens. tertium. in quo est *Attendite*, omnino putem, scribendum esse *At audete. Audete* libri sui margini adscripserat Scriverius. Et hoc unice, opinor, efflagitat loci sensus. Milites adtoniti, & consternati erant Scipionis lapsu, quare ille eos corrigens, & simul adhortans ait, *At audete.* Quid trepidatis milites, & metu percussi estis: placet omen. Vos audete modo, & viri este. Africam jam nunc oppressi. Passim ita *audete viri, audendum est*, & similia occurrunt. Curt. l. IV. c. 14. 13. *Cetera in vestra potestate sunt; audete modo vincere.* Livius l. XXXV. 33. *Agenda res est, audendaque* &c. & saepe ille *Audendo atque agendo.* Elegans locus est Ovidii Fast. II. 781.

Exitus in dubio est: audebimus ultima, dixit.
Viderit, audentes, Forsne, Deusne juvet.
Cepimus audendo Gabios quoque.

Ceterum confundit Caesaris dicta auctor, & Scipioni tribuit, quod Suetonius de Caesare testatur c. 59. *Prolapsus etiam in egressu navis, verso in melius omine, Teneo te, inquit, Africa:* cum noster dicat, id a Caesare prolatum in conscensione navis; at hoc, ni fallor, alii Alexandro adscribunt. De oppressione Africae videtur inde in mentem venisse auctori nostro; quod Caesari per somnium visa fuerit mater sibi subjecta, quam terram esse interpretati sunt harioll. Ibid. c. 7. Opp. Nihil mutandum censeo. Sic textum distinguo: *in hortationem convertit, &, ludite, inquit, milites. Africam oppressi.* Nihil apertius. *Ludite*, id est, facite, quod laeti victores solent. Plus est istud, & omnis certioris, quam *audete*; quae vox periculum superesse, & instare notat Buher. Optime quidem τὸ *ludite* defendit Vir illustris, & retinerem omnino, si MSStis confirmaretur. illi enim dant *audite.* Hinc & *gaudete* fieri posset: ut Ovid. L. XIV. Met. 19.

Augur
Thestorides, Vincemus, ait:
gaudete, *Pelasgi:*
Troja cadet.

Sed verius adparet, &, *audete.* Sic enim bene distinxit Buherius. Lucan. L. X. 397.

Aude. *Superos tot vota Catonum*
Brutorumque tibi tribuent.

Sueton. Ner. c. 23. *atque*, ut auderet, *hortantibus.* Forsan id verbum restituendum Septimio de B. Troj. L. II. c. 47. ut dant MSS. Periz. & Voss. *quum interim Troiani ex muris* despectantes (vulgo male *resp.* V. L. III. c. 13. 20.) nec quidquam *pro sociis* ausi *intra moenia trepidarent.* vulgo *nequidq.* sine τῆς *ausi.* c. 45. *nihil ultra* audendum *rati.* Oud. *Cur. post.*

5 *C. Caesar*] Uterque Leidensis, & Medicei cum Edd. Rom. & Bonon. hic quoque non agnoscunt praenomen. Dein Leidens. pr. *contendens.* Petrensis *in navem.* Coll. Voss. *condescendens n.* Mox tres Edd. primae *quibus p.* sine τῆς *a.*

vem lapsus esset, [6] Teneo te, [7] terra mater, inquit: qua interpretatione effecit, ut repeturus [7*] illas, a quibus proficiscebatur, terras videretur.

III. [8] T. Sempronius Gracchus Cos. acie adver-

6 *Teneo te*] Vox haec (ut Keuchenius monuit) est amicorum, sibi inopinis occurrentium, summo cum gaudio. Seneca Thebaide v. 501. *Teneo longo tempore, Petita votis ora.* Terent. Heaut. *A. O mi Clinia, salve. C. ut vales? A. Salvum veniſſe gaudeo. C. Teneone te, Antiphila, maxime animo exoptata meo?* Plautus Rud. *Vix mihi credo ego hoc, te tenere.* Petronius. *Teneo te, qualem ſperaveram.* TENN. Vide Graev. ad d. Suetonii locum, & La Cerdam ad Virgil. Ecl. I. 31.

7 *Terra mater*] Unus Reg. *Terra & mater.* Nihil frequentius in autoribus, quam *Terram* vocari *matrem*; causa rarior apud Varronem l. III. de r. r. c. 5. *Nec ſine cauſa Terram eandem appellabant Matrem & Cererem, & qui eam colerent, piam & utilem agere vitam credebant, atque eos ſolos reliquos eſſe ex ſtirpe Saturni Regis. Cui conſentaneum eſt, quod initia vocantur potiſſimum ea, quae Cereri ſunt ſacra.* TENN.

7* *Illas, a quibus proficiſcebatur.* &c.] Haec ita obscure dicta sunt, ut nescias, in bonamne, an in malam partem sint accipienda. Si enim, exempli gratia, navem tunc conscenderet Caesar, ut ex Africa in Italiam reverteretur, dictum ejus, quo repeturus Africam videbatur, infausti fuit ominis: quod menti tamen Auctoris prorsus est contrarium. Unde suspicor, hic deesse aliquid, quod ad sententiae lucem desideratur. Respicit haud dubie Frontinus ad illum diem, quo Caesar cum militibus e Brundusio naves solvit, ut Pompejo bellum inferret, in Graeciam. Illius certe in navis conscensione lapsus superstitiosos milites conturbare poterat; nisi hunc casum ingeniose in bonam partem convertisset, dicendo *Teneo te, terra mater*, qua voce significavit, eo se bello victorem reversurum, eaque terra potiturum, in qua natus erat. Id enim *ad mater* significat. At tamen cum nec sic clara satis esset Auctoris sententia, ut ex Tennulii interpretatione patet, omnino mihi persuasum est, scripsisse Frontinum: *ut repeſiturus Italas, a quibus proficiſcebatur, terras videretur.* Scis, quam facile ex *Italas* librarii fecerint *Itlas*, & exinde *illas*. RUHER. Vera est ingeniosissimi Viri observatio. Sed malim rescribere *natales.* Sic clarius interpretatus fuisset Auctor. Passim *natale ſolum, natalia rura* &c. At utrumque forsan alicui videbitur nimis poëticum. Codicis Petrensis lectionem *c. in navem*, de qua vide ad Caes. L. v. B. G. c. 7. ne recipias. Amat enim Frontinus omittere praepositionem: uti patebit Indicem consulenti. GUD. *Cur. post.*

8 *T. Sempronius*] Immo, P. *Sempronius Sophus Cos.* SCRIV. *Ed. Pr.* Perperam hic T. Sempronius Gracchus Cos. pro P. Sempronio Sopho suppositus a librariis: ex quorum numero cuidam sciolo fortasse nomen Gracchorum celebrius magis placuit. Idem, quod Frontinus, scribunt L. Florus l. I. 19. & Orosius l.

versus Picentes directa, quum subitus terrae motus utrasque partes confudisset, exhortatione [9] confirmavit suos, & inpulit, ut consternatum superstitione invaderent hostem, [10] adortusque [a] devicit.

IV. [11] Sertorius [b], quum equitum scuta extrin-

[a] Vulgo ADHORTATUSQUE. [b] Vulgo Q. SERT.

IV. c. 4. domitos esse Duce Sempronio Picentes, & caput gentis Asculum expugnatum. & instructa utrinque ad proelium acie terram terruisse: Sempronium vero Cos. aede vota Tellurem deam placasse, & adhortatum attonitos stupore miraculi milites, eosque vix tandem ad pugnam impulisse: Vicisse Romanos, sed atroci & cruenta victoria, majore exercitus parte amissa. SCRIV. *Ed. sec.* Tũ T. carent unus R. & unus Hill. Hoc bellum Florus l. I. c 19. & Orosius l. IV. c. 4. referentes, nullius Gracchi meminere. Quare cum Scriverio legas, *P. Sempronius Sophus Cos.* Neque enim Gracchorum nomen bello Punico celebre. TENN. Idem recte censet St. Pighius, cujus verba ex Annal. T. I. p. 456. sua fecit in secunda Editione Scriverius, & insuper margini sui Codicis adscripsit, videndum esse Eutropium, ad A. V. C. CDXXCV. & Cuspinianum p. 145. 157. Tũ *T* abest etiam a Mediceo antiquiore, & Leidensi sec. qui etiam *Picenos* habet pro *Picentes*. Vaticanus *Cons. ad Pic. directus*. OUD. Scripsisse rursus Auctorem puto simpliciter *Sempronius*. Cetera a librariis prave adsuta. Vide citatos Auctores & Eutrop. L. II c. 16. Supra ad c. 4. Ex. I. IDEM. *Cur. post.*

9 *Confirmavit*] Scriverii unus, sive Hillensberg. [Est enim unus idemque Codex: ut patuit mihi ex collatione propria. Vid praefat.] cum Edit. Romana *confortavit*, barbare & ex glossemate: V. Voss. de Vitiis Serm. p. 669. Dein *compulit* Palat. post *invaderent hostem*, non *h. inv.* MSS. plerique. *Invaderet* Medic. pr. & Ed. Rom. OUD.

10 *Adhortatusque*] Forte *adortusque*. MOD. Regius *adhortatosque*. Alius & Modius *adortusque*. TENN. Ed. Rom. *adhortatosque*. Paris. *hortatusque*. Sed non dubitandum est de veritate Lectionis Codicis Regii *adortusque*, quod & Scriverius conjecerat. Sic enim passim loquitur auctor. II. c. 1. §. 15. 17. *Adortus superavit*. §. 18. *reliquos adortus occidit*. c. 2. §. 12. *terga adortus cecidit*. c. 5. §. 1. *Adortil effusos occiderunt*. §. 8. ubi vide etiam, & saepius. Mox *vicit* simpl. in Mediceo pr. & Edd. primis. OUDEND.

11 *Q. Sertorius*] MSS. & Edd. ante Scriverianam non agnoscunt praenomen: quod saepius de eo mentionem faciens auctor omittit. Confer Indicem. Dein *equitum* deest in Leidensi pr. Sed male. Obsequens c. 121. *Scuta equitum parte exteriore, jaculaque & pectora equorum cruenta visa: quod prosperum sibi interpretatus est Sertorius: quia exteriora hostili sanguine maculari solent.* Uterque hausserunt sine dubio e Livianis. In fine Palatin. *quo*, & *hostium* ambo Medicei. OUDEND.

trinsecus, equorumque pectora cruenta subito prodigio adparuissent, victoriam portendi interpretatus est, quoniam illae partes solerent hostili cruore respergi.

V. Epaminondas Thebanus, contristatis militibus, quod ex hasta ejus ornamentum, [12] infulae more dependens, ventus ablatum in sepulcrum Lacedaemonii cujusdam depulerat; Nolite, inquit, milites trepidare; Lacedaemoniis significatur interitus. Sepulcra enim [13] funeribus ornantur.

VI.

12 *Infulae more dependens*] Diodorus Siculus l. xv. p. m. 367. ita haec refert: Ὁ γὰρ γραμματεὺς προῆγεν, ἔχων δόρυ καὶ ταινίαν ἐπ' αὐτῷ. καὶ προσήμαινε τὸ παραγγελλόμενον ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων. Πυνθανομένου δὲ τοῦ Ἐπαμινώνδου, συνέβη, τὴν ταινίαν ἐπεστεφανῶσθαι περί τινα κάλυκα ἐρυσῶσαν τάφον. ἦσαν δὲ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ τεθαμμένοι τινὲς Λακεδαιμόνιοι καὶ Πελοποννήσιοι &c. Sed subdit idem, nihil illis respondisse Epaminondam. Malim autem *detulerat* hic: quia vulgatum *depulerat* nimiam venti vim denotare videtur, qua hic opus non fuit. OUD.

13 *Funeribus ornantur.*] Sic omnes MSS. τὸ *infulis*, quod alii afferunt, nusquam occurrit. TENN. *Infulis* citavit Kirchmannus l. IV. c. 3. de funeribus. Grutèrus margini codicis sui, quo usus est, adjecit, fortassis scribendum esse *funebribus*. MSS. quoque mei nihil juvant, nisi quod in Leidensi sec. corrupte scribatur *sepultura enim funeribus ornamentis*. In Leidensi tertio *sepulcra enim eorum mortibus ornanda sunt*. *Sepulturae* pro *Sepulcra* Ed. Rom. & Bonon. pro *enim* in MS. Coll. S. Joannis Cantabr. *eorum*: Unde puto, scribendum esse *Sepulcra eorum funeribus ornantur*. Nam vel Epaminondae, vel nostro auctori necesse non erat, ut lectori vel auditori diceret, sepulcra ornari infulis. Hoc sciebant Graeci & Romani ex quotidiano usu. Sed hic quaestio erat, quibus per id ostentum significaretur interitus. Jam Epaminondas confirmat, eum impendere Lacedaemoniis, quorum erant sepulcra, quaeque per eorum mortes & funera similibus taeniis & corollis ornarentur. De iis vide etiam Scheffer. ad Aelian. l. XII. Var. Hist. c. 7. OUD. Quod τὸ *enim* ex Vet. Cod. mutas in *eorum*, omnino placet. Sed sepulcra funeribus ornari, mea quidem sententia ferri nequit. Si legas *muneribus*, levissimae mutationis ope locum hunc prisco nitori restitues. Vide Kirchmann. de Funeribus III. 5. BUHER. Posset *funeribus* dativo casu intelligi pro *ad* vel *in funera* Laconum: sed amplecti malim *muneribus ornantur*. Frequentissime *munus* in *funus* abiit. Vid. ad Lucan. L. VIII. 741.

Sed abest a munere *busti.*

OUDEND. *Cur. post.*

VI. Idem, quum fax de coelo nocte delapsa, eos, qui adverterunt, [14] terruisset; Lumen, inquit, hoc Numina ostendunt.

VII. Idem, instante adversus Lacedaemonios pugna, quum sedile, in quo resederat, succubuisset, & id vulgo [15] pro tristi significatione [16] confusi milites interpretarentur; Immo, inquit, vetamur sedere.

VIII.

14 *Terruisset.*] Petrensis *deterruisset.* Dein MSS. duo *haec.* In Leidensi sec. *ostendit.* Totum exemplum deest in Hillensberg. Codice.

15 *Pro tristi significatione*] Omnes MSS. interponunt *Excipe-retur*, quod redundat. *Pro tristi excipiretur:* praeterea 3. Reg. 2. Hill. *Significationem* male. TERN. Scriveriani quoque, & mei omnes, numero undecim, ac Edd. Romana, Bononiensis, Parisiensis, & Hittorp. interponunt *exciperetur*; nisi quod in Medic. vetustiore, & Cantabrig. uno sit *acciperetur. Significationem* Coll. Voss. Non dubito, quin vox haec addi debeat: nam nunc *vulgo*, vel *milites* videtur abundare; licet sciam, hoc posse defendi. Optime Codex Petrensis *& id vulgo pro tristi excipiretur significatione, & sic confusi m.* &c. Quia tamen videtur & hoc interpolationem sapere, vide, num rectius legi possit. *& id vulgo pro tristi accipi verum significatione conf.* Aut potius minima mutatione *& id vulgo pro tristi excipiretur s. ac confusi milites inde trepidarent.* Quam conjecturam partim debeo viro Hittorpianae, quae habet, *legendum forte trepidarent.* OUD. Quandoquidem codices omnes, ut testaris, interponunt *exciperetur*, suspicor, a prima manu scriptum; *& id vulgo pro tristi excipiretur significatione, ne confusi milites interpretarentur; imo, inquit* &c. Ex antiqua scribendi ratione τὸ NE, & τὸ SIC cum praecedentibus syllabis confundi facile potuisse, doctissimi Critici ante me docuerunt, & tu, vir doctissime, non ignoras, inter varias mendarum causas hanc esse praecipuam. BUHER. Ad Sueton. Caes. c. 7. jam monui, mihi videri recipiendam esse Codicis Petrensis lectionem addendo τὸ *ne*, elapsum ob praecedens *significatione.* Cum sciebat Epaminondas, sedilis collapsum vulgo pro tristi significatione excipi, cavere voluit, *ne & sic* interpretarentur milites. *&*, ut millies, valet τὸ *etiam.* Ex. 8. *pro ostento* excipere. Sueton. Caes. 14. *gravius* exceptam *sententiam interpretatione lenire.* IDEM *Cur. post.*

16 *Confusi*] h. e. Perturbati, contristati. Ovid. III. Amor. Eleg. 8.

Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo.

Juvenal. Sat. 3, v. 1.

Quamvis digressu veteris confusus amici.

Front. v. c. 11. n. 3. *Confusis suorum animis.* hoc cap. n. 3. *Subitus terrae motus utrasque partes confudisset.* l. II. c. 7. n. 8. *Militum animos a confusione*

VIII. [17] C. [a] Sulpicius Gallus defectum lunae inminentem, ne pro oſtento exciperent milites, praedixit futurum, additis rationibus, cauſſisque defectionis.

IX. Agathocles Syracuſanus, adverſus Poenos, ſimili ejusdem [18] ſideris deminutione [b], qua [19] ſub

a Vulgo L. *b* Vulgo DIMINUTIONE.

ſione retraxit. Plinius Paneg. *Quam ego puto confuſionem tuam fuiſſe, cum digredientem proſequereris.* Vell. l. II. c. 124. *Quae Senatus trepidatio, quae populi confuſio, quis orbis motus, in quam arcto ſalutis exitiique fuerimus confinio, neque mihi tam feſtinanti exprimere vacat; neque, cui vacat, poteſt.* Sic Graeci συγχεῖσθαι uruntur. Epictetus c. 34. ἵνα, ἐὰν λοιδόρῳ σοι, παρεχθῇ ἑαυτὸν καὶ συγχυθῇ. Antoninus l. 5. §. 32. de ſe ipſo. Διὰ τὶ συγχίνειν ἔστιχνε καὶ ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἐστιχνε καὶ ἐπιτρίμμενα. TENN.

17 *L. Sulpitius Gallus*] Forte *C. Sulpicius in Galliis.* Vide l. II. c. 4. ex. 5. SCRIV. Scribe *C. Sulpicius Gallus.* Ciceroni in Bruto & in Catone. Item de officiis l. I. *C. Gallus.* Apud Livium l. XLIII. male quoque legitur *M. Sulpicius*, cui Juriſdictio urbana obtigerat. Poſt praeturam quum eſſet in Macedonia *Tribunus militum ſecundae legionis*, vel, (ut ait Valerius Maximus) *legatus, L. Pauli Conſulis permiſſu ad concionem militibus convocatis, pronunciavit nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora ſecunda usque ad quartam horam noctis Lunam defecturam eſſe. Id quum accidiſſet, ipſius ſapientia militibus prope divina coepit haberi.* Haec Livius. Vide quoque Plinium de defectu Solis & Lunae. SCRIV. *Cur. poſt.* Optime fecit Scriverius, quod mutaverit ſententiam, & docuerit, *C. Sulpicium Gallum* in Macedonia Lunae defectionem praedixiſſe, non *in Galliis* ex l. II. c. 4. Nam ibi quidem dicitur Sulpicius Peticus contra Gallos pugnaſſe; ſed hoc fiebat in ipſo Latio contra Gallos. Quare erroris nomine reprehenſus ante Scriverius fuit a Cl. Perizonio, multis oſtendente *C. Sulpicium Gallum* hic legi debere. Vide Obſervat. Hiſtor. c. II. p. 79. & auctores citatos ad Valer. Max. l. VIII. c. II. §. I. Quamvis ſolius Livii teſtimonium l. XLIV. c. 37. ſit inſtar omnium. Locus Livii, quem emendat Scriverius, emaculatus quoque eſt a Sigonio, l. XLIII. c. II. In MSS. hic nihil eſt ſubſidii, niſi quod in uno Mediceo ſit *Lelius.* Temere autem a viro docto conjectum fuiſſe *in Galliis*, monet etiam Doctiſſ. P. Weſſeling. ad Chronic. Simſon. ſub finem partis 5. Sed non bene hoc Tennulio adſcribit; rectius inputaſſet Keuchenio, qui ſuo nomine hanc conjecturam quoque proferre non erubuit. *defectu inminente* Mediceus antiquior. QUD.

18 *Sideris*] h. e. Lunae. Juſtin. l. XXII. c. 6. dicit, Solem defeciſſe naviganti Agathocli. Caeterum Solem & Lunam (cum ſint planetae) vocari Sidera, uſitatiſſimum. Claudianus Conſulatu Maſſii Theodor. v. 103.

Sic

19 ſub diem pugnae, ut prodigio, milites ſui conſternati erant, ratione, qua id 20 acciderit [a], expoſita, docuit, quidquid illud foret, ad rerum naturam, non ad ipſorum propoſitum pertinere.

X. Pericles, quum in caſtra 21 ejus fulmen decidiſſet, terruiſſetque milites, advocata concione, lapidibus 22 in conſpectu omnium colliſis 23 ignem

a ACCIDERET vulgo.

Sidera cur ſeptem retro nitantur in ortus.
Oblucta polo.

Juſt. *Defectus naturalium Siderum ſemper praeſentem rerum ſtatum mutare.* Virg. IV. Aeneid. 209.

Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem.

b. e. Sole. Mela I. c. 9. *Nilus aeſtivo Sidere exundans etiam irrigat.* Amm. Marcellinus l. XXIII. *Arſuces aſtris (ut ipſi exiſtimant) ritus ſui conſecratione permixtus eſt omnium primus. Unde ad id tempus Reges ejusdem gentis praerumidi appellari ſe patiuntur Solis fratres & Lunae.* Seneca reddens cauſam eclipſeos ait l. V. de benef. c. 6. *Non eſt iſta Solis defectio: ſed duorum ſiderum coitus, cum Luna humiliore curſus via infra ipſum Solem orbem ſuum poſuit, & illum obje&u ſui abſcondit: quae modo partes ejus exiguas, ſi in transcurſu ſtrinxit, obduxit; modo plus tegit, ſi majorem ſui partem objecit: modo excludit totius aſpectum, ſi recto libramento inter Solem terrasque media ſucceſſit.* Plin. Panej. de Sole: *Quod terra genuit, quod ſidus aluit.* h. e. Sol. TENN. Non Juſtinus modo, ſed & Diodorus Siculus l. XX. p. 74). Solis defectum fuiſſe tradunt. Hic quoque Mediceus primus non *ſideris*, verum *Solis* exhibet. At nihil eſt *ejusdem Solis*. Debuiſſet tum ſcripſiſſe auctor *adverſus P. iens* vel *tendens ſimili Solis d.* Mox *denunciatione* MSS. duo. *dimicatione* Medic. ſec. Optime Leidenſ. pr. *deminutione*. Conſule Caſaubon. ad Sueton. Caeſar. c. 5. & Burm. ad Ovid. l. I. Tr. El. v. 44. OUDEND.

19 *Sub diem*] MSS. quatuor, & Edd. primae *ſub die*. Vide, quae notavimus ſupra ad c. 5. §. 9. *Sub occaſu Solis*. OUD

20 *Accideret.*] Edd. primae *acciderat*. Sed recte MSS. quatuor *acciderit*, ut repoſui. OUD.

21 *Ejus*] *Forum* Palatin. & *exterruiſſet*. Similia de Pericle vide in Valerio Maximo l. VIII. c. 11. ext. 1. OUDEND.

22 *In conſpectu*] 3. Reg. & unus Hill. *in conſpectum*. Praepoſitio haec, licet quietem notans, jungitur tamen accuſativo. Suetonius Auguſto c. 16. *Militibus in conſpectum fuiſſe*. Tiberio c. 6. *Quod in tutelam Claudiorum erant*. Curtius III. c. 5. *Darium in Cilicium ſore nunciatur*. Propertius III. Eleg. 8.

Non flebo in cineres arcum ſediſſe paternos.

Juſtinus II. 13. *Satis multos hoſtes in Graeciam manere dictitans*, Ut ex MSS. notat Berneggerus. Seneca I. de ira. *Cum ſe in poſſeſſio-*

[23] ignem excuſſit, ſedavitque [24] conturbationem [a], quum docuiſſet, ſimiliter nubium adtritu excuti fulmen.

XI. Timotheus Athenienſis [25], [b] adverſus [26] Corcyraeos navali proelio decertaturus, gubernatorem [c] ſuum [d] ſtatuam [e] ſibi [f] in puppi [g] poſitam [h] habere juſſit, [i] ut ſi victoria [k] ſecuta eſſet, [l] ſibi [m] tribueretur. [n] Quum [o] autem [p] ſuperatis [q] hoſtibus [r] ſtatua [s] ſua [t] in navi [u] ſtaret, [v] ſubmotus [w] gubernator [x] ſuum [y] locum [z] occupavit, [aa] ſtatuamque [bb] ſibi [cc] tribuendam [dd] curavit. [ee] Quo [ff] facto [gg] ſtatua [hh] ſua [ii] ſublata [kk] eſt.

a Vulgo TURBATIONEM. b Vulgo CLASSE DIMICATURUS A. C.

ſeſſionem poſuerunt. Iſta antiptoſis tam frequens eſt, ut mirer Statileium fol. 66. Fragm. Petron. *Primalcio ad Symphoniam allatus eſt, poſitusque in cervicalia minutiſſima.* credidiſſe extritam ſyllabem *in* pro *inter*. Et Hadrianum Valeſium contendere ſcribendum, *in cervicalibus*. TENN. *In conſpectum* etiam Palatin. & Voſſ. Coll. Vide ad c. 3. §. 5. & 10. §. 1. OUDEND.

23 *Ignem excuſſit*] Virgil. 1. Aeneid. 178.

Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates
Suſcepitque ignem foliis.

Vide Senec. II. Nat. quaeſt. 22. *Mercurius lignum ligno terens excuſſit ignem.* Homer. Hymno ejus vſ. 108. TENN. Aliis plerumque *excudit*; unde *excuſſit* damnat Heinſius in Virg. Aen. L. 1. 174. ad quem verſum adi quoque Dukerum T. 1. p. LXXX. in Ed. Burm. Forſan alia auctoritas poſſit accedere ex Plinio L. XVI. c. 40. *ad* excudendum *ignem non ſemper lapidis occaſio eſt.* ibi enim tum alii Codd. tum Voſſ. praebent *excutiendum.* in aliis eſt *excludendum.* Senec. N. Q. L. II. c. 22. *Si tanta vis ignem* excutit *vel aliunde, vel ſibi.* Malim tamen illic *excudit.* At *fulmen excuti*, quod ſtatim, & ex. 12. ſequitur, obvium: ut ibidem apud Senec. c. 24. *fulmen cadit eadem neceſſitate, qua excutitur.* Lucan. L. III. 409.

excuſſaque *nubibus ateris*
Fulgura.

OUDEND. *Cur. poſt.*

24 *Turbationem*] Omnes MSS. exhibent *conturbationem.* TENN. *Conturbationem* etiam plerique mei, quod idcirco repoſui. *Conturbationem* deſcribit Cicero l. IV. Tuſc. Quaeſt. c. 18. eſſe *metum excutientem cogitata. Sedavit* ſine enclitica Edd. primae, non male; ſi modo plena diſtinctio ante hanc vocem ponatur. OUD.

25 *Claſſe dimicaturus adverſus*] Voſſianus & 3. Hill. *Navali proelio decertaturus.* & ſic lege: quia exemplo ſequenti c. 12. ſequitur *claſſe dimicaturus.* Loquitur ita auctor l. II. c. 5. n. 45. *Alcibiades navali proelio decertaturus.* n. 47. ibid. *Timotheus, Dux Athenienſium, adverſus Lacedaemonios navali acie decertaturus.* TENN. Tennulio bene monenti *navali proelio decertaturus* legendum eſſe, obtemperavi. Quia ſic etiam inventum in Palatino & Scriveriano ita, ut *adverſus C.* praecedant. OUD.

26 *Corcyraeos*] Plerique MSS. habent *Cercureos*, ut Graeci. TENN. *Cercureos* eſt etiam in Palatino, Petrenſi, & Leidenſi primo. Alii *Ceciireos*, *Cercireos*, *Cithereos*, *Circueos*. Non dubito, quin auctor, qui ubique Graecas inflexiones amat, & hoc exemplum e Graecis ſcriptoribus hauſit, dederit *Cercyraeos*, Κερκυραίους, ut ſemper Graeci *Corcyraeus*, & Κερκυραίων *Corcy-*

bernatori suo, qui proficiscenti jam classi signum receptui coeperat dare, quia ex remigibus quendam sternutantem audierat, Miraris, inquit, ex tot millibus unum [27] perfrixisse?

XII. [28] Chabrias Athenienſis classe dimicaturus, excusso ante navem ipsius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus; Nunc, inquit, potissimum [29] ineunda pugna est, quum Deorum maximus Jupiter [30] adesse numen suum classi nostrae ostendit.

SEXTI

cyram vocant: Non ausus tamen sum reponere in contextu, quia ceteri Latini, quantum scio, *Corcyraeos* efferant. OUD.

27 *Proflixisse*] Lege *perfrixisse*. Quid autem sit *perfrigere*, vel ex illo Juvenalis de Quinctiliano constat: *& cum perfrixit, bene cantat.* PARRHAS. *Perfrixisse* L. licet in 2. Hill. 1. Reg. *Profrixisse*. Nimirum ex frigore oritur sternutatio. TENN. *Proflixisse* inepte Edd. primae., & Mediceus uterque. *Sternutasse* e glossemate Leid. sec. Rectum omnino est *perfrixisse*. Vide hic Keuchen. & Maasvic. ad Polyaen. l. III. c. 10. §. 2. *si eorum superveniret* ut *irruat*, de eodem Timotheo. Paullo ante *militibus* MSS. duo, & Edd. primae. OUDEND.

28 *Chabrias*] MSS. longe plurimi *Chabris*. Ed. Wech. *Chalabrias*. Male. V. c. 4. ex. 14. Dein *decusso f.* Medicens pr. Mox *pro tali prodigio* Leid. sec. Petrensis *ext. autem militibus*. OUD.

29 *Ineunda*] Quidam *jucunda*. MOD. Inepte. Ita tamen inveni in Ed. Wechelii. In fine Petrensis *ostendat*.

30 *Adesse* numen] Sic omnes MSS. nemo *Lumen*, vel *Fulmen* exhibet. Adesse autem dicebantur advocati, qui causam alicujus juvarent. Plinius l. I. ep. 5. *Aderam Arionillae, Timonis uxori, rogatu Aruleni Rustici.* l. VI. ep. 29. *Affui Baeticis contra Baebium Massam.* Quintilianus l. VII. c. 1. *Qui reo proditionis patri non adfuerit, exhaeres sit.* Suetonius Augusto LVI. *Assuit & clientibus: sicut scutario cuidam, evocato quondam suo, qui postulcbatur injuriarum.* Cicero pro domo c. 21. *Cum eos, qui in conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant, adesse jussisti, eorumque advocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti.* Hinc pro juvare Seneca ad Polyb. c. 37. *Noli ergo contra te uti ingenio tuo, noli adesse dolori tuo.* Plinius Paneg. *Utilitatibus fisci contumaciter adessent.* Frontinus supra c. 11. n. 16. *Ut proeliantibus ipsis adessent.* Ov. III. Amor. eleg. 2.

Huc ades, atque meus, fac Dea, vincat amor.

FINIUNT. Sic 3. Reg. MSS. & 2. Hill. *Sexti Julii Frontini Strategematon liber primus explicit, incipit ejusdem liber secundus feliciter.* TENN. *Lumen* male est in Arcerjano.

SEXTI JULII FRONTINI STRATEGEMATICON

LIBER SECUNDUS.

PRAEFATIO.

Dispositis primo libro exemplis, instructuris (ut mea [1] fert [a] opinio) ducem in his, quae [2] ante commissum proelium agenda sunt, [3] deinceps reddemus pertinentia ad ea, quae in ipso praelio agi so-

[a] Vulgo ruit.

1 *Fuit opinio*] Duo Regii 3. Hill. *Fert opinio*, quae lectio quare postponatur *ei fuit*, non assequor. Lucretius l. III. v. 46. *Si fert ita fera voluntas*. TENN. Monuit etiam Keuchenius, se invenisse in Ed. Parisiensi, & Scriverii margine *fert*, sed, ipsius judicio, non tam recte: meo vero optime, & verissime. Non enim ita tantum fuit ejus opinio, sed etiam nunc est. *Fert* itaque reposui, confirmatum a Cantabrigiensi Bibl. Publ. Leidensi sec. Voss. Collat. Edd. Romana, & Wechelii. In Leidensi pr. vacuo relicto spatio deest. In Ed. Bonon. *refert*. Palatin. MS. *nostra fere*. Caesar B. Gall. v. 23. *ut fert illorum opinio*. Cicero l. I. ad Famil. Ep. 9. *His ego consiliis si te praesentem habuissem, ut opinio mea fert, essem usus eisdem*. l. IV. in Verr. c. 18. *ut opinio mea fert*. Item lib. V. c. 72. Columella l. I. c. 3. 7. l. III. 11. *ut mea fert opinio*. Apulej. in Apolog. non longe ab initio *ut mea opinio fert*, & p. 379. Ed. Colv. & sic alii quoque. Forsan hoc restituendum quoque Vegetio l. v. in praef. *ut opinor*. nam aliud quid a pr. m. illic lectum fuit in Rever. & Doct. Creichtoni Codice, & in uno Leidensi habetur *opporum super*. unde commode facias *ut opinio fert*. Certe ita referibendum in Pompeji verbis apud Hirt. de B. Hispan. c. 26. *celerius, quam vestra opinio est*. Ed. Romana princeps *fere est*. Repone *fert*. *Fert animus* apud Poëtas, & Historicos passim. V. Nic. Heins. ad Phaedri F. 46. Drakenb. ad Silium l. XVI. 294. Sallust. B. Cat. c. 58. Jug. 54. & ibi notas. OUD.

2 *Ante commissum*] Hittorpius in margine edidit.: *Ante justum*. Hill.

ſolent, & deinde ea, quae poſt proelium. 4 Eorum [a], quae ad proelium pertinent, ſpecies ſunt.

[a] Vulgo ET EORUM.

Hill. *Ante juſſum.* TENN. Quidam libri *juſtum.* f. *initum* totidem apicibus. SCRIV. *Cur. poſt.* Non male *initum* conjicit Scriverius. Paſſim tam apud noſtrum, quam alios, nunc *inire*, nunc *committere* occurrit. Participium hoc eſt ſaepius apud Livium, ceterosque. l. XXIII. c. 40. *Temere proelio inito fuſus.* Sueton. Veſpaſ. c. 4. *Uno quoque & altero proelio tam conſtanter inito.* Valer. Maxim. l. V. 2. 4. *temere inito certamine.* Eadem varietas occurrit apud Frontinum c. 4. hujus l. §. 6. *Ut cum animadvertiſſet committi proelium.* MSS. quidam, & Edd. primae *iniri.* c. V. 33. *proelium iniſſet.* MS. *commiſiſſet.* Hic *juſſum* MSS. mei tres exhibent. Sed Palatinus, & Leidenſis pr. cum Hittorpii, & Wechelii ora *juſtum.* quod unice verum eſſe puto. *Juſtum proelium* eſt plenum, directa acie, totoque exercitu commiſſum, ad differentiam minorum congreſſionum & velitationum. Jam autem auctor agit de rebus, quae praecedunt, & ſequuntur tale juſtum proelium, in quo ſumma belli, & rerum diſcrimen vertitur. Sic *Juſtus exercitus*, *triumphus*, *juſta victoria*, *juſti milites*, & ſimilia quam plurima. Livius l. X. c. 27. *ad juſtum certamen irritati animi.* Florus l. II. c. 7. *Ac ne hoc quidem juſto proelio opprimitur.* Curtius l. III. 19. 8. *Qui intentiore cura ſuos, quaſi ad juſtum proelium paucis adhortatus.* Infra l. II. 7, 8. *neceſſario ad juſtum proelium converſi.* OUDEND.

3 *Deinceps reddemus*] Unus Reg. *Deinde reddamus.* Libri editi, & MSS. nusquam exhibent eam diſtinctionem, quam Modius ſe correxiſſe gloriatur & ex illo deſcribit Keuchenius TENN. *Reddamus* Palat. & Mediceus cum Edd. primis. *Redeamus* Leidenſ. ſec. Mox *Deinde* tantum Edd. eaedem. In Mediceo *quae proelium excitant.* OUDEND.

4. *Et eorum*] Mutavi diſtinctionem, cum legerent omnes, *& deinde ea, quae poſt proelium, & eorum, quae ad proelium*, &c. male. Neque enim dicturus eſt de ſpeciebus eorum, quae ad proelium pertinent, ubi de iis egerit, quae poſt proelium agi ſolent, cum id nec recte, nec ordine fieri poſſit. Sed poſtquam, de quibus actarus eſt, indicavit, quae ſunt ea ipſa, quae in proelio, aut poſt proelium facienda ſunt, tum ſubjungit, *& eorum, quae ad proelium pertinent, ſpecies ſunt*, quae ſequuntur Scilicet tempus & locum pugnae eligere, aciem perite inſtruere, inſidiis hoſtem circumvenire, aliaque, de quibus hoc libro acturus eſt Mod. ~~Et~~ *Et* abundat, & in 4. Reg. 3. Hill. non apparet, quemadmodum monui & in praefatione libri primi. TENN. Delevi ~~et~~ & MSS. auctoribus. OUD.

IN-

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De tempore ad pugnam eligendo.*
II. *De loco ad pugnam eligendo.*
III. *De acie ordinanda.*
IV. *De acie hoſtium turbanda.*
V. *De inſidiis.*
VI. *De emittendo hoſte, ne clauſus proelium ex deſperatione redintegret.*
VII. *De diſſimulandis adverſis.*
VIII. [5] *De reſtituenda* [a] *per conſtantiam acie.* [6] *Eorum* [b] *deinde, quae poſt proelium agenda ſunt, has eſſe ſpecies exiſtimaverim, ſi res proſpere ceſſerint.*
IX. [7] *De conſummandis* [c] *reliquiis belli.*
X.

a Vulgo DE CONSTITUENDA. b Vulgo DE HIS, QUAE P. F. FIUNT, SI &c. c Vulgo ET DE CONFIRM.

5 *De conſtituenda*] Lib. primo c. 3. egit Frontinus de *conſtituendo ſtatu belli.* Hic omnes MSS. *De reſtituenda.* Namque agit *De reſtituendo proelio.* TENN. Reposui *de reſtituenda*, ut docent hujus capitis exempla, eſſe ſcribendum; atque ita MSS. etiam mei, & Edd. primae. Paullo ante *eluſus* Leid. pr. a m. pr. & MSS. plerique cum Edd. pp. *reintegret.* OUDEND.

6 *De his, quae poſt proelium fiunt*] Pro his verbis Hittorpius & 3. Hill. 4. Reg. MSS. habent *Eorum deinde, quae poſt proelium agenda ſunt, has eſſe ſpecies exiſtimaverim.* TENN. Et haec quoque pro vulgatis *de his q. p. p. fiunt* ſubſtitui e Gudiano, duobus Leidd. & Voſſiano, qui plane ſic exhibent. *Eorum deinde q. p p. agenda ſunt* eſt etiam in Palatino, Mediceo pr. & Edd. veteribus. Praeterea delevi & iisdem MSS. auctoribus; quod nullum tunc locum habet. *Ceſſerit* MSS. tres. *Cedit* Medic. pr. ſine τῶ *res.* OUDEND.

7 *De confirmandis*] Lege ſecundum MSS *De conſummandis r. b.* Quod miror, nulli editorum veniſſe in mentem. Conſummare eſt totam ſummam colligere proprie. Vitruvius l. 1. c. 1. *Per arithmetiken ſumptus aedificiorum conſummantur, menſurarum rationes explicantur.* Hinc omnia in poteſtatem redigere. Florus l. 1. c. 18. *Ut eodem tempore & Italiam conſummaret, & transmarinos triumphos auſpicaretur.* Gloſſae Cyrilli: τετελεσμένος, *conſummatus, profligatus.* Frontinus l. 11. c. 3. n. 17. *Romani equites ſubito emiſſi, averterunt eos, conſummaruntque victoriam.* Seneca epiſt. 32. *Perduc te in tutum, & ſubinde conſidera, quam pulchra res ſit conſum-*

X. [8] *Si res durius cesserit, de adversis emendandis.*
XI. *De dubiorum animis in fide retinendis.*
XII. *Quae facienda sunt pro castris, si satis fiduciae in praesentibus copiis non habeamus.*
XIII. *De effugiendo.*

summare vitam ante mortem, deinde exspectare reliquam sui temporis partem, in possessione beatae vitae positum. TENN. Vere legendum quoque jussit Tennul. *consummandis*; quod agnoscunt Palatin. Medic. pr. Leidens. pr. Gudian. & Coll. Voss. Vide Livium l. XXVIII. 17. XXIX. 23. *Ad eam rem consummandam*, ubi Rhenanus quoque *confirmandam*, & saepissime. OUD.

8 *Si res* &c.] Haec verba in MSS. omnibus, & Edd. pp. eodem modo, ut titulo praeced. praeponuntur illis *de adv. em.* quare ita reposui. *Evitandis* Leid. sec. *emanandis* Palat. *cedit* Medic. pr. Dein *in fidem* idem. Mox *sunt* deest in Palat. *sint* Leid. sec. in quo etiam & Coll. Voss. *pro castrorum defensione.* Rectius. In fine *habemus* plerique cum Edd. pp. OUDEND.

CAP. I.

De tempore ad pugnam eligendo.

EXEMPLUM I.

[1] P. Scipio in Hispania, quum comperisset, Hasdrúbalem, Poenorum ducem, [2] jejuno exercitu [3] mane processisse in aciem; continuit in

1 *P. Scipio*] Praenomine carent MSS. quatuor, & Edd. primae. Dein *compertus* Sanutus; unde non male hic & alibi conjecit Scriverius *comperto*; nisi auctor saepissime soleret dicere *cum comperisset*, nusquam absolute. Quamvis ubique fere pro iis Sanutus habeat *compertus.* OUDEND.

2 *Jejuno exercitu*] Idem Scipioni patrasse Hannibal fertur utriusque linguae autoribus ad Trebiam contra Sempronium; & Marius contra Cimbros Polyaeno l. VIII. Eleganter in hanc rem Theodoricus, Ostrogothorum Rex apud Cassiodorum l. IV. Variarum c. 13. *Disciplinam non potest servare jejunus exercitus.* Vide Cassiod. l. V. c. 13. & l. X. c. 17. Lampridius in Alexandro c. 52. *Miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zonula. Idcirco quod mendicitas militaris ad omnem desperationem vocaret armatum.* Luc. *nescit plebs jejuna timere.* TENN.

3 *Mane*] MSS. quatuor inepte *jane.*

in horam ſeptimam ſuos, quibus praeceperat, ut quieſcerent, & cibum caperent; quumque hoſtes inedia, ſiti, mora ſub armis fatigati, repetere caſtra coepiſſent, ſubito copias eduxit, &, commiſſo proelio, vicit.

II. Metellus Pius in Hiſpania adverſus [4] Hirtulejum, [5] quum ille, [5] oriente protinus die, inſtructam aciem vallo ejus admoviſſet, ferviditſimo [6] tunc tempore anni, intra caſtra ſuos continuit in horam diei ſextam, atque ita fatigatos aeſtu,

a Vulgo HERCULEJUM.

ſane. Dein *& ſiti* Medic. ſec. *& ſiti ac mora* Mediceus pr. Leidenſ. ſec. *ſiti & mora.* Mox pro *repetere* in Cantabrig. & Leidenſi ſecundo *repente*, qui *caſtra* &c. usque ad *τὸ proelio* non habet. loco *τῆ eduxit* in ſex libris manu exaratis eſt *duxit.* Ceterum non accurate ſatis haec narrat auctor. Nam Scipio vix dum certa luce, ante eam viris equisque bene curatis pranſisque, copias omnes eduxerat & equitatum ad vallum hoſtilem emiſerat: unde exterritus Hasdrubal cum omnibus copiis egreditur, licet cibo corpora non firmaſſent milites. Hinc per equitum velitationes diem extraxerat ad ſeptimam usque horam Scipio, ut ſera peditum pugna eſſet, licet jam ipſe cum ſuis diu ſub armis in acie fuiſſet. Afri itaque tandem ab eo petiti, feſſi jam corporibus animisque ſtatim retulere pedem, & terga dederunt, non autem caſtra repetere coeperunt &c. Quae diſtinctius legi poſſunt in Livio l. XXVIII. c. 14. 15. de eodem proelio agit auctor c. 9. §. 4. OUDEND.

4 *Herculejum.*] Baptiſta Pius cum in vulgaris ſui temporis editionibus repererit *Herculem* & *Herculum*, e MSto correxit *Herculejum* Syll. III. Annot. poſter. c. 76. At ego hic quoque ex Palatino, Cantabrigienſi, & Leidenſi primo reſcripſi *Hirtulejum.* Nonnulli *Hirculejum.* Vide ad c. 5. l. 1. §. 8. OUDEND.

5 *Oriente protinus die*] §. 19. *In aciem, oriente ſtatim die, proceſſiſſent.* Hic tamen tres Cantabrigienſes, Vaticanus, ambo Leidenſes, uterque Mediceus cum Editionibus Romana, & Bononienſi, ac Pio dant *inoriente.* Quod compoſitum temere damnare & Latio ejicere non auſim. Tacitus l. XI. Ann. c. 23. *Quid ſi memoria eorum inoriretur.* Quo loco *iniretur* alii, alii *renovaretur*, vel ſimile quid legi volunt. OUDEND.

6 *Tunc.*] Non agnoſcunt hoc adverbium Leidenſes Codices, nec Editiones primae. ſupra inepte *admonuiſſet* Ed. Pariſ. Dein *in caſtra* uterque Mediceus, Vaticanus cum Leidenſi ſec. & Coll. Voſſ. Ed. Par. & Pio. *In caſtris* Cantabr. *in* notaret idem, quod *intra*, uti ſupra monuimus. Quamquam id a Frontini manu hic eſſe, non putem. Poſt e MSS. & Edd. pp. dedi *ſuorum vicit v.* non, ut vulgo erat, *vicit ſ. v.* OUDEND.

aestu, facile integris & recentibus suorum vicit viribus.

III. Idem, junctis cum Pompejo castris adversus Sertorium in Hispania, quum saepe instruxisset aciem, hoste, qui inparem se duobus credebat, pugnam [7] detractante [a], quodam deinde tempore, [8] quum Sertorianos milites animadvertisset, magno inpetu instinctos, deposcentes pugnam, [9] humerosque exserentes, & [10] lan-

a Vulgo DETRECTANTE.

7 Detrectante.] Rursus hic *detractante* MSS. duo, & Edd. primae. Vide ad l. 1. 1. 9. *detractaturo pugnam.* OUD.

8 *Cum Sertorianos*] Duo Reg. tres Hill. carent *vũ cum*; quod quia praecessit, repeti verum non erat. TENN. In utroque Leidensi, Vaticano, Palatino, Mediceo primo & secundo a m. sec. ac Coll. Voss. cum Editione Paris. non comparet quoque *cum*. Praeterea, pro *deinde*, in Cantabrig. & Mediceo pr. est *demum*. Ad hoc in nonnullis MSS. & Edd. primis praeponitur verbum *animadvertisset vũ Sertorianos m.* In Mediceo sec. *a. Sertorianos & milites hos m.* Verum vox *milites* abest ab Edd. Romana, & Bonon. Recte omnino; quare totum locum sic lege, *quum saepe instruxisset aciem &c. quodam demum* vel *dein tempore animadvertisset, Sertorianos magno i. instinctos* &c. OUDEND.

9 *Humerosque exercentes, & lanceas vibrantes*] Saniorem, imo genuinam Frontini scripturam fore arbitror, si secundam illam consonantem abjiciamus, & scribamus *exerentes*. Quippe id verbi elegans, & meo judicio magis significans, quod gestum & calorem exprimat eorum, qui proelium inire gestiunt. Ovidius:

Exerit hic humerum, vestes trahit ille peralta.

Idem 1. Fastorum:

Credibile est, illos pariter vitiisque jocisque
Altius humanis exeruisse caput.

STEW. *Exerentes.* Ita legendum. Vulgo est *exercentes*. SCRIV. *Exerentes* sic unus Hill. reliqui omnes MSS. *Exercentes.* 3. Hill. *In humerosque.* Cogitavi, an esset legendum. *In Numeros se exercentes:* quia vũ *Numeri* saepe abiit in *humeri* apud autores. & Lacedaemonii dicuntur a Plutarcho ad numerum saltantes iviisse in aciem. Verum, quia pugnandi ardor nullam mensuram, nullum modum admittit, retinenda lectio Stewechii. *Exerentes humeros.* scil. extra sagum vel tunicam. M. Seneca l. v. Excerp. controv. 6. *Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exerere.* Ovidius 1. Fast.

Credibile est, illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exeruisse caput.

alibi:

[10] lanceas vibrantes, exiſtimavit, ardori cedendum in tempore, recepitque exercitum, & Pompejo [11] idem faciendi auctor fuit.

IV. Poſtumius Cos. in Sicilia, quum caſtra ejus a Punicis trium millium paſſuum ſpatio diſtarent, & [12] dictatores Carthaginienſium quotidie

alibi:

Exerit hic humerum, veſtes trahit ille peraltas.

TENN. *Exerentes* reponi placuit quoque Lipſio ad Tacit. l. 1. hiſtor. c. 54. & Joſ. Waſſe ad Salluſt. B. Cat. c. 44. e Cod. Petrenſi, cui accedunt Coll Voſſ. & Edd Romana, ac Bononienſis: de quo non eſt dubitandum. Paſſim de hoc militum ſe ad pugnam componentium geſtu utuntur *exerere manus*, vel *humeros*. Vel *exerture*, quod credam, hoc loco uſurpaſſe auctorem, & Cl. Waſſe ſibi quoque ita videri ad me ſcripſit. Vide praeter laudatos viros etiam Meurſium Exerc. Crit. part. 2. c. ult. Modium Ep. 49. Glandorpium in l. VII. Caeſar. B. Gall. cap. 49. quos adeundos ad marginem ſui libri notaverat Scriverius, & adde Barth ad Stat. Theb. 1. 413. Broukhuſ. ad Propert. 1. 20. 44. Ed. Pariſ. *in humerosque*. OUD. Ex vocula *in*, quae ante *humerosque* inſeritur aliquot MSS. forſan reſingendum *immo*, ſive, quin etiam. IDEM *Cur. poſt.*

10 *Vibrantes.*] Arcerianus, improbante Keuchenio, *libranies*. niſi id placuerit ex diſtinctione Mark'andi ad Stat. Silv. v. 2. 101: *vibrare* ſtatuentis dici de mittente, *librare* de jamjam miſſuro telum. Verum cum *vibrare* ſit potius in ſe nihil aliud, quam concutere, ego retineo vulgatum, & vide, quae congeſſi ad Lucan. l. IV. 40. OUD.

11 *Idem faciendi*] Sic lege, ſecundum MSS. omnes. vel *audendi*, quod Keuchenius probat, nihil huc facit. Qui enim ardori cedit, non dicitur *audere*. TENN. *Audendo* perperam Arcerianus. *Faciendo* uterque Mediceus.

12 *Dictatores Carthaginienſium quotidie ante ipſa munimenta Romanorum dirigerent aciem*] Itane boni correctores impune vobis licet Principes Aphricae viros Carthaginienſes vilipendere, & in repub ſeu caſtris eorum Dictatores, & quidem plures conſtituere, nulla Senatus auctoritate, nullo populi conſenſu adhibito? Apage nobis iſtos dictatores. Frontinus noſter *Ducatores* appellaverat; ea vox incognita vobis cauſſam dedit loci depravandi. Ut *Duces*, item *Ductores*, & *Ducatores*; *Ductus* & *Ducatus* olim uſitata nomina fuiſſe, ad Vegetium docemus. Conjecturam hanc, ut alias plerasque meas in hunc ſcriptorem, cum Jano Mellero Palmerio amico communicabam, viro & ab eruditione, & ab ingenio nunquam ſatis laudato, qui eandem hanc emendationem ſibi quoque in mentem veniſſe adſeverabat; paratum oſtendere; niſi exemplar Bonnae fuiſſet. quin imo ſimiles emendationes in Frontinum plurimas mihi ſuppeditaturum ſimul ut reverteretur ex ſuperiori Germania. Ceterum id illius beneficium non me tantum, ſed reip. potius ipſam percipere non potuiſſe, merito doleo. Paucis namque poſt diebus quam a nobis ille diſceſſerat, Argentinae peſtilentia (proh dolor!) exſtinctus eſt: non ſine magno amicorum

tidie ante ipsa munimenta Romanorum dirigerent aciem, exigua manu levibus adsidue proeliis pro vallo

rum dolore, non sine maximo rei litterariae damno. STEW. Ne, quaeso, benevole lector, committas, ut judicium voces, carpere lectionem genuinam: Neque enim judicant soli, qui maligne & imprudenter legunt. Stewechius, qui fatetur, sibi veteres libros defuisse, vocem, quam non invenit usquam, esse putat nusquam, contendit, principes Carthaginensium non appellari Dictatores, sed isto nomine vilipendi; ideoque ex suo ingenio suffecit (invitis MSS. codicibus) *Ducatores:* Sic enim & Janum Mellerum Palmerium censuisse; verum obiisse, antequam promissam ejus ἐπίδοσιν praestaret. Nimirum Alphenus ff. ad legem Aquiliam in L. quemadmodum, §. *si navis.* appellat *navis Ducatorem.* Ergo *& Ducator Carthaginensium* dicendus. Quia *Gubernator navis.* Ergo Latine & *Gubernator Carthaginensium?* scilicet. Finge dici: hic tamen, ne legatur *Ducatores*, intercedunt omnes MSS. Quare, cum sit nihil inepta reprehensione ineptius, Stewechio impune non parebo, quippe extra territorium jus dicenti: & *Dictatores Carthaginensium* restituam natalibus suis, eorumque dignitatem defendam. Placet hoc Senatui; hoc jubent, voluntque Quirites, qui autoritate & consensu MSS. exteros Romana civitate, suisque vocabulis donaverunt, & hic omnes exhibent *Dictatores.* Cato in Fragm. Sall. & apud Macrob. l. 1. c. 5. *Igitur Dictatorem Carthaginensium* (nimirum Hannibalem) *Magister equitum monuit.* Justin. l. XIX. c. 1. *Hasdrubalis mortem Dictaturae undecim, & triumphi quatuor insignem fecere.* Numerus pluralis non obstat. Nam Hasdrubal cum Hamilcare fuerant in Sardinia Duces. Idem Hannibalem vocat *consulem*, qui proprie *Suses* dicendus. l. XXXI. c. 2. *Postera die civitas principem suum, ac tunc temporis consulem, in foro exspectabat.* Sic Athenienssium Imperatores per similitudinem potestatis appellantur *Praetores*, qui proprie sunt Romanorum, Nepoti in Miltiade c. 4. *Domi creati decem praetores, qui exercitui praeessent: in eis Miltiades.* in Alcib. c. 8. in Conone c. 1. Si origines vocum inspicias, duces commode dicuntur apud quascunque gentes *dictare, consulere, praeire.* Sic tentoria consulum vocantur *praetoria*, licet a praetore derivata. Liv. l. IX. c. 2. *Deinde ubi praetoria consulum erigi videre, & expedire quosdam utilia operi.* Justin. II. 11. *Regis praetorium petunt.* Optimo ergo jure Carthaginensium Imperatores & Principes vocantur Dictatores: praesertim cum Seneca notet epist. 109. *Eum, quem nos dictatorem dicimus, & in historiis ita nominari legimus; apud antiquos Magistrum populi vocatum.* Quin etiam nos civitatum primos viros vocamus magistros civium. Ut nescire literas (quod olim de Sylla Dictaturam deponente pronuntiavit Caesar) eum affirmes, qui hic Dictatores non agnoscit. TENN. Bene *Dictatoris* nomen de summo Carthaginiensium Imperatore adhibitum defendit Tennulius; & ab eo citatis adde Sigonium ad Livium l. XXIII. c. 13. *Dictatorque cum Magone in Hispaniam praemissus est.* Adjunge his, quod *Ducatoris* vox corruptae sit Latinitatis, nec Tertulliani aevo antiquior. Consule

Cel.

vallo reſiſtebat: quam conſuetudinem contemnente [13] jam Poeno, reliquis omnibus per quietem intra vallum praeparatis, ex more priſtino, cum paucis [14] ſuſtentavit [a] incurſum adverſariorum, ac ſolito diutius [15] detinuit: quibus fatigatis, poſt ſex-

[a] SUSTINUIT vulgo.

Cel. Dukerum Opuſc. de Latinit. JCtorum p. 336. Palmerius, & Stewechius vulgatam lectionem convellere nitentes alia argumenta adhibere debuiſſent. Nempe nusquam occurrere alibi Dictatores plures uno; immo in hac ipſa re adfuiſſe unum tantum Carthaginienſium Imperatorem, ſc. Hannonem in Sicilia pugnantem contra Poſtumium Megellum, teſte Polybio l. I. c. 19. Quare abuſive auctor *Dictatores* debuit ſcripſiſſe pro quibusvis primi ordinis apud Carthaginenſes Ducibus, vel in hiſtoria erravisſe, vel ſcripſiſſe *Ductores*; ut apud Livium l. XXII. in fine. *Gratiae Varroni actae, quod de Republica non deſperaſſet: cui, ſi Carthaginienſium Ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicii foret.* Verum & illic, ut verum fatear, malim legere *Dictator*. *Ductor* alioquin pro *Duce* frequentiſſimum eſt. OUD. De his vide quoque Spanhem. ad Julian. p. 130. Et recte hic in plurali. Nam accidit res cum Hannone, cum Hannibal Agrigenti erat incluſus, quem liberare volebat. Sic contra duos bellabant. V. Freinsh. Suppl. ad Epit. Liv. XVI. Oroſ. L. IV. c. 7. in Livii L. XXII. in f. retineatur *Ductor*. V. illic Drakenb. IDEM *Cur. poſt.*

13 *Jam*] Deeſt in MStis duobus. Item *per quietem* non comparet in Mediceo ſec. aut Edd. Rom. ac Bon.

14 *Suſtinuit incurſum*] 4. Reg. 3. Hill. Voſſianus, & Romanus *Suſtentavit incurſum*. Et ſic legg. Tacitus 2. Annal. c. 11. *Cariovalda diu ſuſtentata hoſtium ſaevitia, hortatus ſuos, ut ingruentes catervas globo frangerent.* TENN. *Suſtentavit* etiam eſt in Vaticano, Gudiano, Leidenſi primo, ac Cantabrig Bib. Pub. ac Hittorp marg. In Petrenſi *ſuſtentatum*. Leid. ſec. *ſuſcitavit*. Utrumque rectum eſt, adeoque amplectendum, quod meliores praebent Codices, ut hic, *ſuſtentavit*. *Suſtentare aciem* apud Hirtium B. Afric. c. 82. Tacit. Ann. I. 65. Hiſt. II. 15. *Suſtentare hoſtem*, Ann. 15. 10. Propius accedit Salluſtius B. Jug. c. 97. *tecti atque inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant.* Ubi perperam contra Gruterum Cortius praefert *ſuſtinebant* ex pauciſſimis MStis, & defendit hoc ipſo Frontini corrupto loco. Hoc ſenſu Vellej. I. II. c. 104. *bellum quibusdam in locis geſtum, quibusdam ſuſtentatum feliciter.* Valer. Max. l. X. 12. 10. Ext. *Humeris ſuis totius ruinae molem ſuſtentaturus.* Quin & Doctiſſ. Kuningh. reſcripſit pro *ſuſtineas* in Horatio l. I. Epiſt. 10 54. *Proelia ſuſtentes campeſtria*, quod tamen contra MStos non auſim, nec velim. OUDEND.

15 *Detinuit*] Hillensb. *continuit*. Medic. pr. a m. pr. *tenuit*. In multis Edd. & MSS. *etiam* conjuncte. Dein omnes MSS. & Edd. Veteres & *cum*. num *ut qui*? Palat. & *cum inediaque quoque*. Potuiſſet auctor etiam ſcripſiſſe *cum ſiti inediaque*. OUD.

ſextam horam, & jam ſe recipientibus, quum & inedia quoque laborarent, per recentes ſuos hoſtem, quem [16] praedicta [17] profligaverant incommoda, fugavit.

V. Iphicrates Athenienſis, quia exploraverat, eodem adſidue tempore hoſtes cibum capere, maturius veſci ſuos juſſit, & eduxit in aciem, adgreſſusque hoſtem ita detinuit, ut ei [18] neque confligendi, neque abeundi daret facultatem. Inclinato [19] deinde jam die reduxit ſuos, & nihilominus in armis retinuit. Fatigati hoſtes non ſta-

16 *Praedicta*] Elegantius auctor dixiſſet *ſupradicta* ſcilicet a ſe. Nam non videtur capi poſſe pro *praemonita ab Imperatore*. Vide Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. l. VII. 72. ſupra Frontin. l. I. c. 5. §. 24. *Circa latera praedictae viae*. l. II. 5. 31. *Praedictas copias abſcondunt*. §. 13. *in radicibus praedicti montis*. Colum. l. III. c. 9. *Praedicta ratione*, & *vitis genus praeditum*. c. 10. *praedicta loca*, & paſſim. OUD. De ſenſu vocis *praedictus* pro ſupradictus vide & Graev. ad Auſon. p. 153. Heuſing. in Antib. p. 425. IDEM *Cur. poſt.*

17 *Profligaverant*] h. e. propemodum confecerant, antequam fortunae ſummae alea jaceretur. Nepos Pelopida, c. 2. *Profecto nunquam ab tam tenui initio tantae opes ſunt profligatae*. Sueton. Othone c. 9. *Sperans, ante Vitellii adventum profligari plurimum poſſe*. Bellum hinc profligatum dicitur, cum fere eſt perfectum. Tacit. III. Hiſt. c. 50. *Sufficere cohortes alaeque, & e legionibus lecti, profligato jam bello videbantur*. Juſtin. XXXI. c. 7. *Jam utrobique profligatum bellum nuntiatum eſt, victumque Antiochum terreſtri, Hannibalem navali bello invenerunt*. Bellum cum incipitur, dicitur *commiſſum*; cum abſolvitur, *confectum*; quae diſtinctio eſt apud Florum II. 5. vide hic Gellium l. XV. c. 15. TENN. Minime huc pertinent, quae adfert Tennulius, de *profligare* pro perficere, ſeu ad finem deducere. De quo ſignificatu vide Graev. ad Juſtin. l. XXII. c. 8. & Duker. ad Florum p. 414. & Keuchen. ad l. II. 3. 5. *victoriam profligavit*. *Profligare* hic eſt perdere, ad interitum ſeu exitium dare, ut *copias hoſtium profligare* apud Ciceronem. Juſtin. l. XXIII. 3. *Profligatis Carthaginienſibus*, & infra noſter c. 2. §. 38. OUD.

18 *Nec confligendi nec*] MSS. *neque conf. neque*. TENN. Nec aliter mei omnes, ac Sanutus; quare repoſui. Non male quoque Mediceus vetuſtior *eis*. Paullo ante Sanutus largius exhibet *aggreſſusque jejunum hoſtem*, forſan vere. Utrumque hoc Iphicratis Strategema junctim reperitur etiam in Polyaen. l. II. c. 9. §. 52. 53. OUDEND.

19 *Deinde*] Abeſt haec vox a Palatin. *Demum* Petrenſis, & Medic. pr. ut ſolent. *Nihilominus* non exſtat in Mediceo, nec Sanuto. in fine *rurſum* Medic. ſec. OUD.

20 *Cum*

ſtatione magis, quam inedia, ſtatim ad corporis curam, & cibum capiendum feſtinaverunt: Iphicrates rurſus eduxit, & incompoſiti hoſtis adgreſſus eſt caſtra.

VI. Idem, quum adverſus Lacedaemonios pluribus diebus [20] caſtra cominus haberet, & utraque pars certis temporibus adſidue pabulatum lignatumque procederet, quodam die militum habitu ſervos lixasque dimiſit ad munera, milites retinuit; & cum hoſtes [21] diſperſi iſſent ad ſimilia munera, expugnavit caſtra eorum, inermesque, cum faſciculis paſſim ad tumultum recurrentes, facile aut [22] cecidit, aut cepit.

VII. [23] Virginius [a] Cos. in Volſcis, quum pro-

a Vulgo VERGINIUS.

20 *Caſtra cominus haberet*] In Edd. Romana, & Bonon. non reperias *ad caſtra*. Quaſi in MSS. inveniſſent *cominus ageret*. Leid. ſec. *caſtra communita*. OUD

21 *Diſperſi iſſent*] Sic lege. Unus Reg. *diſperſiſſent*. Alter *diſperſi eſſent*. TENN. *Iſſent* mei plerique Codices, ſed Edd. primae male vel *diſperſi eſſent*, vel *diſperſiſſent* cum Guliano. V. ad 1. 8. 7. pro *hoſtes* in Mediceo ſec. eſt *cuſtodes*. Quae hic de calonibus & lixis adfert cum Feſti & Iſidori emendatis locis Keuchenius, docti jam ante ſumus a Caſaubono, Scaligero, Stewechio, & aliis. OUD.

22 *Cecidit*] 3. Reg. 3. Hill. *occidit*. TENN. Mei etiam ſeptem cum Ed. Pariſ. *occidit*, e Gloſſa vel litterarum adfinitate. Crebro haec apud Frontinum, & alios variantur. *cecidit* pro *occidit* reſtituendum etiam §. 18. *Reliquos adortus cecidit, & univerſas naves cepit*. & c. 2. §. 13. *magnam eorum partem ceciderunt*. ſupra Hillensb. *inermisque*, antiquo accuſ. pro quo malim *inermosque*. pro *paſſim* in Leid. ſec. *ſparſim*. OUD.

23 *Virginius*] Leidenſis pr. & Mediceus, cum Edd. Romana & Bonon. *Virginius*: quomodo Livius, ceterique hiſtorici, & Tabulae Capitolinae ſcribunt: quocirca repoſui; licet videatur in nummis etiam excudi *Verginius* & ad hunc referendus eſſe aeneus, in cujus ima parte Janus, in altera navis, apud Patinum p. 287. Non autem ad *Vergilium*. Fuit autem A. Virginius Tricoſtus Conſul cum T. Vetuſio A. V. CCLIX. & de eo hoc Strategema refert Livius l. 11. c. 30. *Conſul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi paſſus, defixis pilis ſtare ſuos juſſit: ubi ad manum veniſſet hoſtis, tum coortos* (MSS. 2. *cohortes*) *tota vi gladiis rem gerere*. Dein *praecurrere* Edd. pp. *percurrere* Medic. utrumque male. ut notum. *e. long.* Leid. ſec. *ex longinquis* Medic. ſec. Mox *teneri* Edd. pp. OUD.

procurrere hoſtes effuſos ex longinquo vidiſſet, quieſcere ſuos, ac defixa tenere pila juſſit. Tunc [24] anhelantem [a] integris viribus exercitus ſui adgreſſus avertit.

VIII. [25] Fabius [b] Maximus, non ignarus, Gallos & Samnites primo inpetu praevalere, ſuorum autem infatigabiles ſpiritus inter moras decertandi etiam incaleſcere, imperavit militibus, [26] contenti [c] eſſent primo congreſſu ſuſtinere,

a Vulgo ANHELATOS. *b* Vulgo Q. FABIUS. *c* Vulgo UT C.

24 *Anhelatos*] Nec apud autores, nec MSS. occurrit. Dant enim *anhelantem*, & *anhelantes*. Poſteriori locum dat ratio. TENN. Latinum non eſt hoc ſenſu *anhelatos*, quod notat efflatos, exſpiratos, & tamen temere probat Keuchenius. Duo Cantabrigienſes, Hillensb. cum Edit. Wechel. & Pariſ. *anhelantes*: ut placebat Tennulio. Sed unus Cantabrig. Gudianus, Palatinus, Vaticanus, uterque Mediceus, ambo Leidenſes, Coll. Voſſ. & Edd. Rom. ac Bonon. eleganter *anhelantem*: Quod ſine haeſitatione repoſui. Suo & hiſtoricorum more ab uno ad alium tranſit numerum; & ſub ſingulari totum exercitum, omnemque Volſcorum militem intelligit. Vide ad l. 1. 4. 9. & infra ad c. 3. §. 1. Quis editorum poſt Wechelium primus inepte dederit *anhelatos*, neſcio. In Ed. Veſalienſi demum reperi. Pro *integris* in Coll. Voſſ. a m. prima eſt *totis*, vulgari etiam locutione, & apud Livium in hac eadem re. Sed praeſtat editum propter *anhelantem*, quod opponitur τοῖς *integris*. OUD.

25 *Q. Fabius*] Rurſus praenomen Fabii delevi, quia nec in MSS. nec in Edd. vetuſtis occurrit. Primus, ut ſaepius, hic quoque intruſit Scriverius. Pluribus autem hoc ſtrategema ejus enarrat Livius l. x. c. 28. 29. *Samnites & Gallos primo impetu feroces eſſe, quos ſuſtineri ſatis ſit &c.* OUDEND.

26 *Ut contenti eſſent*] MSS. delent particulas *ut eſſent*. 3. Hill. 2. Reg. habent *contentis*. Fuit autem hic Q. Fabius Maximus Rutilianus, de quo Frontinus l. 1. c. 2. n. 2. Florus l. 1. c. 17. l. xxx. c. 4. qui geſſit hoc bellum non ſolum contra *Gallos & Samnites*, ſed etiam *Umbros & Etruſcos*. TENN. Primo auctoritate meorum Codicum ſeptem ejeci rurſus τὸ *ut*. vide ad l. 1. 4. 7. Dein pro *imperavit* in Mediceo ſec. *praecepit*. Palat. *Imp. milites*. Leid. ſec. *i. militibus cunctis*. Tum *contentis* duo Cantabrigienſes, & Leidenſes cum Coll. Voſſ. pro *contenti eſſent*, quae verba in Palatino non reperiuntur. *Contemptis* Gudianus. Mox *aggreſſu* uterque Mediceus, *congreſſum* Vaticanus, & *ſuſtinerent* Petreiis. Scio, *ſuſtinere* aliquoties abſolute ſine caſu occurrere. Videtur tamen auctor hic dediſſe. *Imperavit militibus, contenti primo congreſſum ſuſtinere, hoſtem mora fatigarent.* Quamquam vel ſic poſſit legi ſine caſu verbi *congreſſus*; nam *hoſtem* non ad τὸ *ſuſtinere*, ſed

ad

nere, ut hoſtem mora fatigarent: quod [27] ubi ſucceſſit, admoto etiam ſubſidio ſuis, in prima acie univerſis viribus obpreſſum fudit hoſtem.

IX. Philippus ad [28] Chaeroniam [a], memor, ſibi eſſe militem longo [29] uſu duratum, Athenienſibus acrem quidem, ſed [30] inexercitatum, & [31] in-

a Vulgo CHERONAEAM.

ad *fatigarent* referri debet. Quod etiam malim, diſtinctione parva ante *hoſtem* poſita. Conſule Gronovium ad Livium l. XXXIX. c. 31. & Obſerv. Eccleſiaſtic. c. 16. Caeſar B. Gall. a 6. *Se diutius ſuſtinere non poſſe.* & l. IV. c. 11. 32. OUD. *Primo congreſſu* omnino ſervandum, & *ſuſtinere* abſolute ſumendum: ut in Addendis monui. Vide Drakenb. ad Liv. L. XXXIV. c. 18. Comm. ad Caeſ. L. II. B. G. c. 25. Cicer. L. X. ad F. Ep. II. IDEM *Cur. poſt.*

27 *Ubi ſucceſſit*] *Ut ſucc.* Editiones principes, frequenti etiam variatione: deinde eaedem cum nonnullis MSS. *amoto*, ſenſu obſtante. *Collectis omnibus ſubſidiis* ait Livius. Sequentia autem *in prima acie* videntur poni in prima incurſione, initio juſti proelii: quod ſatis patet e Livio. Medic. ſec. *in ipſa acie. Acies* pro proelio Sueton. Aug. c. 20. *una & altera acie.* Vellej. l. I. c. 11. *Inmani Achaeus fudit acie.* Florus lib. III. c. 22. *Arcibiti ſemper acie copias atrivere.* & alibi. OUD.

28 *Cheronaeam*] 4. Reg. & unus Hill. *Cheroniam.* 2. Hill. *Cheromen.* TENN. Medicei, Leidenſes, Palatin. Voſſian. & Edd. omnes, quotquot vidi, ante Stewechium *Cheroniam.* Sed cum Graece ſcribatur Χαιρώνια, reſcribe *Chaeroneam* cum Caſaubono ad Polyaen. l. IV. c. 2. §. 7. ubi ad verbum pene idem ſtrategema narrat; cui adde auctores citatos ad Juſtin. l. IX. c. 3. ubi itidem, ut hic. *Athenienſes aſſiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur.* Niſi potius ob conſtantem librorum ſcriptorum lectionem mecum malis *Chaeroniam*, ut l. I. c. 3. §. 9. *Decelia.* l. III. c. 11. §. 13 *Mantinia* quibus locis vide plura. Nam ut a Δεκέλεια, Δεκελικός, a Μαρτίνεια, Μαρτινικός, ita a Χαιρώνεια, Χαιρωνικός, non Χαιρωνικός defendit per *i* breve, docente id nos ex profeſſo Stephano de urbibus in hac voce. OUD. *Chaeroniam* quoque MSS. O. in Liv. L. XXXV. c. 46. item Codd. tum aliorum, tum mei in Floro L. III. c. 5. §. 11. IDEM *Cur. poſt.*

29 *Uſu duratum*] Juſtin. VI. 4. *Ageſilaus recenti & multis expeditionibus indurato milite, hoſtibus victoriam eripuit.* l. XII. c. 4. *A parvula aetate periculis laboribusque indurati, invictus exercitus fuere.* l. IX. c. 3. *Aſſiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur.* Sic & Ammianus Marcellinus l. XVI. *Caſſiano Meſopotamiae Duce ſtipendiis & diſcriminibus indurato diverſis.* lib. XXI. Idem. *Non niſi pulvere bellico indurati praeficiebantur armatis.* TENN. Livius XXXVIII. 17. XLII. 52. Silius VI. 311. & ibi Drakenb. ac ſexcenties alibi. OUDEND.

30 *Inexercitatum*] Arcerianus Codex *inexercitum:* quod placuit Keuchenio, citanti Macrob. l. VII. Sat. c. 8. *Diſarium noſtrum*

[31] inpetu tantum violentum, ex induſtria proelium traxit: moxque languentibus jam Athenienſibus, concitatius intulit ſigna, & ipſos cecidit.

X. Lacedaemonii certiores ab [32] exploratoribus facti, Meſſenios in eam exarſiſſe rabiem, ut in proelium cum conjugibus ac liberis deſcenderent, pugnam diſtulerunt.

XI. [33] C. Caeſar bello civili, quum exercitum Afranii & Petreji circumvallatum ſiti angeret, isque ob hoc exaſperatus, [34] interfectis omnibus in-

ſtrum inexercitum non relinquo. Verum, praeterquam quod Macrobius idoneae non ſit auctoritatis, notat illic fatigatum, haud otioſum, ut *exercitus* paſſim ſumi ſolet, licet & hoc pro *exercitato* occurrat. V. Caſaubon. ad Sueton. Tiber. c. 6. & J. Gronov. ad Taciti Ann. l. XIV. 2. Dukerum ad Florum l. I. c. 3. *Mirum in modum exercita juventute*, ubi in uno Mſto e contrario reperi *exercitata.* infra c. 3. §. 22. Rectius adduxiſſet Ciceronem l. V. Tuſc. Qu. c. 37. *Aſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philoſophum*, ut ex MSS. & Edd VV. quibusdam legebant Schottus, & J. F. Gronov. Obſerv. l. II. c. 3. Verum illic nunc palam eſt, ſcribendum *n. ignobilem Eretricum.* Retineamus ergo & hic *inexercitatus*, quod ceteri MSS. omnes agnoſcunt. Cicero ibid. l. II. c. 15. *Rudem illum & inexercitatum tironem.* OUD.

31 *Inpetu tantum violentum*] *Inpetus* Petrenſis, Palatinus *in impetus.* At uterque Leidenſis *in inpetu*: quod non damnem. Vide ad l. I. c. 5. 15. *ut in virtute exercitum ſervarent.* pro *tantum* Leidenſ. ſec. *ſane.* Dein *concitatus* MSS quatuor. *Concitatis* Ed. Rom. pro *cecidit* ruſus *occidit* Medic. ſec. OUD.

32 *Exploratoribus*] Ed. Rom. *explorantibus. Meſſonias* Mediceus pr. & Petrenſis. *Arſiſſe* Coll. Voſſ. *conj. & liberis* Hillensb. & Medic. ſec. OUD.

33 *C. Caeſar*] Praenomen abeſt rurſus ab utroque Mediceo, & utroque Leidenſi. Dein pro *angeret* Leidenſ. ſec. *urgeret.* ne audias. loco *tũ ob* Petrenſis *ab.* OUDEND.

34 *Interfectis omnibus impedimentis*] Vidi, qui legendum cenſerent, *interceptis omnibus impedimentis*, ſorte quod iis non placeret, impedimenta dici interfecta. Sed eos ego ad Vegetii caput ſextum libri tertii remitto. Ulterius pronuntio, hiſtoriae fidem *tũ interceptis* non admiſſuram; neque enim hic Caeſarianorum, ſed ipſorummet Afranianorum agitur factum, qui tantum abeſt, ut impedimenta ſua a Caeſarianis intercipi permiſerint; ut ipſimet illa interfecerint. Teſtem do Caeſarem ipſum l. I. De bello civili: *Illi*, inquit, *& inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad id expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.* quo loco ſuſpicor *faginaria jumenta*, a Caeſare nuncupata fuiſſe. De quibus nos alibi. STEW. *Interfectis omnibus* in-

inpedimentis, 35 ad pugnam deſcendiſſet, continuit

impedimentis. Sic lege ſecundum omnes MSS. Stewechium & J. F. Gronovium. *Interceptis* locum non habet. Nam hic refertur non Caeſarianorum, ſed Pompejanorum factum, qui ſua impedimenta non paſſi ſunt a Caeſarianis intercipi; ſed ipſi interfecerunt. Teſte Caeſare l. 1. bell. civ. c. 81. *Ibi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad iter expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.* Nimirum *Impedimenta occidi* offendit ignaros. Atqui ponuntur & pro jumentis. Caeſar. l. 1. b. civ. c. 70. *Impedimenta totius exercitus, cohortesque in caſtris relictos, ſervare non poſſent, quibus intercluſis exercitu Caeſaris, auxilium ferri nulla ratione poterat.* Vegetius l. III. c. 6. *Impedimenta, ſaginarii, calones, vehiculaque in medio collocentur.* Operae eſt adſcribere, quae J. F. Gronovius ad hunc locum notaverat. *Impedimenta non modo ſunt ſarcinae, ſed interdum vehicula cum ſarcinis & jumentis: aliquando ipſa jumenta.* Caeſar l. VII. de bell. Gall. c. 45. *Prima luce magnum numerum impedimentorum ex caſtris mulorumque produci, eque iis ſtramenta detrahi, mulionesque cum caſſidibus equitum ſpecie ac ſimulatione, collibus circumvehi jubet.* Ubi male Ciacconius *jumentorum.* l. 1. bell. civ. *Deſiderati ſunt eo die ſagittarii circiter ducenti, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus.* Curtius l. IX. c. 10. *Quum Indiae praefecti, ſicut erat imperatum, equorum jumentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quae ſub imperio erat, regione miſiſſent, quibus deerant impedimenta, reſtituit.* Ubi pari errore Freinshemius conjicit, *ad impedimenta*; ut intelligantur equi & jumenta ad impedimenta vehenda. Quaſi hi equi & jumenta non ſint ipſa *impedimenta.* Tacitus 1. Annal. c. 45. *Ut jam jamque iturus, legit comites, conquiſivit impedimenta, adornavit naves.* Non ſunt ſarcinae, ut idem Freinshemius interpretatur: neque enim illae *conquiri* dicuntur, ſed jumenta & vehicula. Suetonius hoc ipſum dicit, *vehiculis comprehenſis.* c. 38. Eidem ſic *impedimenta.* Caligula c. 51. *Propere verſus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis ſtipatos reperit.* Lege 28. Cod. Theodoſii de erogatione militaris annonae. *A provinciarum rectoribus caveatur, ut tam numeris, quam familiis, nec non impedimentis, praeter eas annonas, quae adaerantur, id tantum in ſpecie tribuatur.* Hoc eſt, militibus, ſervis, jumentis. TENN. Scriverius non legebat *interceptis*, ut putabat magnus Gronovius, ſed ita alios legere, hoc verbo ad marginem poſito, monere modo voluerat. Exemplis ſummi viri adde Livium l. XXXVIII. c. 40. *Impedimenta & ſarcinas invadunt; caeſisque cuſtodibus partim ea, quae in plauſtris erant, diripere, partim ſub oneribus jumenta abſtrahere.* c. 41. *Quum & impedimentorum pars & calonum & milites aliquot cecidiſſent:* ubi patet, clariſſime *impedimenta* vocari jumenta cum ſarcinis. Neque aliter noſtri locum cepit Voſſius ad Caeſ. B. G. l. VII. c. 45. OUDEND.

35 *Ad pugnam deſcendiſſet*] Quia exercitus, ut eſſent tutiores, olim montana occupabant, pugnaturi demittebant ſe in planitiem. Juſtin. l. XV. c. 1. *Negavit, ſe in ejus belli praemia ſocios admiſſurum, in cujus periculum ſolus deſcenderit.* l. XXXVIII. 8. *In Romana bella deſcendit.*

Di

nuit ſuos, arbitratus alienum [36] dimicationi tempus; quo [a] adverſarios & ira & deſperatio incenderat.

XII. Cn. Pompejus fugientem Mithridatem cupiens [37] ad proelium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, ut [38] abeunti ſe opponeret: atque ita praeparatus, ſubitam hoſtibus neceſſitatem [39] decernendi injecit. Praeterea ſic conſtituit aciem, ut Ponticorum quidem oculos ad-

a Vulgo quod.

Dicitur & reſpectu regionum altiorum. Nepos in Ariſtide. c. 1. *Poſtquam Xerxes in Graeciam deſcendit.* in Alcibiade c. 6. *His quum univerſa civitas obviam in Pyraceum deſcendiſſet.* Hinc Ciceroni *deſcendere* ſimpliciter, pro venire in forum: quia illud in loco inferiore ſitum. Lucae c. 2. v. 4. Ἀνέβη καὶ τῆς Ἰουδαίας, εἰς πόλιν Δαυίδ. Nazareth enim humilior. Hinc, expeditio Cyri minoris apud Xenophontem vocatur ἀνάβασις. Idem in Ageſilao. Ἐπειδὴ ὁ Πέρσης πρόσθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δίκην, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν. TENN. Cui non dictus Hyas? Mediceus Antiquior *deſcendiſſent*; per ſynthesin, ſi cui placere poſſit. OUDEND.

36 *Dimicationi*] Petrenſis *Dimicationis.* Vide ad l. 1. 2. 2. *Dimicandi* Leideuſ. ſec. pro *quod* Medic. pr. *quoniam.* Petrenſis *quo*, ut repoſui. Dein & ante *ea hac* non agnoſcunt MSS. ſeptem, nec Ed. primae. *Incenderant* Medic. pr. *incenderet* Petrenſis. OUDEND.

37 *Ad proelium*] Petrenſis *ad bellum:* quod fere perpetuum in eo Codice, ut non credam, toties ab auctore *bellum* pro *proelio* uſurpatum fuiſſe, licet ſciam paſſim ab optimis ſcriptoribus, & in nonnullis quoque noſtri locis eo ſenſu adhiberi: ut l. 1. 11. 2. *commiſſo bello.* pro *dimicationi* Edd. Rom. & Bonon. cum Leidenſi ſec. Vaticano, ac Coll. Voſſ. pro varia lectione *ad dimicationem.* In Voſſ. textu, Gudiano, & Mediceo pr. *dimicatione.* OUDEND.

38 *Abeunti*] MSS. *adeunti.* TENN. Mei quoque cum Edd. Romana & Pariſ. *adeunti.* Quod non capio. Palatin. *ad eum ſe apponeret.* Abeunti & fugienti hoſti ſe oppoſuit Pompejus, ita ut nocte iter facientes inciderint in ejus exercitum: quomodo quidem haec refert Dio l. XXXVI. p. 24. Nam aliter haec enarrat Plutarchus in Pompejo p. 636. Cum Dione noſtrum facere exiſtimem. ſed tamen verba haec *ut abeunti ſ. opp.* vehementer ſuſpecta mihi ſunt. Ad fidem hiſtoriae ſimpliciter debuit dixiſſe *& abeunti ſe oppoſuit* vel *ad amnem* ſive *ad Euphratem ſe oppoſuit.* OUDEND.

39 *Decernendi*] ſic Palatinus, Gudianus, Vaticanus, Petrenſis, Leidenſis pr. & Coll. Voſſ. cum Hittorp. ora. Ceteri cum Edd. vetuſtis e Gloſſa *decertandi.* Vide ſupra ad l. 1. 10. 3. *A cupiditate decernendi.* paullo ante *hoſti* Leid. ſec. OUD.

40 *Per-*

adverſa Luna [40] praeſtringeret [a], ſuis autem illuſtrem & conſpicuum praeberet hoſtem.

XIII. [41] Jugurtham autem conſtat memorem virtutis Romanorum, ſemper inclinato die committere proelia ſolitum, ut, ſi fugarentur ſui, obportunam noctem haberent ad deliteſcendum.

XIV. Lucullus adverſus Mithridatem & Tigranem, [42] in Armenia majore apud Tigranocertam,

a Vulgo PERSTRINGERET.

40 *Perſtringeret*] Si Luna adverſa perſtrinxit oculos Ponticorum (quod & Plutarchus in Pompejo, Oroſius tradiderunt) male Keuchenius adfert ex Floro l. III. c. 5. *Quum a tergo ſe hoſtibus, a facie Romanis praebuiſſet.* Nam ratio contrarium ſenſum requirit. *Luna in partibus, quippe quaſi commilitans, quum a facie ſe hoſtibus, a tergo Romanis praebuiſſet; Pontici per errorem longius cadentes umbras ſuas, quaſi hoſtium corpora petebant.* Sic me conjeciſſe liquido jurare poſſum, antequam Freinshemium inſpexeram, qui in eadem ivit. *Perſtringi* fulgoribus oculi dicuntur, cum eorum acies illis ſtupet & laſſeſcit. Cicero per ſimilitudinem ad Brutum epiſt. 18. *Splendore falſi honoris objecto aciem boni ingenii perſtringi poſſe confidunt.* Lucilius l. XXX. Satyr. 97.

Praeſtringatque oculorum aciem ſplendore micanti.

Nonius. *Praeſtringere* eſt valde ſtringere, claudere. TENN. Adverſam Ponticis fuiſſe lunam, etiam Dio teſtatur. MSS. tamen Flori retinens illic vulgatum, & adi Cl. Dukerum ibidem. Dum autem Tennulius Keuchenium carpit, ipſe non leviorem ſanc committit errorem, & facit, ut Florus nequeat intelligi. Si enim Pontici a facie habuerunt lunam: quomodo tum potuerunt videre umbras ſuas? Quod Lipſius & alii bene adverterant: unde ejiciebant etiam *ſuas*. Ceterum Gudianus, Leidenſis pr. & Mediceus antiquior *praeſtringeret*, non *perſtringeret*; verius omnino. Vide collectanea ad Lucan. l. I. 154. *obliqua praeſtringens lumina flamma*, atque hoc modo ubique ex MStis lege, ubi de fulgore lunae, flammae, fulminis, aliorumque meteororum fit mentio. OUDEND.

41 *Jugurtham autem*] A duobus Reg. & uno Hill. omittitur *autem*. Quae particula locum non habet. TENN. Mei omnes praeter Gudianum ſervant, non concinne. f. *regem*. Quod autem noſter ſoli Jugurthae tribuit, teſtatur Nic. Damaſcenus Maſſylorum in Libya inſtitutum eſſe, ut nocte pugnent. V. p. 518. Edit. Valeſ. Mox *bellum* rurſus pro *proelia* in Petreuſi. OUD.

42 *In Armenia majore*] Leidenſis pr. Vaticanus, & Mediceus pr. cum Edd. Rom. & Bonon. *in Armeniam majorem*. Vide, quae congeſſi ad l. I. c. 3. 5. *In Hiſpaniam victum exercitum*. Omnes conſtanter retinent ablativum cap. 2. §. 4. OUD.

43 *Quin-*

tam, quum ipse non amplius [43] quindecim millia armatorum haberet, [44] hostis autem innumerabilem multitudinem, eoque ipso inhabilem, [45] usus hoc ejus incommodo, nondum ordinatam hostium aciem invasit, atque ita protinus dissipavit, ut ipsi quoque reges, abjectis insignibus, fugerent.

XV. [46] Tiberius [a] Nero adversus Pannonios, quum

[a] Vulgo CL. TIBERIUS N.

43 *Quindecim*] Ut passim fieri solet, variant hic auctores in militum numero. Plutarchus Lucullo p. 509. Αὐτὸς δὲ τέσσαρας καὶ δέκα σπείρας ἀναλαβὼν, ἐν αἷς ἦν πλείονες ἢ μύριοι ἐπλητῶν καὶ τοὺς ἵππους ἅπαντας καὶ σφενδονήτας, καὶ τοξότας περὶ χιλίους ἐχώρει. Appian. B. Mithrid. p. 381. ἐστράτευε σὺν δύο τέλεσιν ἱππέων, καὶ ἱππεῦσι πεντακοσίοις Augent numerum Eutropius l. VI. c. 9. & Rufus Brev. c. 15. dantes Lucullo octodecim millia armatorum: quibus locis ex MSS. rescribi debuit *Tigranocertam*, pro *Tigranocerta*. Latini omnes, & noster aliquoties, consentientibus ubique MSS. τὰ Τιγρανόκερτα exstulerunt *Tigranocertam* quasi a nominativo singul. *Tigranocerta* praeter Tacitum, qui l. XIV. & XV. Annal. *Tigranocerta* in plurali & *a Tigranocertis* habet. Consule Geographos. OUD.

44 *Hostis*] MSS. septem *hostes* sed obstat τὸ *ejus*: quod tamen delent quoque Hillensb. & Ed. Paris. ac Mediceus sec. in quo *huiusmodi*. pro *autem* est *vero* in Edd. Rom. ac Bonon. in duobus MSS. non adest. Deinde *in proximis* exhibet Palatinus, non *protinus*; mox *ut ipsi quidem r.* uterque Mediceus, & Edd. primae. OUDEND.

45 *Usus incommodo*] h. e. Regum incommodum vertens in suum commodum. Vellejus l. II. c. 51. *Sua & celeritate & fortuna C. Caesar usus, nihil in mora habuit, quo minus & cum vellet, ipse exercitusque classibus perveniret.* Sallustius c. 38. Jug. *Nox atque praeda castrorum hostis, quo minus victoria uterentur, remorata sunt.* TENN.

46 *CL. Tiberius Nero*] Τὸ *CL.* delent omnes MSS. habent plerique *T. Nero.* TENN. Ineptissime vulgo editur, *Cl. Tiberius.* Quasi *Claudius* esset praenomen, & *Tiberius* gentile. cum plane contrario rem se habere quivis sciat. Debuerat saltem gentile totum fuisse expressum *Claudius.* quomodo si scriberetur, defendi posset eo, quod nomina gentilia, ut cognominibus praenomine destitutis, sic etiam praenominibus aliquando anteponantur. Vide Cl. Dukerum ad Flor. l. II. c. 11. §. 11. & jam ante Ill. Spanhem. de usu num. Diss. X. p. 551. T. II. Ed. ult. *Cl.* abest quoque ab omnibus vetustioribus meis, & Ed. Paris. rectissime. Fuit enim *Tiberius Claudius Nero*, adoptatus ab Augusto, & ejus in imperio Successor, qui apud scriptores vulgo tantum adpellatur *Tiberius Nero.* Bellum hoc Pannonium gessit Augusti auspiciis, quod testantur Ovidius, Suetonius, Dio, Vellejus, aliique. In Mediceo antiquiore *Claudius Nero.* melius certe vulgato. In altero *C. Claudius Nero.* Mi-

ri-

quum barbari [47] feroces in aciem, oriente ſtatim die, proceſſiſſent, continuit ſuos, paſſusque eſt, hoſtem nebula & imbribus, qui forte illo die [48] crebri erant, [49] verberari; [50] ac demum, [a] ubi feſſum ſtando & pluvia non ſolum [51] animo, ſed &

[a] Vulgo UT.

rifice in Leidenſi ſec. *Lucullus adverſus P.* Si quis velit *Tib. Claudius Nero* per me licet. OUD. De anaſtrophe nominis gentilis ac praenominis vide ad Sueton. Tiber. c. 2. *Claudius Appius Regillanus.* & ad Caeſar. I. 1. B. G. c. 2. quosque ibi laudavi. Noſter quoque ſcripſit L. 1. c. 2. Ex. 2. *Fabius Kaeſo.* IDEM. *Cur. poſt.*

47 *Feroces*] Non agnoſcunt hanc vocem uterque Mediceus, nec Edd. Italicae pro *hoſtem* vitioſe in Edd. Wecheſii eſt *ſuos. Ἐπ αὐτὸ τὸ illo* in Mediceis, & Edd. Italicis quoque.

48 *Crebri erant*] Unus Hill. *Crebuerant.* TENN. Leidenſ ſec. *crebi erant. Crebuerant* a *Crebeſco*, ut paſſim in MSS. vetuſtiſſimis legitur, non *crebreſco.* Vide Manut. ad Cicer. Epiſt. 20. Fam. I VII. Virgil. l. III. Aen. 530 *Crebeſcunt optatae aurae.* ſic Heinſius. vulgo *crebr. Crebuit*, non *crebruit*, e MSS. ſcribendum pro *crevit* in Vegetii Prooemio, & alibi. Hic tamen rectius videtur *crebri erant.* Pluviae modo copiam, non incrementum voluit notare auctor. OUD. Cod. Scriverii auratus *crebruerant*, bene, ſi quidem mutandum aliquid cenſes. male in aliis *crebuerant.* Non enim Latine dicitur *crebeſco*, quod olim putavi, ſed *crebreſco*: uti latius diſputavi ad Sueton. Caeſ. c. 79. *fama* percrebruit. IDEM *Cur. poſt.*

49 *Verberari*] Seneca l. IV. Natural. c. 8. *Quaecunque depreſſa ſunt, minus ventis verberantur.* Idem. *Quibus terrae & texris vicina pulſantur.* Lucretius. *Verbera ventorum.* TENN. Unus Cantabrig. *vexari* e Gloſſa, quamvis noſter ita l. IV. 7. 30. *Imbre continuo vexatum exercitum.* Virgil. l. IX. Aen. 669.

Verberat imber humum.

Tibull. I. 2. 7.

te verberet imber.

ubi vide Broukhuſ. OUD.

50 *Ac demum ut*] Medic. pr. *ac deinde* MSS. quinque & Ed. Par. *ubi* ſeptem cum eadem Edit. quod repoſui. OUD.

51 *Animo, ſed & laſſitudine deficere*] Plus ergo eſt *laſſitudine*, quam *animo deficere?* At qui, quaeſo, feſſi animo deficere poſſunt, niſi prae laſſitudine? Ineptum ergo hoc incrementum eſt. Debuit auctor potius dixiſſe *ubi feſſum ſtando & pluvia non ſolum laſſitudine, ſed & animo deficere.* quod ſi in MSS eſſet, libenter amplecterer. Nunc, cum *animo* deſit in utroque Leidenſi, Oudiano, Palatino, Petrenſi, Mediceo vetuſtiore, ac Coll. Voſſ, puteni, facile hanc vocem abeſſe poſſe. Animadvertit hoſtem non modo feſſum, ſed ita defatigatum, ut laſſitudine deficeret. Vel forſan verba auctoris confuſa ſunt vehementius, & ſcribendum, *ubi feſſum non ſolum ſtando, ſed & pluvia l. deficere.* vel *feſſum pluvia n. ſ., ſed & ſtando l.* Quid-

& laſſitudine deficere animadvertit, ſigno dato, adortus ſuperavit.

XVI. [52] C. Caeſar in Gallia, quia compererat, Arioviſto, Germanorum regi, inſtitutum, & quaſi [53] legem [a] eſſe militibus non pugnandi, decreſcente Luna, tum potiſſimum acie commiſſa, inpeditos religione hoſtes vicit.

XVII. Divus Auguſtus Veſpaſianus Judaeos [54] Saturni die, quo [55] eis nefas eſt quidquam ſeriae rei agere, adortus ſuperavit.

XVIII.

[a] Vulgo ſine τῷ esse.

quid ſit, non dubitem, quin vulgata ab auctore non ſint profecta. Pro *ſed & l.* Palatin. & Edd. Rom. ac Bonon. *ſed l.* omiſſo τῷ &. quod obvium eſſe apud Latinos auctores, monendum fuit ad l. 1. 3. 16. *non mutavit tantum ſtatum belli, ſed ſubjecit.* Frequens haec omiſſio eſt in MSS. Vegetii. ſic & vel *etiam* in pleriſque Codicibus a me viſis abeſt l. 1. c. 4. 10. lib. l. 11. 8. 9. l. III. c. 6. l. IV. 7. 8. 27. Oud.

52 *C. Caeſar*] Ex more deeſt rurſus praenomen in MSS. quatuor, & Edd. pp. dein *conceſſérat* Leid. pr. Uterque Leidenſis inepte *Romanorum regi.* vide ad c. 6. §. 4. Oud.

53 *Legem militibus*] S. Reg. 3. Hiſl. clamant, τῷ *militibus* eſſe ſubjectum. *Legem eſſe non* p. exhibent. De hac re Caeſar ipſe l. 1. Bell. Gall. c. 50. *Non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam praelio contendiſſent.* Idem Tacitus affirmat German. c. 11. *Coëunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur Luna, aut implétur.* Ob eandem cauſam Lacedaemonii reprehenduntur apud Thucydidem l. 1. f. 23. & laudantur Athenienſes, quorum erat inſtitutum. Μὴ ἐφῆκε ἄρχειν ἄγειν, ἢ τῷ pejo. Sabbatum quia praecipua caeremonia colebant, etiam jejunio ſacriſſe [ut ait Juſtinus l. XXXVI.

XVIII. [a] Lysander Lacedaemonius adversus Athenienses apud [b] Aegospotamos [c] instituit certo

[a] Vulgo Aegospotamus.

xxvi. c. 1.) Judaei gentilibus credebantur. Hinc alludit Augustus Sueton. c. 76. *Ne Judaeus quidem, ut Tiberi, tam diligenter Sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi.* Ad quem locum videndus Casaubonus. Caeterum ipsi Romani non fuere liberi ab hac superstitione. Festus. *Dies praeciares appellantur, quibus fas est, hostem bello lacessere. Erant enim feriae quaedam publicae, quibus nefas fuit id facere.* Cato de jure civili. *Per eos dies* (religiosos quos appellabant) *non cum hoste manus conferebant, non exercitus scribebantur, non comitia habebantur: neque aliud quicquam in Republica, nisi quod ultima necessitas atrocissima subigebat, administrabatur.* Gellius l. v. c. 17. ex Verrio Flacco. *Quotiens belli gerendi gratia res divina postridie Calendas, nonas, idus a magistratu Populi R. facta esset, ejus belli gerendi principio deinceps proelio rempublicam male gestam esse.* Tenn.

[57] *Est*] Vaticanus *sit*.

[58] *Lysander Lacedaemonius adversus Athenienses*] Ad Polyaenum l. 1. c. 45. §. 2. *In Abydi fretum* &c. summo viro Is. Casaub. locus hic videtur mancus; quare arbitratur, emendandum *Dux Lacedaemoniorum*. Non quod Lysander Lacedaemonius non fuerit gentis (Laconem enim fuisse apud omnes constat, & sic noster l. 1. §. 7. et l. 9. *Lysander Lacedaemonius*,) sed quod sine dubio crederet vir magnus, *adversus* ita simpliciter poni non posse. At vero, tantorum manum mi pace dixerim, erat. Nam sic solet saepius poni, & morus est mos, ut ita unde adigitur *adversus*, subaudiatur *bellum gerens*, vel simile quid. Consule omnino, quos congessimus exempla ad l. 1. c. 5. §. 13. Stulte autem in Lugdunensi sec. & Ed. Rom. legitur *Alexander*. Oud.

[59] *Apud Aegospotamum*] Alii *Aegospotamon*, quidam *Egospotamos*, nonnulli *Aegospotamos*. Ego secutus sum Stephanum, cui *Abydi fretum* [illegible] *prae flumen* [illegible] spontium est [illegible] flumine nomen [illegible] gos vocatum [illegible] & c. 11. l. [illegible] scimus cla[illegible] Lysandro ci[illegible] parchum in [illegible] 4. Reg. 3. [illegible] L. *Aegospo*[illegible] Proctilius [illegible] cis terminat[illegible] vinus est ac[illegible] cino flumine, cui nomen *Aegos* appellatu. Plinius l. 11. c. 56. & l. 1v. c. 11. ad ejus ostia Lysander cepit classem Atheniensium. Plutarchus in Lysandro. Nepos c. 1. Lysandro. c. 8. Alcibiade. c. 1. Conone. appellatur *Aegos flumen*. Vide Stephanum. Notandi hic sunt gradus imperii Atheniensis; cujus summa gloria fuit proelio ad Salaminem; virium debilitatio in Sicilia & ad Ephesum; interitus ad *Aegospotamon* contigit. Tenn. Lubet hic adscribere Reuchenii sententiam. *Nihil verius est, quam* Aegospotamum *referiendum, vel* Aegospotamos, *Graecorum forma. Nam si communiter alybi urbibus vocari, quem fluvium Lysandri* Aegospotamum, Aegospotamos, *vel* Aegos flumen. *Sic alybi legatur*, Caprae fluvius, *aut* Caprae fluvii; *cum sit unicus fluvius.*

to tempore [58] infeſtari naves Athenienſium, deinde

vius. Haec ille. Primo errat Modius; quod ſcribat, Stephano hanc urbem vocari αἰγὸς ποταμὸν: cum audiat ei pluraliter ποτα-μοὶ. Quomodo ego quidem arbitror, omnes Graecos ſemper hoc nomen extuliſſe, non in numero ſingulari. Nam rariſſima ſunt exempla illius numeri, & mea quidem ſententia corrupta; atque in pluralem reformanda. Ortelius ex Xenophonte citat ſingularem; ſed vel fallit, vel fallitur Cl. Vir. αἰγὸς ποταμὸς non uno loco vocat Xenophon. l. II. hiſt. Gr. p. 455. 456. Doct. Pinedo ad Stephanum producit locum Herodoti ex l. IX. c. 118. ſed ibi nunc opera Celeb. J. Gronovii ex Cod. Mediceo legimus ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν. Apud Philoſtratum l. I. c. 2. V. Apoll. Tyan. περὶ αἰγὸς ποταμῷ eſt in Editione Aldina, ut monuit me Cl. Weſſelingus. Sed MSS. & ſenſus flagitant, ut legatur ποτα-μοὺς, quomodo jam edidit Olearius; ſimul tamen tam ſingularem ποταμὸν, quam pluralem probans, & in teſtimonium advocans Diogenem, & Ammianum Marcellinum l. XXII. Diogenes enim Laërtius l. II. Sect. 10. eandem rem narrans περὶ Α. ποταμὸν habet, ut nunc quidem circumfertur. Sed cur vulgatis editionibus magis fidem habebimus, quam Stephano; in cujus Ed. exſtat ποταμὸς, ut teſtatur Menagius, qui itidem nullo tibicine nixus utrumque probat? Theodoret. Graec. Aff. cur. p. 59. Ed. Sylb. ἐν Αἰγὸς ποταμῷ; at alii MSS. ποταμοῖς Denique corrupto loco Scylax, indicante mihi eodem Cl. Weſſelingo p. 68. Ed. Gron. Ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμοῦ Κρήνη. Celeb. If Voſſius legit ποταμὸς: Sed nemo non videt, faciliorem eſſe emendationem ποταμοί. Porro hinc faluntur Olearius, & omnes hic interpretes; cum ſtatuunt, a Latinis in ſingulari *Aegoſpotamum* dictum fuiſſe. Aliter ſe res habet. Non propterea tamen, quod vult Pintianus ad Melam l. II. c. 2. §. 75. *flumen Aegos* mutandum eſt in *fluvii.* Romani enim Latine hanc urbem exprimentes ſingulari numero ſunt uſi, ut ex Plinio & Nepote ad Lyſandri vitam obſervavit Lambinus. At vero illi, qui Graecam retinent vocem, in plurali etiam efferre debuerunt, quaſi unum eſſet vocabulum *Aegoſpotami*, ut *Philippi*, *Pompeji* &c. In accuſativo *Aegoſpotamos:* atque ita hoc loco praeter Gudianum exhibent MSSti omnes, & Editio Romana, Hittorpii, ac Pariſien-, niſi quod in plerisque ſit pro *Aegos Egeo.* Neque aliter Ammianus Marcellinus, non in ſingulari, ut Olearius ſcribit, l. XXII. c. 8. *Cherroneſum pulſat & Aegospotamos.* Hinc corrigendus Ampelius Lib. Memor. c. 14. de Lyſandro *Claſſem Atticam apud Aegoſpotamos oppreſſit.* vulgo *Aegeos primus.* OUD.

58 *Infeſtari*] Sic omnes editi. nec in ſcriptis aliqua varietas. Dubitares tamen, an auctor dederit *infeſtare*, ut citat Caſaubonus. v. l I. c. 4. §. 5. *inſtituit reducere.* §. 8. *aſſidue producere & reducere inſtituit; deinde in eamdem perſuaſionem hoſte perducto* &c. §. 9. *inſtituit inmittere.* & ſaepius. Ne tamen in textum recipiam *inf.ſtare*, vehementer me monet ſimilis locus l. III. 2. 1. *circuiri muros frequenter omnibus copiis inſtituit, easdemque reducere in caſtra:* licet MSS. *circuire.* l. III. c. 2. 10. *apparere paucos inſtituerunt.* Sic MSS. vulgo *diſpoſuerunt.* Dicitur ergo *inſtituit facere & fieri.* v. etiam l. IV. 1. 13. 14. OUD.

59 *Qua*

inde revocare classem. 59 Ea [a] re in consuetudinem perducta, quum Athenienses post digressum ejus 60 ad contrahendas copias dispergerentur, extendit ex consuetudine classem, & recepit. Tum hostium maxima parte ex more dilapsa, reliquos adortus 61 cecidit [b], & universas naves cepit.

CAP.

a Vulgo QUA. b Vulgo OCCIDIT.

59 *Qua re*] Rescripsi *ea re* fide plurimorum Codicum. paullo ante bene *dein* tres, unus *demum*. *Ducta* pro *perducta* Medicei; & Edd. Italicae. Mox *dispargerentur*, Leid. sec. & *in consuetudine*. post *eum* Medic. pr. Leid. sec. & Ed. Rom. ac plerique male *delapsa*. Oud.

60 *Contrahendas copias*] Xenophon l. II. H. Gr. p. 456. τὰ ἐν ὥρᾳ πρίασθαι ἐπιτήδεια. *Copias* ergo hic notant commeatum, & quaecumque ad victum pertinent, ut l. III. c. 4. §. 3. *qui copiis abundabant, petiit, ut commeatus subministrarent*. c. 15. §. 6. *copias, quibus diuturnam sustinerent obsidionem*. Sed vide, num huic rei conveniat verbum *contrahere*. Suppositum hoc ab iis, qui crediderunt, agi de militum turba; sed ad eam contrahendam non dispergi deberent. Et nullus veterum hoc tradidit, neque potuit, nam hic ultimae Atheniensium virium aderant reliquiae. forte *corradendas* vel *comparandas*, vel *congerendas*. Cum tamen l. v. 6. 9. *jumenta & camelos contrahi jussit*. Sed & hoc de animalibus. Oud. Nihil nunc mutandum censeo. De *copiis* pro commeatibus omnis generis vide ad Caes. L. 1. B. G. c. 31. *agros & cultum & copias Gallorum*. De *contrahere* pro congerere, & colligere adi ad Sueton. Ill. Gramm. c. 24. *multa exemplaria contracta emendare*. Idem *Caes. post*.

61 *Occidit*] Melius Petrensis, & Leidens. pr. ut reposui, *cecidit*, applaudente Cl. Wasse. v. ad c. 1. §. 6. *inermesque aut cecidit, aut cepit*. & quoque deest in MSS. quinque. Palatin. *universasque*. Ceterum non universas naves captas esse, sed novem cum Cononе evasisse; auctores sunt Xenophon l. II. H. Gr. p. 456. & Plutarch. in Lys. p. 439. ac Justin. l. v. c. 6. Polyaenus unam tantum, sc. πλοῖον evasisse ait. Qui sine dubio cum Frontino & Corn. Nepote Cononem statuerunt, huic proelio non interfuisse. Oud.

CAP. II.

De loco ad pugnam eligendo.

EXEMPLUM I.

'M.' Curius [a], quia [2] phalangi regis Pyrrhi [3] explicitae [b] resisti non posse animadvertebat, dedit operam, ut in angustiis confligeret, ubi [4] conferta sibi ipsa esset impedimento. II.

a Vulgo M. Curius. b Vulgo EXPLICATAE.

1 *M. Curius*] Exhibendum iterum curavi *M'*. sive *Manius*. ut debet, pro vulgato *M.* sive *Marcus*. Vide ad l. 1. c. 8. 4. Oud.

2 *Phalangi*] Uterque Leidensis, duo Cantabrigienses, Palatinus, Medicei, & Hillensberg. cum Edit. Romana, & Parisiens. *phalangae* seu *phalange*. ut c. 11. §. 17. *phalangum* pro *phalangem*. Quod non nemini placere posset: quia solent posteriores Latini scriptores ex Graecorum accusativo facere nominativum, cujus rei exempla ubivis sunt obvia. Verum non ita solet agere noster, qui semper ipsas Graecorum terminationes exprimere amat: ut singulis fere paginis animadvertimus. Quare *phalangi* hic retinere satius est & c. 11. §. 17. scribere *phalanga*, ut est in antiquissimo Suetonii Codice MSto Nerone c. 19. *phalangibus* & 3. §. 22. apud nostrum etiam MSS. habent. Aliud quid est *phalanga*, de qua vide ad Plinic. Felic. c. 3. Vide plura ad c. 3. 6. *Perfida*: ubi vulgo *Perfidem* & *Perfidam*. Oud.

3 *Explicitae*] Sic omnes editi, praeter Hirtzpianum, qui cum omnibus MSS. praebet *Explicitae*. Phalangem in angustiis non bene confligere apparet ex ejus descriptione, quam dedit Polybius l. XVII. *Vir armatus in ipsa concertationis densitate tribus pedibus firmus persistit, magnitudo autem hastarum secundum primam hastae selectio, secundum convenientiam autem veri & recti quatuordecim cubitus habet, & ex illis quatuor per spatium intermedium, & aequilibrium posterioris partis, dum in procinctu sint, adimuntur: manifestum est, quod decem cubitis hasta necessario ante cujusque armati corpus praeeminet, quando ambabus manibus in hostem librata. Hoc autem accidit, ut aliae hastae ante secundam, & tertiam ac quartam; aliae quintam seriem eorum, qui praecedunt in acie, duobus cubitis praeemineant. Si quidem phalanx proprietatem & densitatem suam secundum ordinem, & retro a latere stantium habuerit.* Phalangis quoque numerus, quem octo millium fuisse constat ex Vegetio 2. 2. non admisit angustias in conflictu. TENN. Non viderat Tennulius Editiones veteres. Nam in Rom. Bonon Paris. & Wechel. itidem, ut in MSS. praeter Leid. sec. editur *explicitae*; ut rescripsi. Dein *angustiis* Arcerianus male. Oud.

4 *Conferta sibi ipsa esset impedimento*] Atqui debet esse conferta, & vim suam exercebit,

quod

II. Cn. Pompejus in Cappadocia elegit caſtris [a] locum editum: unde, [b] adjuvante proclivo [c] impetum militum, facile ipſo decurſu Mithridatem ſuperavit.

III. [7] C. Caeſar adverſus Pharnacem, Mithridatis filium, dimicaturus, in colle inſtruxit aciem; quae res expeditam ei fecit victoriam. Nam

a Vulgo PROCLIVIO.

quod clare docet Livius l. XLIV. c. 41. *In medio ſecunda legio ſeniſſa diſſipavit phalangem; ne-*

ediderunt; cum Hittorpius, 4. MSS. Regii, 3. Hiſl. & Voſſianus optime *Proclivo*. Ut imbecillus, imbecillis, acclivus & acclivis, aliaque ſecundam & tertiam terminationem admittunt. Plaut. in milite glorioſo. *Feciſti modo nihil ex proclivo palam rem.* TERR. *Proclivo* etiam Petrenſis, Palatinus, Leidenſes, & Ed. Pariſienſis. Veriſſime. Gloſſae: *Proclivum, κατωφερές* Arcerianus *proclivi*. Sanctus tamen cum reliquis *Proclivio*. *Proclivia* ſic adhibet Claudianus. Sed *pròclivo* omnino placet. *Omnia proclivia* ſunt apud Senecam: & ſic MSS. nonnulli in Hirt. B. Afr. c. 10. *omnia ſibi proclivia*. vulgo *procliviа*. Apulej. l. IV. Metam. p. 65. Ed. Pr. *contra proclivum mentis attigui*. Sic enim optime Codex Orvillii. *contra proclive* vulgo. *Proclive* typographi forſan vitio pro *proclivo* ciuat Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. II. 328. Dein Medic. ſec. *inpeditum militem*, & *diſcurſu* Edd. primae, ſenſu obſtante. Oud.

7. *C. Caeſar*] Duo MSS. & exhibent praeno- *inpeditam* Medicaeo- *feciſt* Petrenſis *de- ediſa* pro *ex edito*. *arbaros* non occus- librariorum hallu- ipſam rem vide . Alex. c. 73. &

Nam pila, ex edito in ſubeuntes barbaros emiſſa, protinus eos averterunt.

IV. [8] Lucullus adverſus Mithridatem & Tigranem, in Armenia majore apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planum verticem raptim cum copiarum parte adeptus, in ſubjectos hoſtes [9] decucurrit [a], & equitatum eorum a latere invaſit, [10] averſumque, & eorumdem partem

[a] Vulgo DECURRIT.

8 *Lucullus*] Hillensb. *L. Lucullus*. Petrenſ. addit *Conſul*. Sed male. Hoc enim magiſtratu tunc non fungebatur. ut hic, ita c. 1. §. 14. *raptim* deeſt in Leid. fec. plerique *parte cop.* OUD.

9 *Decurrit*] Reſcripſi hic quoque *decucurrit* fide quatuor MSStorum, & Ed. Pariſ. Vide Keuchenium, & ſupra ad 1. 5. 15. *ab latere* Mediceus pr. ut ſemper fere in illo Cod. *ab tergo*. OUD.

10 *Averſumque & eorundem partem p. perturbantem*] Sic video partim ex libris, partim de conjectura recte emendaſſe, cum legeretur peſſime, *adverſumque & eorundem partem peditum turbantem inſequutus*. peſſime, inquam. quod ego correxi, cum *perturbantem* in quadam editione inveniſſem, litera una ex voce *adverſumque* abiecta. MOD. De hoc loco Palmerium quoque conſului, videreturne commodius legi, *& eorumdem pariter peditem perturbantem*. Ille, quanquam conjecturam meam non improbaret, malebat tamen ſcribi *& eorundem in arcto peditem perturbantem*. Utrum voles, eligito, adhibetoque Appianum de bello Mithridatico, & Plutarchum in Luculio: ubi traditur, Lucullum Thraces Gallosque equites in Tigranis cataphractos ex transverſo immiſiſſe; illos non exſpectato Romanorum impetu, ſeſe graviſſimosque armis equos inter ſuorum peditum agmina praecipitaſſe: eaque re impeditum univerſum exercitum, non tam inſequendum, quam caedendum fuiſſe. Victoriam illam adeptus Lucullus pridie nonas Octob. die alioquin nefaſto, quod eodem Scipio cum Cimbris congreſſus exercitum Romanum perdidiſſet STEW. *Averſumque* &c. Ita Modius. cum antea eſſet, *adverſumque & eorundem partem peditum turbantem inſ* Vide & Stewech SCRIV. Quatuor Regii & 3. Hill. *P. ditum*, *Perturbantem*. unus Reg 2. Hill. *Proturbantem*. Peditem *proturbat* eques, quando *proterit*. Stewechius conjecerat. *Et eorundem pariter peditem perturbantem*. Palmerius. *Et eorundem in arcto peditem perturbantem*. Appianus de bello Mithridatico, & Plutarchus in Lucullo memorant, Tigranis equites cataphractos fuiſſe, eamque gravem armaturam cauſam cladis. TENN. Corruptiſſimus locus, quem tamen veterum librorum ope corrigi poſſe ſtatim patebit. Primo *averſum* bene reſtituit Modius, non autem primus ita legit: nam jam ita ſcribitur in Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. ipſa ratione hoc dictante. v. Ex. praec. & ad C. III. §. 9. *Invaſumque* uterque Mediceus dant. Dein *&* deeſt in Palatino, & Voſſiano, qui cum Gudiano habet *eorum*. pro *partem* Palatin. Voſſian. Cantabr. Bibl. pub. & Mer-

tem pedites proturbantem [a] insecutus, clarissimam victoriam retulit.

V. [11] Ventidius adversus Parthos non ante militem

[a] Vulgo PEDITUM PERTURBANTEM.

Medic. pr. pro varia lectione *parsim. parte* idem Mediceus, Vaticanus. Leidensis prim duo Cantabrigienses, & Edd. Rom. Bonon. ac Parisiensis. *peditum* in nullo veteri libro est. Sed *peditis*, excepto Palatino, qui praebet *peditem*. Tandem *perturbatione* Edd. primae, *perturbatam* Ed. Wechel. at *proturbantem* Leidensis primus. *perturbante* Vatican. Jam Plutarchi verba hac de pugna audiamus in Lucullo p. 510 ἐ γὰρ οἱ καταφράκται ἐδέξαντο τὸν Ῥωμαίων, ἀλλ' ἀναλάβοντες καὶ φύγοντες αἰσχρὰ πάντων ἐποίουν ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἵππους· βαρεῖς ὄντας καὶ τὰ πρῶτα ὄντας .. χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἱππέας μάχης. ὥστε μήτε τραύματος γενομένου, μηδ' αἵματος ὀφθέντος ἀνατρέπεσθαι τοὺς τεταγμένους· ὁ δὲ πολὺς φόβος ἤδη φυγόντων ἐγίνετο, μᾶλλον δὲ κυλισμὸν φευγόντων, ἐ γὰρ ἐδύναντο &c. Unde putem, necessario hic legendum esse, *aversumque*, & *equorum protritu pedites proturbantem insecutus*, vel, si vis, *peditem proturbatum*. Sed priori MSS. inpensius favent. lib. 11. c. 4. §. 12. *Equi peditum quoque suorum ordines protriverunt*. Caesar B. Gall. l. VIII. c. 48. *Complures hostium magno nostrorum impetu perculsi* (sic MSS. & Ed. prima: vulgo non bene *pulsi*) *vulnerantur, & partim in fuga proteruntur* &c. B. Civ. II. 41. *Equitatus aversos proterere incipit*. & passim. Aut si nove dictum videatur *protritu*, scribi posset *obtritu*; quo substantivo usus est Plinius; adeasque J. F. Gronov. ad Livium l. XXVII. 41. *Ut sterni obteriique* (ab equitibus) *priusquam instruantur*, possint. Vel denique simpliciter lege *& eorum de parte peditem proturbatum*: Sed mihi magis placet, quod primum proposui. *Proturbare* autem est dejicere, humi sternere, propellere. Vide N. Heinsium ad Ovid. l. III. Metam. 80.

Obstantes proturbat pectore silvas.

& quos laudat Socer meus ad Valer. Maximum l. I. c. 8. *equo proturbatus*. Interim sic e MSS. edidi, ut intelligi possit auctoris sensus. OUD. In Scriverii Cod. aurato quoque est *parte*. Consule notata quoque ad Caesar. L. II. B. G c. 19. *His facile pulsis ac* proturbatis *incredibili celeritate ad flumen* decucurrerunt. Placet nunc magis *parte peditem perturbatum*: ut in Val. Flacco L. I. 597. ubi similis confusio; nec non Virgil. Aen. L. X. 801. & semper fere. IDEM *Cur. post.*

11 *Ventidius*] Ventidius Bassus omnium prius despicatissimus in altissimum dignitatis gradum adscendit. Siquidem cum matre captus, in triumphum ductus, multos magistratibus dein comparando & curando victum quaesivit. Per amicitiam Caesaris factus senator: mox tribunus plebis, dein praetor creatus. Postea Pontificatum & consulatum adeptus. Gellius 18. c. 4. Ad quam ignobilitatem alludit Tacitus Germ. c. 37. *Infra Ventidium dejectus oriens*: Vide Plutarchum Antonio. Appianum

litem eduxit, quam illi quingentis non amplius paſſibus abeſſent; atque ita procurſione ſubita adeo ſe admovit, ut ſagittas, quibus [11]* ex longinquo uſus eſt, [12] cominus adplicitus [13] eluderet: [14] quo conſilio, quia quamdam fiduciae etiam ſpeciem oſtentaverat, celeriter barbaros debellavit.

VI. Hannibal apud Numiſtronem contra Marcellum pugnaturus, cavas, & praeruptas vias obſecit a latere; ipſaque loci natura pro munimentis uſus, clariſſimum ducem [15] vicit.

VII.

Parthicis. Valer. Max. 6. 9. 9. Paterculum 2. 78. Eutropium 5. Oroſium 6. 18. Tann.

11* *Ex longinquo uſus eſt eminus applicitus*] Hic alterutrum redundat, aut *ex longinquo*, aut *eminus*. Puto ab aliquo literatore, volente exprimere vim verbi *eminus*, ſupra ſcriptum eſſe gloſſema, i. e. *ex longinquo*. Parrhas. Junxit &c. Barbaſſus, *uſus eſt eminus*, quem decepere Voss. Edd. ut vides in notis. Copulanda enim ſunt *eminus applicitus*. Aliter rem narrat Dio Caſſ. L. XLIX. 20. ubi vide Fabric. Oud. *Cur. poſt.*

12 *Cominus*] Contra auctoris mentem *eminus* Edd. primae. dein 2. MSS. *ſpem* pro *ſpeciem*. De ſpatio, quod ictibus ſagittarum quaerunt Parthi, ut loquitur Tacitus, adi ibidem Gronov. l. VI. Ann. c. 35. Pro D. Lipſius ad libri ſui marginem alieverat L. non placet. Oud.

13 *Eluderet ſagittas*] Florus L. 4. c. 9. *Adeo paſſus eſt, hoſtem caſtris ſuccedere, donec abſumto jactus ſpatio, adimeret uſum ſagittarum.* Nimirum Parthi, ut ait Herodotus l. 1. c. 136. Liberos ſuos a quinto anno incipientes usque ad vigeſimum, telibus tantum inſtituunt, equitare, arcu ſagittas excutere, vera loqui. Phraſis eadem apud autorem l. 1. c. 1. n. 6. *Aſſeverabat, ſe opportunitate collium uſurum, ad eludendos ſagittarios.* Donatus ad Eunuchi Terentiani illa. *Eludet ubi te viſum. Eludere*, inquit, *proprie gladiatorum eſt, cum vicerint.* Cicero. *Quamdiu etiam furor iſte tuus eludet? Eludere eſt finem ludo imponere.* Tann.

14 *Quo conſilio*] H. e. arte, ſtrategemate. Ibidem Florus 4. 9. *Nec ſine conſilio ducis.* Juſtinus de ſtrategemate Lopyri. 1. c. 10. *Formato in futura conſilio, transfugae titulo Babylonium proficiſcitur.* Florus 1. 18. *Conſiliis quoque cum rege Pyrrho dimicatum eſt.* Nam ſequitur; *Neque ad dolos cantulit.* Tann.

15 *Vicit*] Non magis Hannibal ad *Numiſtronem* (pro quo in MSS. & Edd. pp. male *Mundſtronem* vel *Mimiſtronem*) vicit, quam victus eſt. Ancipiti enim proelio pugnatum; & ſpolia ſequenti die legit Marcellus, Hannibale caſtra longius movente. Vide Livium l. XXVII. c. 2. Plutarch. in Marcello p. 312. Oud.

16 *Apud*

VII. Idem [16] apud Cannas, quum comperiſſet, [17] Volturnum amnem, ultra reliquorum naturam flu-

16 *Apud Cannas*] Livius l. XXII. *Cum utriusque Conſulis eadem, quae ſemper ante, fuiſſet ſententia: Ceterum Varroni fere omnes, Paullo nemo praeter Servilium, prioris anni Conſulem, aſſentiretur, majoris partis ſententia ad nobilitandas Romana clade Cannas, vergente fato, profecti ſunt.* Non damno. Quid ſi tamen, *Vergello ſtrato?* Florus l. II. c. 6. *Documenta cladis; cruentus aliquamdiu Auſidus, pons de cadaveribus juſſu ducis factus in torrente Vergelli.* Valerius Maximus l. IX. c. 2. de eadem hac Cannenſi clade; *In flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto.* Silius l. VIII. ſub finem

pons, acte, cadentum
Corporibus ſtruitur, tacitusque cruentavere funebi
Auſidus.

Quum comperiſſet. Senarius *comperius*. F. *comperto* aut *compertis*. Scrv. *Cur. poſt.* In Livio c. 41. longe praefero, quod eſt in vulgatis, *urgente fato*. Videtur autem *Vergello ſtrato* voluiſſe Cl. Scriverius, ut Livius reliquis hiſtoricis conſentiret. nam nullo alio loco pontis e cadaveribus in Vergello facti meminit. *cum comperiſſet* frequens noſtro locutio. v. ad c. I. 1. *Comperius* paſſim apud Sanctium ſui ſeculi depravato ſtylo. Gud.

17 *Volturnum amnem*] Lege *Auſidum* ex Livio. Nec ſis aſſentior, qui putant Frontinum, quod eſt apud Livium venti nomen, quaſi flumine acceperiſſe. Eſt enim temerarium credere, eruditionem & ingenium Frontini fugiſſe, quod nos animadvertimus. Parmas. MSS. tres, & Ed. Pariſ. *Valturnum*; ſed infra quoque *Volturni* l. III. 14. more antiquo, ut apud Livium ſaepius. quod monui alibi de ſyllaba *ul*, antiquis *ol*. Ceterum quod noſter in proelio ad Cannas amni Vulturno, id Livius, Silius, Valerius Maximus, Florus, aliique vento adſcribunt Vulturno: quare Celeb. Cluverius l. IV. Ital. Ant. c. 12. ſub finem hoc loco legere malebat. *Volt. ventum ultra r. n. flantium*, ſed praeterquam quod *flantium* vox nimis poëtica ſit, MSSti omnes vulgatum ſervant; contra quos temere quid mutare fas non eſt. Cuncti fluvii, excepto Anſauro, Nilo, aliisque paucis, auras mane ſolent emittere; in primis tamen & ultra alios Vulturnus fluvius, de quo adi ipſum Cluverium Ital. Ant. l. IV. p. 1097. Livius l. XXI. 64. *Et quidquid aurae ſimulac adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis.* Vide, ſi lubet, quae congeſta a me ſunt ad Lucan. l. II. 433.

Volturnusque celer, nullarumque ſuperbior undis
Sarnus.

l. VI. 370.

Quique nec humentes nebulae, nec rore madentem
Aëra, nec tenues ventos ſuſpenſaque nantes

& illic Scholiaſt. Major difficultas in eo eſt, quam minor a Cluverio non motam, quod hoc proelium ad Cannas & flumen Auſidum & gestum in Apulia, longe a Vulturno in Campania, unde ſine dubio Scriverius margini ſuo legendum adſcripſit *Vulturnum Cannas*. quam *Cannas* flumen memoratur Livio l. XXV. vide eum

fluminum, ingentes auras mane [18]proflare [a]; quae arenarum & [19] pulveris vertices [b] agerent; sic direxit

a Vulgo PERFLARE. *b* Vulgo VORTICES.

iam Cluver. p. 1223. Sed cur non, si quid mutandum sit, & non potius Auctori hallucinanti hoc relinquendum, conjecerunt viri docti minima mutatione *Vulturno Ausidum*? Ego tamen nihil mutandum hic temere censeo. OUD. Si quid mutandum, ne Auctori erroreu adscribamus, adhuc existimo scribi oportere *Volturno Ausidum*. De fluminum auris praeter citata consulere, potest Lector etiam N. Heins. ad Virg. L. x. Aen. 291.

qua vada non spirant.

Burm. ad Calpurn. Ecl. IV. 4.

vicini spiritus amnis.

Appul. L. VI. p. 117. *spiritus fluvialis.* Homer. Odyss. E. 470.

Αἶψα δ' ἰὼν ἐπὶ πνοιὴν.

IDEM *Cur. post.*

18 *Perflare*] Lege, ut omnes MSS. habent, *proflare*. TENN. Accedunt Palatin. Vossian. uterque Leidensis, Gudianus, & Vaticanus cum Sanuto. Et sic scribendum esse docuit etiam Celeb. Burmannus ad Ovid. l. I. Fast. 573.

Quas quoties proflat, spirare Typhoëa credas.

Vide, & quae nos contulimus ad Lucan. l. IX. 349.

Ventosa profantem murmura concha.

pro *nunc* Leid. sec. *in arte*. Voss. *more* & ad marg. *in aëre*; male. OUD.

19 *Pulveris vortices*] Sic lege; sed MSS. *Vertices*. Ita I. Aeneid. v. 109.

Insequitur cumulo praeruptus aquae mons.

Lucretius l. VI. 157.

Franguntur in artus
Concreti montes nimborum.

ibid. 206. versu.

Aereas tollere nimbos.

Idem l. V. 254.

Pulveris exhalat nebulam, nubesque volantis.

Sic volucrum nubem VII. Aeneid. 705.

Uggeri volucrum raucarum ad litora nubem.

IV. Georg. 563. de apibus.

Immensasque trahi nubes, jamque arbore summa
Considere, & lentis uvam demittere ramis.

Gellius lib. XVI. *montes arenarum.* Plautus *montes auri.* TENN. *Vertices* MSS. & Edd. pp. recte. pro quo ubique fere ex antiquata prthographia intrusum *vortices* contra MSstos Codices, ut patebit, si evolvas viros doctos citatos ad Lucan. l. I. 371. *Pulveris* autem *verticem* habemus itidem apud Lucanum l. IX. 456.

At, non imbriferam cum torta pulvere nubem

in

rexit aciem, ut tota vis a tergo ſuis, Romanis in ora & oculos incideret. [20] Quibus incommodis mire hoſti adverſantibus, illam memorabilem adeptus eſt victoriam.

VIII. Marius [21] adverſus Cimbros ac [22] Teutonos conſtituta die pugnaturus, firmatum cibo militem ante caſtra collocavit, ut per aliquantum ſpatii, quo adverſarii dirimebantur, exercitus hoſtium potius labore itineris proſtigaretur: fatigationi deinde eorum incommodum aliud objecit, ita ordinata ſuorum acie, ut adverſo Sole [23] & ven-

In flexum violentus agit, pars plurima terrae
Tollitur, & numquam reſoluto vertice pendet.

Ceterum Keuchenius monet, in Arceriano eſſe *pulverum*, & conſulendum Priſcianum. Atqui negat ille, pluraliter dici. *pulveres* tamen inveninus apud Horat. Epod. 17. 48. *Novemdiales diſſipare pulveres.* ſed hic omnes ceteri MSS. *pulveris:* quod nequaquam tentandum eſt. Sanutus habet *pulveris ac venti vertices.* Mediceus pr. *verticem* & *ab tergo.* OUD. Quam male haec explicet Tennulius per *montem*, docet Drakenborchius, mecum faciens, ad Sil. Ital. L. III. 475.

Corpora multa virûm ſpumanti vertice torquens.

IDEM *Cur. poſt.*

20 *Quibus incommodis* &c.] Doct. Barthius l. XIV. Adverſ. c. 9. vult, haec eſſe acutiora, & *incommodis* de civitate eſſe non bona opinatur; quare legit. *Quis ſibi commodis, mire hoſti adverſantibus.* At mihi ſatis ſana haec videntur. Voce *incommodis* uſi Terentius, Cicero, Livius, Horatius, aliique optimi paſſim. Statim Ex. ſeq. *incommodum aliud objecit.* l. III. XI. I. *gravari belli incommoda.* pro *hoſti, hoſtibus* eſt in Mediceo ſecundo. OUD.

21 *Adverſus*] Hillensb. *adverſum.*

22 *Ac Teutonos*] *Et* MSS. 2. *Theotonos* alii duo. *Theutonicos* Medic. ſec. *ante caſtrum* Petrenſis. dein *aliquantulum* Medic. ſec. & Edd. Italicae, ut alibi. Mox ſub *potius* intelligendum videtur, *quam ſuus exercitus:* niſi velis reſcribere *prius.* Mox MSS. *fatigationi deinde eorum*, non *eor. d.* quod ſumitur ex Frontiniani ſeculi ſtylo pro *iis fatigatis.* Alias enim debuiſſet dicere *adjecit*, quod non opus eſt. Leid. ſec. & Hillensb. *injecit.* OUD.

23 *Et venio & p.*] Uterque Mediceus delent prius &. Leid. ſec. & *v. ac p.* non male. de ipſa re confer Plutarch. in Mario p. 420. Polyaen. l. VIII. c. 10. 3. Oroſ. l. V. c. 16. *Et ſol cum vento ortus ex adverſo emicuiſſet, viſus eorum pulvis opplevit.* Ceterum *occuparetur* hic notare debet *impediretur.* quomodo *occupari luctu, timore, ſollicitudine* dicimur. Si quidem ſana eſt lectio vulgata. Certe magnus

vento & pulvere barbarorum occuparetur exercitus.

IX. [24] Cleomenes Lacedaemonius, adversus Hippiam [25] Athenienſem, qui equitatu praevalebat, planiciem, in qua dimicaturus erat, arboribus proſtratis impedivit, & inviam equiti fecit.

X. Hiberi [26] in Africa ingenti hoſtium multitudine excepti, timentesque, ne circuirentur [a], [27] adplicuerunt ſe flumini, quod altis in ea regione

[a] Vulgò circumirentur.

magnus Gronovius dubitaſſe videtur. qui ad marginem libri ſui adſcripſit *L. collocaretur*, vel *locaretur*. Oud.

24 *Cleomenes Lacedaemonius*] Lacedaemonii ex ſtirpe Agidarum habuerunt tres Reges hujus nominis. I. Cleomenem, Anaxandridae filium. II. Cleomenem, Leonidae filium, ſub quo ad Mantineam victi ſunt Lacedaemonii ab Epaminonda. III. Leonidae filium, ſub quo Lacedaemonii occidione caeſi ſunt ab Antigono Tutore; ipſe ad Ptolemaeum Euergetem confugit, & a filio ejus Philopatore cum omni familia eſt occiſus. Frontinus loquitur de primo Cleomene, qui Collega Demarato Argivos vicit, & Athenas liberavit dominatione Hippiae, qui filius fuit Piſiſtrati. Sub eodem contigit nobiliſſima ad Marathonem pugna: manu ſua mortem invenit ſine liberis, poſtquam in furorem, ex nimio vino ortum, verſus, laceraſſet ſuum ipſe foediſſime corpus. Euſtathius Odyſſ. Δ. *Λέγεται καὶ Κλεομένην ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς Σκυθικὸν μεθύσαντες, καὶ ἀπροσωπότητα γενόμενον . . εἰς ἑαυτὸν ἰσχυρὸν, μανῆναι ἐν μέθαις.* Penn.

25 *Athenienſem*] Leidenſ. ſec. *Athenienſium*. Vide ad l. 1. 4. 4. dein *conſtructis* Petrenſ. loco & *proſtratis*. *deſtructis* ſuspicatus fuerat magnus Gronovius dubitaſſe videtur. qui ad marginem libri ſui adſcripſit *L. collocaretur*, vel *locaretur*. Oud.

26 *In Africa*] Palatinus, tres Cantabrigienſes, Leidenſis pr. Mediceus pr. & Hillensberg. cum Hittorp. margine *in Africam*. quod damnare non auſim. Vide, quae congeſſi ad l. 1. 3. §. & alibi. *Hiberi* dedi etiam e MSS. pro *Iberi*. Dein *circuirentur* nonnulli recte. Vide ad c. §. 334. *circuiſſe aciem*. *circuerentur* Ed. Rom. *circumvenirent* Petrenſis. Oud.

27 *Adplicuerunt*] Uterque Mediceus minus bene *implicuerunt* cum Edd. Italicis. dein *praefluebat* Palatinus, Cantabrig. tertius, Leidenſis ſec. & Edd. Pariſ. i. e. praeterfluebat. Ut *praelabi*, *praevehi*, & ſimilia in ſe ſignificationem & *praeter* continent. Paſſim apud Horatium, Tacitum, Plinium, & alios occurrit *praefluere*, ſed rectius tum *eam regionem praefluebat*, dixiſſet: quare cum ceteris MSS. retineo *profluebat*: quod probum eſt. Mox *ab tergo* rurſus Medic. pr. dein *proſtraverunt* Medic. ſec. & Edd Italicae. Oud. In MS. Scriverii aurato ſeu Hillensb etiam *praefluebat*: ut in inſcript. apud Ill Scip. Maffejum in Antiq. Gall. p. 21. *jusque earum aquarum tubo ducendarum, ita ut recte praefluere poſſint*.

ne ripis profluebat: qui ita a tergo amne defensi, & subinde, quum virtute praestarent, incursando in proximos, omnem hostium exercitum straverunt.

XI. [28] Xanthippus Lacedaemonius, sola loci commutatione, fortunam Punici belli convertit: nam quum [a] a [29] desperantibus jam Carthaginiensibus mercede sollicitatus, animadvertisset, Afros quidem, qui equitatu & elephantis praestabant, colles sectari; a Romanis autem, quorum robur [30] in pedite [b] erat, campestria teneri, Poenos in pla-

a Vulgo deest A. b Vulgo IN PEDITIBUS.

possint. Nihilominus *profluebat* non mutem. Claudian. Cons. Prob. & Ol. 250.

——*jam profluat ebrius amnis,*
Mutatis in vina vadis.

Fulgent. Mythol. L. I. p. 666. Ed. Leid.

Quidquid per vireta Tempe
Rapiat unda profluens.

Sic leg. non *virecta proluens*. Idem *Cur. post.*

28 *Xanthippus*] MSS. sine aspiratione dant *Xantippus*. Illum victoria potitum, mox in Graeciam cogitantem (ne Carthaginiensibus esset invidiae, & insidiis pateret) multis muneribus, ut suspicio diluereretur; affectum, dein navigantem in mari submersum ab iisdem, ut gloriam belli in se transferrent, credi testatur Appianus in Libyco. Scripsit & Onosander in Strategico cap. 31. Περὶ τῶν διὰ τὸ ἀνεπιτήδειον ἀφαιρουμένων τὴν ἡγεμονίαν ὑπὸ τῶν ἀρχομένων ἢ τῶν ἐπιτρόπων. Penn. *Xantippus* praeter MSS. etiam primae Editiones. sed Graecis est Ξάνθιππος. de eo vide c. 8. §. 10. Silium Ital. l. VI. 323. & omnino Freinshem. & Dukerum ad Flor. l. II. c. 2. 23. *Conversis ad externa auxilia hostibus, quum Xanthippum illis ducem Lacedaemon misisset, a viro militiae peritissimo vincuntur.* Mox Leid. sec. *permutatione*, & Petrensis *averrit*. Oudend.

29 *Desperantibus*] Keuchenius melius forte *a desp.* legi alt. Recte: nam ita inveni in Palatino, utroque Leidensi, Cantabrigiensi, Hillensberg. Coll. Voss., Gudiano, & Ed. Parisiensi. Mox *sollicitus* Mediceus antiquior, & pro *praestabant* Cantabrig. tertius *praevalebant*, Leidens. pr. *praestinabant*. Oudend.

30 *In peditibus*] Novem codd. MSS. habent *Impeditum*. Certe pedites in *expeditione* minus sunt *expediti*, magis *impediti*, quam equites. Siquidem impeditus, cujus pedes impediti. Sed prior lectio magis quadrat τῷ *Equitatu*. Penn. Plerique mei quoque *inpeditum*. Medic. pr. *Impedimentum*. Petrensis *in peditum numero* ex interpolatione. nam nullus dubito, quin auctor dederit *in pedite*, i. e. peditatu, ut millies Livius, ceterique historici cum nostro. (V. ex. seq. &

plana deduxit: ubi per elephantos diſſipatis ordinibus Romanorum, ſparſos milites per Numidas perſecutus, eorum [31] exercitum fudit, in illam diem terra marique victorem.

XII. Epaminondas, dux Thebanorum, adverſus Lacedaemonios directurus aciem, pro fronte ejus decurrere equitibus juſſis, quum ingentem pulverem oculis hoſtium objeciſſet, exſpectationemque [32] equeſtris certaminis praetendiſſet, circumducto pedite ab ea parte, ex qua decurſus [33] in averſam [a] hoſtium aciem ferebat, inopinantium terga [34] adortus cecidit.

XIII.

[a] Vulgo IN ADVERSAM.

& c. 3. §. 14.) apud quos *eques* & *pedes* non raro abierunt in *equitatus* & *peditatus*. Sic c. 3. §. 17. *per levem armaturam & equitem.* ita MSS. vulgo *equitatum.* ubi plura *Afros* pro *Poenos* eſt in Petrenſi. in Leid. ſec. male *reduxit.* Tum nonnulli MSS. & Edd. *elephantes.* & pro *ordinibus* Medic. pr. *cornibus.* OUD.

31 *Exercitum victorem*] Quae verba videntur ſingulorum, ab autoribus ſunt etiam juncta collectivis. Nepos Ageſilao c. 4. *Quum victori praeeſſet exercitui., maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi.* Plinius Paneg. *Superbiebat ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum paſceret tamen.* Auctor Panegyrici dicti Conſtantino Filio Conſtantii. *Ad primum impetum totius tui victoris exercitus hoſtes territi fugatique.* Florus II. 7. *Macedones quondam affectator imperii populus.* Claudianus bello Gildonico v. 97.

Ille diu miles, populus, qui praefuit orbi,
Qui: trabeas & ſceptra dabat.

Tacitus III. Ann. c. 6. *Non eadem decora principibus viris & Imperatori populo.* Frontin. I. 8. 3. ſupra. *Tyronem exercitum.* TENN.

32 *Equeſtris*] *Ejus* Voſſian. uterque Mediceus, Vaticanus, Leidenſ. ſecundus. & Edd. Rom. ac Bonon. Hillensb. *e noſtris.* Leid. pr. *eurtis.* Ed. Pariſ. *noſtri.* Latet quid. dein *ab una parte* Leid. ſec.

33 *In adverſam h. aciem ferebat*] Medic. pr. *verſus in adv. &c.* Palatin. *in adv. h. partim a.* Petrenſis *ferebatur.* male. I. §. 5. *aditus, qui ad portum ferebant.* & ſic ſaepe. Sed quid? an ut terga caederet hoſtium, circumduxit peditem in adverſam h. aciem? Ineptiſſimum hoc eſt. Legendum omnino, vel invitis MSS. *averſam*, i. e. a tergo. Quod miror, a nemine animadverſum. Simile mendum infra quoque tollemus c. 12. §. 3. *per averſam partem nocte emiſſos.* vulgo ſine ſenſu *adverſam.* Perpetuam in his vocibus eſſe confuſionem, ſciunt omnes, quod ſaepius ad Lucanum quoque monere, neceſſe habui. OUD.

34 *Adortus*] Ita ſemper Livius,

XIII. Lacedaemonii [35] trecenti contra innumerabilem multitudinem Perſarum, Thermopylas occupaverunt, quarum anguſtiae non amplius, quam [36] parem numerum cominus pugnaturum, poterant admittere: eaque ratione, quantum ad congreſſus facultatem, aequati numero barbarorum, virtute autem praeſtantes, magnam eorum partem [37] ceciderunt [a]: nec ſuperati forent, niſi per proditorem [38] Ephialten Trachinium [b] circumductus hoſtis a tergo eos obpreſſiſſet.

XIV.

a Vulgo OCCIDERUNT. *b* Vulgo EPHYALTEM TRACHINIAM.

vius, aliique fere. MSS. Petr. & Joann. *adorſus*; quomodo & Gellius l. IX. c. 2. & Gellii Codex Pembroek. Curtii Cod. Petrenſis l. III. 1. Apulejus Florid. IV. In Frontini l. II. 5. 1. *adortus*. Ovid. Pont. II. ibi refinxit Heinſius in *adorta*. Vide Front. l. II. 5. 8. ubi MS. Bibl. Pub. opinor *adorſus*. Memini me legiſſe alibi, ſed loca feſtinanti non occurrunt. Haec ad me Clar. Waſſe. Adi notata Frontini loca. OUDEND.

35 *Trecenti*] Non ſatis diſtincte hanc hiſtoriam refert auctor noſter, neque etiam Valerius Maximus l. III. c. 2. Ext. 3. Quippe initio trecenti illi non erant ſoli, ſed totus Graecorum exercitus, qui demum a Leonida domum remiſſus eſt, poſtquam ſe ab Ephialte proditum viderat: Tunc cum eo trecenti illi Xerxis caſtra nocte intrantes poſt multam caedem factam tandem ab hoſtium multitudine obruti & caeſi ſunt; ſive trecenti ſuerint, ſive quingenti, ſeu ſexcenti. nam in numero diſſentiunt Scriptores. Vide Bongarſ. & Bernecc. ad Juſtin. l. II. c. II. & Coler. ad Valerium. OUDEND.

36 *Parem numerum cominus pugnaturum*] Leidenſis pr. male *quam par eſt*. duo *partem*. in Edd. pp. inepte *eminus*. & pro *pugnaturum* Petrenſis *pugnacium* Leid. ſec. *pugnantium*. Videtur auctor voluiſſe, in illis anguſtiis non amplius, quam trecentos cominus cum hoſte pugnare potuiſſe. Livius ait, locum illum 60. paſſus modo patere l. XXXVI. 15. paullo ante *occuparunt* MSS. duo: & mox *ea quoque r.* Medic. pr. OUDEND.

37 *Occiderunt*] MSS. mei novem *ceciderunt*. veriſſime. Ejus verbi vulgatum eſt gloſſa. Vide ad c. 1. §. 6. OUDEND.

38 *Ephyaltem*] Regii 3. & 2. Hill. *Ephialtem*. tertius Hill. *Ephialten*. Omnes deinde MSS. pro *Trachiniam*, quod Stewechius. Scriverius, & Keuchenius habent, dant *Trachinium*. Diverſus ab hoc fuit Ephialtes, Sophonidae filius, nobiliſſimus paupertatis contemptor; de quo Aelianus lib. II. c. 43. l. III. c. 17. l. XI. c. 9. l. XIII. c. 39. TENN. Mei quoque Codices omnes cum Edd. veteribus non ſolum *Ephialtem*, vel *Ephialten*, ut debet, ſed etiam *Trachinium*: quomodo audacter reſcripſi, & Cel. Gronovius ad codicis ſui marginem notaverat e MSto. Veram eſſe hanc lectionem

XIV. Themiſtocles, dux [39] Athenienſium, quum videret utiliſſimum Graeciae, adverſus multitudinem Xerxis navium, in [40] anguſtiis Salaminiis decernere, idque perſuadere [41] civibus non poſſet, ſollertia [42] effecit, ut a barbaris ad utilitates ſuas Graeci compellerentur. Simulata namque proditione, [43] miſit ad Xerxen, qui indicaret, populares ſuos de fuga cogitare, difficilioremque ei rem futuram, ſi ſingulas civitates obſidione adgrederetur. Qua ratione effecit, ut exer-

nem docent Polyaen. l. VII. Strateg. c. 15. §. 5. Τραχινίοις ἀνδρὶς Ἐφιάλτης διέφθειρε στρατὸν περὶ τοῖς ὄρεσι στενῆς. Diodorus Sicul. l. XI. p. 7. Ἦλθε πρὸς αὐτὸν Τραχίνιός τις τῶν ἐγχωρίων &c. ἐπηγγείλατο δι' ἀτριβοῦς τινὸς στενῶς καὶ παραπέμψειν τὸς Πέρσας ἐπὶ γίσσης. Pauſanias Attic. l. I. p. 11. Ἀπορούντες δὲ οἱ Κελτοὶ τὸν ἀτραπὸν. ἣν καὶ Μήδους ποτὲ Ἐφιάλτης ἐδήσατο ὁ Τραχίνιος. Adde Suidam. Immo Herodotus l. VII. c. 213, 214. multis docet, unde & quis hic homo fuerit Ἐφιάλτης ὁ Εὐρυδήμου, οἰκὼς Μηλιεὺς & generalius paullo poſt Ἐφιάλτης Τραχίνιος &c. OUD.

39 *Athenienſium*] Qui tunc θαλασσοπορώτατοι. Xenoph. de rep. Athen. fol. 676. οἱ Ἀθηναῖοι τὴν μὲν ἰσόλειαν ταῖς νήσοις παρατίθενται, πιστεύοντες τῇ ἀρχῇ τῇ κατὰ θάλατταν. TENN.

40 *Anguſtiis Salaminiis*] 4. Reg. 3. Hill. *Salaminis*. Voluit in illis decernere, ne circumveniri a multitudine poſſet. TENN. Mei quoque, & Edd veteres *Salaminis*. Codex Petrenſis *Salaminae*, ut apud Juſtin. l. II. 7. *de proprietate Salaminae inſulae*. & l. XLIV. 3. *apud Salaminam*. ubi tamen Juntae *Salamina*. & priore loco alii *Salaminiae*. Conſer notata ad c. II. I. c. III. 6. & ad Obſeq. c. 74. Hic certe retineo *Salaminiis*. non enim erant anguſtiae ipſius inſulae, ſed freti ad Salamina. Hinc *anguſtiae freti Salaminii*, Idem Juſtin. l. II. c. 12. & apud Nepot. *pugna Salaminia*, *victoria Salaminia*. OUD.

41 *Civibus*] Qui ad ſua tuenda (Juſtin. II. 12.) diſabi volebant, contra praecepta praefectorum Cyaxaris apud Xenophontem l. VI. f. 102. Πάντες γὰρ ἴστε ἄνδρες, ὅτι ἡμῖν μίγοντες, πλείω κακὰ ποιοῦσιν τὰς πολεμίους ἢ πάσχομεν. ὅτι δὲ χωρὶς ἡμῶν ἀλλήλων, ἐκεῖνοι ἡμῖν ἐχρῶντο, ὡς ἄριστοι ἦν ἰδεῖν, ἡμῖν γε μὴν οὐς χαλεπωτάτους. TENN.

42 *Effecit*] Arcerian. *efficit*. Mox *Xerxen* e Leidenſi pr. ſcripſi pro *Xerxem*. pro *populares* Leid. ſec. *populos*. Dein *difficilioremque ei rem f.* MSSti, ut reposui, non *rem ei*. Tandem *inquietarentur* Leid. pr. OUD.

43 *Miſit*] Scilicet Sicinum, paedagogum liberorum ſuorum. Herodot. VIII. 75. Polyaen. l. I. in Themiſtocle comm. I. Σίκιννον vocat. Deinde iterum ad Xerxem miſit, ut occuparet transitum Helleſponti maturata fuga: Eundem (nam & ſervus ejus fuerat) civem Theſpienſem & locupletem fecit. TENN. Lambin. ad Nepot. Themiſtoclem. OUD.

41 *In*

exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte [44] in ſtatione cuſtodia eſt: deinde, ut ſui mane integris viribus, cum [45] dictis barbaris, vigilia [46] marcentibus, confligerent, loco, ut voluerat, arto, in quo Xerxes multitudine, qua praeſtabat, uti non poſſet.

CAP.

44 *In ſtatione cuſtodia eſt*] MSS. codd. *i. ſ. cuſtodiae eſt.* ſcilicet *exercitus.* Haec circumſtantia, quae haud parvum ad victoriam momentum contulit, non occurrit apud alios autores. TENN. *Cuſtodiae eſt* tres Cantabrigienſes, Gudianus, uterque Leidd. Vaticanus, Palatinus, Edd. Pariſ. & Wechel. *cuſtodia eſſet* Mediceus antiquior: *cuſtodiae eſſet* Petrenſis cum Edit. Rom. *cuſtodiae eſſent* Ed. Bononienſis. placet mihi *cuſtodiae* in plurali: ſive cuſtodes aut cuſtodum corpora. quomodo ſaepius junguntur *vigiliae cuſtodiaeque.* Alibi noſter *conſilia* pro *conſiliariis*, *legatio* pro *legatis*, *ſervitia* pro *ſervis*, & ſexcenta talia apud omnes ſcriptores. Forſan ſcripſerat auctor *cuſtodiae ſunt*; vel *quum cuſtodiae eſſent.* OUD. De his plura ad Caeſ. L. VII. B. G. c. 78. *diſpoſitis in vallo* cuſtodiis. Drakenb. ad Liv. L. v. c. 45. *fine ſtationibus ac* cuſtodiis. Quamquam & *cuſtodia* de pluribus cuſtodibus dicitur, ut Ovid. L. III. Triſt. El. 14. 41.

——— Cuſtodia *muri*
Submovet infeſtos clauſaque porta Getas.

Lipſ. *Cur. poſt.*

45 *Dictis barbaris*] Vocem *dictis* non agnoſcunt Palatinus, uterque Leidenſis, Vaticanus, Hillenſb. nec Voſſianus. quae certe plane ſupervacua eſt. Solet tamen auctor eodem fere modo ſaepius addere *praedictus.* Vid. ad c. 1. §. 4. hujus libri. Vel ſic tamen hic mallem *ſi dictis* deleri. OUDEND.

46 *Marcentibus*] Arcerianus *marcidis.* quod perinde eſt. *marcenti* Leid. pr. deinde male Cantabr. tertius *apto*; *& in quo.* Mox Leid. pr. *Perſes Xerxes.* unde videtur *Xerxes* natum eſſe e Gloſſa, & *Perſes* non tam pro ipſo Xerxe, quam pro Perſa, ſive Perſarum exercitu eſſe poſitum. *Perſes* pro *Perſa.* Supra apud Noſtrum l. I 4 §. 5. *Autophradates Perſes.* Curt. l. VI. c. 2. §. 11. *Oxydates erat nobilis Perſes.* Stat. l. V. Silv. 3. 187.

Alter Achaemenium ſecludit Zeugmate Perſen.

Perſes pro *Xerxe* in MSS. multis Lucani; quod placet Heinſio, aliisque, neque ego nunc refragor, l. II. 672. III. 286. OUDEND.

CAP. III.

De acie ordinanda.

EXEMPLUM I.

Cn. Scipio in Hiſpania, [1] adverſus Hannonem ad oppidum [2] Intibilim [a], quum animad-

a Vulgo INDIBILE.

1 *Adverſus Hannonem ad oppidum Indibile*] Doctiſſ. Ed. Simſonus in Chronico A. M. 3790. hoc Strategema Cn. Scipionis refert ad quartum annum ſecundi belli Punici, eamque pugnam ſecundam ad urbem *Intibili* geſtam, quam Livius memorat in fine l. XXIII. Verum illic non Cn. Scipio ſolus pugnavit, ſed & Publius eius frater. Neque illic rem geſſerunt contra Hannonem, ſed Hasdrubalem & Magonem; ut diſerte docent Livius & Eutropius l. III. c. 19. aliique. At Cn. Scipio ſolus rem geſſit anno primo adverſus Hannonem & Ilergetum *regulum Indibilem*, eosque vivos cepit: ut luculenter teſtantur Polybius l. III. c. 76. & Livius l. XXI. c. 60. ex quo patet, mendum eſſe in Epitome Livii 21. ubi pro *Hannone* editur *Magone*. Idem mendum forſan auctoris errore inſidet Oroſio l. IV. c 13. *At vero alter tunc Scipio frater Conſulis Scipionis in Hiſpania plurima bella geſſit; Magonem quoque Poenorum ducem bello vicit & cepit*, immo *Hannonem*. Sic diſtincte capiendus eſt Florus l. II. c. 17. *Signa Romana P. & Cn. Scipiones intulerunt, proeliisque ingentibus Hannonem & Hasdrubalem, fratrem Hannibalis ceciderunt. Hannonem* ſcilicet Cn. Scipio ſolus; uterque *Hasdrubalem*. Haec cum ita ſint, patet noſtrum quoque errare Frontinum, & ab eo confundi duo Cn. Scipionis proelia, quorum alterum cum fratre ad Intibili, hoc vero ſolus fecit contra Hannonem, cis Hiberum in Ilergetibus ad *oppidum Indibilis* Sciſſim, ut Livio, vel Κίσσα, ut Polybio vocatur. Nam licet in MSS. & Edd. in oppidi nomine ſit quaedam variatio, hanc erroris culpam in auctorem potius, quam librarios hic conjici volo, credoque confuſionem Latinis auctoribus obortam ex multis Hannonibus. Hinc venerentius turbat Sanutus, apud quem ſcribitur *G. Scipio in Africa*. Atqui Scipio, qui alium Hannonem in Africa vicit & occidit, fuit P. Scipio Africanus, cujus noſter Cneus erat patruus. Conſule Livium l. XXIX. 34. cujus auſpiciis frater ejus L. Scipio in Hiſpania quoque antea Magonem & Hannonem vicerat, Hannonemque ceperat. v. Livium l. XXVIII. 2. OUD. Adſentior Cl. Drakenborchio ad Liv. Epit. XXI. qui illic & in Oroſio *Magonis* nomen erroneum ipſis Auctoribus illis, non librariis, adſcripſit: ut eram quoque ſuſpicatus. IDEM *Cur. poſt.*

2 *Indibile*] Minus bene ſic vulgo editur; nec melius Edd. Rom. Bonon Pariſ. Wechel. cum Mediceo ſecundo *Indibilem*. *Indibili* ſcribendum eſſe putabat Simſonus; ſed duo MSS. Scriveriani *Intibilem*. Optime. Nam Antonino

madvertiſſet Punicam [3] aciem ita directam, ut in dextro cornu Hiſpani conſtituerentur, [4] robuſtus quidem [5] miles, ſed qui alienum negotium ageret; in ſiniſtro autem Afri, [6] miles [a] viribus in-

[a] Vulgo MANUS V. FIRMI.

nino dicitur *Intibili* in Itiner. ubi videndus Surita; & Livio l. XXIII. 49. *Illiturgi obſidione liberata ad Intibili oppugnandum* &c. Unde ſi quis hic quoque malit *Intibili*, per me licet: quamquam non opus eſt. Non rarum enim eſt, ut Hiſpaniae urbes declinentur in *i*, & *is*. Conſule J. F. Gronovium ad Livium l. XXI. c. 60. OUD.

3 *Aciem ita directam*] Dedit & Onoſander in Strategico c. 16. ὅτι πρὸς τὸ ἀντικείμενον καὶ τὸ ἴδιον συντάσσειν. *Milites ſuos ſecundum hoſtiles copias Imperatorem inſtruere debere.* Fuit hic Cn. Cornelius Scipio patruus P. Cornelii Scipionis Africani. TENN.

4 *Robuſtus miles*] Sic robore paſſim cenſentur Hiſpani. Juvenal. Satyr. 8.

Horrida vitanda eſt Hiſpania, Gallicus axis.

Vegetius l. I. c. 1. *Hiſpanos quidem non tantum numero, ſed etiam viribus corporum noſtris praeſtitiſſe manifeſtum eſt.* Silius Italicus lib. I.

Prodiga gens animae & properare facillima mortem.

Juſtin. l. XLIV. c. 2. *Corpora hominum ad inediam laboremque, animi ad mortem parati.* Manilius l. 4.

Gallia praetentis, Hiſpania maxima bellis.

Praetentas explico nota 85. infra.

Florus II. c. 6. *Bellatricem illam, viris armisque nobilem Hiſpaniam.* TENN.

5 *Hiſpani c. r. q. miles*] Rara eſt conſtructio. l. XV. Metam. fab. 2.

Quid meruiſtis oves, placidum pecus, inque tuendos
Natum homines? ibid.
Quid meruere boves, animal ſine fraude doloque?

Autoribus frequens *militem* pro *militibus* ponere. Tacitus III. Hiſt. c. 10. *Turbabatur militum vocibus &c. Apertae militum aures.* Subjungit in ſingulari. *Senſit ludibrium miles.* Florus II. c. 18. *Acrius noſtro cum milite, quam cum Numantino proeliandum fuit.* Deinde in plurali effert. *Quippe aſſiduis & injuſtis & ſervilibus maxime operibus attriti.* TENN.

6 *Afri minus viribus firmi, ſed &c.*] Reſcripſi, ut in antecedentibus *Hiſpani robuſtus miles*, ita hic *Afri, miles viribus infirmior* auctoritate codicis Medicei primi: Quo adludit Leidenſis ſec. *Africanus viribus infirmus. infirmi* etiam in Cantabrigienſi tertio. *Afer minus viribus firmus* exſtat in altero Mediceo, Vaticano & Edd. Romana, ac Bononienſi. non male quoque, ſed primum praefero. Livius l. XXVII. 48. *Ibi Hiſpani, vetus miles peritusque Romanae pugnae, & Ligures, durum in armis genus.* XXVIII. 2. *Celtiberi, novus miles, in proximas dilapſi ſilvas inde domos diffugerunt.* Curt. L VI. 7. 35. *Ex Lydia duo millia*

infirmior, ſed animi conſtantioris, reducto ſiniſtro 7 latere ſuorum, dextro cornu, quod validiſſimis militibus 8 exſtruxerat, obliqua acie cum hoſte conflixit. Deinde, fuſis fugatisque Afris, Hiſpanos, qui in receſſu ſpectantium more ſteterant, facile in deditionem compulit.

II. Philippus, Macedonum rex, adverſus Illyrios gerens bellum, ut animadvertit frontem hoſtium ſtipatam electis de toto exercitu viris, 9 latera [a] autem infirmiora, fortiſſimis ſuorum in dextro cornu collocatis, ſiniſtrum latus hoſtium invaſit, turbataque tota acie, victoriam profligavit.

III. 10 Pammenes [b] Thebanus, conſpecta Perſa-

[a] Vulgo deeſt AUTEM. [b] Vulgo PERMENES.

& ſexcenti, peregrinus miles, advenerant. Ceterum malim quoque *agerent*, ut loqui ſolent optimi; quod alibi etiam monendum fuit. Livius l. XLIV. 3. *quae res accendit militi animos, poſtquam conſpexerunt.* Adde J. F. Gronov. ad l. XXXVIII. 29. Porro pro *autem* in Mediceo pr. eſt *vero.* *Sed* non comparet in Leid. ſec. *anima conſtantiore* Petrenſis. OUDEND.

7 *Latere ſuorum d.*] Ita haec diſtinguunt, quaſi *latere* non pertineret ad exercitum Scipionis: quare ut ſenſum clariorem red derem, poſui diſtinctionem poſt *ſuorum.* Scipio nempe reduxit, ſive retraxit interius ſiniſtrum ſuorum latus Hiſpanis oppoſitum; & dextrum cornu magis ad hoſtes promovit & extendit; qua poſitione ex recta fecit obliquam aciem, & ſic prius cum Afris rem geſſit, eosque in fugam compulit. pro *quod* in Petrenſ. *quis.* Mox *demum* Leid. ſec. & tres MSS. *ſpectantium.* Deinde Voſſian. *ad facilem deditionem.* OUDEND.

8 *Exſtruxerat*] §. 4. *cornu fortiſſimis ſundaretur*, pro *firmaretur.* ſimile in MSS. optimis, & Ed. prima Caeſaris l. 1. B. C. 43. *acieque in locis idoneis conſtructa.* vulgo *inſtructa.* infra §. 16. *conſtruxit cohortes.* apud Hirtium quoque B. Afric. c. 41. in MSto inveni; *omnes ſuas copias in campo exſtruxit:* nunc editur etiam *inſt.* Sic ſimpliciter *ſtruere aciem.* Liv. l. XLII. c 51. OUD.

9 *Latera infirmiora*]Ex. 8. MSS. adde adverſativam particulam *Latera autem infirmiora* & ſic Hirtorpius olim. TENN. Accedunt decem mei codices, & Ed Pariſ. quare τὸ *autem* addidi. Mox MSS. *tota acie*, non *acie tota.* OUDEND.

10 *Permenes*] 4. Reg. *Parmenes.* 2. Hill. *Pammenes.* tertius *Pammones.* Gujerus Πιμμένης *pro* Πειρσίνης. TENN. Reuchenius invenerat etiam in Pariſ. Ed. *Parmenes*; ſed editum Pet-

farum acie, quae robuſtiſſimas copias in [11] dextro cornu collocatas habebat, ſimili ratione & ipſe ſuos ordinavit, omnemque equitatum & [12] fortiſſimum quemque peditum in dextro cornu, infirmiſſimos autem contra fortiſſimos hoſtium poſuit, praecepitque, ut ad primum inpetum eorum ſibi fuga conſulerent; & in ſilveſtria, confragoſaque loca ſe reciperent. Ita fruſtrato robore exercitus, ipſe optima parte virium ſuarum, * (dextro cornu,) totam [13] circuit aciem hoſtium, & [14] avertit [a].

IV.

a Vulgo EVERTIT.

Permenes magis ei placebat, quia eſt melior; quod unde ſciverit, neſcio: cum ſit lectio illa corruptiſſima; verumque hominis nomen fuerit *Pammenes*; quod praeter duo MSS. Hiſſensberg. reliquerunt etiam nobis tres Cantabrigienſes. Gudianus, Palatinus, Leidenſis pr. & margo Hittorp. ac Wechelii Edd. alii MSS. & Edd. pp. cum Sanuto *Parmenes*, nonnulli *Panmenes* prope verum. Strategemata hujus viri enarrat Polyaenus l. v. c. 16. ejusque meminit Diodorus Siculus l. XVI. p. 434. Pauſanias in Arcad. l. VIII. p. 654. Plutarch. in Pelopida p 287. 292. & de Rep. gerenda p. 805. Sic autem ſcribendum eſſe, monitum quoque video a Doctiſſ. P. Weſſelingio l. II. Obſerv. c. 8 OUD.

11 *Dextro cornu*] Medic. ſec. ſimpliciter *in dextro collatas*, & pro *copias* Leid. ſec. *acies*. Mox *ſimiliter & ipſe ſuas* o. Petrenſis. *ſuas* etiam Hillensb.

12 *Fortiſſimum*] Hillensb. *firmiſſimum*; & pro *fortiſſimos* Palatin. *firmiſſimos*, ut videatur haec vox hoc vel ſequenti loco eſſe reſtituenda. Vide ad Exempl. 4. & c. v. 42. l. III. 9. 4. eaque, quae congeſſi ad Lucan. l. IV. 477. *firmiſſima pubes*. Dein & *in ſily*. non agnoſcunt *τὸ in* Leidenſ. pr. Hillensb. & Palatinus. *confrondoſa* male Leid. ſec. *ſeſe rec.* Mediceus antiquior. OUDEND.

* *Dextro cornu totam circuivit aciem hoſtium.*] Suſpicor locum a Gloſſis contaminatum, & abjicienda illa *dextro cornu*. dixit enim paullo ante, *omnemque equitatum & fortiſſimum quemque peditum in dextro cornu poſuit.* STEW. Illud *dextro cornu* incluſum e gloſſa eſſe, ſuſpicatur Stewechius. SCHIVER. *Dextro cornu totam.* Sic omnes MSS. Stewechius tamen, & Guſetus *ad dextro cornu* ſuſpicantur gloſſema, quia praeceſſit, *fortiſſimum quemque peditum in dextro cornu*. TENN. Retinent has voces mei quoque MSS. omnes; quamquam non videntur eſſe a manu auctoris. Vide ad Ex. ſeq. OUDEND.

13 *Circuit*] Unus Reg. *circuivit*. 3. Hill. *circumiit*. TENN. *Circumiit* Leidenſ. pr. & Gudianus. Sed Medic. pr. Palat. Leid. ſec. & Edd veteres cum Sanuto *circuivit*. Nil muta. Tam *circuire*, quam *circumire*, quod non nego in veterrimis alibi reperiri

IV. [15] P. Cornelius Scipio, cui poſtea [16] Africano cognomen fuit, adverſus Hasdrubalem, Poenorum ducem, in Hiſpania bellum gerens, ita per continuos dies ordinatum produxit exercitum, ut media acies fortiſſimis [17] fundaretur: ſed quum hoſtes quoque eadem ratione adſidue ordinati procederent, Scipio eo die, quo ſtatuerat [18] decernere, commutavit inſtructionis ordinem, & [19] firmiſſimos, [20] id eſt, legionarios, in

periri codicibus, ſcribebant veteres. Vide Cl. Burmann. ad Phaedr. l. III. F. 19. & nos ad Lucan. l. I. 606. VI. 223.

circuit haſtam

ſaepe tam ſupra, quam in ſeqq. occurrit apud noſtrum, perpetua MSStorum, ex quibus aliquoties correximus, varietate, quod ſemel pluribus monitum ſufficiat. QUDEND.

14 *Evertit*] 4. Reg. 3. Hill. & Voſſianus habent, *Avertit*, nimirum in fugam, ut c. I. n. 7. *Anhelantes integris viribus exercitus ſui aggreſſus avertit*, hic n. 17 *Averterunt eos, conſummarunque victoriam*. n. 22. *Averterunt, caedendumque tradiderunt*, c. 4. n. 10. & n. 20. TENN. Reſcripſi *avertit*, auctoritate meorum etiam Codicum novem, & Sanuti. Sic l. II. 23. *protenus eos averterunt*. Exſec. *averſus equitatus*. c. 8. 6. *averſo exercitu* l. IV. I. 29. *exercitus obviis hoſtibus averſus*. & ſaepe. Liv. l. VII. 17. *hoſtium aciem averterunt*. OUD.

15 *P. Cornelius Scipio*] Deeſt praenomen in utroque Mediceo, Leid. ſec & Edd. pp. Cognomen *Scipio* abeſt a Gudiano. Tum *poſt* pro *poſtea*, idem Medicei. Dein *Poenorum ducem* MSS. ut edidi. *bella g.* Medic. ſec. OUD.

16 *Africano*] Mediceus uterque, Vaticanus, & Leidenſis ſec. cum Edd. Rom. & Bonon. *Africanus*. Eadem plane verba occurrunt apud Livium l. XXV. 2. *P. Cornelius Scipio, cui poſt Africanus fuit cognomen*. Sed magnus Gronovius dedit ibi *Africano*: quod & praeferam. Conſule praeter alios ipſum ad Livii l. I. c. I. *Trojae & huic loco nomen*. & Cel. Duker. ad Flor. l. II. c. 6. *Hinc illi cognomen novum, Cunctator*. OUD. Adi ad Salluſt. Bell. Jug. c. 4. Sueton. Claud. c. 24. IDEM *Cur. poſt*.

17 *Fundaretur*] Dixit ſupra n. I. *Exſtrueretur*. Juſtin. l. 3. 4. *Ita ducis conſilio & hoſtium miniſterio poſſeſſo Tarentina Parthenitis in aeternum fundata*. Cicero 4. Fin. I. *Accurate fundatam & exſtructam diſciplinam*. TENN. *Firmare* hac in re dicit Livius l. XXVII. 14. & de eadem pugna l. XXVIII. 14. *Romano milite cornibus firmatis*. dein *quamquam* pro *quoque* MSS. 3. cum Ed. Rom & *eodem die* itidem tres cum Edd. pp. *ea die qua* Petrenſ. OUD.

18 *Decernere*] Petrenſis *decertare*. Leid. ſec. *contendere*, e ſollemni gloſſa. Vide ad l. I. 10. 3. OUDEND.

19 *Firmiſſimos i. e. legionarios*] Quia res Romana (ut ait Vegetius l. II. c. I.) praecipue in legionum ordinatione poſitet: omnes

in cornibus collocavit, ac levem armaturam in media acie, sed [21] retractam [a]. Ita cornibus, qui-

a Vulgo RETRACTATAM.

mnes legionarii erant cives Romani. Unde Dioni πολίτικὴ φαλάγγα. Tacitus in Agricola ait, legiones in subsidiis collocatas ante vallum castrorum, ut adderent gloriam victoriae, si salvis civibus ea foret patrata: & efficacem opem ferrent, si auxilia non possent perficere. cap. 35. *Instinctos* (ait) *ruentesque ita disposuit; ut peditum auxilia, quae octo millia erant, mediam aciem firmarent, equitum tria millia cornibus adfunderentur: legiones pro vallo stetere. Ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellanti: & auxilium si pellerentur.* Praeterea origo nominis probat, majorem curam fuisse in conscribendo Legionario milite, quam in auxiliis. Varro l. IV. de L. L. & l. III. de vita populi R. *Legio, quod leguntur milites in dilectu.* Etiam gravior erat armatura. 3. Georg. *Acer Romanus in armis, Injusto sub fasce viam dum carpit.* Vegetius l. 1. c. 20. *Unde enim apud antiquos Murus dicebatur pedestris exercitus: nisi quod pilatae legiones praeter scuta etiam cataphractis galeisque fulgebant?* Has ob causas *Legionarii hic firmissimi*, & numero 22. *Legiones firmissimae.* Supra l. 1. c. 6. n. 1. *Fortissima Legio:* & ab auctoribus *Legionum robur* vocatur. Tacitus 6. Annal. c. 37. *Robur Legionum sociorumque ripam ad Euphratis ducit.* l. 12. Annal. 31. *Ea munimenta dux Romanus, quamquam sine robore Legionum sociales copias ducebat, perrumpere aggreditur.* 1. Hist. c. 7. *Robur adventantium Legionum, & famam Germanici exercitus attollebant.* 2. Histor. c. 94. *Robora tamen Legionibus aliisque subtracta; convulsum castrorum decus.* 1. Annal. c. 24. *Additur magna pars praetoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant.* Quintilianus decl. 3. *Omnes has, quae circumstetere, Legiones, Florem Italiae, civium sociorumque robora, una voce apud Tribunal proclamare existima.* Front. infra n. 16. *Robur Legionis triplici acie in fronte ordinatum.* Unde Cicero se excusat, quod sic appellat auxilia. Att. l. 6. ep. 3. *Auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum: haec enim sunt nostra robora.* TELL.

20 *Id est legionarios*] Ex voce *firmissimos* & seqq. *levem arm.* satis patere poterat Romano lectori; intelligi *legionarios*; unde merito Cl. Wesselingo haec pro Glossemate suspecta sunt; quae & ego lubentius delerem, nisi vetarent MSti. Sanutus has voces non habet. In Mediceo antiquiore scribitur *firmissimos legionarios*: quasi partem modo legionum in cornibus collocasset. Obloquitur Livius *Romano milite cornibus firmatis, sociis in mediam aciem acceptis.* Sed &, ne quis socios etiam sub *firmissimorum* nomine comprehenderet, forsan *legionarios* auctor addidit. OUDEND.

21 *Retractatam*] Quid est retractare armaturam levem? nihil videt, nihil audit, qui hic non legat codicum MSS. consensu *Retractam.* Sicut & Gujetum video suspicatum. *Retrahere* est retroagere, interius ducere, n. 5. & 7. *reducere* mediam aciem, ut possit esse lunata acies. Cujus contrarium *producere*, *protrahe-*

quibus ipſe praevalebat, infirmiſſimas hoſtium partes [22] lunata acie adgreſſus facile fudit.

V. Metellus in Hiſpania, eo proelio, quo [23] Hirtulejum [a] devicit, quum comperiſſet, cohortes ejus, quae validiſſimae [24] vocabantur, in media acie locatas, ipſe mediam ſuorum aciem reduxit, ne [25] ea parte ante cum hoſte confligeret, quam cornibus [26] confligatis medios undique circumveniſſet [b].

VI.

a Vulgo HERCULEJUM. b Vulgo CIRCUMVENISSENT.

re. TENN. Nihil verius eſt lectione MSStorum, quibus accedunt omnes mei; niſi magis placeat vox, quae a Sanuto adhibetur *retortam*. Livio *in medium acceptam*. Paullo ante *at* pro *ac* Sanutus cum Leidenſi pr. Gloſſae de *rorariis* emendationem Scaligero ſublegit hic Keuchenius. OUDEND.

22 *Lunata acie*] Quae refert arcus, ſemicirculi vel lunae concavae formam. Pollux μηνοειδὲς, ἀμφίκυρτον. Haec ad hoſtes concludendos forma aciei valet, uſitata numero militum abundantibus. Frontinus infra n. 6. Onoſander c. 21. Πολλάκις δὲ αὐτῶν εἶχε μεγάλῃ δυνάμει καὶ πολυάνδρῳ κεχρημένους, μηνοειδὲς σχῆμα ποιήσαντες τῆς παρατάξεως ἐπῆσαν. *Qui magnos & numeroſos ducunt exercitus, ſaepe acie in lunae figuram inſtructa progredi ſolent.* Ibidem. Τοῖς μὲν δυσὶν ἑκατέρῳ μέρει κατὰ κέρας προσκαλείτω τοῖς πολεμίοις. τῷ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀεὶ τὸν μέσον κόλπον (male τὸ μέσον κόλπου) τῇ μηνοειδεῖ ἀντιπαρατεθειμένους ἐναντίους ἐκέτω, καὶ μὴ προσγέτω. *Duas quidem partes hinc illinc hoſtium cornibus objiciet; tertiam vero in lunatum eorum medium ſinum immittet, & contra ſtando firmiter gradu obnixo urgebit.* Etiam de acie navium Vegetius uſus l. 5. c. 15. *Liburnarum inſtruendae acies, non directae, ut in campo, ſed incurvae ad ſimilitudinem lunae, ita ut productis cornibus media acies ſinuetur.* Frontinus l. 1. c. 5. n. 1. *Vallum in ripa ejus in modum cavae lunae duxit.* TENN.

23 *Hirtulejum*] Sic rurſus edidi ex MSS. Palatino, & Leid. tertio pro *Herculejum*. vide ad l. 5. 8. OUD.

24 *Vocabantur*] Non hoc iis nomen erat, ſed *jactabantur* eſſe validiſſimae. Quam vocem hic forſan reponendam eſſe conjecit Cel. Gronovius. *Validae cohortes* ita memorantur a Livio l. XXI. 60. & Lucano l. 1. 305. ut eſt in MSS. vetuſtioribus, *inplentur validae tirone cohortes*. OUD.

25 *Ea parte ante*] Ambo Medicei, & Edd. Rom. Bonon. Wechel. *ante eam partem*. Hittorpii margo *eam partem ante*.

26 *Cornibus confligatis*] Puto legi *c. profligatis* Nihil tamen volui contra omnium librorum conſenſum loco movere. MOD. *Conſligatis*. Sic omnes MSS. h. e. cum fuerint commiſſa & conjuncta cornua. Sic τῷ *confligere* utitur Lucret. l. 4. v. 1210.

Semina cum Veneris ſtimulis . . . . . exſcita per artus

Ob-

VI. Artaxerxes adverſus Graecos, qui [27] Perſidem intraverant, quum [28] multitudine ſuperaret, latius, quam hoſtes, acie inſtructa, in fronte equitem, [29] levemque armaturam in cornibus

Obvia conflixit conſpirans mutuus ardor.

Modius conjecerat *profligatis*. TENN. Debuiſſet Tennulius vel unico exemplo probaviſſe, compoſitum *confligare* a Latino quodam auctore fuiſſe adhibitum, ſive pugnandi ſive conjungendi ſenſu. *conflictare remp.* pro malis affligere dixit Tacitus l. VI. Ann. c. 48. Gloſſae: *conflicto συναρπάζω, διαμάχομαι. conflictor διαμάχομαι. conflictatio σύγχυσις, συμβολὴ ἐπὶ μάχῃ*: ubi *conflictatio* videtur ſcribendum ex Gellio l. I. c. 18. Ext. *Profligatis*, ut conjecerant Modius, & Gronovius, atque amplectitur Cl. Waſſe, diſerte exhibet Petrenſis, ut intelligantur hoſtium cornua fuſa fugataque. *confligatos* Leidenſis ſec. Scaliger ad oram ſui libri adſcripſerat *complicatis*. Propius accedit *conjugatis*. Vide exempla ſeqq. An fuit *cornibus conflictati ſui medios u. circumveniſſent?* Interim *circumveniſſet* edi juſſi, auctoritate Palatini, Petrenſis, & Medicei Codd. ac Sanuti, licet ſciam, vulgatum aliquo modo, ſed contorto ſenſu, defendi poſſe. OUDEND.

27 *Perſidem*] 4. Reg. 3. Hill. *Perſidam*. Nominativus, quaſi *Perſida*, qui fuerat accuſativus. I. Metam. fab. 2. *Perſidaque & radiis juga ſubdita matutinis*. TENN. *Perſidam* reperias quoque in Palatino, Gudiano, Vaticano, Leidenſi ſec. Voſſiano, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. ac Wechel. *Perſidiam* Mediceus ſec. & Leidenſ. pr. *Perſidam* omnino probat Doctiſſ. Munkerus ad Hyginum in Prolegom. & hic Keuchenius, qui inſuper ſcit, *Perſidam* adpellari particularem Perſarum regionem, quae non Περσικὴ πόλις, ſed πόλις Περσίδος complectebatur. Novi quidem, ex Graecorum accuſativo Latinos quosdam ſcriptores feciſſe nominativum, ſed velim doceri, id ab aliquo auctore eſſe in propriis nominibus peractum ante Juſtinum, ejusve aequales: Vide, quaeſo, exempla a Munkero adducta. Ego potius credo, librarios Graecas in auctoribus aurei & argentei ſeculi terminationes depravaſſe in Latinas. Sic ex *phalanga* fecere *phalangam*, e *Salamina*, *Salaminam*, *Crotona*, *Crotonam &c. Enipea Enipeam*, *Marathona Marathonam*; apud Caeſarem ex *Narbona* MSS. *Narbonam*, vulgo *Narbonem*. Confer J. F. Gronov. ad Livium l. I. c. 18. & nos ad c. 2. I. 14. 3. 22. l. III. 6. 2. IV. 7. 43. Quapropter nullus dubito, quin hic auctor ſcripſerit *Perſida*. OUD.

28 *Multitudine*] Medic. ſec. Leid. ſec. *in mult.*

29 *Levemque arm.*] Scaliger ad oram ſui codicis delendam eſſe particulam *que* cenſuerat; quod & mihi videtur. Equidem certus ſum, neminem, Latine ſcripturum, in tali ſenſus connexione iſtud *que* additurum eſſe. MSS. tamen retinent. Paullo ante Palat. *hoſte*. Mox *ita* ante τὰ *ex induſtria* delevi, jubentibus id MSS. Cantabrigienſibus, Leidenſibus, Mediceis, Palatino, & Editionibus primis. OUD.

30 *Pro-*

bus collocavit, atque [a], ex industria lentius procedente media acie, copias hostium cinxit, ceciditque.

VII. Contra Hannibal ad Cannas reductis cornibus, [30] productaque media acie, nostros primo inpetu protrusit. Idem [30*] conserto proelio, paullatim invicem sinuantibus, procedentibusque ad praeceptum cornibus, avide insequentem hostem in mediam aciem suam recepit, & ex utraque parte compressum cecidit veterano & diu edocto usus exercitu. Hoc enim genus ordinationis exsequi, nisi peritus, & [31] ad omne momentum respondens miles, vix potest.

VIII. [32] Livius Salinator & Claudius Nero, quum Hasdrubal bello Punico secundo [33] decertandi necessitatem evitans, [34] in colle confragoso post vineas aciem direxisset, ipsi [35] diductis [b] in la-

[a] Vulgo ITA EX I. [b] Vulgo REDUCTIS.

30 *Productaque*] Hillensb. & Gudian. *Producta*. Dein *protraxit* Medic. sec. *prostravit* Vatican. & *protulit* Ed. Bonon. pro *protrusit*. Tum *simulantibus* Medicei, non *sinuantibus*, & unus *praecedentibus*. Mox *in mediam a.* amisit suam praepositionem in MSS. quatuor, & Ed. Paris. si *suam* abesset a MStis, melius ea voce carere possemus. OUDEND.

30* *Conserto pr.*] Sic legendum: ut c. 4. §. 5. & creberrime Livio, ceterisque. *Conferto* operarum vitio irrepserat. OUDEND. *Cur. post.*

31 *Ad omne momentum respondens*] Eleganter Seneca controvers. 13. *Non ex formula natura respondet, neque ad praescriptum casus obsequitur*. TENN. Male Medic. Sec. *ad omnem eventum*. OUD.

32 *Livius*] Duo MSS. pessime addunt *L.* cum vocaretur Marcus. OUDEND.

33 *Decertandi*] Duo Cantabrigienses, Palatinus, Leidensis pr. & Hillensberg. *decernendi*. quod praeferrem, ut saepius dictum. §. 4. *quo statuerat decernere*; ubi vide. OUD.

34 *In colle confragoso*] Varia lectio Coll. Vossianae *in valle corfragosa*. Sed contra historiam, ut patet ex Livio, qui hanc pugnam paullo aliter tamen, quam noster, describit l. XXVII. c. 48. OUD.

35 *Reductis in latera viribus*] Quid est *reducere in latera*? *reducere* est retrorsum trahere, cujus contrarium est *producere*: ut videre est ad §. 4. 5. &c. quod hic locum habere nequit. Tres Cantabrig. Leidens. pr. Palatin. Hillensberg. cum Ed. Paris.

latera viribus, vacua fronte ex utraque parte circumvenerunt eum; atque ita adgressi [35] superaverunt.

IX. Hannibal, quum frequentibus proeliis a Claudio Marcello superaretur, novissime sic [37] castra metabatur, ut aut montibus, aut paludibus, aut simili locorum aliqua obportunitate adju-

ris. *deductis*. Gudian. Vaticanus, & Coll. Voss. *diductis*: optime, unde facta *frons vacua*. §. 12. *diduxit ordines, & a lateribus circumventos eos fudit*. & saepissime, licet depravatum in *ded.* ut c. VI. 4. *deductis ordinibus*. Livius l. XXXI. 21. *Extenuatam mediam aciem diductis cornibus*. Plura congessi ad Lucan. l. II. 244. III. 584.

Robore diducto dextrum laevumque tuetur,
Aequo Marte latus.

OUD. Si quis malit cum nonnullis MSS. *ded.* ut non tam divisio cornuum in latera, sed extensio per longum denotetur, tam hic quam §. 4. & alibi, per me licet. Consulat is Drakenb. ad Liv. L. V. c. 38. *instruunt aciem*, deductam *in cornua*. Sic omnino scribendum §. 23. *proelium in silvas refugiendo* deducerent. IDEM *Cur. post.*

36 *Superaverunt*] Palat. *superarunt*.

37 *Castra metabatur*] Sic editi libri, & omnes, quos inspexi, MSS. habent. Ortwinius autem in MSS. invenit *meditabatur*; idque praefert vulgatae lectioni, quia apud Plinium Paneg. *Cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque miscerem*. Ut loquar ex animi mei sententia; quanquam dubitem de veritate lectionis, eandem tamen elegantem judico. Utriusque enim linguae autores ita loquuntur. Paulus Diaconus lib. XII. Hist. *Spiculis meditari, summaeque voluptatis credere destinata ferire*. Plautus in Sticho *Simulque ad cursuram meditabor me*. Silius Italicus. *Meditamina belli*. Veget. l. I. c. 20. *Gravis pediti lorica videtur, & galea fortasse, raro meditanti arma, raro tractanti*. Sic meditari opera bellica Xenophonti Cyrop. l. I. ubi priscae simplicitatis Cyrus & Cambyses colloquuntur. Ἀλλὰ μήν τοι τό γε μελετᾶσθαι (ἔφη) ἴσως τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἀγαθὰς ἂν τινας μοὶ δοκεῖ, ὦ πάτερ, πρωϊτὰν ἀνέστους, καὶ ἄθλα προτιθεὶς, μάλιστα ἂν ποιῶν τοῦ ἀσκεῖσθαι ἕκαστα, ἔφη, ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρασκευασμένους χρῆσθαι. Καλλίστη λέγεις (ἔφη), ὦ παῖ. τοῦτο γὰρ ποιοῦσι σαφῶς ἴσθι, ὥσπερ χορὸς τὰς τάξεις οἱ τὰ πρόσφορα μελετῶντας θεᾶται. Sic μελέτη usurpatur Urbicio in fine sui inventi. Ὅτε τινὰς ἀπείρους ἔχων ὁ στρατηγὸς ἐν ἀσφαλέσι μελέταις κατορθοῖ τῶν πολεμίων ἐφεδρίσεις. In quibus locis μελετᾶν, unde & *meditari* oritur, non est cogitantis, sed facientis, praeparantis, exercentis. TENN. *Meditabatur* est in Coll. Voss. unde hausit Ortwinius. Sed vellem, Tennulium dedisse exemplum, re *meditari castra*, quod proferet numquam. *Metari castra* proprium in hac re, & vere militare est verbum, sexcenties ita adhibitum. OUD.

38 *Atti-*

ut non fugere poſſent, Poenis a tergo ſtantibus, & [62] hoſtem obpoſiti ſi non infeſtarent, at certe fatigarent: tum ſuis & Macedonibus, qui jam feſſos Romanos integri exciperent, in [63] ſecunda [a] acie collocatis, [64] noviſſimos Italicos conſti-

[a] Vulgo SUMMA.

Statius l. II. Achill. 419.

Flexae Balearicus actor habenae.
Quo ſuſpenſa trahens libraret vulnera tortus,
Incluſum quotiens diſtringeret aëra gyro.

Virgil. I. Georg.

Stupea torquentur Balearis verbera fundae.

Vid. Florum l. III. c. 8. Srewechium ad Vegetium I. c. 16. & l. 3. c. 14. Lipſ. poliorc. IV. 2. & 3. Nemo Phoenicibus addicit. TANN. *Barbaros* perperam editum eſt in Edd. Romana, & Bonon. *Baliares* ex meis habent MSS. quinque, & Ed. Pariſ. quod Salmaſio, & Cl. Drakenburgio magis placet. V. ad Silium l. III. 365. Paſſim tamen MSS. praeferunt *e*. Veteres autem editiones hic juvant ejusdem Salmaſii conjecturam, opinantis, dictos etiam fuiſſe *baliaros*. Conſule eum ad Florum l. II. c. 18. OUD.

62 *Hoſtem obpoſiti ſi non infeſtarent, at certe fatigarent*] Mire hic turbant membranae. primo *hoſti* Medic. prim. *oppoſitis* Leid. ſec. *ſi nunc i.* uterque Medic. *ſive i.* Leid. pr. dein *vel e. fatigarent* octo MSS. & Edd. Rom. Bon. Pariſ. *ut e. fugarent* Hillensb. in Leid. ſec. haec verba deſunt. Petrenſ. *fatigarent vel infeſtarent*. qui ordo mihi magis arridet. plus enim eſt *fatigare hoſtem*, quam *infeſtare*. Fors ſcripſerit auctor *hoſtem obpoſitum ſi non fatigarent, vel certe infeſt. vel* notaret *ſaltem*, & idem, quod *certe*. Terent. in Phorm. ac. 2. I. 71. *Si nullo alio pacto, vel foenore.* & ita apud Priſcian. p. 1009. ſed plerique viri docti eiiciunt in Terentio *vel*. Infra l. IV. 5. 6. *Varro collega ejus vel majore conſtantia vixit* i. e. ſaltem. Quidquid ſit, latet tamen hic mendum. Immo potius omnia haec *ut non fugere poſſent &c.* usque ad *tum ſuis* inſititia videntur. & ex margine gloſſatoris alicujus verba in textum admiſſa. nam ſi dixiſſet jam auctor *Poenis a tergo ſtantibus*, quid opus eſſet rurſus ingerere *tum ſuis collocatis?* Certe ita ſi ſcripſit, balbutiei crimen effugere non poteſt. OUD.

63 *In ſumma acie c.*] Secure haec tranſiliunt Interpretes. atqui ſi Italicos conſtituit noviſſimos, Macedonas non collocavit *in ſumma acie*, ſed *in ſecunda acie*, ut diſerte Livius l. XXX. c. 33. *In ſecunda acie Carthaginenſes Afrosque & Macedonum legionem; modico inde intervallo relicto ſubſidiariam aciem Italicorum militum* &c. quare vel invitis MSS. hoc repoſui. OUD.

64 *Noviſſimos*] Leid. ſec. *noviſſime*, male. V. ad l. I. 61. *ultima ſequi juſſit impedimenta.* De Italicis eadem fere Livius. OUD.

ſtituit, quorum & timebat fidem, & ſegnitiem verebatur, quoniam plerosque eorum ab Italia invitos extraxerat. [65] Scipio adverſus hanc formam,

65 *Scipio*] Nihil carpi poſſe in ordinatione Scipionis, probatur ex Floro l. II. c. 6. *Conſtat utriusque confeſſione, nec melius inſtrui aciem; nec acrius potuiſſe pugnari. Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu praedicaverunt.* Ergo in Hiſtoricis erunt vitia, quae tria ad hunc locum recenſentur a Salmaſio c. 3. fol. 27. & 28. de militia, quem hic deſcripſit verbotenus, tacito nomine, alienis bonis gloriatus (Keuchenius) commentator. Livius non judicatur immunis errorum, qui eandem pugnam deſcripſit l. XXX. c. 33. *Inſtruit deinde primos haſtatos; poſt eos principes, triariis poſtremam aciem clauſit. Non confertas autem cohortes ante ſua quemque ſigna inſtruebat, ſed manipulos aliquantum inter ſe diſtantes; ut eſſet ſpatium, quo elephanti hoſtium accepti nihil ordines turbarent. Laelium (cujus ante Legati, eo anno Quaeſtoris extra ſortem ex Senatus Conſulto opera utebatur) cum Italico equitatu ab ſiniſtro cornu, Maſiniſſam Numidasque ab dextro oppoſuit. Vias patentes inter manipulos anteſignanorum velitibus (ea tunc levis armatura erat) complevit, dato praecepto, ut ad impetum elephantorum, aut poſt rectos refugerent ordines, aut in dextram laevamque diſcurſu applicantes ſe anteſignanis, viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent.* Livius, & Frontinus l. accuſantur ignorantiae, quod Scipio non potuerit ordinare per *continuas cohortes*, cum Legio in cohortes non fuerit tunc diviſa. Verum ſupra l. I. c. 6. I. tempore Fulvii Nobilioris & aliorum relatum, legionem ante J. Caeſarem deſcriptam in decem cohortes. Praeterea Polybius lib. XI. Καὶ τρεῖς σπεῖραι (τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν στρατιωτῶν παρὰ Ῥωμαίοις τάξις.) Non ergo illi autores, ſed Salmaſius fuit ſui oblitus. Inſtat, & concedit, cohortem fuiſſe tempore Scipionum; verum non decimam, ſed trigeſimam legionis partem, idemque, quod manipulus, σπεῖρα & σημαία, fuiſſe. Id quoque falſum. Nam σύνταγμα (quae Polybio vocatur τάξις) conſtat ex tribus ſpiris ſive manipulis. Triginta manipulos ſive τάγματα, e quibus σύνταγμα conſtat, Scipionum tempore fuiſſe in legione, probo ex Polybii libro VI. Ἑξῆς δὲ τούτοις διατάξας τὰς σημαίας ἐξ ἑκάστης στρατιᾶς τῶν πρεσβύτων, καὶ ἀκμαίων. δύο μὲν εἰς τὴν ἱππικὴν τῷ τόπῳ τῷ πρὸ τῶν χιλιάρχων. Statim Τῶν δὲ λοιπῶν ἑκκαιδέκα τρεῖς ἑκάστῳ τῶν χιλιάρχων διαλαγχάνει. *Secundum haec manipulos Principum & Haſtatorum cujusque legionis ordinant: duos ad cujusque loci ante Tribunorum tentoria:* Statim *E reliquis octodecim manipulis ternos ſinguli Tribuni* (nam ſex Tribuni ſunt in legione) *ſortiuntur.* Ex quo loco abunde conſtat, viginti manipulos in corpore utroque Haſtatorum & Principum fuiſſe: & decem in corpore Triariorum apparet ex libro eodem. Ἄλλα δὲ σημαίας ἐχόντων ἀνάντων τῶν μερῶν. *Cum in unaquaque legionis parte ſint manipuli decem.* Cum ergo triginta manipuli conficiant legionem, cohors ex tribus manipulis (σπεῖραι) conſtet: in-

mam, robur legionis, triplici acie in fronte ordina-

diſſolubili nexu infertur, cohortem fuiſſe decimam tunc legionis partem. Legio erat 4200, conſtans ex 1200 haſtatis, 1200 Principibus, 600 Triariis, 1200 Velitibus. Cohors erat 420, ſimiliter ex quatuor generibus compoſita, ut Lipſius notat, 120 haſtatis, totidem Principibus, 60. Triariis, 120 Velitibus, qui additi ſingulis legionariorum corporibus.

Scipionis
Cohors
Legionaria.

Haſtati	120	6
Principes	120	6
Triarii	60	6

Velites

Varro L. L. 1. 4. *Milites quod trium millium primo Legio fiebat, ac ſingulae tribus, Tatienſium, Rannium, Lucerum, mille ſingula militum mittebant:* Romulus deſcripſit legionem in decem Haſtatorum, decem Principum, decem Triariorum manipulos, quae Ovidius vocat *corpora.* 3. Faſtor.

Romulus Haſtatos inſtituitque decem.
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Cum ergo cohors conſtet ex tribus manipulis, & ſecundum Salmaſium ſit trigeſima pars legionis, infertur neceſſario, nonaginta manipulos fuiſſe in una legione, quod a veritate alieniſſimum.

Si Velites auferas, legio foret 3000. qualis Romuli.

Sic ablatis Velitibus manipulus in legione fuit centum militum, ſive centuria. Ipſe Frontini reprehenſor f. 12. *Qui ſingulis manipulis praefuit*, is ductor *centurio vocatus eſt.* Quod Vegetius, dum inter veteres & recentiores velut fluctuat, etiam videtur affirmare l. 11. c. 14. *Quemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur.* Donatus ad Terentii Eunuchum. *Cum Romani & Latini ſub uno centurione bellum aggreſſuri deputabantur, ſibi ſertum vel coronam ex manipulo herbae, vel hujusmodi conficiebant, quem pro ſigno ſequebantur.* Collectanea originis Romanae. *Romulus coacta paſtorum manu, eaque in centenos homines diſtributa, perticas manipulis varie vinctas dedit: unde conſitum, ut poſtea milites, qui ejusdem ſigni eſſent, manipulares vocarentur.* Ex quibus apparet, cohortem fuiſſe diverſam a manipulo. Sed inflat celeberrimus Salmaſius, cohortem illam non legionariam, ſed ſociorum auxi-

lia,

dinatum per haſtatos & principes & triarios obpoſuit: nec continuas conſtruxit cohortes; ſed ma-

liarium fuiſſe. Salluſtio quid faciet? Nam ait in Jugurtha. *Metellus ubi videt, Numidas minus inſtare, paulatim milites in unum conducit, ordines reſtituit, & cohortes legionarias quatuor adverſum pedites hoſtium locat.* Quid Varrone? qui l. 4. L. L. de partibus legionis ait. *Legio, quod leguntur milites in delectu. Cohors, quod ut in villa ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam fit unum; ſic haec ex manipulis copulatur cohors; quae in villa dicta, quod circa eum locum pecus coërceretur. Tametſi cohortem in villa Hypſicrates dicit eſſe Graece χόρτον apud Poëtas dictam.* Ad quem locum videndus Schelius fol. 315. Polyb.

II. Arguitur Frontinus, ſui aevi ordinationem aciei cum veterum confudiſſe. *Robur legionis in fronte oppoſuit.* Nam veteres legionum robora in poſtrema acie collocabant. Hoc quidem verum eſt, ſed tamen illud ſaepe factitatum, ut videre eſt ex hujus capitis exemplo 4. & exemp. 17. Praeterea Scipio receſſit ab uſitato uſu ordinandi.

III. Fertur peccaſſe contra ἀλήθειαν τῶν ὄντων. Nam *Principes & Triarios in fronte ordinaſſe*; cum ſemper Haſtati fuerint in ipſa fronte collocati. Livius enim l. VIII. c. 8. de haſtatis. *Haec prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat.* Verum longe aliа eſt Frontini mens, ſcilicet haec. Scipio oppoſuit in fronte *ipſas legiones*, triplici acie ordinatas, per Haſtatos, Principes, & Triarios. Haec Livii mens, & Polybii eſt: cujus haec ſunt verba. Ὁ μὲν Πόπλιος ἔθηκε τὰς τάξεις τῶν ἰδίων δυνάμεων πρῶτον τοῦτον. Πρῶτον μὲν τοὺς ἀστάτους καὶ τοὺς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασι. Ἔπειτα δὲ τούτοις τοὺς πρίγκιπας, τοὺς δὲ τρίαρίους ἐπὶ κατὰ τὸ τῶν πρώτων σημαίων διάστημα, καθάπερ ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ κατ' ἀλλήλους, ἐν ἀκροσφόλοις, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρὰ ἴνυντίους ἐλεφάντων. *Publius quidem copias ſuas inſtruxit in hunc modum. Primos quidem Haſtatos & eorum manipulos collocavit cum intervallis inter ordines. Deinde ita ordinavit Principes, ut eorum manipulos non e regione intervallorum, quibus diſtabant inter ſe manipuli Haſtatorum, poneret, quemadmodum mos eſt Romanis; ſed invicem ſibi exadverſum reſpondentes, ſatis magna intercapedine propter elephantorum multitudinem, qui in acie hoſtium erant.* Deinde in ipſa legionaria cohorte conferta, quae etiam in fronte locabatur .. erant Haſtati, Principes & Triarii.

manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod

Rectorum ordinum & intervallorum legio ex 4200 militibus constans, per triginta manipulos a Scipione ordinata, quo proelio vicit Hannibalem.



Intervalla clausa velitibus 120.

[a] Alias veteris legionis, ut scribit [b] *Salmasius*, acies invicem sibi directæ erant, & alteri sequebatur alteram, nec omnes

[b]

„ uno eodemque tempore pugnabant: ſecunda erat ſubſidiaria pri-
„ mae, tertia ſecundae. Ideo intervalla relinquebantur inter ordi-
„ nes cujusque aciei, ut eſſet, quo ſe reciperent priores; ſi nimi-
„ rum rem male geſſiſſent, retrocedendo per intervalla ſubſequen-
„ tium, quos vice verſa poſt eorum terga ſubducti ſequebantur.
„ Ita autem diſponebantur, ut primae aciei ordines reſponderent
„ intervallis ſecundae aciei, eo fine, ut ſi recedendum eſſet recta
„ ad intervalla ſequentium ordinum retrogradi ferrentur, & per
„ ea ſic dilapſi, poſt terga militum, qui in ſecunda acie ſtabant,
„ recepti in tuto forent. Quo facto ſecundae aciei ordines in ho-
„ ſtem procedebant clauſis intervallis, quae patuerant retroceden-
„ tibus primae aciei manipulis.



Livius l. VIII. c. 8. argutiſſime hunc depugnandi modum deſcripſit in bello Latino, ſed quo recenſet quindecim manipulos Haſtatorum, totidem Principum, & quindecim alios ordines, in quibus Triarii, Rorarii, & Accenſi.

Legionis Caeſarianae ex decem cohortibus conſtantis, ad unam aciem componendam haec erat ordinatio.



Verum veteri Republica exercitus in triplicem aciem (Frontinus infra n. 17. & p. 20. & 22.) tribuebatur: quae acies erant fronte longa, eademque omnes longitudine, nec habentes introrſus multum latitudinis, ſi cum frontis longitudine comparentur, ne univerſae quidem Caeſarianae legionis in tres acies, binis introrſum ordinibus contextas, deſcriptae haec eſto forma, quam dedit ὁ Αἶνε.



Quia veterum acies non tantum per Haſtatorum, Principum, & Triariorum manipulos, ſed etiam per cohortes ordinabatur; & haec tria militum genera in eadem acie collocabantur. Iſta fuere adducenda, ut Livius, & Frontinus aſſererentur. TENN. Bene Livium, & Frontinum defendit contra Salmaſium, qui paſſim errat in libro de re militari, Tennulius; ſed tamen Scipionis legiones facit minores, quam fuerunt. Conſtiterunt enim ſenis millibus & ducenis peditibus, & trecenis equitibus, auctore Livio l. XXIX. c. 24. DUKER.

quod [66] elephanti ab hoſtibus acti facile transmitti ſine perturbatione ordinum poſſent. Ea ipſa intervalla expeditis velitibus inplevit, ne [67] interluceret acies; dato iis praecepto, ut ad impetum elephantorum, vel [68] retro, vel in latera concederent. Equitatum deinde in cornua diviſit, & [69] dextro Romanis equitibus Laelium,

66 *Elephanti*] Medic. *elephantes*. Palat. *mitti*. dein Mediceus *& ipſa*. Petrenſis *expeditis militibus*. *Velitibus* Livius: quibus proprium eſt epitheton *expediti*. Veget. l. III. c. 16. *Quos expeditos velites nominabant*. ubi vulgo additur contra MSStos veteres *quaſi volitantes* e Feſto. Vid. Salmaſ. de re mil. c. 17. infra l. IV. 7. 29. OUD.

67 *Interluceret*] Quo verbo frequenter de ordinibus utuntur. Vegetius l. I. c. 26. *Ut conſtipati perdunt ſpatia pugnandi, & ſibi invicem impedimento ſunt: ita rariores utique interlucentes aditum perrumpendi hoſtibus praeſtant*. l. III. c. 14. *Ut nec, acies interluceat, & ſpatium ſit arma tractandi*. Quintilianus in fine libri VII. *Non modo ut ſint ordine collocati, elaborandum eſt, ſed, ut inter ſe juncti, atque ita cohaerentes, ne commiſſura pelluceat: corpus ſit, non membra*. TENN. Livius dicit tantum ſine hac ratione, quae Frontini aevo ſolum convenit, *vias patentes velitibus complevit, dato praecepto*. quae hic rurſus habet Keuchenius, ex Salmaſii c. tertio ad verbum deſcripſit. *Introduceret, interduceret, interduceretur, interlucerent* MSS. nonnulli. Virgil. l. IX. Aen. 508.

Qua rara eſt acies, interlucetque corona
Non tam ſpiſſa viris,

eis vel *iis* abeſt a Gudiano. OUD.

68 *Retro, vel in latera*] Alii: *recta vel in latera concederent*. quod manavit a Livio: in quo eſt, *ut ad impetum elephantorum aut poſt rectos refugerent ordines, aut in dextram laevamque diſcurſu*, &c. MOD. *Retro*. ſic omnes MSS. Nullus *recta*, ut Modius. TENN. *Recta* eſt in Edd. Rom. Bonon. Pariſ. *recto* Leid. ſec. *retro vel poſt* uterque Mediceus. Hillensb. *ut retro ut in l.* nil muta. *poſt rectos ordines refugere* idem eſt, quod auctor expreſſit per *retro concedere*: pro quo *conſcenderent* ambo Medicei. *contenderent* Leid. ſec. *ſecederent* Leidenſ. prim. *cederent* Cantabr. tertius. OUD.

69 *Dextro Romanis equitibus Laelium &c.*] Et haec vel corrupta ſunt, vel negligentius Livii verba excerpſit auctor. Contrario enim modo ſe res habuit. Livius *Laelium cum Italico equitatu ab ſiniſtro cornu, Maſiniſſam Numidasque ab dextro obpoſuit*. unde in ſiniſtrum Hannibalis cornu invectus eſt Maſiniſſa, in dextrum Laelius. Vide ibidem. Simili modo ſcriptores ſibi adverſantur in collocatione ducum, qui ad Pharſalum Pompejanis cornibus praefuerunt, ut monuimus ad Lucanum l. VII. 220. collatum cum Plutarcho in Pomp. p. 655. *Numidum* (pro *Numidarum* forte) eſt in Vaticano, & utroque Mediceo. OUDEND.

lium, ſiniſtro Numidis Maſiniſſam praepoſuit: quae tam prudens ordinatio [70] non dubie cauſſa victoriae fuit.

XVII. Archelaus adverſus L. Sullam, [71] in fronte ad perturbandum hoſtem falcatas quadrigas locavit, in ſecunda acie phalangem Macedonicam, in tertia, Romanorum more armatos auxiliares, mixtis fugitivis Italicae gentis, quorum [72] pervicaciae [a] plurimum fidebat; ſevem armaturam in ultimo ſtatuit. In utroque dein [b] latere equitatum, cujus amplum numerum habebat, circueundi hoſtis cauſſa poſuit. Contra haec Sulla foſſas amplae latitudinis in utroque latere

[a] Vulgo PERNICITATI. [b] Vulgo DEINDE.

70 *Non dubie*] Medicei, & Edd. Italicae *ſine dubio*. *non dubiae* Hillensb. Livius ſaepiſſime *haud dubie*. OUD.

71 *In fronte*] Palat. *in frontem*. de quo ſupra. dein MSS. ſeptem, & Ed. Par. inepte *falcas*. Mox membranae ſex *phalangam*. Auctorem dediſſe *phalanga* opinor; ut pluribus notavi ad hujus libri c. II. §. 1. III. 6. De hac pugna adi Plutarch. in Sulla p. 463. OUD.

72 *Pernicitati*] *q. pervicaciae* alii, & recte. Deſperatione enim veniae, veriſimile eſt, tales Italicos fuiſſe. MOD. 3. Reg. 3. Hill. *pervicaciae*. TENN. Nihil ineptius eſt lectione vulgata. Utique Archelaus non optare, aut fidere poterat militibus, qui ſpem ponunt in pernicitate & celeritate pedum, ſed iis, qui pedem loco non movent, & in ſola virtute ſpem habent. quapropter neceſſario reſcribendum eſt *pervicaciae*, ut legendum etiam e duobus Cantabrigienſibus optime docuit Cl. J. Waſſe ad Salluſt. B. Jugurth. c. 60. nec aliter jam editum fuit in Edd. Pariſ. Hittorp. & Wechelii; & confirmant Leidenſis primus, Gudianus, ac Voſſian. l. II. c. 9. §. 3. *Obſtinatorum pervicaciam fregit*. *pertinacie* Leid. ſec. tres alii *pervicacitate*, quae vox in Gloſſis occurrit. Edd. prinnae *pernicitate*. Ex quo ablativo inſuper opinor, veriſſimum eſſe, quod ſolus exhibet Mediceus antiquior *pervicacia*. Ut apud Livium l. XL. 47. *Exercitu ſe egregio fidentem veniſſe*. Statim §. 19. *Virtuti ſuorum fideret*, duo Medicei *virtute*. *Fidere* & *confidere* cum Ablativo aeque, ac cum Dativo conſtrui, vel e lexicis abunde notum eſt. Hinc emenda etiam Lactantium l. III. c. 14. *Quam confiſus ſueris philoſophiae veritate*. Ita optimus & antiquiſſimus Cod. vulgo *confeſſus veritatem*. de *diffidere* egimus ad l. I. 8. 5. *confidebat* hic eſt in Leid. ſec. & dein *in ultimos* Palat. Mox dedi etiam e multis MSS. *dein* pro *deinde*, & *circueundi*, ac *circuiretur*. OUD.

73 *Com-*

tere duxit, & capitibus earum caſtella [73] communiit: qua ratione, ne circuiretur ab hoſte, & peditum numero, & maxime equitatu ſuperante, conſecutus eſt. Triplicem deinde peditum aciem ordinavit, relictis intervallis, [74] per levem armaturam, & equitem [a], quem in noviſſimo collocaverat, ut, quum res exegiſſet, [75] emitteret [b]. Tum [76] poſtſignanis [c], qui in ſecunda acie erant,

a Vulgo EQUITATUM. *b* Vulgo EM. EUM. *c* Vulgo PROSIGNANIS.

73 *Communiit*] Sic MSS. plerique, non *communivit*. Hilbensb. *munivit*. Petrenſis *in capitibus*. Nil muta. l. 1. c. 8. §. 11. *Caſtella plurimis locis communiit*, & alibi. Dein *maximo equitatu* Palat. *equitum* Leid. pr. & Petrenſ. Mox *demum* MSS. tres. OUD.

74 *Per levem*] Salmaſius fol. 186. r. mil. *Propter levem armaturam & equitatum*. MSS. omnes *a. e. equitem*. ſtatim *Archelaus equitem oppoſuiſſet*. n. 20. *Equitem in utroque cornu collocaſſet*, TENN. Placet omnino τὸ *propter*. Sed MSS. non mutant. §. 22. *propter* in MSS. nonnullis abiit quoque in *per*. Verum Salmaſius c. 17. non citat *equitatum*, ſed *equitem*, ut eſt in MSS. meis omnibus, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. Stewechii, & Veſal. *equitatem* Gudianus. In Scriverii editionibus primum reperio *equitatum*. contra elegantiſſimum & ſollemnem loquendi modum. §. 22. *In dextro cornu poſuit equitem*. c. v. 34. 35. & paſſim. praecipue *levem armaturam* ſic *equiti* ſaepe jungit Livius. Sed unum exemplum ſatis ſit l. XXXI. 43. *equite & levi armatura*. noſter c. III. §. 6. *In fronte equitem, levem armaturam in cornibus collocavit*. nec aliter crebro *miles, pedes* &c. ſimilia adhiberi, notiſſimum eſt. OUD.

75 *Emitteret eum*] Nulli uſui eſt pronomen illud *eum*. & de equitibus eſſe intelligendum ſatis per ſe patet. quare ejeci illud auctoritate novem Codicum MS-torum, & Ed. Pariſ. nec opus eſt cum Salmaſio ibidem, & Keuchenio reſcribere *emitteretur*. in primis Edd. deeſt *tum*. OUD.

76 *Poſtſignanis*] *Tum poſtſignanis*, quidam. & ita videtur legendum plane. Vegetius lib. II. cap. VI. *in ſecunda acie poſt aquilam & imagines cohors ſexta*, &c. MOD. *Poſtſignanis*. Sic 2. Reg. 2. Hill. Sed 2. Reg. & tertius Hill. *Poſtſignanis*. ut Modius conjecit, & Hittorpius (in Marg.) edidit. Pro *Emitteret eum* Salmaſius *Emitteretur*. TENN. Multis docuit magnus Salmaſius, unde ſua more ſolito compilavit Keuchenius, ſcribendum eſſe *poſtſignanis* in oppoſitionem anteſignanorum ſeu τῶν προμάχων; cum *poſtſignani* ſint ὀπίσθιοι, & nulli unquam inveniantur *poſtſignani*, certe ab anteſignanis non diſtincte, nec utique in ſecunda acie. Conſule eum de Re Militari c. 4. 12. & praecipue c. 17. Neque aliter inveni in MSS. meis ſex, & Editionibus Rom. ac Bonon. in quorum quibusdam vitioſe eſt poſt-

erant, imperavit, ut [77] denſos numeroſosque palos firme [78] in terram defigerent; intraque eos, adpropinquantibus quadrigis, [79] anteſignanorum [a] aciem recepit. Tum demum, ſublato univerſorum

[a] Vulgo ANTE SIGNA NOSTRAM vel NOSTRA.

poſtſignanis. in Vaticano *praeſignanis.* Palat. *prae Syllanis.* Oud.

77 *Denſos numeroſosque*] Edd. Italicae *d. innumerosque.* Leidenſ. pr. *depreſſos numerosque.* Suſpecti mihi ſunt aliquantum illi *numeroſi pali*: nam idem hoc eſt, quod *denſi.* Debuerat potius altero adjectivo palorum magnitudinem expreſſiſſe. Oud.

78 *In terram defigerent*] Ita conſtanter exhibent cuncti codices. Sed apud Caeſar. l. II. B. Civ. c. 2. *in terra defigebantur* (quo loco in MSto inveni quoque *in terram*) & Livium l. XLIV. 5. *Aſſeres in terra defigebantur.* Cum vulgatis noſtri libris facit Vegetius l. I. c. II. *ſinguli pali in terram defigebantur.* at illic in MSS. quatuor inveni quoque *in terra.* l. IV. 21. *ſtrabes in terram praealte defigitur.* duo ibi etiam *terra.* ut Graeci. ὡς ὅτ' ἐν γαίῃ κατίπηξεν Homer. Il. λ, 378. Sequentia Cl. Salmaſius haec ita mavult legere *defigerent. Intra eos.* Et ſane *que* abeſt a Coll. Voſſiana. perperam autem nonnulli MSS. & Edd. *interque eos.* Oud.

79 *Ante ſigna noſtra*] Celeberrimus affinis meus, & Salmaſius legunt. *Anteſignanorum aciem recepit. Anteſigna* ut ait Salmaſius fol. 50. prima ſigna ſunt, ut *Poſtſigna* poſtrema: ut Virgilio *antemala* ſunt mala priora.

Nec enim ignari ſumus antemalorum.

Tibullus 1. eleg. 4.

Quam cito purpureos deperdit terra colores,
Quam cito formoſas populus antecomas.

h. e. quae fuerant ante. l. 21. eleg. 5. v. 66.

Faſtavit fuſa ſed caput anta coma.

l. 11. eleg. 5. v. 10.

Pumex & canas tondeat antecomas.

Catullus de coma Berenices.

Abjunctae paulo antecomae.

Idem.

Sed tu olim magnos vicisti ſola furores.

h. e. τὰς πάλαι. Flaccus. *Olim annis arbor.* Sic & Graeci loquuntur. Euripides Iphigen. Aul. v. 115. πρὸς τῶν πρόσθεν ἥλικες. Hinc *anteſignani*, ut *anteſcholanus* Petronio. Haſtati vero & Principes, primae & ſecundae aciei milites, quod dicantur *anteſignani* fol. 51. quia erant primorum ſignorum, & paribus armis inſtructi haſtis; Triarii *Poſtſigna* tenebant, & inde *Poſtſignani* dicti, utebantur *pilis.* Id non capio. Nam cur idem folio 187. & 188. & ſic ex eo deſcribens Keuchenius ſtatuit, eos eſſe *Velites.* Nimirum exiret quadruplex acies, ſi *anteſignani*, qui Velites ante ſigna pugnant, eſſent

rum clamore, [80] velites & levem armaturam ingerere tela jussit. Quibus factis quadrigae hostium aut inplicitae palis, aut [81] exterritae clamore telisque, in suos conversae sunt, turbaveruntque Macedonum [82] instructuram. Qua ceden-

essent prima acies; nam *Postsignanorum* nomine veniunt *Hastati*, *Principes*, *Triarii*. Sic sibi plerumque adversatur, ut ad Salmasium oppugnandum Salmasio indigeas. *Antesignani* (ut Schelius ad Hyginum docet pag. 36. 37. 38. 39.) non sunt Velites; nec Hastati, & Principes simul; sed prima acies, prima signa, primum armaturae gravis militum agmen; & dicuntur primi *Subsignanorum*. ut anteambulones primi ambulantium. Sylla triplicem peditum aciem ordinavit; primo immisit *antesignanos* opponere, primam aciem, hastatos forte; deinde *postsignanis* [illegible] illis, qui erant in secunda acie, *Principibus* imperavit, &c. tertio sublato universorum etiam *Triariorum* clamore Velites, propter quos ut & equitatum reliquerat intervalla aciebus, ingerere tela jussit. Hic sensus est genuinus, claramque dat distinctionem inter Antesignanos, & Velites. TENN. Optime Salmasius, quamvis male exponens, cap. IV. & C. XVII. emendavit *antesignanorum aciem*; & post eum J. F. Gronovius ad Livium l. XXIII. c. 29. *Triplex stetit Romana acies. Velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa accepta, equites cornua cinxere.* Juvant hanc emendationem, vel certiorem nonnihil praebent Vaticanus, & Leidensis sec. *antesignanam aciem*, & Petrensis *ante signa in nostram*. Ceteri omnes tam scripti, quam editi ante ultimam Scriverii editionem *ante signa nostram a.* Mox *tamen* & *deinde* pro *tum demum* MSS. & Edd. quidam, ut l. 1. 5. 19. OUD.

80 *Velites & levem armaturam*] Non ideo, quia Marius sustulit Velites, & cum Velitibus omnem levem armaturam, ut vult ὁ πάνυ; sed peculiaris loquendi ratio. Caesar. *Numidae & levis armaturae equites.* Nam Numidae sunt equites levius armati. Idem. *Frumentum commeatusque.* quod alibi proprie. *Frumentum & reliquus commeatus.* Livius l. 28. *Tumultuoso genere pugnae equitum Velitumque & levis armaturae.* l. 35. *Quinctius legatique Corinthum redierunt.* Item. *Ut Popilius & ea legatio, quae ad Antiochum missa erat, Romam rediit.* id est, Quinctius & caeteri legati, Popilius & caetera legatio. Nam Popilius & Quinctius erant legationis capita. Haec quidem exempla, ingenue confiteor, suppeditata sunt a Schelio; qui Velites, parmulis & septenis jaculis instructos, comparatione aliorum levium, funda vel arcu solo armatorum, gravis quodammodo armaturae videri putat. Ego credebam, dici per [illegible], quae figura solet quodammodo definire, ut Livius l. XXX. c. 33. *Vias patentes inter manipulos antesignanorum Velitibus (ea tunc levis armatura erat) complevit.* TENN.

81 *Exterritae*] *Excitae* Palat. dein pro *conversae* Petrens. *concussae.*

82 *Instructuram*] Nove dictum, &

dente quum Sulla [83] staret, & Archelaus equitem obposuisset, Romani equites subito emissi, averterunt eos, consummaruntque victoriam.

XVIII. [84] C. Caesar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit, inhibuitque.

XIX. [85] Alexander ad Arbela, quum hostium multitudinem vereretur, [86] virtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinavit, ut circumventi undique pugnare possent.

XX.

& a nemine alio adhibitum verbum pro instructione & positione exercitus pugnaturi. Apud Isidorum occurrit *instructura parietum*, ut observat Fassler. in Supplem. Ling. Lat. Verum hoc loco tres Cantabrigienses, uterque Leidensis, Hillensb. Gudianus, & Vossian. cum Ed. Paris. dant *structuram*: quod verbum apud optimum quemvis occurrit. OUD.

83 *Staret*] Malim, si per veteres MStos liceret, *instaret*. *cedentibus instare* locutio trita est apud nostrum, & alios omnes. §. 9. *cedentibus instandi liberum haberet arbitrium*. c. v. §. 32. Ovid. Metam. XII. 134. *Cedentique sequens instat*. Livius l. I. c. 37. *legiones ferociter instantes cedentibus*. VI. 13. Curt. l. IV. c. 16. *instare cedentibus perseveraret*. Infra non semel hoc verbum etiam corruptum deprehendemus. Mox *consummaverunt* MSS. sex & Edd. VV. OUD.

84 *C. Caesar*] Sine praenomine Leid. sec. & Edd. Italicae. Ceterum de falcatis Gallorum quadrigis nihil omnino reperias in Caesaris commentariis: quamvis satis constet, Belgas, Gallos, & Britannos falcatis covinnis usos fuisse. Silius Ital. l. XVII. 417.

incola Thules
Agmina falcifero circumvenit arta covinno;

ubi vide, & quid de hoc Caesaris ea de re silentio sentiat Vossius ad eum l. IV. B. Gall. c. 24. *praemisso equitatu & essedariis*. OUD.

85 *Alexander ad Arbela*] Pluribus hanc versatilem & quadratam ad Arbela aciem describit Curtius l. IV. c. 13. ubi Freinshemius eam vocat ἀμφίστομον, cum esset πλινθίον τετράστομον, seu τετράπλευρον, ut fuse docuit Salmasius de Re Mil. Cap. XI. cujus praecipua argumenta hic ad verbum rursus descripsit Keuchenius. ἀμφίστομος est duplex phalanx, de qua seq. Ex. Ceterum vide lector, quam ineptire possint librarii. Nam in MSS. & Edd. nonnullis est *ad Archelaum*, vel *Harbelacum*. &c. in Mediceo primo *Clodius Alexander ad Archelaum missus*. Quis non rideat? dein pro *vereretur* Cantabr. tert. *advertteret*. Palat. *verteretur*. & pro *fideret* Medic. pr. *diffideret*. OUD.

86 *Virtuti*] Uterque Mediceus *virtute*. Respice ad Ex. 17. OUD.

87 *Ae-*

XX. [87] Paullus [a] adverſus Perſen, Macedonum regem, quum [88] is [b] phalangem ſuorum duplicem, mediam in partem direxiſſet, eamque levi armatura cinxiſſet, & equitem in [89] utroque cornu collocaſſet; triplicem aciem [90] cuneis inſtruxit, inter quos [91] ſubinde velites emiſit. Quo genere quum profligari nihil videret, cedere inſtituit, ut hac ſimulatione perduceret hoſtes [92] in confragoſa loca, quae ex induſtria captaverat. Quum ſic quoque ſuſpecta calliditate recedentium, ordinata ſequeretur phalanx, equites a ſiniſtro cornu praeter ora phalangis juſſit transcurrere, citatis equis [93] actos [c], ut objectis armis

a Vulgo AEMILIUS P. b Vulgo abeſt is. c Vulgo TECTIS & TECTOS.

87 *Aemilius Paulus*] Sic edidit primus Scriverius: cum MSS. & Edd. omnes, quos vidimus, agnoſcant modo cognomen *Paullus*. Ex nomine *Perſen* ſatis intelligitur, agi de L. Aemilio Paullo, qui in hac hiſtoria apud Livium ſaepius ſolo cognomine *Paulli* venit. Quamquam facile gentile admitterem, ſi vel unus idoneus addiceret Codex. OUD.

88 *Cum phalangem*] Quis? an Paullus? Sic credas ex verbis, ut vulgo concipiuntur, licet nemo dubitare poſſit, quin Perſes intelligatur. Repone igitur *cum is p.* ut habent antiquiores MSS. mei novem, & Editiones vetuſtae. Sic c. 4. §. 4. *Acilius Glabrio adverſus Antiochi regis aciem, quam is* &c. pro *Perſen* in nonnullis *Perſem* & *Perſeum*, fruſtra. Adi Gronov. ad Livium l. XLII. 25. Heinſium ad Vellej. l. 1. 9. OUD.

89 *Utroque*] Petrenſ. *eodem* paullo ante Hittorpii margo *eamque l. armaturae junxiſſent.*

90 *Cuneis*] Salmaſius de r. mil. c. 25. *Cuneos appellavit, manipulos viis diſſeptos, a cuneorum Theatralium forma, quae ſedilium loca erant viis & canalibus interjectis ſeparata, quibus non diſſimiles manipuli inter ſe diſtantes, per interpoſitas vias, quibus diſpeſcebantur. Alias cuneus apud Tacticos forma eſt catervae militum in trigonum ordinatae.* TENN.

91 *Subinde Velites*] MSS. ſex, & Edd. pp. *Velites ſubinde*. Dein *miſit* codices octo, & Edd. eaedem. Sed vulgatum praeſtat. Nihil frequentius eſt variatione verborum *mittere, emittere*, & *inmittere*. ut alibi monui quoque, & infra plus ſemel occurret. Dein *profligati* Medic. antiquior, & Ed. Bonon. OUD.

92 *In confragoſa loca*] Deeſt vox *loca* in Leidenſi ſecundo, quod probo. L. III. 1. 2. *Iter per confragoſa & deſerta emenſus*. Vide plura ad l. 1. 5. 26. *per diverſa*. OUD.

93 *Citatis equis actos, ut objectis armis ipſo impetu perfringerent hoſtium ſpicula: quo genere telorum exarmati Macedo-*

ſes

armis ipso inpetu 94 praefringerent [a] hostium spicula: quo genere telorum 95 exarmati Macedones solverunt aciem, & terga verterunt.

XXI. Pyr-

[a] Vulgo PERFRINGERENT.

nes solverunt aciem, & terga verterunt] Locus, mea quidem sententia, non sanus; & cum libri antiqui desint, ex ingenio, si non persanari queat, saltim tentandus linquitur: in praesentia non aliud mihi occurrit, nisi reponi posse *citatis equis vectos*. nam quod Parisiensis editio praefert, *citatis equis tectis*, mihi nunquam probabit. De conflictu hoc P. Aemilii, & Persei consulendus Livius lib. XLIV. STEW. *Tectos*. Alias *tectis*. Sed Stewechius *vectos*. SCRIV. MSS. 3. Reg. & 3. Hill. *tectos* habent. Quartus Reg. *tectis*. TENN. *Vectos*, quod conjecit Stewechius, uti & Lipsius, ut ex Libri ejus margine patet, probari posset ex l. II. c. V. §. 6. *qui rapidius vecti per ignota loca*. MSS. & Edd. habent *tectos*, vel *tectis*; nisi quod in Palatino sit *raptis*, & in Petrensi *actos*. Quod unice verum est. *agi equis* est rapide vehi, ut *navis agitur vento*, & multa similia. Nam cave, scribas *raptos*, quod in mentem alicui venire posset eodem sensu. Sed *rapi equis* non est vehi in equis, at trahi, ut apud Ovidium l. II. Am. I. 32.

Raptus & Haemoniis flebilis Hector equis.

Mallem tum potius ob Palatinum Codicem *raptis equis actos*. Sed non est opus. OUD. *Actos* ex MS. pro *tectos* legendum docui. Sed quidam conjecerant *vectos*. quod mihi in memoriam revocavit locum Livii L. XXV. c. 13. *divisis copiis Hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad urbem pergit. Mago cum equitatu*, tectus *collibus ad* tegendas *insidias oppositis subsistit*. Varie illa *tectus*, *tegendas* corrigere tentant Viri docti. Mihi videtur legendum: *Mago cum equitatu* vectus *vel* invectus, *collibus* &c. IDEM *Cur. post.*

94 *Perfringerent*] Unus Hill. *Pra fringerent*. unus Reg *Praefigerent*. alter *Praefingerent*. Ortwinius ex Voss. *Praefringerent*. h. e. cuspides spiculorum frangerent. TENN. *Pra-figerent* Vaticanus, & Edd. Romana, & Bonon. Sed *praefringerent* optime exhibent Hillensberg Leidens. pr. Medic. & Edd. Paris. Hittorp. ac Wechel. Livius l. VIII. c. 10. *Hastas aut praefregissent, aut hebetassent*. l. XXXII. 17. *Neque praecidere hastas poterant, & si quam incidissent aut praefregissent*. Adde Gronov. ad l. XXVII. 33. & Drakenb. ad Sil. Ital. l. V. 242. *praefracta robora*. atque ita lege quoque e MSS. in Tibull. l. IV. El. I. 90.

Aut lento praefregerit obvia pilo.

vulgo *perfr.* OUD.

95 *Exarmati*] Ed. Paris. *armati* male. Macedones exarmati sarissis phalangem solvere coacti sunt. Sic *exarmati veneno serpentes* Silio l. I. 411. De hac pugna vide Livium l. XLIV. 41. Plutarchum in Paullo Aemilio p. 266. aliosque. OUD.

XXI. Pyrrhus [96] [a] pro [97] Tarentinis apud [98] Aſculum, ſecundum [99] Homericum verſum, quo peſſimi in medium recipiuntur, dextro cornu Sa-

[a] Vulgo EPIROTARUM REX additur.

96 *Epirotarum Rex*] Haec verba ſunt ſubjecta. Nusquam enim in MSS. occurrunt. Summum ducem Pyrrhum fuiſſe apparet ex Hannibalis teſtimonio, apud Plutarchum Flamin. fol. 381. Juſtin. 25. 5. Cicer. 1. Offic. c. 12. Donatus ad Eunuchum 4. 7. 13. Idem hoc jam Pyrrhus factitavit. *Pyrrhus peritiſſimus ſtrategematon fuit: primusque quemadmodum ea diſciplina per calculos in tabula traderetur, oſtendit.* Eſſet vita felicior, optimoque exemplo inſtrueretur, ſi Pyrrhi ſcripta de arte militari ſupereſſent. Aelianus Tactic. c. 1. *Pyrrhus etiam Epirota, quemadmodum copiae inſtrui deberent, ſcripſit: & Alexander ejus filius, Clearchus, itemque Pauſanias, Euangelus, & Polybius Megalopolitanus, vir in vario literarum ſtudio delectatus, & Scipionis familiaris.* TENN. Malo exemplo Scriverius de ſuo tacitus addidit duas voces *Epirotarum rex*, quae in nullo MSto, nec antiqua editione comparent. Forſan id fecerit, quia apud noſtrum hoc honoris nomen aliquoties adjicitur: verum etiam ſine eo in aliis exemplis occurrit. ut c. IV. §. 19. *Adverſus Pyrrhum*: ubi tamen rurſus intruſit Scriverius *Epirotarum regem.* Sed cur ergo hoc non fecit quoque l. IV. c. 1. §. 3. *Pyrrhus delectori*: ubi tamen, ſi usquam, magis erat neceſſe: nam in ceteris locis ex adjuncta hiſtoria patet de Epirotarum rege agi, illic vero meminit tantum, quid Pyrrhus delectori militum aliquando dixerit. OUD.

97 *Tarentinis*] Quod Keuchenius ait in optimis membranis erratum eſſe, & probat *Tarantinis*, ut & c. 4. 13. id ego in nullo reperi, & libenter antiquariis ſolis relinquendum judico. OUD.

98 *Aſculum*] In Apulia. Flor. 1. 18. ubi vide. Editio Romana *Aeſculum.* Sic l. III. c. 17. §. 8. in nonnullis MSS. *Eſculani.* Apud Florum quoque l. III. c. 18. in duobus Leidenſibus codicibus *Aeſculum.* Quibus adde, quae monui ad Lucanum l. II. 469. ubi vulgo *Eſculea arce* pro *Aſculea* edebatur, quod tamen jam mutavit Cortius. Arbor *Eſculus*, ſeu *Aeſculus* forſan anſam huic ſcripturae dedit. OUD.

99 *Homericum verſum*] Qui eſt Iliad. Δ. 300.

Κακὸὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν.
Ὅφρα καὶ ἀν ἰθὺν τις ἀνωγαίη πολεμίζῃ.

Ignavos autem in medium coëgit. Ut etiam non volens quis neceſſitate proeliaretur. Hinc lege cum Lindenbrogio apud Amm. l. 24. *Caterys peditum infirmis medium inter acies ſpatium, ſecundum Homericam diſpoſitionem praeſtituit.* male vulgo. *Firmis.* TENN. Locum Ammiani c. 6. invenire potes. Mediceus pr. *Homeri.* Dein *reciperentur* Leid. Sec. Mox *Samnites* Medic. Sec. & Edd. Italicae, item *ac Tar.* uterque Medic. & eaedem Edd. Rdidi autem *Bruttios & Sallentinos.* vulgo *Brutios* & *Salentinos.* Conſule Heinſ. & Drakenb. ad Silium l. VI. 15. VIII. 575. per duplicem *ll.* eſt etiam in Petrenſi. OUD.

100 *Ta-*

Samnitas Epirotasque, ſiniſtro Bruttios atque Lucanos cum Sallentinis, in media acie [100] Tarentinos collocavit, equitatum & elephantos in ſubſidiis eſſe juſſit. Contra Coss. aptiſſime diviſis [101] in cornua equitibus, legiones in prima acie & in ſubſidiis locaverunt [a], & iis inmiſcuerunt auxilia. Quadraginta millia utrimque fuiſſe conſtat. Pyrrhi dimidia pars exercitus amiſſa, apud Romanos quinque millia deſiderata ſunt.

XXII. Cn. Pompejus adverſus [102] C. Caeſarem, [103] Palaepharſali [b] triplicem inſtruxit aciem, qua-

a Vulgo COLLOCARUNT *b* Vulgo PALUSTRI PROELIO PHARSALIAE, PALAEOPHARSALI.

100 *Tarentinos*] Quorum ignavia, mollities, & luxuria eſt nobiliſſima. Juvenalis Sat. 6. vs. 297.

Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.

Horatius.

Vacuum Tibur placet, ut imbelle Tarentum.

Aelianus l. 12. c. 30. Ταραντῖνος ἐν ἴδιον ἦν, οἷον μὲν ἐξ ἐυθηνίας, μαθόντα δὲ περὶ τρυφὴν ἀγεννῆ. Florus l. 1. c. 81. *Aurum, purpura, ſigna, tabulae Tarentinaeque deliciae.* Silius vocat leves Tarentinos l. 11.

Inde Phalanteo levitas dilapſa Tarento
Auſonium laxare jugum.

Servius 3. Aeneid. 550. *Tarentum, in quo molles & luxurioſi naſcuntur.* Vide de luxu gentis Athenaeum l. 12. TENN.

101 *In cornua*] Palat. & Voſſ. *in cornu. acie in ſubſidiis* Edd. primae. Pariſ. & *ſubſ.* Hillensb. *inſidiis.* Tum *collocaverunt* Voſſ. Sed tres Cantabrig. Vaticanus, ambo Medicei, & Leidenſes cum Edd. primis *locaverunt.* recte. praeceſſit *collocavit.* Simplex hoc verbum reſtitui quoque §. ſeq. Dein & *in iis* Petrenſ. *cum his* Leid. ſec. In ſequentibus mutavi e MSS. tantum non omnibus verborum ordinem. vulgo erat. *Utrinque quadriginta m. conſtat ſ.* In Mediceo antiquiore XLVIII. Tandem in Edd. Rom. & Bonon. *quinque deſiderati ſunt* ſine *millia*, quod & ab MSS. quinque abeſt. Forſan dederat auctor v. *millia deſiderati ſ.* Qua de locutione plura dicenda erunt ad l. IV. c. 2. §. 7. cll. *barbarorum proelio ſuperati ſunt*, e MSS. Oud.

102 *C. Caeſarem*] Uterque Mediceus ſine praenomine.

103 *Paluſtri proelio Pharſalico*] Leg. *parricidali proelio Ph.* PARRHAS. Hoc mihi fierum aenigma eſt. videant, & conſiderent amplius, ſi quibus Hortenſii

quarum ſingulae denos ordines [104] in latitudinem habuerunt [a]. Legiones, ſecundum virtutem cujus-

[a] Vulgo HABERENT.

ſphynx domi eſt. a libris enim hactenus adjuvamur, ut alii etiam *paleſtrialis*, alii *palepharſali*, referant. quae talia ſunt, ut etiam magis mihi aqua haereat: ſuſpicabar igitur, legendum *illuſtri proelio*. ſed ſomnium hoc merum. MOD. Repererat in libris Franciſcus Modius, *palaeſtrialis*. in aliis, *palaepharſali*. quae ipſe aenigmata mera fatetur; ideoque ſcribendum videri, *illuſtri praelio*. Atqui mea opinio alia eſt: nam illud *paluſtri*, ut rejicere vix auſim, facit ipſe Frontinus verbis ſubſequentibus. *Siniſtrum latus, ne circuiri poſſet, admovit paludibus*. Praeterea, illud *palaepharſali* dictum, ut multa alia more Graecorum. Q. Curtius lib. 4. *Legati reſpondent, eſſe templum Herculis extra urbem, in ea ſede, quam Palaetyron vocant*. Idem lib. eodem: *Magna vis ſaxorum ad manum erat Tyro vetere praebente*. Sic *Palaeopolis* urbs antiqua: ſic *Palaepaphus*, in qua antiquum Veneris Paphiae templum. Sic *Scepſis* & *Palaeſcepſis* apud Stephanum, apud Strabonem l. 3. l. 13. l. 14. apud Ptolomaeum lib. 5. cap. 14. & lib. 3. cap. 13. & aliis locis ſexcentis. Quin, omiſſis ſuperioribus, unus Oroſius poterat ſatisfacere; qui lib. 6. cap. 15. *Hic*, inquit, *exitus pugnae ad Palaeopharſalum fuit*. De qua pugna Lucanus lib. 6. Dio lib. 42. Vellejus lib. 2. Appian. lib. 2. & ipſe Caeſar l. III. STEWECHIUS. *Palaeopharſali triplicem*. Ita legendum. Vulgo eſt *paluſtri proelio Pharſaliae*. SCRIVERIUS. Hirtorpius. *Paluſtri proelio Pharſaliae*. Modius invenerat. *Palaeſtrialis*. Sed ſuſpicatur legendum *Illuſtri proelio*. Nugae. MSS. 2 Reg. *proelio Pharſaïce*, duo alii Reg. & 3. Hill. *Palaeſarſalis*. L. *Palaepharſali*. Sic Hirtius l. de bell. Alex. c. 48. *Caeſar ad Dyrrhachium Pompejum obſidebat, & Palaepharſalicum feliciter gerebat*. Sic alia multa dicta Graecorum more Mela l. 1. c. 7. *Paphos, & (quae primum ex mari Venerem egreſſam accolae affirmant) Palaepaphos*. Curtius l. 4. c. 2. *Legati reſpondent, eſſe templum Herculis extra urbem, in ea ſede, quam Palaetyron vocant*. Eodem libro. *Magna vis ſaxorum ad manum erat Tyro vetere praebente*. Oroſius l. 6. c. 15. *Hic exitus pugnae ad Palaeopharſalum fuit*. Sic Scepſis & Palaeſcepſis apud Strabonem l. 3. l. 13. & l 14. apud Ptolomaeum l. 5. c. 14. & l. 3. c. 13. TENN. Vide Strabonem lib XVII. p. 518. (m. 795.) ἐν τῇ τῶν Περσῶν Μαγῶν ἐκφεύγει εἰς Παλαισκήψεις πρὸς τὸ Πάλλαιον. Eutropius Lib. VI. A. V. C. DCCVI. *Deinde in Theſſalia apud Palaeopharſalum* &c. Ita ibi vetus Eliae Vineti Codex. Vulgo *apud Pharſaliam*; alii *apud Pharſalum*. Immo Hirtii, ſive Oppii locus de Bello Caeſaris Alexandrino *Palaeopharſali rem feliciter gerebat*. Ita legendum ex fide MSS. lib. Urſiniani, & veterum Editionum Florentinae, ac Lugdunenſis Gryphii; in quibus diſerte ita exſtat, cum hodie fere eodem, quo apud Frontinum vitio legatur *proelio Pharſalico*. Vide editionem ultimam Raphelengii hoc anno caſtigatiſſime editam. *Palaepharſali* Scaliger ad oram.

Pale-

jusque, firmissimas in cornibus, & in medio collocavit; spatia his interposita tironibus [105] subplevit, dextro latere [106] sexcentos equites [107], pro-

Palepharsalis MSS. Commel. in fol. alter ejusdem *Paleofars.* Scriv. *Cur. post.* Defendit D. Vossius ad Caesarem l. III. B. Civ. c. 88. *palustri proelio*; quia mox sequitur *admovit paludibus*: Sed quia locus erat palustris, non tamen ideo proelium ibi gestum potest dici *palustre.* Praeterea in nullo MSto *palustri* comparet. *Palustrialis* & *palaestrialis proelio Pharsalis*, *vel Pharsaliae* Medicei, & Edd. pp. *pugna Pharsalica* Leidens. sec. & Palat. *pugna farsalis* Vatican. *bello Pharsalico* Petrensis. *Palepharsalis* Leidensis primus, & Cantabrigiensis B. Publ. & Edd. Wechelii, ac Hittorp. In marg. *Palaepharsali*: quod cum Scaligero, Lipsio, Stewechio, & Tennulio unice verum esse censeo, quamvis & *Palaeopharsali*, ut Leidenses MSS. Eutropii, & Codd. quidam Hirtii habent, non omnino damnem. Sed praestat id, quod diserte exhibent emendatissimi codices, & clare Livius l. XLIV. c. 1. *Castra in Thessalia circa Palaepharsalum habebat.* & Strabo l. IX. p. 439. ἐπὶ τῆς Παλαιφαρσάλου. Oud.

104 *Haberent in latitudinem*] MSS. octo, vel novem meliores & Ed. Paris. *in latitudinem habuerunt.* quod cur mutatum sit, caussam non video. duo ex iis *latitudine* male. Verum non facile dixeris, quid Frontinus hoc loco intelligat per *ordines.* Conjicit Lipsius legendum in *altitudinem*; vel pro *denos* M. seu *mille ordines*, vel etiam, per *ordines* a Frontino indigitari cohortes denas in singulis aciei frontibus in ordine suo stantes. V. Lips. in Mil. Rom. l. IV. D. 8. Sic c. 4. §. 2. *hastatos subduxit ordinibus.* Adde Schel. ad Hygin. pag. 815. *Latitudo* ergo erit τὸ μῆκος seu extensio; cum *altitudo* erit densitas καὶ τὸ βάθος, ut Graeci loquuntur. Verum errare virum doctissimum docuit idem Illustris Schelius ibid. p. 883. &c. *Latitudo* enim in acie tactice significat τὸ βάθος, seu *altitudinem*; *longitudo* autem τὸ μῆκος; at in agmine res contraria est. Decem vero ordines de βάθος, justus erat in acie instruenda numerus. Gloss. *contubernium* διαζυγία, ἀσία, βάθος, τῶν ἀσιῶν. Plura vide loco adducto. Oud

105 *Subplevit*] Uterque Medic. *inplevit.*

106 *Sexcentos equites*] De his equitibus in dextro Pompeji cornu ad Enipea positis nullam faciunt mentionem nec Plutarchus, nec Caesar l. III. c. 88. ubi videndus Vossius. Sed videtur eorum meminisse Lucanus l. VII. 224.

At juxta fluvius, & stagna undantis Enipei
Cappadocum montana cohors, & largus habenae
Ponticus ibat eques &c.

Oud. De his vide etiam Eutrop. L. VI. c. 20. Oros. L. VI. c. 15. Idem *Cur. post.*

107 *Propter flumen*] Male in Regio *Prope* (& in uno Medic. *per*) Varro de r. r. l. I. c. 26. *Neque propter eas adserunt vites, quia inter se haec inimica.* Lucretius l. VI. v. 627.

propter flumen [108] Enipea [a], [109] quod & alveo ſuo & alluvie regionem inpedierat, reliquum equitatum in ſiniſtro cornu cum auxiliis omnibus [110] locavit [b], ut inde Julianum exercitum circuiret. Adverſus hanc ordinationem Julius Cae-

a Vulgo ENIREUM. *b* Vulgo COLLOCAVIT.

Quanto quaeque magis ſint terram ſidera propter,
Tanto poſſe minus cum Coeli turbine ferri.

Salluſtius Catil. 59. *Ipſe cum libertis & colonis propter aquilam aſſiſtit.* Ovidius VIII. Met. fab. 4.

Propter humum volitat, ponitque in ſepibus ova.

Tacitus I. ann. c. 50. *Stratis etiam tum per cubilia propterque menſas.* II. ann. 41. *Arcus propter aedem Saturni dicantur.* IV. ann. 41. *Tranſlata hinc caſtra hoſtem propter.* ibidem c. 54. *Cum propter diſcumberet.* Plautus Rud. proſ. v. 18. *Propter mare.* Terentius Eun. 2. 3. 76. *Interdum propter dormiet.* Virgilius eclog. 8. 87.

Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva.

Plautus Curcul. 4. 1. *In medio propter canalem.* TENN.

108 *Enipeum*] MSS. *Enipeam* & *Enipean*. L. *Enipea*. Sic & Valerius Flaccus inflectit. I. 1. v. 83.

Ipſe ego praecipiti tumidum per Enipea nimbo
In campos & tuta tuli.

Cadit in Penea. Herodot. 7. 129. Ovid. l. 1. Metam. 15. fab. Homer. Iliad. 2. v. 237. Scholiaſtes. Εὐπεὸς Ἡλίδος ποταμὸς καὶ Θεσσαλίας. TENN. Non dubium eſt, quin auctor perpetuo ſuo more, de quo ſaepius monendum fuit & erit, Graecam terminationem adhibuerit *Enipea*. conſtanter enim omnes mei *Enipeam*, vel *Enipea* habent. Vide etiam Cl. Burmann. ad Valer. Flacc. locum, & nos ſupra ad §. 6. OUDEND.

109 *Quod & alveo*] Leidenſis pr. duo Cantabrigienſes, Mediceus pr. Hillensb. & Coll. Voſſiana cum Edd. Rom. & Bonon. *qui*. quod placet. *in alveo* Ed. Rom. Mox *alluvione* Voſſ. De *alluvie*, vel *eluvie*, & *illuvie* conſule Gronovium ad Livium l. 1. c. 4. *in proxima alluvie*. Nihil muto, ſed tamen magis inclino in *eluvie*. Appoſitus eſt Curtii locus l. VI. c. 5. §. 20. *torrentesque & eluvies iter morabantur*. OUD.

110 *Collocavit*] Decem MSS. *locavit* recte. Praecedit, & ſequitur in hoc exemplo *collocavit*. Vide etiam Ex. antecedens. Dein *circumiret* & *circumiri* MSS. pauci. pro *Julius* in quatuor MSS. C. in Medicéo *Pompeji*: rectius. Sed facile & *Julius* & C. & *Pompeji* carere poſſemus, nec a manu Frontini eſſe opinor. Dein *triplice* eſt in Edd. ante ultimam Scriverii, & quibusdam MSS. Inſerius *equitem poſuit* dedi e MSS. vulgo *p. eq.* paullo poſt Leid. ſec. *inmiſcuit* & uterque Medic. *pedites*. OUD.

Caeſar & ipſe triplici acie, diſpoſitis in fronte legionibus, ſiniſtrum latus, ne circuiri poſſet, admovit paludibus. In dextro cornu equitem poſuit, cui velociſſimos miſcuit peditum, [111] ad[a] morem equeſtris pugnae exercitatos: [112] Sex[b] deinde cohortes in ſubſidio retinuit, ad res ſubitas; ſed dextro latere converſas in obliquum, unde equitatum hoſtium exſpectabat, collocavit. Nec ulla res eo die plus ad victoriam Caeſari contulit: effuſum namque Pompeji equitatum inopinato [113][c] excurſu averterunt, caedendumque tradiderunt. XXIII. Im-

a Vulgo ET AD. *b* Vulgo SED. *c* Vulgo additur SUBINDE LATI.

111 *Et ad morem*] Duo Cantabr. ambo Leid. Palat. Hillensb. Gud. Voſſ. carent τῷ &. Vere. Velociſſimi peditum erant exercitati ad morem equeſtris proelii. Nam intelliguntur *velites*. v. l. IV. 7. 29. Stewech. ad Veget. III. 16. *ad modum* Medic. pr. dein *exercitos* Keuchenius in Arceriano eſſe teſtatur. v. ad l. II. 1. 9. Mox *ad res futuras* Wechelii Ed. & Medic. ſec. *ſex deinde d. l.* OUD.

112 *Sed deinde c. i. f. r. ad res ſubitas*] *Ad res futuras*, alii. inficete. legerim etiam lubenter & hic & in ſeqq. *ſed dextro latere*, &c. & *ſex* utrobique pro *ſed*, quod minus convenire videtur. Qua de re conſulatur inſe Caeſar III. de bello Civili. MOD. Adſentior iis, qui pro *ſed* utrobique ſubſtituendum putant *ſex*. Id ut faciam, primum mihi auctor Plutarchus in Pompejo, ubi de Caeſare acies inſtruente loquens, *ſex cohortes*, ait, *e legionibus eductas legioni decimae a tergo locavit, juſſitque, eas quietem agere*. Iterum in Caeſare. *Ex poſteriori acie ſex clanculum venire cohortes juſſit; quas poſt dextrum diſpoſitas cornu, quid opus eſſet facto, praemonuit*. Meminit quoque Appianus, & alii. STEW. Lege cum Modio *ſex deinde*, & ſtatim *ſex dextro latere*. TENN. *Sex deinde* jam legit Lipſius in Mil. Rom. l. IV. D. 8. & D. Voſſius ad Caeſar. l. III. c. 89. *Timens, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumvenirentur ex tertia acie (quae conſtabat VI. legionibus) ſingulas, (al. ſenas) cohortes detraxit, atque ex his quartam inſtituit, equitatuique obpoſuit*. Deinceps emendationem hanc firmavit Cl. Waſſe ad Salluſt. B. Jugurth. c. 63. auctoritate Codicis Petrenſis, cui ego nunc addo utrumque Mediceum; in quibus etiam *ſex dextro l.* ut Modius, Stewechius, & Tennulius volebant. Sed male. nam easdem cohortes, quas detraxit Caeſar, equitatui in obliquum obpoſuit, non alias: unde fierent duodecim contra hiſtoriae veritatem. Lucan. l. VII. 522. *tenet obliquas poſt ſigna cohortes* &c. Voſſius legebat &. OUD.

113 *Subinde lati*] Scribo *ſubinde elati*. Vocalem ſecundam bis ſcribere librarii noluerunt.

XXIII. Imperator [114] Caesar Augustus a Germanicus, quum subinde [115] Catti equestre proelium, in silvas refugiendo, [116] diducerent, jussit suos

a Abest vulgo AUGUSTUS.

Quod genus hominum nimis quam negligentissimum, istiusmodi compendiis scripturae maximas turbas dedit. Sciunt, qui membranas volutarunt. STEW. Haec verba sunt adulterina, & absunt ab omnibus MSS. TENN. In meorum quoque codicum nullo, si forte Gudianum excipias, nec in Editionibus Italicis comparent; quare delevi intrusa ex sequentibus *subinde Catti*. OUD.

114 *Caesar Germanicus*] Omnes MSS. *Caesar Augustus Germanicus*. TENN. Mei quoque, & Editiones vetustae praeter Palatin. addunt *Augustus*; quod pravo judicio Keuchenius censet adjectum a correctoribus ex vetustis numismatis, quae non credibile est ante renatas litteras a librariis fuisse oculis attentis usurpata. Non nummi tantum, sed, quod magis attendendum est, semper noster de Domitiano loquitur adposito *Augusti* titulo. v. l. I. 1. 8 3. 10. l. II c. 15. 7. l IV. 3. 14. Fors & ad *Domitianus* addendum, ut diserte factum in Petrensi; nisi id ad illustrationem sit adjectum. OUD.

115 *Catti equestre proelium*] Equidem parum cati illi, quicunque istos Catios, novum genus hominum, & orbi Romano, ne dicam soli, incognitum primi producere conati sunt. Nec est, quod de Catheis somniemus, quorum meminere Orosius lib III. cap. 19 Ptolomaeus lib. VII. alii. Hi enim Indiae populi, quos Alexander Magnus adiit, dum Porum superavit, teste Strabone lib. XV. Nos Caesari Germanico laudem suam eripi non patimur, populoque huic nomen reddimus, scribendo, *Catti equestre proelium*. secuti in eo Dionem, Strabonem, Orosium, Florum, Tacitum, & Martialem; apud quem epigram. II. pro *Dacis* reponendum *Cattis*, olim monuit in suis Epistolicis I. Lipsius. STEW. *Catti*. Ita legendum cum Stewech. Vulgo *Catii*. SCRIV. Scaliger jam etiam ad libri sui marginem correxerat *Catti*. Consule commentar. ad Martial. l. II. Ep. 2.

Frater Idumaeos meruit cum patre triumphos.
Quae datur ex Cattis laurea, tota tua est.

Stat. l. I. Silv. I. 26.

Qui nec in externos facilis saevire furores
Das Cattis Dacisque fidem, te signa ferente,
Et minor in leges iret genet & Cato castris.

Quo loco nihil putem movendum. Sensus esse videtur, uti alii jam explicarunt, *Pompejus se tibi submitteret, & Cato exiret castris sive arma deponeret, ac, licet se non submittens, neutrarum fieret partium.* Optime ex Catonis indole, quantum fere poterat Statii adulatio. Adde de Domitiani in Cattos victoria numismatum collectores. MSS. hic vehementer turbant. *Cum subringati* Medic. pr. *cum subincati* sec. *cum inde Cathi* Leidens. pr. *c. submethati* sec. *Chati* Cantabr. Bibl. pub. *Cathi* Petrens. *c. subincrati* Edd. Italicae. *Cathi* Palat. *Catthi* Gudian vero proxime. OUD.

116 *Diducerent*] Optime ita. male

ſuos [117] equites, ſimul atque [118] ad inpedita [a] ventum eſſet, equis deſilire, pedeſtrique pugna confligere. Quo genere conſecutus eſt, [119] ne quis non locus ejus victoriam miraretur.

XXIV. C. Duilius, quum videret graves ſuas na-

[a] Vulgo IMPEDIMENTA.

male igitur alii, *refugiendo reducerent*. ſententia enim poſtulat verbum, quod ſparſum equitem ſignificet; *diducendi* autem huic rei unicum. Sic Caeſar lib. VI. Bel. Gal. *Dimittendae plures manus, diducendique erant milites.* Porro puto etiam in fine omiſſo πῷ *non*, legi poſſe, *ne quis locus ejus victoriam moraretur.* pro *ne quis non locus ejus victoriam miraretur.* etſi melius hoc eſt. MOD. Profecto id nunc primum eſt, cum apud Romanum ſcriptorem lego, *diducere proelium.* neque ſatis capio, quid hoc ſibi velit: corrigendum ſuadeo *proelium in ſilvas refugiendo ducerent.* Enim *proelium ducere* eleganter dicimus, quomodo Caeſar, & alii plus centies dixere, *bellum ducere*, id eſt protelare, protrahere, procraſtinare. Pari quoque phraſi Cicero *rem ducere*, hoc eſt rem proferre. STRW *Reducerent* eſt in ſolo Vaticano, & Edd. Pariſ. Hittorp. & Wechel. *Diducerent* eſt in Medic. pr. & Voſſ. quod notaret *dirimerent*, finirentque proelium refugiendo in ſilvas. Sed in ceteris MSS. & Edd primis eſt *deducerent.* quod ego praeferrem, junctis *in ſilvas deducerent refugiendo.* i. e. per fugam traherent proelium usque in ſilvas. OUD.

117 *Equites*] Deeſt in Vaticano, & Leid. ſec. Medic. pr. *milites.* Dein *ad* a manu prima non agnoverunt Mediceι. forſan & hic *ſimul ad i.* fuerat, pro *ſimul ac ad i.* OUD.

118 *Ad impedimenta*] Unus Hill. 3. Reg. *Ad impedita.* Sic & Gronovius conjecerat, explicans *ſilvas.* Supra c. 2. n. 9. *Arboribus proſtratis impedivit.* Nepos in Miltiade c. 5. *Arborum tractu equitatus hoſtium impediretur.* TENN. Nullus hic inpedimentis locus. *Inpedimentum* Leid. ſec. *inpedimento* Medic. Sed veriſſime *inpedita* Leideuſis primus, ut voluit Gronovius. Sic *impeditior ſaltus* Livio, *inpeditiſſimae ſilvae* Hirtio, & paſſim *loca inpedita*, quod ſubſtantivum ſaepe in talibus abeſſe ſolet. c. 5. §. 24. *ad patentia.* Conſule notata ad l. 1. 5. 26. OUD.

119 *Ne quis non locus ejus vict. mir.*] Non inconmoda illorum verborum ſententia; attamen prae illa, *ne quis locus ejus victoriam moraretur.* Victoriam enim ad multos dies remorati videbantur Catti. cum ad ſilvas & loca ardua impedita ſaepius ſeſe reciperent Sic Curtius lib. IV. *Unam eſſe urbem, quae curſum victoris morari auſa eſſet.* STRW. Lege cum Modio, Stewechio, Gronovio. *Ne quis locus e. v. moraretur.* Curtius l. IV. *Unam eſſe urbem, quae curſum victoris morari auſa eſſet.* Seneca Suaſor. 2. *Si nihil aliud, erimus certe belli mora.* Virgil. *Belli mora concidit Hector.* Florus IV. 9. *Mora publicae ſecuritatis.* TENN. Licet cuncti MSS. retineant *miraretur*, non dubium tamen mihi eſt, quin cum viris doctis ſit reſcribendum *moraretur.* Juſtin. l. 1. c 10. *Si ea res victoriam mo-*

naves mobilitate Punicae classis [1] eludi; inritamque virtutem militum fieri, excogitavit manus ferreas, quae ubi hostilem adprehenderunt navem, superjecto ponte, transgrediebatur Romanus, & in ipsorum ratibus cominus eos [121] trucidabant [a].

a Vulgo TRUCIDABAT.

moraretur. Caesar B. Civ. l. 11. c. 39. *hoc omne victoriam morari videretur.* Livius l. XXI. 5. *id morari victoriam rati, quod interesset amnis.* At audacius est ejicere *id non*, ubi putem, aliud mendi quid latere. Uterque Mediceus *ne quis ut loci.* An *ne quidvis loci*, vel *ne quis id loci* i. e. eo loco? OUD. Plura lectionem *moraretur* confirmantia congessi ad Suet. Calig. c. 6. *ne quid gestientes vota reddere morarentur.* Apud nostrum forsan pro *non*, sensui contraria voce, substituendum est *omnino:* quod scribebant librarii per *oio.* IDEM *Cur. post.*

120 *Eludi*] Male *elidi* Cantabrig. unus. *Erudi* Paris. Ed. pr. dein *irritam* sine *que* Medic. cum Edd. pr. Item Medic. antiquior. *manicas.* ut *manus ferreas* appellat Lucanus l. III. 565.

Aut alias manicaeque ligant teretesque catenae.

Sed nil temere innovo. Alii *manus ferreas* vocare amant. De iis vide Schefferum in Mil. Nav. l. II. c. 7. Quem compilavit hic rursus Keuchenius & E. Simsonum Chron. ad A. M. 3745. dein *adprehenderunt* retinui cum Tennulio ex utroque Mediceo, Hillensb. & Edd. Italicis. Reliqui *adprehenderent. Navibus* item pro *ratibus* Palat. Medicei, & Ed. princeps. *manibus* Bonon. OUD.

121 *Trucidabat*] Monuit Keuchenius, in Ed. Paris. melius & figurate legi *trucidabant.* Recte; atque ita optimi MSS. Palatinus, Petrensis, & Mediceus prim. Adi congesta ad l. I. c. 4. §. 8. *In eam persuasionem hoste perducto, ne ullam viam ad progressum Romanorum tenerent.* OUD.

CAP. IV.

De acie hostium turbanda.

EXEMPLUM I.

Papirius Cursor [1] filius, Consul [a], quum aequo Marte adversus obstinatos [2] Samnites con-

a Vulgo FILIUS CONSULIS.

1 *Filius Consulis*] Necessario legendum secundum MSS. binos Reg. & unum Hill. *Filius Consul.* Illa enim tempestate consules curabant exercitus. Fuisse ipsum consulem apparet ex Frontini verbis *Victorem adesse collegam.* Collega enim non dicitur,

concurreret, ignorantibus ſuis, praecepit [3] Spurio Nautio [a], ut pauci [4] alares [b], & agaſones mulis in-

a Vulgo NAUCIO. *b* Vulgo CALONES.

niſi reſpectu alterius conſulis. Florus I. 16. *Per Fabios & Papirios patres, eorumque liberos ita ſubegit & domuit.* TENN. Non tantum Conſulis, ſed Dictatoris Papirii (ita enim hoc nomen ſcribendum, & non per *y*, ut vulgo fiebat, probant lapides & nummi) fuit filius. Ipſe autem, ut bene obſervat Tennulius, erat tunc Conſul. Praeter noſtrum, Valerium Maxim. l. VII. 2. 5. Oroſium l. III. 22. locuples teſtis eſt Livius l. X. c. 38. &c. *Sequitur hunc annum Conſul inſignis L. Papirius Curſor, qua paterna gloria, qua ſua, & bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem praeter L. Papirium patrem Conſulis* (ſic legendum cum viris doctis, non *Conſulem*) *pepererat* &c. Praeterea *Conſul* exaratum eſt in Gudiano, Voſſiano, & Mediceo pr. a. m. ſecunda, uti jam olim ad ſui exemplaris marginem correxit ſummus Gronovius: Quod idcirco lubens repoſui. OUD.

2 *Samnites*] Arcerianus, probante Kenchenio, *Samnitas*, cui adſtipulatur Petrenſis, noſtri more. cap. praec. §. 21. *Samnitas Epirotasque.* lib. tamen pr. c. 8. 3. & l. II. 1. 8. *Samnites* in accuſativo ſervant Codd. ſed & illic *Samnitas* reſcribendum judico. Adi praeterea l. II. 7. 8. 12. 4. OUD.

3 *Spurio Naucio*] MSS. *Spurio Nautio.* quem Livius l. IX. c. 21. facit conſulem cum *M. Popillo.* TENN. *Nautium* per *t* eſſe ſcribendum, ut bene hic MSS., ex inſcriptionibus, faſtis, aliisque monumentis conſtat, uti etiam ex Servio ad Virgil. l. II. Aen. 166. III. 407. V. 704. *Tum Sextius Nautes.* Vehementer vero errat Tennulius, cum putat, hunc *Spurium Nautium* eundem eſſe, quem Livius l. IX. facit Conſulem. Is enim Conſul fuit A. V. C. CDXXXVIII. Haec autem hiſtoria accidit A. V. C. CDLX; ut veriſimile videatur, noſtrum fuiſſe Conſulis illius filium. Certe Papirii legatus fuit, & Dux alaribus cohortibus in hac expeditione, ut ex Livio conſtat. OUD.

4 *Calones*] 3. Reg. 2. Hill. & Voſſ. *alares.* quartus Reg. *allares.* tertius Hill. *olares.* Alares equites ſunt auxiliorum. Liv. l. 49. *Alarii equites, poſtquam tam memorabile facinus Romanorum equitum vidêre, & ipſi virtutis eorum accenſi.* Vulgata praeſtat. dicuntur a Κάλα *ligna.* Errat Kenchenius, qui vocem σιφωναρίους ſcribendam judicat. Nam Heſychius. Καλὰ ὀξυτόνως τὰ ξύλα, καὶ ἀντὶ ἐπιφθέγματος τὰ καλᾶς, παροξυτόνως δὲ τὰ ξύλα. Feſtus. *Calones militum ſervi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci* Κάλα vocant. Nonius. *Calonum proprietas haec habetur, quod ligna militibus ſubminiſtrant.* Gloſſae Calo, δοῦλος ὑποζύγιος. Frontinus. IV. 1. 6. *Equitibus non amplius, quam ſingulos calones habere permiſit.* Eorum opera Duces uſi etiam ſunt. Livius IX. 37. *Dolabrae calonibus dividuntur ad vallum proruendum, foſſasque implendas.* Plauto dicuntur *caculae.* Gloſſarium. *caculae* δοῦλοι στρατιῶται. Feſto *Calatores* a Καλῶ. quia vocari ſemper poſſent. TENN. *Celares* Hittorp. Ed. margo. *Alares* conſtanter retinent mei MSS. omnes, niſi quod in Petrenſi ſit *Alucres*; idque contra Tennulium cenſeo prave permutatum eſſe in *calones*, quod fecit Bonon. editor Beroaldus, cum in Rom.

insidentes, ramosque per terram trahentes, [5] a colle transverso magno tumultu decurrerent: quibus prospectis, proclamavit, victorem adesse collegam; [6] occuparent [a] ipsi praesentis proelii gloriam: quo facto, & [7] Romani fiducia concitati

[a] Vulgo UT o.

Rom. editione inveniſſet *Celeres*. Non enim calonibus & agaſonibus ſolis hoc Strategema commiſiſſet Papirius; ſed paucos iis additos ab eo fuiſſe equites ratio dictat. Quemadmodum Ex. 6. a Mario factum eſſe refert auctor, *Marcellum cum parva manu equitum peditumque noctu poſt terga hoſtium miſit, & ad implendam multitudinis ſpeciem, agaſones lixasque armatos ſimul ire juſſit.* Et de Sulpitio Livius l. VII. c. 11. *Agaſonibus circiter mille effectis, centum admiſcet equites.* De ſe Caeſar l. VII. B. G. c. 45. *Mulionesque cum caſſidibus, equitum ſpecie collibus circumvehi jubet: Iis paucos addit equites.* Similiter Antipater "Ορνε πολλὰς καὶ ἀμιθρους συνιταξεν εἰς ἴλας, καὶ ἀνεβίβασεν ἄνδρας ἱππεῖαν ἰκανὴν ἔχοντας. προσέταξε δὲ ἑκάστῃ ἴλῃ τὴν πρώτην ζυγὸν ἀλληθινῶν ἱππέων, teſte Polyaeno Strateg. l. IV. 4. 3. Sed quid dubitamus de veritate vocis *alares?* Ita legendum eſſe ſatis nos docet unus Livius l. X. c. 40. *Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus in tumulum conſpectum propere circumducere jubet &c.* & c. 41. *Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat: pulverem majorem, quam pro numero excitabant: inſidentes mulis calones frondoſos ramos per terram trahebant* &c. Mox una voce auctior eſt Hillensberg. Cod habens *multis mulis:* duo alii *inſedentes.* CUD.

5 *A colle transverſo.*] Hinc Livius. *Ex transverſo pulvis velut ingentis agminis inceſſu motus adparuit.* Male Sanut. *discurrerent* & Petrenſis *concurrerent*; ut & ſtatim *inſpectis* Medicei, & Edd. Italicae cum Sanuto. *perſpectis* Leid. ſec. vulgato deterius. OUD.

6 *Ut occuparent*] MSS. *Occuparent & ipſi.* TENN. Delevi conjunctionem conditionalem, inconcinne inſertam, auctoritate Codicum meorum novem, nec non Livii, *clamitans, victorem collegam adeſſe, adniterentur vincere, priusquam gloria alterius exercitus fieret.* & in meis libris non comparet, nec debet. Vide etiam Cl. Waſſe ad Sall. B. Jugurt. c. 53. OUD.

7 *Romani fid. concitati &c.*] Lege ex MS. *& Romani fiducia concitati propulere: propulſi terga vertere.* PARRHAS. Alii *Romanis f. concitatis.* ſed quo tum verbum *propulere?* MOD. Unus Reg. *concitati hoſtes propulere.* TENN. Locus foede inquinatus, quem tamen MStorum ope repurgare conabimur. *Romanis f. concitatis* Edd. omnes veteres. *concitata* Leidenſis pr. In Palatino deeſt *fiducia.* Loco τῦ *propulere* uterque Leidd. ambo Medicei, Hillensb. & Edd. Romana, Bonon. Pariſienſis A. 1515. *pro pulvere.* Petrenſis *prae pulvere.* ἀντὶ τῦ *propulſi* unus Medic. Leidenſ. ſec. Petrenſis *pulſi.* Mediceus antiquior, Vaticanus, Hillensb & Voſſian. cum Ed. Pariſ. *perpulſi*; immo Voſſ. pro varia lectione *perculſi.* Habemus jam *prae pulvere perculſi*, quae vera ſunt. Sed inſuper poſt *concitati* addunt uter-

que

sati sunt, & Samnites prae pulvere perculsi [a] terga vertere.

II. [8] Fabius Rullus [b] Maximus quarto Consulatu in Samnio, omni modo frustra conatus aciem

[a] Vulgo C. PROPULERE PROPULSI T. V. [b] Vulgo F. RUTILIUS.

que Mediceus, & Leidensis sec. & *Samnites*, & tandem Petrensis *sunt & hostes*. Unde quis non videt, elapsa hic esse quaedam, & rescribendum *Romani fiducia concitati sunt, & Samnites prae pulvere perculsi t. v.* Sanutus *Romani concepta fiducia pavefactos hostes terga vertere compulerunt.* Ipsam sic damus MSS. lectionem in Petrensi *hostes* supplementum videtur esse elapsae vocis *Samnites*. *Prae pulvere* necessarium est. Hoc enim studuerat Papirius, ut maximus moveretur pulvis, & is falleret Romanos simul & Samnitas, quod operose describit Livius, quid deinceps addit: *Tum instant Volumnius & Scipio, & perculsos* (Samnitas) *sternunt.* Alias conjecturas addere supervacuum puto, cum haec vera mihi videatur, quam recepi: quia in vulgatis sensus non est idoneus, quamvis sic satis arrideat *R. f. concitati hostes propulere, & Samnites prae pulvere perculsi t. v.* Vide Ex seq. & omnino simile exemplum l. IV. c. 7 §. 20 Dein *verterunt* nonnulli MSS. OUDEND.

8 *F. Rutilius Maximus*] Gronovius *Fabius Rullianus Maximus*. TENN. Vulgata lectione nihil ineptius est, jungente duo nomina gentilia *Fabii* & *Rutilii*: quod tamen retinent MSS. nisi quod *Maximus Rutilius* in Petrensi sit. Rescripsimus monitu Scaligeri, ita ad oram codicis sui notantis, *Fabius Rullus Maximus*, vel, si mavis, *Maximus Rullus*, qui alias & *Rullianus* dicitur, ut in monumentis Capitolinis aliisque, unde ita ubique quidam Viri Docti malunt scribere. Et certe eo magis etiam inclinat animus meus; licet apud Graecos saepissime audiat Ῥοῦλλος: nam in talibus Latinis ipsis plus fidei tribuendum videtur, quam Graecis. *Rullus* tamen edidi tam hic, quam infra, quia hoc magis accedit ad MStorum lectionem, & noster multa exempla sua non ex Latinis, sed Graecis auctoribus desumsit, quod probatu facillimum foret, nisi haec res esset longioris operis, quam breves hae notulae sinunt. *Rulli* cognomen fuit in gente Servilia quoque, e qua si adoptatus esset in Fabiam gentem, *Rulli* nomen etiam potuisset gerere noster Fabius, ut constat ab adoptatis aliquando retentum fuisse quoque verum suum cognomen. Consule Illustr. Spanhem. T. 2. Praest Num. 78. &c. Non vero tunc dici posset *Rullianus*, nam a cognomine haec forma non descendit, sed a gentili nomine, debuissetque vocari agnomen *Servilianus*. Quod ipsum etiam usu venit deinceps in eo Fabio, qui A. V. C DCXII. Consul fuit. Verum nusquam tradi scio, hunc nostrum *Fabium Rullianum*, seu *Rullum* e Servilia gente fuisse, & a Fabiis esse adoptatum. Quod autem nomen hoc passim corruptum sit in *Rutilius* vel *Rutilianus*, consule viros doctos ad Livium l. VIII. 29. Valer. Maxim. II. 7. 8. III. 2. 9. Aurel. Vict. c. 32. & nos infra ad l. IV. 1. 35. 39. VI. 1. OUDEND.

9 *Per-*

ciem hoſtium [9] perrumpere, noviſſime haſtatos ſubduxit ordinibus, & cum Scipione, [10] legato ſuo, circummiſit, juſſitque collem capere, ex quo decurri poterat in hoſtium terga. Quod ubi factum eſt, [11] Romanis crevit animus, & Samnites perterriti fugam molientes caeſi ſunt.

III. [12] Minucius Rufus Imperator, quum a [13] Scordiſcis Dacisque premeretur, quibus inpar erat numero, praemiſit fratrem, & paucos equites una cum aeneatoribus; praecepitque, ut quum vidiſſet contractum proelium, [14] ſubitus ex diverſo

9 *Perrumpere*] Petrenſis *irrumpere*. Palatin. Medic. pr. Vaticanus, Cantabrig. tert. Voſſian. & Edd. Italicae *prorumpere*, ut &. §. 17. ſed vide ad l. 1. 5. 12. 11. 8. 9. Sic *perrumpere munitiones* Caeſar B. Gal. l. III. c. 26. *munitionibus perruptis*, non *proruptis*, ut volebant Voſſius, & Daviſius; melius tum foret *prorutis*, ut *proruere vallum* aliquoties occurrit. Adi Doct. Snakenburg. ad Curt. IV. 3. 7. *prorutis lapidum cumulis. perrumpere ſtationes* infra l. IV. c. 1. §. 17. &c. Aliter *prorumpere* ſine caſu notat etiam e porta erumpere, praeceps incurrere ſupra Medic. ſec. *omnino c.* OUD.

10 *Legato ſuo*] *Legatos ſuos* Cantabrigienſes tres, Leidenſis pr. & Hillensberg. cum Ed. Pariſ. *Suos* etiam Medic. prim. Forſan a praepoſitione *cum* expulſum eſt *C. Marcii* nomen: nam Livius, qui hanc pugnam in quarto Fabii Rulliani conſulatu factam pluribus, ſed aliter, quam noſter, enarrat l. X. c. 28. 29. ait inter alia *ſuperveniunt deinde his reſtituentibus pugnam L. Cornelius Scipio, & C. Marcius cum ſubſidiis ex noviſſima acie, juſſu Q. Fabii Conſulis ad praeſidium collegae miſſi.* pro *capere* Sanutus *occupare*, MS. Petrenſ. *excipere*. OUDEND.

11 *Romanis*] Leidenſis ſec. *Romano* recte, noſtri & omnium hiſtoricorum ſtilo. paullo ante *transgrediebatur Romanus*. OUD.

12 *Minutius Ruffus*] Vide Eutropium IV. 38. Epit. l. LXV. Flor. III. 4. TENN. In Leid. ſec. *A. Min.* Sanuto *Amutius*. male: nam appellabatur *Marcus*. Ceterum e nummis, & inſcriptionibus edidi *Minucius Rufus*. Confer Pigh. Ann. T. 3. p. 128. & 133. OUD.

13 *Scordiſcis*] Keuchenio e MS. Arceriano placet *Scodriſcis*, quia urbs eorum Graece Σκόδρα; atque ita de hoc populo loquitur quaſi ignobilis eſſet, & raro in hiſtoriis occurreret, cum Scordiſci, (quomodo & in tabulis Capitolinis vocantur) celeberrimi fuerint, Dalmatiae confines populi; & aegre tandem a Minucio devicti. Interim quae adfert de σκόδρα & σκόδρα furatus eſt a Salmaſio ad Florum l. II. c. 13. ubi vide Cel. Dukerum, & de Metathefi litterae, Gudium ad Phaedri Fab. 25. OUD.

14 *Subitus.*] MSS. tres *ſubito*. perperam. Adi ad l. 1. 4. 13. *ſubi-*

ſo ſe oſtenderet, juberetque, aeneatores concinere. [15] Sonantibus montium jugis, ſpecies ingentis multitudinis obfuſa eſt hoſtibus, qua perterriti dedere terga.

IV. [16] Acilius [a] Glabrio Cos. adverſus Antiochi regis aciem, quam is [17] in Achajam [18] prò an-

a Vulgo ATTILIUS.

ſubitus evaſit. & §. ſeq. *ſubitus apparuiſſet.* MSS. duo, & San. *vidiſſent* & *oſtenderent.* Male itidem in fine San. MSS. 5. & Edd. Rom. ac Par. *effuſa.* Ed. Bonon. *affuſa.* Vatic. *viſa.* Proprium enim hac in re eſt *offundere.* Conſule, quos laudavi ad J. Obſeq. c. 124. & Heinſium ad Valer. Flacc. l. IV. 482. ac Comment. ad Curt. l. IV. 9. 15. *Caligine, quam fumus offuderat.* & c. 12. §. 20. *Caligo, quam humidi offuderant montes.* Utrobique vulgo *eſſ.* Hoc compoſitum reddendum eſt quoque Lactantio e MS. veterrimo L. II. c. 16. *Humanis pectoribus errores effundant;* vulgo *infundant.* OUD.

15 *Sonantibus.*] Frequens eſt apud poëtas, ut *montes clamore ſonare* dicantur. Adi modo Ovid. l. III. Met. 703. VI. 589. Senec. Hippol. 38. Oedip. 570. Herc. Oet. 1895. & paſſim. Nihilominus hoc loco me nondum poenitet conjecturae, quam laetor, me etiam a ſummo Gronovio ad marginem codicis ſui adtextam vidiſſe, *reſonantibus.* Syllaba *re* ſine dubio abſorpta fuit a praec. voce *concinere.* Hoc compoſitum ſexcenties de Echo occurrere, quis neſcit? Eodem fere modo Curt. l. VIII. c. 10. 16. *juga montis collesque reſonabant.* OUDEND.

16 *Attilius.*] *Acilius* ſcr. SCRIV. MSS. *Acilius.* Sic quoque Gujetus, & Gronovius. TENN. *Acillius* etiam Leidenſ. pr. Gudianus. & Voſſ. cum Edd. Bonon. Pariſ. Hirt. & Wechelii. quod reſtitui. Praeter Plutarchum in Catone, & alios hujus M. Acilii Glabrionis Strategema multis commemorat Livius l. XXXVI. c. 14. & ſequentibus. *Acilius* juſſerat etiam reſcribi Lambinus ad Nepotem p. 296. OUD.

17 *in Achaiam*] MSS. duo *Achaia.* Quod non opus eſt. Nam *in* hic notat *intra Achaiam*, ut ſaepius jam monuimus. Thermopylae enim ſunt in *Phthiotis Achaeis.* V. Livium loco citato. OUDEND.

18. *Per anguſtias Thermopylarum*] Livius c. 15. dicit *inter ſaltum Thermopylarum ſeſe recepit.* & c. 16. *intra portas loci eſus caſtris poſitis, munitionibus inſuper ſaltum impediebat.* Verum MSS. omnes conſtanter hic edunt *pro anguſtiis*, hoc eſt ante, in ore anguſtiarum. Huc facit Plutarchus in Catone p. 343. Ἀντίοχον φράξαι τὰ περὶ Θερμοπύλας στενὰ τῷ στρατοπέδῳ καὶ τοῖς αὐτομόλοις τῶν τόπων ἐρύμασι, περιβαλὼν χαρακώματα καὶ διατειχίσματα, καθῆστο, τὸν πόλεμον ἀπαλλαγὴν νομίζων, τὸ μὴ κατὰ τὸ στόμα διάζεσθαι παντάπασιν ἀναγώνιστον οἱ Ῥωμαῖοι. Celſi igitur MStorum auctoritati, quam ſecuti etiam ſunt Editores Pariſienſes. De verbo *direxerat*, pro quo Arcerian. male *deduxerat*, conſule Cl. Waſſe ad Salluſtii B. Jug. c. 99. Infra c. V. §. 24. *per collem, qui inminebat, & in lateribus anguſtiarum aciem direxit.* §. 27. *Directa acie ad Cannas.* OUD.

angustiis [a] Thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non [19] inritus tantum, sed cum jactura quoque repulsus esset, nisi circummissus ab eo [20] Porcius [b] Cato, [21] qui tum, jam consularis [c], Tribunus militum a populo factus in exercitu erat, [21*] dejectis [22] jugis [23] Callidromi [24] Aetolis [a],

a Vulgo PER ANGUSTIAS. b Vulgo M. PORCIUS. c Vulgo JAM CONSULARIS desunt.

19 *Irritus*] Scribere se ait Keuchenius *territus*, non *irritus*. Non feciſſet, ſi ſibi ob oculos poſuiſſet Livii verba c. 18. *Multi temere ſubeuntes vallum tranſfixi ſunt; & aut incepto irrito receſſiſſent, aut plures cecidiſſent, ni M. Porcius* &c. Mox *facturis* Hillensberg. & pro *niſi* Medicei, & Edd. Italicae ac Pariſ. *ubi*, ac Petrenſ. ſimpliciter *miſſus*. OUD.

20 *M. Porcius Cato.*] Praenomen hoc Scriverio rurſus debetur. Nam Scripti, & Edd ante illum non agnoſcunt: crebro noſtri more. *Cato* ſimpliciter Gudianus. Rectius in ſequentibus addidiſſet duo verba, ut videbimus. OUD.

21 *Qui tum tr. m. a. p. factus*] S. Hill. *Qui tum, jam conſularis, tribunus m. a p. factus.* Ecce Gronovius in MSS. cod. invenit. Conſtat ex Livio, Catonem tunc conſulatu functum. TENN. Reſtitui Frontino duas voces *jam conſularis*, quas inepte Keuchenius, inventas in Edit. Pariſienſi, pro Gloſſemate habet, & nihili ducit. Agnoſcunt eas quoque tres Cantabrigienſes, ambo Leidenſes, Gudianus, Palatinus, Vaticanus, & Mediceus antiquior. *conſularis* etiam eſt in Editionibus Romana, & Bonon. pro *tum* Mediceus alter *jam*. Diſerte Plutarchus Catonem eo nomine laudat, quod jam conſularis non dedignatus eſt ſub Acilio militiam ſequi, ut Tribunus, p. 542. & Livius l. cit. c. 17. *Conſul' poſteaquam inſeſſa ſuperiora loca ab Aetolis vidit, M. Porcium Catonem & L. Valerium Flaccum, Conſulares legatos* &c. *Catonem in Callidromum mittit*, ubi videndi Glareanus, & Sigonius. OUD.

21* *Dejectis jugis* &c.] Nemo refragabitur huic noſtrae correctioni *dejectis a jugis Callidromi a:colis, qui eum praeſidio tenebant.* PARRHAS. Aliam & veriorem videbis in noſtris aliorumque notis. Defendit autem Wopkenſ. Miſc. Obſ. Vol. VIII. p. 34. iſta *dejectis jugis* pro *a* vel *de jugis*: quia ſatis intelligitur, *dejectos jugis* fuiſſe *Aetolos*. Ego tamen numquam credam, Frontinum tam ſcabra oratione uſum fuiſſe, utut ſimilia aliquot exempla proferri poſſint: quale eſt in Auct. de mundo p. 714. *columnis navigantibus dextrum latus* &c. ubi tamen diverſi ſunt caſus de illis, qui navigant a columnis Herculis in mare mediterraneum. Male quidam ediderunt *columnas*. Veget. l. III. c. 19. *in campis ſparſis atque ſecuris*, ſc. militibus. OUD. *Cur. poſt.*

22 *Jugis*] Lambinus l. cit. ad Nepotem emendat *de jugis*. Certe *dejectis jugis Aetolis* nequaquam elegans eſt. Putarem ego, ab auctore relictum *dejectis jugo C. Aetolis*, ut eſt apud Livium, niſi, ſequentia *qui ea pr.* &c. ut legendum eſt, me inhiberent.

Quam-

iis [a], qui ea praesidio tenebant, super [25] imminentem [b] castris regiis collem, a tergo subitus ad-

[a] Vulgo MONTIS AET. Q. PR. TENEBANTUR. [b] EMINENTEM vulgo.

Quamquam posset dici, illa esse corrupta, postquam *jugo* in *jugis* jam ablerat, & reponendum *qui id.* OUDEND.

23 *Callidromi montis Aetolis, qui praesidio*] Intricata lectio; nec in libris auxilium: nam quod quidam pro *Aetolis*, *Calliodromi acolis* habebant, id etiam a portento (nisi forte *Callidromi accolis* ex eo faciendum est) propius abest. Legerim tamen ego ex Plutarcho (qui sexcentos Aetolos cacuminibus Callidromi montis ab Antiocho praesidio impositos, a Catone profligatos scribit) *dejectis jugis Callidromi montis Aetolis, quorum praesidio tenebantur*: aut certe, *qui ea praesidio tenebant.* Malimque etiam postea *super imminentem regiis castris collem*, quam *supereminentem.* Considerent docti. Mod. Scio, Aetolos in Callidromo praesidere solitos; testante id ipsum praeter alios Livio l. XXVII. *Igitur Philippus*, inquit, *dejecto praesidio, fusis Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant.* Nihilo secius suspecta mihi illa, *qui praesidio tenebantur.* Deinde, quod alii in libris reperisse se ajunt, *Callidromiacolis*; id puto olim fuisse *Calliaromi colis*, & utrumque illud *collis* & *montis* pro glossemate induco; scriboque, *dejectis jugis Callidromi Aetolis*: Livius l. XXXVI. *Extremos ad Orientem montes, Oetam vocant; quorum quod altissimum est, Callidromum appellatur.* Adeundus & Strabo l. IX. Appianus de bellis Syriacis; item Plutarchus in Catone. STEW. Recte suspicatur Stewechius. *montis* esse glossam, nam in MSS. & Edd. pp. legitur tantum *Callidromi accolis* vel *Callimontis dromiacolis*; unus *montis Callidromi* certo indicio *montis* fuisse suprascriptum. & rescribendum modo *Callidromi Aetolis. Montis* etiam nomen non addunt Plutarchus, nec Livius. Sic *montem* esse glossam vidimus l. I. 8. 3. OUD.

24 *Qui praesidio tenebantur*] Unus Reg. duo Hill. *quae praesidio*, & sic Gujetus. TENN. Vulgatum non est Latinum. unde Lambinus emendabat *quorum* sed hoc nimis recedit a vulgata scriptura. Petrensis *ab Aetolis qui praesidio detinebantur.* Unde conjicere possis, *Aet. qui praesidio inibi erant. Praesidio* & *in praesidio esse* saepissime Livius & alii. l. III. c. II. §. 2. *Qui praesidio illis erant.* De voce *inibi* monuimus quoque supra. Sed Mediceus antiquior. Leidensis prim. & Edd. Rom. Bonon. ac Parif. etiam exhibent *quae pr.* unde sine haesitatione lego *qui ea pr. tenebant*, ut conjecit Modius. Vide ad l. I 8 11. Contra *praesidio tenebantur* depravatum est in *tenebant* l. III. c. 6. §. 7. OUD.

25 *Super eminentem castris regiis collem, a tergo subitus apparuisset.*] Necessario emendandum *super imminentem castris.* Audi Livium: *M. Porcius Cato*, inquit, *ab jugo Callidromi, dejectis inde Aetolis, & magna ex parte caesis (incautos enim & plerosque sopitos oppressérat) super imminentem castris collem apparuisset.* Proelium hoc, quo de agitur, Attilii Glabrionis, & regis Antiochi, commissum anno Urbis DXLV. M. Claudio Marcello, T. Quinctio Cri-

apud Calamarcum educturus [34] militem, adversus Castum & [35] Gannicum [a] duces Gallorum, duodecim cohortes cum [36] C. Pomptinio [b], & [37] Q.

a Vulgo CANIMOCUM. b Vulgo C. PROMPTINO.

Camalatrum. Legendum fortasse an, *M. Livinius Crassus, fugitivorum bello, ad caput Silari amnis.* Quomodo fere Orosius lib. v. cap 35. Vel *ad Silarum amnem.* sed vide infra ad exemplum 34. Capitis sequentis. SCRIV. Eadem varietas in MSS. ab Ortelio visis, & meis. In Mediceo antiquiore *Calamacium*, in altero, & Vossiano *Calamatium*, & Edd. pp. vel *Calamatrum.* Quod verum nomen sit, cum ignarissimis nescio. *Calamatium* placebat Phil. Cluverio Ital. Antiq l. IV. p. 1256. qui putat idem fuisse, quod hodie *Capachio Vecchio*, & infra eodem modo scribendum esse. In Lucania rem gestam esse constat, non vero in Apulia, ut est apud Eutropium l. VI. c. 7 *Montem* indigitari patet quoque ex nostri verbis *post montem*, & in altero loco *praedicti montis.* Ex Orosio autem liquet, non accidisse ad Silarum amnem; ait enim *priusquam ipsum Spartacum ad caput Silari fluminis aggrederetur, Gallos auxiliatores ejus Germanosque superavit.* OUD.

34 *Militem*] MSS. Medicei, & Edd Italicae male *milites*, eodem sensu. OUD.

35 *Castum & Caninocum*] Lege *Castum & Tanonicum.* PARRHAS. Alii, *Cistrum & Tanonicum.* Sed videtur ex Plutarcho legendum *Castum & Canicium.* Vide Crassi vitam. MOD. *Gannicum*, sive *Cannicum* videtur legendum ex vestigiis meliorum codicum: & sic ipse Frontinus hoc libro cap. seq. exemp. 33. ubi repetita est haec historia: ibidemque diserte legitur *ex fugiente Casti & Gannici*, sive *Cannici.* Plutarcho in vita Crassi, Καστίου καὶ Κανικίου καὶ Κάσσιου, *Cajus Cannicius & Cassius.* Livio l. XLVII. est *Granicus.* Vide Orosium l. V. c. 24. &, qui ab eo sua mutuati. Paulum Diacorum Histor. Miscellae l. VI. & Freculfum tom. I l. V. c. 16. Mox sub finem hujus exempli est in membranis *decucurrissent*, pro *decurrissent.* SCRIV. C. V. §. 34. MSS. *Casti & Gannici* diserte habent. Hic *Canonicum*, *Caninocum*, *Camnocum*, *Camincum* & similia, quae pugnant magis pro Plutarchi p. 540. Καννικίου *Gannicum* tamen ob seq. locum & Livii corruptum *Granicum* cum Cluverio recepi. OUDEND.

36 *Cum Cato Porcio, & quem Mario Ruffo*] Lege ex MSS. *cum C. Pontinio & cum Martio Ruffo.* C. Pontinii praeter alios meminit Cicero. PARRHAS. *Cum Pomptinio & cum Minucio Rufo*, vel *& C. Min. R.* legendum docui. Male in Dionis l. XXXVII. p. 50. & l. XXXIX. p. 120. Ed. Hamb. & in Edd. quibusdam Cicer Catil. III. c. 5 & alibi Πομπτῖνος, *Pomptinus.* OUD. *Cur. post.*

36 *C. Promptino.*] Nusquam occurrit tale nomen Romanum. Rescribe mecum *C. Pomptinio*, ut exhibent clare ambo Leidenses, Petrensis, & Ed. Paris. alii *Pomponio*, *Promptinio*, *Poncinio*, *Catone Porcio.* Fuit *C. Pomptinius*, sive ut alii ex Fastis malunt *Pontinius*, Praetor sub Ciceronis consulatu. Agunt de eo Glandorpius in Onomast. p. 709. & Pigh. in Fast. T. III. p. 322. &

37 Q. Marcio [a] Rufo legatis poſt montem circummiſit: 38 quae quum, commiſſo jam proelio, a tergo clamore 39 ſublato [b] decucurriſſent, ita fuderunt hoſtes, ut ubique 40 fuga, nusquam [c] pugna capeſſeretur.

VIII. 41 M. Marcellus, quum vereretur, ne paucitatem ejus militum clamor detegeret, ſimul li-

a Vulgo CUM Q. MARTIO RUFFO. *b* Vulgo JAM S. DECURRISSENT. *c* Vulgo FUGAM PRO P. CAPESSERENT.

ſaepius. Male in Dionis l. XXXIX. in fine Πομπτῖνος editur. Eodem modo *Pomptinus ager*, *Pomptinae paludes* corrupte in veteribus libris exarantur *Promptinus* & *Promptinae* & *Pontinae* Oud.

37 *Cum Q. Martio Ruffo*] Primo delevi *cum* auctoritate MStorum plerorumque. Dein velim ſcire, num *Rutorum* nomen (nam ſic libri, non *Ruffo*) umquam fuerit in gente *Marcia*. Per *t* vulgo etiam hic *Martio* perperam ſcribebatur. MSS. quatuor cum Edd. primis *Mario*. Praenomen non agnoſcunt Mediç. antiquior & Edd. primae, ſcribentes *& cum Mario*. Mediceus alter *& Gajo Mario*. Leidenſ. pr. *que Marcio*, ſecundus *& C. Marcio*. Forſan pro *cum Q. Marcio* ſcribendum *C. Minucio*. De *M Minucio Rufo* facta eſt mentio §. 8. Ejusdem nominis quaeſtor fuit etiam Pompejanarum partium in bello Civili. V. Glandorpium. *Rufi* nomen adhaeſit multis gentibus, quarum nulla propius accedit ad corruptum *Marcius*, quam *Minucia*. Oud.

38 *Quae*] Uterque Mediceus, & ambo Leidenſes cum Edd. Italicis *qui*. Utrumque probum; nam & ad legatos. & ad cohortes poteſt referri; immo licet ad cohortes referas, vel ſic *qui* per Syntheſin facile admitti poſſit. OUDEND.

39 *Jam ſublato*] Nemo non videt, inconcinnam & inanem hic eſſe repetitionem *τῦ jam*, quod praeceſſit. quare delevi, auctoribus MSS. Mediceis. Leidenſibus, Gudiano, Palatino, Voſſiano, & Edd. Rom. ac Bononienſi Statius etiam edi curavi *decucurriſſent*. nam praeter Scaligerii & Keuchenii codices ſic exhibent MSS. meorum quinque optimi, & Ed. Pariſ. V. ad l. 1. 5. 15. Oud

40 *Fugam pro pugna capeſſerent*] MSS. omnes *ut ubique fuga, nusquam pugna capeſſeretur*. recte TENN. Sic etiam ſex mei meliores. *fugatis quod p. capeſſeretur*, uterque Mediceus. *capeſſeretur* etiam Leidenſ. pr. *fuga, nusquam pugna capeſſeretur* verum eſt ſine dubio. Lucan. l. VII. 532.

nulla ſecuta eſt
Pugna; ſed hinc jugulis. hinc
ferro bella geruntur. Oud.

41 *Marcellus*] Praenomen *M.*, ut alibi, recte addunt duo Cantabrig. Gudianus, Leidenſ. pr. Palatin. Hillensberg. & Voſſian. dein *ita* non comparet in utroque Leidenſi, Gudiano, Palatino, Hillensb. & Voſſ. in Mediceo *itaque ſic h.* In fine Ed. Rom. *ſpeciem extrivit*, Pariſ. *ſ. terruit*. MS. Commel. *deterruit*. Oud.

fixas calonesque; & omnis generis sequelas conclamare jussit; atque ita hostem magni exercitus specie exterruit.

IX. Valerius [42] Laevinus [a]; adversus Pyrrhum, [43] [b], occiso quodam gregali; tenens gladium cruentum, utrique exercitui persuasit, Pyrrhum interemtum. Quamobrem hostes destitutos se ducis morte credentes, [43*] consternati a mendacio, se pavidi in castra receperunt.

X. Jugurtha, [44] in Numidia, adversus C. Marium; quum Latinae quoque linguae usum ei conversatio pristina castrorum dedisset, in primam aciem [45] procucurrit [c], & occisum ab se C. Ma-

a Vulgo LEVINUS. b Vulgo EPIROTARUM R. c PROCURRIT vulgo & A SE.

42 *Levinus*] Notat Kencheninus, in suo MSto non male exaratum esse *Laevinus*. quod unice verum est. per diphthongum *ae* Graece, & in antiquis marmoribus aliisque monumentis Latine per *ae* ubique scribitur. Vide praeter alios Pighium T. I. Ann. p. 421. ubi jam emendavit Plutarchi vitiosum Ἀλεῖνος, & aliorum *Lavinius*. Correximus hoc quoque l. IV. c. 7. §. 7. OUD.

43. *Epirotarum regem*] Haec in MSS. verba nusquam apparent. TENN Praeced. cap. §. 21. jam monui, nimis liberalem hic fuisse Scriverium, qui haec verba primus addidit. In meis etiam Codicibus non inveniuntur. Sed in Medic. pr. *adv. P. agens*. Mox vulgo contra MSS. *exercitui utrique*. In Leid. sec. *ex. Pirri*. In Vaticano deest *exercitui*. Dein Medic. antiquior *const. e mendacio*. Cantabrigienses, teste Wasseo, *de m.* ut l. I. 5. 28, *de insidiarum metu*. Nil tamen muta. *a* notat *per*, *prae*. Curt. l. V 3. *Vates adhibere coepit a superstitione animi*. Tandem plerique *in castra se pavidi*. a Leidens. pr. absunt *in castra* OUD.

43* *Consternati a mendacio*] Vide Dukerum ad Florum L. I. C. 23. *moribundos a sejunctione*. OUD. *Cur. post*.

44 *In Numidia*] Vossian. a m. pr. *in India*. Mediceus uterque *Numida*, rectius vulgato quamquam utrumque a lectore quodam additum videtur. Bis jam auctor Jugurthae meminit, sed utrobique sine tali additamento. l. I. 8. 8. 11. I. 13. OUD.

45 *Procurrit*] E MSS Cantabrigiensibus jam monuit Cl. Wasse ad Sallust, scribendum esse *procucurrit*; quibus adstipulantur Gudianus, Leidens. pr., Hillensb. Medic. & Vossian. cum Ed. Paris. quod jam saepe habuimus. Unus *decurrit*, alius cum Edd. primis *praecurrit*, perperam. dein *ab se* dedi auctoritate Medicei pr. OUD.

46 *Tum*

Marium [46] tum Latine [47] clare praedicavit, atque ita multos noſtrorum avertit.

XI. [48] Myronides Athenienſis, dubio proelio adverſus Thebanos [49] rem gerens, repente in dextrum ſuorum cornu [50] proſiluit [a], & exclamavit, ſiniſtro jam ſe viciſſe: qua re & ſuis alacritate, & hoſtibus metu injecto, vicit.

XII.

a Vulgo PROSILUIT.

46 *Tum Latine*] Haec deſunt MSS. TENN. Voces hae olim jam ſuſpectae Clariſſimo Waſſe, non comparent quoque in tribus Cantabrigienſibus; quare libenter eas deletas vellet. *Tum* abeſt etiam a Mediceo pr. In alio *cum*. Ego quoque e gloſſa eas in textum irrepſiſſe putem, niſi fuerit *cum Latine, tum clare*, ut idem conj cit. ſed vide notam ſequentem. OUDEND.

47 *Clare praedicavit*] Quidam *clamare coepit*. MOD. & SCRIV. Unus Reg. *Clamare coepit*. ut Modio conjectum. Salluſtius Jugurth. c. 101. *Ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat, noſtros fruſtra pugnare: paullo ante Marium ſua manu interfectum: ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere, quem in pugna, ſatis impigre occiſo pedite noſtro, cruentaverat.* TENN. *Clamare coepit* placet quoque Reuchenio: & certe ita inveni in Edd. Rom. Bonon. Wechelii, & Vaticano, atque antiquiore Mediceo. In altero etiam *conclamare coepit*. Unde videtur Auctor reliquiſſe *Marium, clare tum proclamare coepit*. i. e. clamavit; quomodo habet Sanutus. In quatuor aliis *praedicavit clare*, certo indicio, aliud quid olim fuiſſe lectum. *Coepit facere* & ſimilia pro *fecit* &c. paſſim apud omnes ſcriptores reperias. c. 7. 14. *Coepit ſignum dare*. In Phaedro nihil eſt frequentius. Vide Indicem. Livius l. XXVII. 26 *Omnes Scipionem coepere* & ſaepe. ut notum eſt. attamen c. 7. §. 4. *clare pronunciavit*. OUD

48 *Myronides*] Sic recte hoc loco MSS. & Edd. Male vulgo *Myrondines* erat l. IV. 7. 21. ubi vide. & de hoc Strategemate Polyaen. l. I. c. 35. 1 unde patet, male in Edd. multis, & Sanuto hic eſſe *dextro*; ἐπὶ τὸ δεξιὸν αἴρας ἀσπίδα OUD

49 *Rem gerens*] h. eſt. pugnans. Liv. IX. c. 35. *Neque miſſilia habebant, quibus eminus rem gererent*. alias eſt praeeſſe imperio. Horatius.

Rem gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes.

TENN. Vide ad Obſeq. c. 125. *proclamavit rem geri*. Caeſ. B. Civ. l. I. 51. Flor. l. III. 3. in f. ſupra c. II. 7. & paſſim. OUD.

50 *Proſiliit*] Medic. pr. & Edd. pp. *praeſilivit*. ſed recte unus Leidenſium, Palat. Hillensb. & Ed. Wech. *proſiluit*. ut ubique in optimis ſcribitur codicibus: & ut alii in aliis auctoribus, ſic nos in Lucano paſſim reſcripſimus. V. ad l. I. 188. idem reſtitui c. 8. §. 13. l. IV. 6. 2. 7. 12. OUDEND.

XII. [51] Croesus praevalido hostium [52] equitatui camelorum gregem obposuit; quorum novitate

51 *Croesus*] Gronovius legit *Cyrus*. quia ei fuit camelorum copia, & hoc ingenium. TERR. Cyrum hoc strategema adhibuisse contra Croesum, constat ex Herodoti lib. I. c. 80. & Polyaeni l. VII. 6. 6. Qui ni auctoris sit error, quod credam potius, posset conjici, olim lectum fuisse *Cyrus Croesi p. equitatui.* sed ita contra *Cyro* adscribit, quod Dario accidit l. III. c. 3. §. 4. *Cyrus* repopi hic etiam voluit Ill. Cuperus Diss. I. de Elephantis c. 2. OUD.

52 *Equitatui*] Tres Reg. *Equitatu.* Ablativus saepe pro Dativo usurpatus. Virgil. IV. Georg. 158.

Namque aliae victu invigilant.

vs. 198.

Quod nec concubitu indulgent,
nec corporis segnes
In Venerem solvunt.

I. Aeneid. 274.

Parce metu Cytherea.

VI. Aeneid.

Teque aspectu ne subtrahe nostro.

Sic Vegetius l. I. c. 9. *Sed & cursu praecipue assuefaciendi.* Varro l. IV. L. L. *Praetor dictus, qui praeiret iure, & exercitu.* Livius. *Consul habendo delectu dat operam.* Plautus Rudent. *Hae arundines sunt nobis quaestui & cultui.* contra Dativus cessit loco Ablativi. Plaut. Bacchid. *ista sunt lepida memoratui.* Varro. *A quo quod indigenti pecui, poma data esse putant.* Silenus. *Alii saltui ac velocitati certare.* Caeterum haec historia est apud Herodot. I. c. 80. Κάμηλον ἵππου φοβερώτερα, καὶ εἰς ἀνάχυσιν ἥκει τῇ ἐμῇ γνώμῃ. Camelos etiam produxit contra Lucullum Mithridates, contra Scipionem Antiochus. Plutarch. Lucull. Xerxes Herodot. VII. c. 83. & 87. Artabanus contra Macrinum Herodian. IV. c. 14. Vide de eorum odio adversus equos naturali Plin. l. VII. c. 18. Solinum c. 52. His cursum publicum in angariis habitum Plin. VI. c. 23. & plus centum octoginta septem passuum millia confecta testatur Diodorus Siculus I. XIX. TERR. *Equitatu* etiam Leidens. pr. Mediceus, & Ed. princeps. recte. Non autem est Ablativus, ut putabat quoque Stewechius ad Vegetium l. I. c. 9. *Sed & cursu assuefaciendi*, ut est quoque in sex MSS. a me visis; sed Dativus, qui optimis scriptoribus ubique in usu per apocopen, & in M. S. antiquioribus frequenter invenitur. Adi omnino J. G. Vossium de Analog. l. II. c. 18. & J. Perizon. ad Sanct. Min. l. I. c. 6 ac Comment. VV. DD. ad Propert. I. II. 12. II. I. 68. Virgil. Ecl. V. 29 Georg IV. 158. 198. Valer. Flacc. III. 629. & Sallust. B. Jug. c. 6. *Non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit. Victu* pro *victui* in nonnullis l. III. c. 5. Vide etiam l. II. c. 12. §. 2. De camelis, quae adfert Tennulius, etiam cum numerorum vitiis nam apud Plinium de camelis hoc non dicitur l. VII. sed l. VIII., descripsit e Stewechio ad Vegetium l. III. c. 23. *Camelos aliquantae nationes apud veteres in aciem produxerunt.* Livius l. XXXVII. 40. OUD.

tate [53] & horrore conſternati equi, non ſolum inſidentes praecipitaverunt, ſed peditum quoque ſuorum ordines [54] protriverunt, vincendosque hoſti praebuerunt.

XIII. Pyrrhus, Epirotarum rex, pro [55] Tarentinis adverſus Romanos, eodem modo elephantis ad perturbandam aciem uſus eſt.

XIV. Poeni [56] quoque adverſus Romanos idem fecerunt frequenter.

XV. Volſcorum caſtra, quum prope [57] virgul-

53 *Et horror*] Non temere hanc vocem, a MSS. & Sanuto retentam proſcribere auſim. Praefero tamen multum Cl. Weſſelingi conjecturam *odore*. *Novitas & horror* utrumque tantum ad viſum pertinet; ὀδμὴν addunt Herodotus & Polyaenus Ἵππος δὲ καμήλου φεύγει καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ὀδμήν. Sic aſpectus & *odor* elephantorum conſternat equos, apud Livium, Ammian. & Florum, ad cujus l. 1. c. 18. vide Notas Virorum DD. adde Hirt. de B. Afr. c. 72. *Ut jumenta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpeciem conſuetudine capta non reformidarent.* Oud.

54 *Protriverunt*] *Proterruerunt* Mediceus ſec. *perterruerunt* Edd. Italicae cum Cod. Palatin. *pertriverunt* Ed. Wechel. *proſtraverunt* Leidenſ. ſec. *turbaverunt* Sanut. Omnibus his rectius eſt vulgatum. Adi l. II. c. 2. §. 4. Oud. Nimis grave hoc loco eſt verbum *proterere*. Qui jam a ſuorum equis erant protriti, non potuerunt hoſtibus vincendi praeberi: ſed facile illud perterritis ac perturbatis accidit. Quare nunc omnino praefero lectionem Codicis Medicei *proterruerunt*, cujus gloſſam *turbaverunt* habet Sanutus. Eſt enim *proterrere* aliquem de loco ſuo per terrorem injectum depellere, & ſic proturbare. Vide Burm. ad Virgil. Aen. XII. 291.

Auleſten proterret *equo: ruit ille recedens.*

& quae dixi ad Caeſar. L. I. B. G. c. 58. proterritis *hoſtibus*, *atque in fugam conjectis.* Adde Appulej. L. VIII. p. 164. *ardentibus facibus* proterrebant *feras.* Wopkenſ. in Miſc. Obſ. Nov. ad Juſtin. L. XXII. c. 6. De Cyri camelis conſule quoque Aelian. L. III. Anim. c. 7. L. XI. c. 36. Idem *Cur. poſt.*

55 *Tarentinis*] Arcerian. *Tarantinis.* dein *perturbandum* Edd. Rom. & Bonon. Addit autem *hoſtium* non male Mediceus primus. Livius l. XXXVII. 41. *Falcatae quadrigae, quibus ſe perturbaturum hoſtium aciem crediderat.* Oud.

56 *Quoque*] MSS. *quidem.* Scriv. Ex meis *quidem* Medic. pr. cum Ed. Bonon *quidam* Romana. An ſub eo latet adverbium *dein?* Oud.

57 *Virgulta ſilvasque.*] Leid. pr. duo Cantabrig. Gudianus, uterque Mediceus, Hillensb., & Voſſianus *virgultis ſilvaque.* debuiſſet tum addi praepoſitio *a* vel *ab*, ut fit infra l. IV. 7. 4. ubi

gulta ſilvasque poſita eſſent, Camillus ea omnia, quae conceptum ignem usque in vallum [58] perferre [a] poterant, incendit, & ſic adverſarios exuit caſtris.

XVI. [59] P. Craſſus [b], bello ſociali, eodem modo prope cum copiis omnibus [60] interceptus eſt.

XVII.

a Vulgo PROFERRE. b Vulgo M. CRASSUS.

hoc & ſeq. exempl. repetitur, *prope a virgultis ſilvaque*. Ed. Pariſ. *virgultis ſilvasque*. Palatinus *virgulta ſilvas*. Unde omnino cenſeo, auctorem noſtrum ſcripſiſſe *virgultas ſilvas*. Salluſtius in Fragm. Hiſtor. *Conſedit in virgulta valle nemoroſaque*. Silius Italic. l. XII. 354.

Virgulta tegitur valle & frondentibus umbris.

Adjectivum *virgultus* pro *virgulſoſus*, non noverunt librarii, unde corruperunt. ſed vide illic Cl. Drakenb. & Burmann. ad Ovid. Metam. l. IV. in Latetii Argum. F. 19 ubi *Virgulta* ſubſtant. in fem. gen. unde quis conjicere poſſit quoque, *virgultas ſilvas* que. Forſan, & hinc *denſa virgulta* retineri poſſet in Ablativo, apud Livium l. I. c. 14 ubi tamen vide Gronovium & Heinſ. ad Vellej. I. 17. Sed mihi *virgultas ſilvas* hic & infra veriſſimum videtur. Ceterum excidiſſe hic quaedam videntur, nam ſilvam ipſam non incendit Camillus, ſed ligna, ex ſilva exciſa, quibus vallum caſtrorum ſepiverant Volſci. Rem omnem enarrant Livius l. VI. c. 2. & Plutarchus in Camillo p. 127. Oud. Nondum plane poenitet conjecturae *virgultas ſilvas* huc, & L. IV. c. 7. Ex. 20 ſed retinendo vulgatum pronior ſum. Certe *virgulta* fem. gen. ting. ſubſtantive a Livio, noſtrove fuiſſe uſurpatum, nequaquam nunc judico, motus admonitione Cl. Drakenb. ad Livium L. I. c. 14. qui reſpexit hunc meorum nocarum locum. De *virgultis* latius agam ad Appulejum. IDEM *Cur. poſt.*

58 *Proferre*] Palat. *praeferre*: Uterque Leidenſis, Mediceus prim. Commelin. & Voſſian. *perferre*, ut infra, recte. Hoc enim notat ad ſcopum deſtinatum & finem ferre. Vide me ad Lucan. l. v. 674. *pertulit unda*. Dein in ambobus Mediceis *exuit ex noſtris*. OUD.

59 *M. Craſſus*] Tres Cantabrigienſes. Leidenſis pr. Hillenſis. Voſſian. & Ed. Pariſ. *P.* ſeu *Publius*, ut infra. Veriſſime. Quod mutatum eſt; quia ejus filius M. Craſſus, qui bello Parthico periit, erat vulgo notior. Eſt hic P. Craſſus Cenſorius & Triumphalis, qui occiſus eſt, ſive ſe ipſe, ut alii, occidit, tempore dominationis Cinnanae, & in bello ſociali a Lamponio, ſocionum duce, victus eſt, octingentis ejus militibus caeſis, quo haec noſtri pertinent. Vide Appianum l. I. B. Civ. p. m. 635. 636. 662. & Cicer. de Oratore L. III. c. 3. aliosque. OUD.

60 *Interceptus e.*] Alias *interemptus eſt*. Minus bene. M. m. *Interemptus* ex gloſſa ortum habent uterque Mediceus, & Commel. cum Edd. Rom. Bonon. & Wechelii, ut alibi. *Interceptus*

XVII. Hiſpani contra Hamilcarem boves vehiculis adjunctos in prima fronte conſtituerunt, vehiculaque taedae, [a] ſebi [a], & ſulphuris plena, ſigno pugnae dato, incenderunt: actis deinde in hoſtem [62] Bubus conſternatum aciem [63] perruperunt.

XVIII. [64] Faliſci & Tarquinienſes, compluribus ſuorum [65] in habitum [b] ſacerdotum ſubornatis,

[a] Volgo ET SEPI. [b] Vulgo IN HABITU.

l. IV. retinent bene MSS. Oud.

61 *Sepi, & ſulphuris plena*] Eo quod in ſimilibus ſtrategematis oleum incendiarium, ſulphur, & pix uſui eſſe ſolent, mutare forte quis poſſit illud *ſepi* in *picis*. at eum puto contra mentem facturum noſtri auctoris. *Sepum, ſebum*, & *ſevum* promiſcue uſurpabant veteres, pro pinguedine ex omento animalium, ex quo candelae noſtrae conflant. Invehias *ſevo, ſevat, ſevare*; pro quo & *ſebare* indifferenter ſcribebant. obviae voces apud Plinium, Catonem, Columellam non uno loco. STRAV. Alias *ſevi*, SCRIV. Primo pro *taedae ceram* habent Leidenſis ſec. & tert. ſed male. nam *taeda* hic eſt omne lignum facile ad concipiendam flammam, & ideo quoque ſebo & ſulphure illitum. Livius l. XLII. c. 64. *Faces, taedamque & malleolos ſtuppae illitos pice parari jubet.* Lucanus l. III. 504. *Ignis agit vires, taeda ſed raptus ab omni* &c. *Cera* & *taeda* confunduntur quoque l. IV. c. 7. §. 9. Dein & *ſepi* non legitur in Palatino, Vaticano, nec Edd. Romana, & Bononienſi. & inſuper recte abeſt ab utroque Mediceo, Leidenſi ſec. & tertio, qui e gloſſa male exhibet *picis*. Leidenſ. prim. & Petrenſis *ſebi*. probe, quomodo Harduinus teſtatur, fere ſemper ſcribi in MSS. Plinii Codicibus ad l. XXVIII. 45. nam nihili eſt *ſepum*. [illegible] *ſepi*: & dein *ſe*[illegible] *ſebum* [illegible]. Hinc lumellae, *ſebaceus* Ammiano *ſebalis*. *Sebo* jungit Caeſar l. VII. 25 ut & l. VIII. *Sevi* ginem reponuerat Gen. duobus autem Leidd. ſlacivo ponuntur *cera*, [illegible]*ce*) & *ſulphure*. Vesſuiſſe onuſta ſimpliplanus B. Hiſpan. p. 428. Oud.

62 *Bubus.*] Sic malui ex ſententia ſummorum virorum, & auctoritate quatuor veterrimorum Codd. quam *bobus*. hinc *bublis, bubulcus*. Oud.

63 *Perruperunt*] *Proruperunt* duo Medicei, Cantabrig. tert. & Edd. primae, ut ſupra §. 2. obvivide.

64 *Faliſci*] Arceſianus *Faleſii* teſte Keuchenio, qui adeatur. Nonnulli meorum male *Tarquinenſes*. Palatin. *compluribus ſocierum*. & dein Leid. ſec. *criminali habitu praeferentes*.

65 *In habitu ſacerdotum ſubornatis*] Praepoſitionem *in*, tanquam non magni uſus, tollere ſuaſerim. natam autumo ex geminatione praecedentis liquidae. STRAV. vel *in* delet Stewechius. vel *ſubornatis* vero MSS. quod etiam Samutus ignorat. SCRIV. *In* retinent MSS. omnes; ſed *ſubornatis* carent Palatinus, Vaticanus, utergue Mediceus, Leidenſis

XXIII. Imperator [114] Caesar Augustus [a] Germanicus, quum subinde [115] Catti equestre proelium, in silvas refugiendo, [116] diducerent, jussit suos

[a] Abest vulgo AUGUSTUS.

Quod genus hominum nimis quam negligentissimum, istiusmodi compendiis scripturae maximas turbas dedit. Sciunt, qui membranas volutarunt. STEW. Haec verba sunt adulterina, & absunt ab omnibus MSS. TENN. In meorum quoque codicum nullo, si forte Gudianum excipias, nec in Editionibus Italicis comparent; quare delevi intrusa ex sequentibus *subinde Catti*. OUD.

114 *Caesar Germanicus*] Omnes MSS. *Caesar Augustus Germanicus*. TENN. Mei quoque, & Editiones vetustae praeter Palatin. addunt *Augustus*; quod pravo judicio Keuchenius censet adiectum a correctoribus ex vetustis nummismatis, quae non credibile est ante renatas litteras a librariis fuisse oculis attentis usurpata. Non nummi tantum, sed, quod magis attendendum est, semper noster de Domitiano loquitur adposito *Augusti* titulo. v. l. I. 1. 8 3. 10. l. II c. 11. 7. l IV. 3. 14. Fors & *Domitianus* addendum, ut discrete factum in Petrensi; nisi id ad illustrationem sit adjectum. OUD.

115 *Catti equestre proelium*] Equidem parum cati illi, quicunque istos Catios, novum genus hominum, & orbi Romano, ne dicam soli, incognitum primi producere conati sunt. Nec est, quod de Catheis somniemus, quorum meminere Orosius lib III. cap. 19 Ptolomaeus lib. VII. alii. Illi enim Indiae populi, quos Alexander Magnus adiit, dum Porum superavit, teste Strabone lib. XV. Nos Caesari Germanico laudem suam eripi non patimur, populoque huic nomen reddimus, scribendo, *Catti equestre proelium*. secuti in eo Dionem, Strabonem, Orosium, Florum, Tacitum, & Martialem; apud quem epigram. II. pro *Dacis* reponendum *Cattis*, olim monuit in suis Epistolicis I. Lipsius. STEW. *Catti*. Ita legendum cum Stewech. Vulgo *Catii*. SCRIV. Scaliger jam etiam ad libri sui marginem correxerat *Catti*. Consule commentar. ad Martial. l. II. Ep. 2.

Frater Idumaeos meruit cum patre triumphos.
Quae datur ex Cattis laurea, tota tua est.

Stat. l. I. Silv. I. 26.

Qui nec in externos facilis fae-
vire furores
Das Cattis Dacisque fidem, te
signa ferente,
Et minor in leges iret gener
& Cato castris.

Quo loco nihil putem movendum. Sensus esse videtur, uti alii jam explicarunt, *Pompejus se tibi submitteret, & Cato exiret castris sive arma deponeret, ac, licet se non submittens, neutrarum fieret partium.* Optime ex Catonis indole, quantum ferre poterat Statii adulatio. Adde de Domitiani in Cattos victoria numismatum collectores. MSS. hic vehementer turbant. *Cum subringati* Medic. pr. *cum subincati* sec. *cum inde Cathi* Leidens. pr. *c. submethati* sec. *Chati* Cantabr. Bibl. pub. *Cathi* Petrens. *c. subincrati* Edd. Italicae. *Cathi* Palat. *Catthi* Gudian vero proxime. OUD.

116 *Diducerent*] Optime ita. male

ſuos [117] equites, ſimul atque [118] ad inpedita [a] ventum eſſet, equis deſilire, pedeſtrique pugna confligere. Quo genere conſecutus eſt, [119] ne quis non locus ejus victoriam miraretur.

XXIV. C. Duilius, quum videret graves ſuas na-

[a] Vulgo IMPEDIMENTA.

male igitur alii, *refugiendo reducerent*. ſententia enim poſtulat verbum, quod ſparſum equitem ſignificet; *diducendi* autem huic rei unicum. Sic Caeſar lib. VI. Bel. Gal. *Dimittendae plures manus, diducendique erant milites.* Porro puto etiam in fine omiſſo πῷ *non*, legi poſſe, *ne quis locus ejus victoriam moraretur.* pro *ne quis non locus ejus victoriam miraretur.* etſi melius hoc eſt. MOD. Profecto id nunc primum eſt, cum apud Romanum ſcriptorem lego, *diducere proelium.* neque ſatis capio, quid hoc ſibi velit: corrigendum ſuadeo *proelium in ſilvas refugiendo ducerent.* Enim *proelium ducere* eleganter dicimus, quomodo Caeſar, & alii plus centies dixere, *bellum ducere*, id eſt protelare, protrahere, procraſtinare. Pari quoque phraſi Cicero *rem ducere*, hoc eſt rem proferre STEW *Reducerent* eſt in ſolo Vaticano, & Edd. Pariſſ. Hittorp. & Wechel. *Diducerent* eſt in Medic. pr. & Voſſ. quod notaret *dirimerent*, finirentque proelium refugiendo in ſilvas. Sed in ceteris MSS. & Edd primis eſt *deducerent.* quod ego praeferrem, junctis *in ſilvas deducerent refugiendo.* i. e. per fugam traherent proelium usque in ſilvas. OUD.

117 *Equites*] Deeſt in Vaticano, & Leid. ſec. Medic. pr. *milites.* Dein *ad* a manu prima non agnoverunt Medicei. forſan & hic *ſimul ad i.* fuerat, pro *ſimul ac ad i.* OUD.

118 *Ad impedimenta*] Una Hill. 3. Reg. *Ad impedita.* Sic & Gronovius conjecerat, explicans *ſilvas.* Supra c. 2. n. 9. *Arboribus proſtratis impedivit.* Nepos in Miltiade c. 3. *Arborum tractu equitatus hoſtium impediretur.* TENN. Nullus hic inpedimentis locus. *Inpedimentum* Leid. ſec. *inpedimento* Medic. Sed veriſſime *inpedita* Leideuſis primus, ut voluit Gronovius. Sic *impeditior ſaltus* Livio, *inpeditiſſimae ſilvae* Hirtio, & paſſim *loca inpedita*, quod ſubſtantivum ſaepe in talibus abeſſe ſolet. c. 5. §. 24. *ad patentia.* Conſule notata ad l. 1. 5. 26. OUD.

119 *Ne quis non locus ejus vict. mir.*] Non incommoda illorum verborum ſententia; attamen prae illa, *ne quis locus ejus victoriam moraretur.* Victoriam enim ad multos dies remorati videbantur Catti. cum ad ſilvas & loca ardua impedita ſaepius ſeſe reciperent Sic Curtius lib. IV. *Unam eſſe urbem, quae curſum victoris morari auſa eſſet.* STEW. Lege cum Modio, Stewechio, Gronovio. *Ne quis locus e. v. moraretur.* Curtius l. IV. *Unam eſſe urbem, quae curſum victoris morari auſa eſſet.* Seneca Suaſor. 2. *Si nihil aliud, erimus certe belli mora.* Virgil. *Belli mora concidit Hector.* Florus IV. 9. *Mora publicae ſecuritatis.* TENN. Licet cuncti MSS. retineant *miraretur*, non dubium tamen mihi eſt, quin cum viris doctis ſit reſcribendum *moraretur.* Juſtin. l. 1. c. 10. *Si ea res victoriam*

naves mobilitate Punicae classis [1] eludi; inritamque virtutem militum fieri, excogitavit manus ferreas, quae ubi hostilem adprehenderunt navem, superjecto ponte, transgrediebatur Romanus, & in ipsorum ratibus cominus eos [121] trucidabant [a].

a Vulgo TRUCIDABAT.

morarentur. Caesar B. Civ. l. II. c. 39. *hoc omne victoriam morari videretur.* Livius l. XXI. 5. *id morari victoriam rati, quod interesset amnis.* At audacius est ejicere *id non*, ubi putem, aliud mendi quid latere. Uterque Mediceus *ne quis ut loci.* An *ne quidvis loci*, vel *ne quis id loci* i. e. eo loco? OUD. Plura lectionem *morarentur* confirmantia congessi ad Suet. Calig. c. 6. *ne quid gestientes vota reddere morarentur.* Apud nostrum forsan pro *non*, sensui contraria voce, substituendum est *omnino*: quod scribebant librarii per *oio.* IDEM *Cur. post.*

120 *Eludi*] Male *elidi* Cantabrig. unus. *Erudi* Paris. Ed. pr. dein *irritam* sine *que* Medic. cum Edd. pr. Item Medic. antiquior. *manicas.* ut *manus ferreas* appellat Lucanus l. III. 565. *Aut alias manicaeque ligant teretesque catenae.*

Sed nil temere innovo. Alii *manus ferreas* vocare amant. De iis vide Schefferum in Mil. Nav. l. II. c. 7. Quem compilavit hic rursus Keuchenius & E. Simsonum Chron. ad A. M. 3745. dein *adprehenderunt* retinui cum Tennulio ex utroque Mediceo, Hillensb. & Edd. Italicis. Reliqui *adprehenderent. Navibus* item pro *ratibus* Palat. Medicei, & Ed. princeps. *manibus* Bonon. OUD.

121 *Trucidabat*] Monuit Keuchenius, in Ed. Paris. melius & figurate legi *trucidabant.* Recte; atque ita optimi MSS. Palatinus, Petrensis, & Mediceus prim. Adi congesta ad l. I. c. 4. §. 8. *In eam persuasionem hoste perducto, ne ullam viam ad progressum Romanorum tenerent.* OUD.

CAP. IV.

De acie hostium turbanda.

EXEMPLUM I.

Papirius Cursor [1] filius, Consul [a], quum aequo Marte adversus obstinatos [2] Samnites con-

a Vulgo FILIUS CONSULIS.

1 *Filius Consulis*] Necessario legendum secundum MSS. binos Reg. & unum Hill. *Filius Consul.* Illa enim tempestate consules curabant exercitus. Fuisse ipsum consulem apparet ex Frontini verbis *Victorem adesse collegam.* Collega enim non dicitur,

concurreret, ignorantibus suis, praecepit [3] Spurio Nautio [a], ut pauci [4] alares [b], & agasones mulis in-

a Vulgo NAUCIO. *b* Vulgo CALONES.

nisi respectu alterius consulis. Florus 1. 16. *Per Fabios & Papirios patres, eorumque liberos ita subegit & domuit.* TENN. Non tantum Consulis, sed Dictatoris Papirii (ita enim hoc nomen scribendum, & non per *y*, ut vulgo fiebat, probant lapides & nummi) fuit filius. Ipse autem, ut bene observat Tennulius, erat tunc Consul. Praeter nostrum, Valerium Maxim. l. VII. 2. 5. Orosium l. III. 22. locuples testis est Livius l. X. c. 38. &c. *Segnitiae hunc annum Consul insignis L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua, & bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem praeter L. Papirium patrem Consulis* (sic legendum cum viris doctis, non *Consulem*) *pepererat* &c. Praeterea *Consul* exaratum est in Gudiano, Vossiano, & Mediceo pr. a. m. secunda, uti jam olim ad sui exemplaris marginem correxit summus Gronovius: Quod idcirco lubens reposui. OUD.

2 *Samnites*] Arcerianus, probante Keuchenio, *Samnitas*, cui adstipulatur Petrensis, nostri more. cap. praec. §. 21. *Samnitas Epirotasque.* lib. tamen pr. c. 8. 3. & l. II. 1. 8. *Samnites* in accusativo servant Codd. sed & illic *Samnitas* rescribendum judico. Adi praeterea l. II. 7. 8. 12. 4. OUD.

3 *Spurio Naucio*] MSS. *Spurio Nautio.* quem Livius l. IX. c. 21. facit consulem cum *M. Popilio.* TENN. *Nautium* per *t* esse scribendum, ut bene hic MSS., ex inscriptionibus, fastis, aliisque monumentis constat, uti etiam ex Servio ad Virgil. l. II. Aen. 166. III. 407. v. 704. *Tum Sextior Nautes.* Vehementer vero errat Tennulius, cum putat, hunc *Spurium Nautium* eundem esse, quem Livius l. IX. facit Consulem. Is enim Consul fuit A. V. C. CDXXXVIII. Haec autem historia accidit A. V. C. CDLX; ut verisimile videatur, nostrum fuisse Consulis illius filium. Certe Papirii legatus fuit, & Dux alaribus cohortibus in hac expeditione, ut ex Livio constat. OUD.

4 *Calones*] 3. Reg. 2. Hill. & Voss. *alares.* quartus Reg. *allares.* tertius Hill. *olares.* Alares equites sunt auxiliorum. Liv. l. 49. *Alarii equites, postquam tam memorabile facinus Romanorum equitum videre, & ipsi virtutis eorum accensi.* Vulgata praestat. dicuntur a Κάλα *ligna.* Errat Keuchenius, qui vocem κηροπηγίνους scribendam judicat. Nam Hesychius. Καλὰ ἐξυσμένους τὰ σώματα, καὶ ἀντὶ ἱστίων χρώμενα τῷ καλῷ, παρεξυσμένους δὲ τὰ ξύλα. Festus. *Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci* Κάλα vocant. Nonius. *Calonum proprietas haec habetur, quod ligna militibus subministrant.* Glossae Calo, δοῦλος ὑποζύγιος. Frontinus. IV. 1. 6. *Equitibus non amplius, quam singulos calones habere permisit.* Eorum opera Duces usi etiam sunt. Livius IX. 37. *Dolabrae calonibus dividuntur ad vallum proruendum, fossasque implendas.* Plauto dicuntur *caculae.* Glossarium. *caculae* δοῦλοι στρατιῶται. Festo *Calatores* a Καλῶ. quia vocari semper possent. TENN. *Celares* Hittorp. Ed. margo. *Alares* constanter retinent mei MSS. omnes, nisi quod in Petrensi sit *Alucres*; idque contra Tennulium censeo prave permutatum esse in *calones*. quod fecit Bonon. editor Beroaldus, cum in

Rom.

insidentes, ramosque per terram trahentes, [5] a colle transverso magno tumultu decurrerent: quibus prospectis, proclamavit, victorem adesse collegam; [6] occuparent [a] ipsi praesentis proelii gloriam: quo facto, & [7] Romani fiducia concitati

[a] Vulgo UT o.

Rom. editione inveniſſet *Celeres*. Non enim calonibus & agaſonibus ſolis hoc Strategema commiſiſſet Papirius; ſed paucos iis additos ab eo fuiſſe equites ratio dictat. Quemadmodum Ex. 6. a Mario factum eſſe refert auctor, *Marcellum cum parva manu equitum peditumque noctu poſt terga hoſtium miſit, & ad implendam multitudinis ſpeciem, agaſones lixasque armatos ſimul ire juſſit*. Et de Sulpitio Livius l. VII. c. 13. *Agaſonibus circiter mille effectis, centum admiſcet equites*. De ſe Caeſar l. VII. B. G. c. 45. *Mulionesque cum caſſidibus, equitum ſpecie collibus circumvehi jubet: Illis paucos addit equites*. Similiter Antipater "Ορνε πολλὰς καὶ ἀμύθους συνέταξεν εἰς ἴλας, καὶ ἀνέβασεν ἄνδρας ὁπλίσεν ἱππικὴν ἔχοντας. προσέταξε δὲ ἑκάστῃ ἴλῃ τὸν πρῶτον ζυγὸν ἀλεκτόνων ἱππίων, teſte Polyaeno Strateg. l. IV. 4. 3. Sed quid dubitamus de veritate vocis *alares*? Ita legendum eſſe ſatis nos docet unus Livius l. X. c. 40. *Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus in tumulum conſpectum propere circumducere jubet &c.* & c. 41. *Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat: pulverem majorem, quam pro numero excitabant: inſidentes mulis calones frondoſos ramos per terram trahebant* &c. Mox una voce auctior eſt Hillensberg. Cod habens *multis mulis:* duo alii *inſedentes*. CUD.

5 *A colle transverſo.*] Hinc Livius. *Ex transverſo pulvis velut ingentis agminis inceſſu motus adparuit*. Male Sanut. *discurrerent* & Petrenſis *concurrerent*; ut & ſtatim *inſpectis* Medicei, & Edd. Italicae cum Sanuto. *perſpectis* Leid. ſec. vulgato deterius. OUD.

6 *Ut occuparent*] MSS. *Occuparent & ipſi*. TENN. Delevi conjunctionem conditionalem, inconcinne inſertam, auctoritate Codicum meorum novem, nec non Livii, *clamitans, victorem collegam adeſſe, adniterentur vincere, priusquam gloria alterius exercitus fieret*. & in meis libris non comparet, nec debet. Vide etiam Cl. Waſſe ad Sall. B. Jugurt. c. 53. OUD.

7 *Romani fid. concitati &c.*] Lege ex MS. & *Romani fiducia concitati propulere: propulſi terga vertere*. PARRHAS. Alii *Romanis f. concitatis*. ſed quo tum verbum *propulere*? MOD. Unus Reg. *concitati hoſtes propulere*. TENN. Locus foede inquinatus, quem tamen MStorum ope repurgare conabimur. *Romanis f. concitatis* Edd. omnes veteres. *concitata* Leidenſis pr. In Palatino deeſt *fiducia*. Loco τῷ *propulere* uterque Leidd. ambo Medicei, Hillensb. & Edd. Romana, Bonon. Pariſienſis A. 1515. *pro pulvere*. Petrenſis *prae pulvere*. ἀντὶ τοῦ *propulſi* unus Medic. Leidenſ. ſec. Petrenſis *pulſi*. Mediceus antiquior, Vaticanus, Hillensb & Voſſian. cum Ed. Pariſ. *perpulſi*; immo Voſſ. pro varia lectione *perculſi*. Habemus jam *prae pulvere perculſi*, quae vera ſunt. Sed inſuper poſt *concitati* addunt uter-

que

ati ſunt, & Samnites prae pulvere perculſi [a] terga vertere.

II. [1] Fabius Rullus [b] Maximus quarto Conſulatu in Samnio, omni modo fruſtra conatus aciem

a Vulgo C. PROPULERE PROPULSI T. V. b Vulgo F. RUTILIUS.

que Mediceus. & Leidenſis ſec. & *Samnites*, & tandem Petrenſis *ſunt & hoſtes*. Unde quis non videt. elapſa hic eſſe quaedam, & reſcribendum *Romani fiducia concitati ſunt, & Samnites prae pulvere perculſi t. v.* Sanutus *Romani concepta fiducia pavefactos hoſtes terga vertere compulerunt.* Ipſam ſic damus MSS. lectionem in Petrenſi *hoſtes* ſupplementum videtur eſſe elapſae vocis *Samnites*. *Prae pulvere* neceſſarium eſt. Hoc enim ſtuduerat Papirius, ut maximus moveretur pulvis, & is falleret Romanos ſimul & Samnitas, quod operoſe deſcribit Livius, quid deinceps addit: *Tum inſtant Volumnius & Scipio, & perculſos* (Samnitas) *ſternunt.* Alias conjecturas addere ſupervacuum puto, cum haec vera mihi videatur, quam recepi: quia in vulgatis ſenſus non eſt idoneus, quamvis ſic ſatis arrideat *R. f. concitati hoſtes propulſe, & Samnites prae pulvere perculſi t. v.* Vide Ex ſeq. & omnino ſimile exemplum l. IV. c. 7 §. 20 Dein *verterunt* nonnulli MSS. OUDEND.

8 *F. Rutilius Maximus*] Gronovius *Fabius Rullianus Maximus*. TENN. Vulgata lectione nihil ineptius eſt, jungente duo nomina gentilia *Fabii* & *Rutilii*: quod tamen retinent MSS. niſi quod *Maximus Rutilius* in Petrenſi ſit. Reſcripſimus monitu Scaligeri, ita ad oram codicis ſui notantis, *Fabius Rullus Maximus*, vel, ſi mavis, *Maximus Rullus*, qui alias & *Rullianus* dicitur, ut in monumentis Capitolinis aliisque, unde ita ubique quidam Viri Docti malunt ſcribere. Et certe eo magis etiam inclinat animus meus; licet apud Graecos ſaepiſſime audiat Ῥοῦλλος: nam in talibus Latinis ipſis plus fidei tribuendum videtur, quam Graecis. *Rullus* tamen edidi tam hic, quam infra, quia hoc magis accedit ad MStorum lectionem, & noſter multa exempla ſua non ex Latinis, ſed Graecis auctoribus deſumſit, quod probatu facilliimum foret, niſi haec res eſſet longioris operis, quam breves hae notulae ſinunt. *Rulli* cognomen fuit in gente Servilia quoque, e qua ſi adoptatus eſſet in Fabiam gentem, *Rulli* nomen etiam potuiſſet gerere noſter Fabius, ut conſtat ab adoptatis aliquando retentum fuiſſe quoque verum ſuum cognomen. Conſule Illuſtr. Spanhem. T. 2. Praeſt Num. 78. &c. Non vero tunc dici poſſet *Rullianus*, nam a cognomine haec forma non deſcendit, ſed a gentili nomine, debuiſſetque vocari agnomen *Servilianus*. Quod ipſum etiam uſu venit deinceps in eo Fabio, qui A. V. C DCXII. Conſul fuit. Verum nusquam tradi ſcio, hunc noſtrum *Fabium Rullianum*, ſeu *Rullum* e Servilia gente fuiſſe, & a Fabiis eſſe adoptatum. Quod autem nomen hoc paſſim corruptum ſit in *Rutilius* vel *Rutilianus*, conſule viros doctos ad Livium l. VIII. 29. Valer. Maxim. II. 7. 8. III. 2. 9. Aurel. Vict. c. 32. & nos infra ad l. IV. 1. 35. 39. VI. 1. OUDEND.

9 *Per-*

ciem hoſtium [9] perrumpere, noviſſime haſtatos ſubduxit ordinibus, & cum Scipione, [10] legato ſuo, circummiſit, juſſitque collem capere, ex quo decurri poterat in hoſtium terga. Quod ubi factum eſt, [11] Romanis crevit animus, & Samnites perterriti fugam molientes caeſi ſunt.

III. [12] Minucius Rufus Imperator, quum a [13] Scordiſcis Dacisque premeretur, quibus inpar erat numero, praemiſit fratrem, & paucos equites una cum aeneatoribus; praecepitque, ut quum vidiſſet contractum proelium, [14] ſubitus ex diverſo

9 *Perrumpere*] Petrenſis *irrumpere*. Palatin. Medic. pr. Vaticanus, Cantabrig. tert. Voſſian. & Edd. Italicae *prorumpere*, ut & §. 17. ſed vide ad l. 1. 5. 12. 11. 8. 9. Sic *perrumpere munitiones* Caeſar B. Gal. l. III. c. 26. *munitionibus perruptis*, non *proruptis*, ut volebant Voſſius, & Daviſius; melius tum foret *prorutis*, ut *proruere vallum* aliquoties occurrit. Adi Doct. Snakenburg. ad Curt. IV. 3. 7. *prorutis lapidum cumulis*. *perrumpere ſtationes* infra l. IV. c. 1. §. 17. &c. Aliter *prorumpere* ſine caſu notat etiam e porta erumpere, praeceps incurrere ſupra. Medic. ſec. *omnino c.* OUD.

10 *Legato ſuo*] *Legatos ſuos* Cantabrigienſes tres, Leidenſis pr. & Hillensberg. cum Ed. Pariſ. *Suos* etiam Medic. prim. Forſan a praepoſitione *cum* expulſum eſt *C. Marcii* nomen: nam Livius, qui hanc pugnam in quarto Fabii Rulliani conſulatu factam pluribus, ſed aliter, quam noſter, enarrat l. X. c. 28. 29. ait inter alia *ſuperveniunt deinde his reſtituentibus pugnam L. Cornelius Scipio, & C. Marcius cum ſubſidiis ex noviſſima acie, juſſu Q. Fabii Conſulis ad praeſidium collegae miſſi.* pro *capere* Sanutus *occupare*, MS. Petrenſ. *excipere*. OUDEND.

11 *Romanis*] Leidenſis ſec. *Romano* recte, noſtri & omnium hiſtoricorum ſtilo. paullo ante *transgrediebatur Romanus*. OUD.

12 *M'nutius Ruſus*] Vide Eutropium IV. 33. Epit. l. LXV. Flor. III. 4. TENN. In Leid. ſec. *A. Min.* Sanuto *Annius*. male: nam appellabatur *Marcus*. Ceterum e nummis, & inſcriptionibus edidi *Minucius Rufus*. Confer Pigh. Ann. T. 3. p. 128. & 133. OUD.

13 *Scordiſcis*] Keuchenio e MS. Arceriano placet *Scodriſcis*, quia urbs eorum Graece Σκόδρα; atque ita de hoc populo loquitur quaſi ignobilis eſſet, & raro in hiſtoriis occurreret, cum Scordiſci, (quomodo & in tabulis Capitolinis vocantur) celeberrimi fuerint, Dalmatiae confines populi; & aegre tandem a Minucio devicti. Interim quae adfert de Σκόδρα & Σκόδρα furatus eſt a Salmaſio ad Florum l. II. c. 13. ubi vide Cel. Dukerum, & de Metatheſi litterae, Gudium ad Phaedri Fab. 25. OUD.

14 *Subitus.*] MSS. tres *ſubiſto*. perperam. Adi ad l. 1. 4. 13. *ſubi-*

ſo ſe oſtenderet, jubereteque, aeneatores concinere. [15] Sonantibus montium jugis, ſpecies ingentis multitudinis obfuſa eſt hoſtibus, qua perterriti dedere terga.

IV. [16] Acilius [a] Glabrio Cos. adverſus Antiochi regis aciem, quam is [17] in Achajam [18] prò an-

a Vulgo ATTILIUS.

ſubitus evaſit. & §. ſeq. *ſubitus apparuiſſet.* MSS. duo, & San. *vidiſſent* & *oſtenderent.* Male itidem in fine San. MSS. 5. & Edd. Rom. ac Par. *effuſa.* Ed. Bonon. *affuſa.* Vatic. *viſa.* Proprium enim hac in re eſt *offundere.* Conſule, quos laudavi ad J. Obſeq. c. 124. & Heinſium ad Valer. Flacc. l. IV. 482. ac Comment. ad Curt. l. IV. 9. 15. *Caligine, quam fumus offuderat.* & c. 12. §. 20. *Caligo, quam humidi offuderant montes.* Utrobique vulgo *eff.* Hoc compoſitum reddendum eſt quoque Lactantio e MS. veterrimo l. II. c. 16. *Humanis pectoribus errores offundant;* vulgo *infundant.* OUD.

15 *Sonantibus.*] Frequens eſt apud poëtas, ut *montes clamore ſonare* dicantur. Adi modo Ovid. l. III. Met. 703. VI. 589. Senec. Hippol. 38. Oedip. 570. Herc. Oet. 1895. & paſſim. Nihilominus hoc loco me nondum poenitet conjecturae, quam lector, me etiam a ſummo Gronovio ad marginem codicis ſui adtextam vidiſſe, *reſonantibus.* Syllaba *re* ſine dubio abſorpta fuit a praec. voce *concinere.* Hoc compoſitum ſexcenties de Echo occurrere, quis neſcit? Eodem fere modo Curt. l. VIII. c. 10. 16. *juga montis collesque reſonabant.* OUDEND.

16 *Attilius.*] *Acilius* ſcr. SCRIV. MSS. *Acilius.* Sic quoque Gujetus, & Gronovius. TENN. *Aoilius* etiam Leidenſ. pr. Gudianus. & Voſſ. cum Edd. Bonon. Pariſ. Hitt. & Wechelii. quod reſtitui. Praeter Plutarchum in Catone, & alios huſus M. Acilii Glabrionis Strategema multis commemorat Livius l. XXXVI. c. 14. & ſequentibus. *Acilius* juſſerat etiam reſcribi Lambinus ad Nepotem p. 296. OUD.

17 *in Achaiam*] MSS. duo *Achaia.* Quod non opus eſt. Nam *in* hic notat *intra Achaiam*, ut ſaepius jam monuimus. Thermopylae enim ſunt in *Phtiothis Achaeis.* V. Livium loco citato. OUDEND.

18. *Per anguſtias Thermopylarum*] Livius c. 15. dicit *inter ſaltum Thermopylarum ſeſe recepit.* & c. 16. *intra portas loci ejus caſtris poſitis, munitionibus inſuper ſaltum impediebat.* Verum MSS. omnes conſtanter hic edunt *pro anguſtiis*, hoc eſt ante, in ore anguſtiarum. Huc facit Plutarchus in Catone p. 343. Ἀντίοχος φράξας τὰ στενὰ Θερμοπυλῶν σὺν τῷ στρατοπέδῳ καὶ τοῖς αἰτωφίοις τῶν τόπων ὄρεσιν, προβαλὼν χαράκωματα καὶ διατειχίσματα, καθῆστο, τὸν πόλεμον ἐκτελεῖν νομίζων, τὸ μὲν κατὰ τὸ στόμα διαζώσας παντάπασιν ἀπαγόρευτον τοῖς Ῥωμαίοις. Celſi igitur MStorum auctoritati, quam ſecuti etiam ſunt Editores Pariſienſes. De verbo *direxerat*, pro quo Arcerian. male *deduxerat*, conſule Cl. Waſſe ad Salluſtii B. Jug c. 99. Infra c. V. §. 24. *per collem, qui inminebat, & in lateribus anguſtiarum aciem direxit.* §. 27. *Directa acie ad Cannas.* OUD.

angustiis [a] Thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non [19] inritus tantum, sed cum jactura quoque repulsus esset, nisi circummissus ab eo [20] Porcius [b] Cato, [21] qui tum, jam consularis [c], Tribunus militum a populo factus in exercitu erat, [21*] dejectis [22] jugis [23] Callidromi [24] Aetolis [d],

a Vulgo PER ANGUSTIAS. b Vulgo M. PORCIUS. c Vulgo JAM CONSULARIS desunt.

19 *Irritus*] Scribere se ait Keuchenius *territus*, non *irritus*. Non feciſſet, ſi ſibi ob oculos poſuiſſet Livii verba c. 18. *Multi temere ſubeuntes vallum transfixi ſunt; & aut incepto irrito receſſiſſent, aut plures cecidiſſent, ni M. Porcius* &c. Mox *iacturis* Hillensberg. & pro *niſi* Medicei, & Edd. Italicae ac Pariſ. *ubi*, ac Petrenſ. ſimpliciter *miſſus*. OUD.

20 *M. Porcius Cato.*] Praenomen hoc Scriverio rurſus debetur. Nam Scripti, & Edd ante illum non agnoſcunt: crebro noſtri more. *Cato* ſimpliciter Gudianus. Rectius in ſequentibus addidiſſet duo verba, ut videbimus. OUD.

21 *Qui tum tr. m. a. p. factus*] S. Hill. *Qui tum, jam conſularis, tribunus m. a p. factus.* Ex ista Gronovius in MSS. cod. invenit. Conſtat ex Livio, Catonem tunc conſulatu functum. TENN. Reſtitui Frontino duas voces *jam conſularis*, quas ineptе Keuchenius, inventas in Edit. Pariſienſi, pro Gloſſemate habet, & nihili ducit. Agnoſcunt eas quoque tres Cantabrigienſes, ambo Leidenſes, Gudianus, Palatinus, Vaticanus, & Mediceus antiquior. *conſularis* etiam eſt in Editionibus Romana, & Bonon. pro *tum* Mediceus alter *jam*. Diſerte Plutarchus Catonem eo nomine laudat, quod jam conſularis non dedignatus eſt ſub Acilio militiam ſequi, ut Tribunus, p. 548. & Livius l. cit. c. 17. *Conſul' poſteaquam inſeſſa ſuperiora loca ab Aetolis vidit, M. Porcium Catonem & L. Valerium Flaccum, Conſulares legatos* &c. *Catonem in Callidromum mittit*, ubi videndi Glareanus, & Sigonius. OUD.

21* *Dejectis jugis* &c.] Nemo refragabitur huic noſtrae correctioni *dejectis a jugis Callidromi Aetolis, qui eum praeſidio tenebant.* PARRHAS. Aliam & veriorem videbis in noſtris aliorumque notis. Defendit autem Wopkenſ. Miſc. Obſ. Vol. VIII. p. 34. iſta *dejectis jugis* pro *a* vel *de jugis*: quia ſatis intelligitur, *dejectos jugis* fuiſſe *Aetolos*. Ego tamen numquam credam, Frontinum tam ſcabra oratione uſum fuiſſe, ut ſimilia aliquot exempla proferri poſſint: quale eſt in Auct. de mundo p. 714. *columnis navigantibus dextrum latus* &c. ubi tamen diverſi ſunt caſus de illis, qui navigant a columnis Herculis in mare mediterraneum. Male quidam ediderunt *columnas*. Veget. l. III. c. 19. *in campis ſparſis atque ſecuris*, ſc. militibus. OUD. *Cur. poſt.*

22 *Jugis*] Lambinus l. cit. ad Nepotem emendat *de jugis*. Certe *ejectis jugis Aetolis* nequaquam elegans eſt. Putarem ego, ab auctore relictum *dejectis jugo C. Aetolis*, ut eſt apud Livium, niſi, ſequentia *qui ea pr.* &c. ut legendum eſt, me inhiberent.

Quem-

lis [a], qui ea praesidio tenebant, super [25] immi-
nentem [b] castris regiis collem, a tergo subitis ad-

a Vulgo MONTIS AET. Q. PR. TENEBANTUR. b EMINENTEM vulgo.

Quamquam posset dici, illa esse corrupta, postquam *jugo* in *jugis* jam ablerat, & reponendum *qui id.* OUDEND.

23 *Callidromi montis Aetolis, qui praesidio*] Intricata lectio; nec in libris auxilium: nam quod quidam pro *Aetolis*, *Calliodromi acolis* habebant, id etiam a portento (nisi forte *Callidromi accolis* ex eo faciendum est) propius abest. Legerim tamen ego ex Plutarcho (qui sexcentos Aetolos cacuminibus Callidromi montis ab Antiocho praesidio impositos, a Catone profligatos scribit) *dejectis jugis Callidromi montis Aetolis, quorum praesidio tenebantur:* aut certe, *qui ea praesidio tenebant.* Malimque etiam postea *super imminentem regiis castris collem*, quam *supereminentem.* Considerent docti. Mod. Scio, Aetolos in Callidromo praesidere solitos; testante id ipsum praeter alios Livio l. XXVII. *Igitur Philippus*, inquit, *dejecto praesidio, fusis Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant.* Nihilo secius suspecta mihi illa, *qui praesidio tenebantur.* Deinde, quod alii in libris reperisse se ajunt, *Callidromiacolis*; id puto olim fuisse *Callidromi colis*, & utrumque illud *collis* & *montis* pro glossemate induco; scriboque, *dejectis jugis Callidromi Aetolis:* Livius l. XXXVI. *Extremos ad Orientem montes, Oetam vocant; quorum quod altissimum est, Callidromum appellatur.* Adeundus & Strabo l. IX. Appianus de bellis Syriacis; item Plutarchus in Catone. STEW. Recte suspicatur Stewechius, *montis* esse glossam, nam in MSS. & Edd. pp. legitur tantum *Callidromi accolis* vel *Callimontis dromiacolis*; unus *montis Callidromi* certo indicio *montis* fuisse suprascriptum. & rescribendum modo *Callidromi Aetolis. Montis* etiam nomen non addunt Plutarchus, nec Livius. Sic *montem* esse glossam vidimus l. I. 8. 3. OUD

24 *Qui praesidio tenebantur*] Unus Reg. duo Hill. *quae praesidio*; & sic Gujetus. TENN. Vulgatum non est Latinum. unde Lambinus emendabat *quorum* sed hoc nimis recedit a vulgata scriptura. Petrensis *ab Aetolis qui praesidio detinebantur.* Unde conjicere possis, *Aet. qui praesidio inibi erant. Praesidio* & *in praesidio esse* saepissime Livius & alii. l. III. c. II. §. 2. *Qui praesidio illis erant.* De voce *inibi* monuimus quoque supra. Sed Mediceus antiquior, Leidensis prim. & Edd. Rom. Bonon. ac Paris. etiam exhibent *quae pr.* unde sine haesitatione lego *qui ea pr. tenebant*, ut conjecit Modius. vide ad l. I 8 II. Contra *praesidio tenebantur* depravatum est in *tenebant* l. III. c. 6. §. 7. OUD.

25 *Super eminentem castris regiis collem, a tergo subitus apparuisset.*] Necessario emendandum *super imminentem castris.* Audi Livium: *Ni M. Porcius Cato*, inquit, *ab jugo Callidromi, dejectis inde Aetolis, & magna ex parte caesis (incautos enim & plerosque supitos oppresserat) super imminentem castris collem apparuisset.* Proelium hoc, quo de agitur, Attilii Glabrionis, & regis Antiochi, commissum anno Urbis DXLV. M. Claudio Marcello, T. Quinctio Cri-

adparuiſſet. Quo facto perturbatis Antiochi copiis, utrinque inrupere Romani, & fuſis fugatisque caſtra ceperunt.

V. C. Sulpicius [26] Peticus [a] [27] Cos. contra Gallos dimicaturus, juſſit muliones clam in montes proximos cum mulis abire, & [28] indidem [b] conferto jam proelio, velut equis inſidentes oſtentare ſe pugnantibus: quare Galli exiſtimantes, adventare auxilia Romanis, ceſſere jam pene victores.

VI.

[a] Vulgo PETREJUS. [b] Vulgo INDE.

ſpino Coſſ. STEW. *Imminentem* Stewechius, quem ad hoc exemplum vide. Adhibe & Modium. SCRIV. Unus Reg. duo Hill. Modius, Stewechius, Gujetus. *Imminentem.* TENN. Ineptiſſima eſt vulgata lectio, quam bene damnant viri docti, nimis timidi, quod in textum non receperint. Nam *imminentem* habent Palatinus, uterque Leidenſ. Gudianus, & omnes Cantabrigienſes, vehementer probante Cl. Waſſe ad Salluſt. B. Jug. c. 99. & jam diu ante Ill. Schelio ad Hygin. p. 139. Immo vel invitis libris ſic legiſſem e Livio, cujus locum jam allegavit Stewechius, *ſuper imminentem caſtris collem adparuiſſet.* Quomodo alibi ſaepius Livius, ut l. XXXVIII. 21. XLIII. 22. Inf. c. 5. §. 24. Male Lambinus una voce *tenebantur ſupereminentes colles* & mox *ſubito.* Vide modo ad praeced. Ex. Dein *utraque*, Edd. pp. & pro *irrupere* perperam Lambinus *irruere.* OUD.

26 *Petrejus*] Immo *Peticus*, quod nomen Sulpiciae genti, & in hiſtoriis obvium. Faſti. SCRIV. 3. Reg. unus Hill. confirmant conjecturam Scriverii, *Peticus*, Sulpiciae genti nomen, & in hiſtoriis obvium. Ruben. L. II. c. 29. elect. Unde apud Frontinum l. I. c. 12. n. 8. *C. Sulpitius in Gallis*, legit idem Scriverius. TENN. *Petreius* ab Ed. Pariſienſi profluxit, cum antea eſſet editum *Petitus.* MSS plerique *Petitus*, unus *Parthicus.* ſed *Peticus*, quod poſui, clare exſtat etiam in Leidenſi primo, Vaticano, Palatino, & Voſſiano; ut ab omnibus vocatur hiſtoricis. de loco l. I. c. 12. §. 8. illic vidimus. OUD.

27 *Coſ.*] Dictator. Vide Cuſpinian. p. 125. SCRIV. *Curr. poſt.* Errare auctorem, & Sulpicium contra Gallos in Italia pugnantem dictatorem fuiſſe docet quoque Perizon Anim. Hiſtor. c. 2. p. 80. Hoc Strategema ejus refert Livius l. VII. 14. ſed alio paullum modo. e Conſulis titulo patet, haec a noſtro e Livio non eſſe deſumta. OUD.

28 *Inde*] Petrenſis *identidem*, quod placuit viro docto. Rectius Leidenſis prim., Hillenſ. Gudianus, & Voſſian. *indidem*, id eſt, ex eodem loco. Gloſſae ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Livius l. XXVII. 12. *Equitum indidem perfugae* adde Rutgers. l. V. Var. Lect. c. 19. Mox *quare* deeſt in Ed. Veſal. non male, ſi addicerent Miſſ. OUD.

29 *Ci-*

VI. Marius, [29] circa aquas Sextias, quum in animo haberet poſtera die depugnare adverſus Teutonos, Marcellum cum parva manu equitum peditumque noctu poſt terga hoſtium miſit, & ad inplendam multitudinis ſpeciem, agaſones lixasque armatos ſimul ire juſſit, jumentorumque magnam partem inſtratorum [30] centunculis *a*, ut [31] per hoc facies equitatus objiceretur; praecepitque, ut, quum animadvertiſſent, committi proelium, ipſi in terga hoſtium deſcenderent. Qui adparatus tantum terroris intulit, ut aſperrimi hoſtes in fugam verſi ſint.

VII. [32] Licinius *b* Craſſus, fugitivorum bello [33] apud

a Vulgo cum c. *b* M. addunt vulgo.

29 *Circa aquas*] Medic. ſec. *contra a.* Leidenſ. ſec. *juxta.* Mox rurſus *Theotonos* Medicei, & Edd. Italicae, ut ſupra; alii *Theutonos & Theutones.* MSS. ſex, & Edd. eadem *nocte*, quae vox in Vaticano deeſt. De hoc Strategemate Marii adi Plutarchum p. 416. & Polyaen. l. VIII. 10. 2. qui tamen de agaſonibus & jumentis ne γρῦ quidem. OUD.

30 *Cum centunculis*] Medicei *cum cuniculis* cum Ed. Romana, Leid. ſec. *cum tuniculis.* Voſſian. *cum tunclis.* Hillensb. *continiculis.* Ed. Pariſ. *cum continiculis.* Hittorp. *Inſtructorum cum centunculis* & in marg. *cuniculis.* Palatin. *centunculis.* Sed optime Leidenſis pr. Gudianus, & Petrenſis *inſtratorum centunculis* ſine ϖῷ *cum.* Huc enim ceterorum MStorum aberrationes ducunt: quod etiam notavit in libri ſui margine Iſ. Voſſius; neque aliter locum adducit Lipſius l. III. de Mil. Rom. Dial. 7. ubi de centunculorum ſtratis agit. Male nonnulli codices *inſtructorum.* Livius l. VII. 14. *Mulis ſtrata detrahi jubet; binisque tantum centunculis relictis.* OUD.

31 *Per hoc*] Medicei *per haec.* Dein *advertiſſent* Edd. Bon. & Pariſ. *animadvertiſſet* Hillensb & Leid. ſec. dein Medicei, & Edd. primae *iniri.* Vide ad praefat. hujus libri. Mox Cantabr. tert. *diſcederent*, male. adi l. I. 8. 2. Tandem pro *ut* in Mediceis, & Edd. iisdem *quod* & pro *ſint*, *ſunt*; quod eſt quoque in Voſſ. & Cantabr. tert. ac Ed. Par. Medic. pr. *in terga v. ſunt.* OUD.

32 *M. Licinius*] Praenomen rurſus tacitus adpoſuit Scriverius, non repertum in MSS. ut ſolet addito gentili praenomen omittere noſter, quod vel e ſolo hoc capite patet. OUD.

33 *Apud Calamarcum*] Alii *apud Calamatium.* de quibus nihil ſcio, niſi neſcio. Plutarchus ſane horum non meminit: ſed hoc dicit tantum, quae hic narrat Frontinus, non procul a ſtagno Lucano accidiſſe. MOD Alias *Calamatium.* & ſic fere MSS. quorum alii *Calamatrum* vel *Calamartum*, alii *Calaruartum*, alii

apud Calamarcum educturus [34] militem, adverſus Caſtum & [35] Gannicum [a] duces Gallorum, duodecim cohortes cum [36] C. Pomptinio [b], & [37] Q.

a Vulgo CANIMOCUM. b Vulgo C. PROMPTINO.

Camalatrum. Legendum fortaſſean, *M. Licinius Craſſus, fugitivarum bello, ad caput Silari amnis.* Quomodo fere Oroſius lib. v. cap 85. Vel *ad Silarum amnem.* ſed vide infra ad exemplum 34. Capitis ſequentis. SCRIV. Eadem varietas in MSS. ab Ortelio viſis, & meis. In Mediceo antiquiore *Calamacium*, in altero, & Voſſiano *Calamatium*, & Edd. pp. vel *Calamatrum.* Quod verum nomen ſit, cum ignariſſimis neſcio. *Calamatium* placebat Phil. Cluverio Ital. Antiq l. IV. p. 1256. qui putat idem fuiſſe, quod hodie *Capachio Vecchio*, & infra eodem modo ſcribendum eſſe. In Lucania rem geſtam eſſe conſtat, non vero in Apulia, ut eſt apud Eutropium l. VI. c. 7 *Montem* indigitari patet quoque ex noſtri verbis *poſt montem*, & in altero loco *praedicti montis.* Ex Oroſio autem liquet, non accidiſſe ad Silarum amnem; ait enim *priusquam ipſum Spartacum ad caput Silari fluminis aggrederetur, Gallos auxiliatores ejus Germanosque ſuperavit.* OUD.

34 *Militem.*] MSS. Mediceï, & Edd Italicae male *milites*, eodem ſenſu. OUD.

35 *Caſſum & Canimocum.*] Lege *Caſſium & Tanonicum.* PARRHAS. Alii, *Caſtrum & Tanonicum.* Sed videtur ex Plutarcho legendum *Caſſum & Canicium.* Vide Craſſi vitam. Mox. *Gannicum*, ſive *Cannicum* videtur legendum ex veſtigiis meliorum codicum: & ſic ipſe Frontinus hoc libro cap. ſeq. exemp. 33. ubi repetita eſt haec hiſtoria: ibidemque diſerte legitur *ex factione Caſſi & Gannici*, ſive *Canicii.* Plutarcho in vita Craſſi, Γαΐου Κανικίου καὶ Κάσσιου, *Caius Canicius & Caſſius.* Livio l. XLVII. eſt *Granicus.* Vide Oroſium l. v. c. 24. &, qui ab eo ſua mutuati. Paulum Diacorum Hiſtor. Miſcellae l. VI. & Freculfum tom. I l. v. c. 16. Mox ſub finem hujus exempli eſt in membranis *decucurriſſent*, pro *decurriſſent.* SCRIV. C. v. §. 34. MSS. *Caſſii & Gannici* diſerte habent. Hic *Canonicum*, *Caninocum*, *Camnocum*, *Camincum* & ſimilia, quae pugnant magis pro Plutarchi p. 540. Γάννικος *Gannicum* tamen ob ſeq. locum & Livii corruptum *Granicum* cum Cluverio recepi. OUDEND.

36 *Cum Cato Porcio, & cum Mario Ruffo.*] Lege ex MSS. *cum C. Pontinio & cum Martio Ruffo.* C. Pontinii praeter alios meminit Cicero. PARRHAS. *C. Pomptinio & cum Minucio Ruſo*, vel *& C. Min. R.* legendum docui. Male in Dionis l. XXXVII. p. 50. & l. XXXIX. p. 120. Ed. Hamb. & in Edd. quibusdam Cicer Catil. III. c. 5 & alibi Πομπτῖνος, *Pomptinus.* OUD. *Cur. poſt.*

36 *C. Promptino.*] Nuſpiam occurrit tale nomen Romanum. Reſcribe mecum *C. Pomptinio*, ut exhibent clare ambo Leidenſes, Petrenſis, & Ed. Pariſ. alii *Pomponio*, *Promptinio*, *Poncinio*, *Catone Porcio.* Fuit *C. Pomptinius*, ſive ut alii ex Faſtis malunt *Pontinius*, Praetor ſub Ciceronis conſulatu. Agunt de eo Glandorpius in Onomaſt. p. 709. & Pigh. in Faſt. T. III. p. 322. &

37 Q. Marcio [a] Rufo legatis poſt montem circummiſit: 38 quae quum, commiſſo jam proelio, a tergo clamore 39 ſublato [b] decucurriſſent, ita fuderunt hoſtes, ut ubique 40 fuga, nusquam [c] pugna capeſſeretur.

VIII. 41 M. Marcellus, quum vereretur, ne paucitatem ejus militum clamor detegeret, ſimul li-

[a] Vulgo CUM Q. MARTIO RUFFO. [b] Vulgo JAM S. DECURRISSENT. [c] Vulgo FUGAM PRO P. CAPESSERENT.

ſaepius. Male in Dionis l. XXXIX. in fine Πομπτῖνα editur. Eodem modo *Pomptinus ager*, *Pomptinae paludes* corrupte in veteribus libris exarantur *Promptinus* & *Promptinae* & *Pontinae* Oud.

37 *Cum Q. Martio Ruffo*] Primo delevi *cum* auctoritate MStorum plerorumque. Dein velim ſcire, num *Rutorum* nomen (nam ſic libri, non *Ruffo*) umquam fuerit in gente *Marcia*. Per *t* vulgo etiam hic *Martio* perperam ſcribebatur. MSS. quatuor cum Edd. primis *Mario*. Praenomen non agnoſcunt Mediç. antiquior & Edd. primae, ſcribentes *& cum Mario*. Mediceus alter *& Gajo Mario*. Leidenſ. pr. *que Marcio*, ſecundus *& C. Marcio*. Forſan pro *cum Q. Marcio* ſcribendum *C. Minucio*. De *M Minucio Rufo* facta eſt mentio §. 3. Ejusdem nominis quaeſtor fuit etiam Pompejanarum partium in bello Civili. V. Glandorpium. *Rufi* nomen adhaeſit multis gentibus, quarum nulla propius accedit ad corruptum *Marcius*, quam *Minucia*. Oud.

38 *Quae*] Uterque Mediceus, & ambo Leidenſes cum Edd. Italicis *qui*. Utrumque probum; nam & ad legatos. & ad cohortes poteſt referri; immo licet ad cohortes referas, vel ſic *qui* per ſyntheſin facile admitti poſſit. Oudend.

39 *Jam ſublato*] Nemo non videt, inconcinnam & inanem hic eſſe repetitionem *τῆ jam*, quod praeceſſit. quare delevi, auctoribus MSS. Mediceis. Leidenſibus, Gudiano, Palatino, Voſſiano, & Edd. Rom. ac Bononienſi Statim etiam edi curavi *decucurriſſent*. nam praeter Scaligerii & Keuchenii codices ſic exhibent MSS. meorum quinque optimi, & Ed. Pariſ. V. ad l. I. 5. 15. Oud

40 *Fugam pro pugna capeſſerent*] MSS. omnes *ut ubique fuga, nusquam pugna capeſſeretur*. recte Tenn. Sic etiam ſex mei meliores. *fugatis quod p. capeſſeretur*, uterque Mediceus, *capeſſeretur* etiam Leidenſ. pr. *fuga, nusquam pugna capeſſeretur* verum eſt ſine dubio. Lucan. l. VII. 532.

nulla ſecuta eſt
Pugna; ſed hinc jugulis, hinc
ferro bella geruntur. Oud.

41 *Marcellus*] Praenomen *M.*, ut alibi, recte addunt duo Cantabrig. Gudianus, Leidenſ. pr. Palatin. Hillensberg. & Voſſian. dein *ita* non comparet in utroque Leidenſi, Gudiano, Palatino, Hillensb. & Voſſ. in Mediceo *itaque ſic h.* In fine Ed. Rom. *ſpeciem extitit*, Pariſ. *ſ. terruit*. MS. Commel. *deterruit*. Oud.

lixas calonesque; & omnis generis sequelas conclamare jussit; atque ita hostem magni exercitus specie exterruit.

IX. Valerius [42] Laevinus [a], adversus Pyrrhum, [43] [b], occiso quodam gregali; tenens gladium cruentum, utrique exercitui persuasit, Pyrrhum interemtum. Quamobrem hostes destitutos se ducis morte credentes, [43*] consternati a mendacio, se pavidi in castra receperunt.

X. Jugurtha, [44] in Numidia, adversus C. Marium; quum Latinae quoque linguae usum ei conversatio pristina castrorum dedisset, in primam aciem [45] procucurrit [c], & occisum ab se C. Ma-

a Vulgo LEVINUS. b Vulgo EPIROTARUM R. c PROCURRIT vulgo & A SE.

42 *Levinus*] Notat Kenchenius, in suo MSto non male exaratum esse *Laevinus*. quod unice verum est. per diphthongum *ae* Graece, & in antiquis marmoribus aliisque monumentis Latine per *ae* ubique scribitur. Vide praeter alios Pighium T. I. Ann. p. 421. ubi jam emendavit Plutarchi vitiosum Ἀλλίνος, & aliorum *Latinius*. Correximus hoc quoque l. IV. c. 7. §. 7. OUD.

43 *Epirotarum regem*] Haec in MSS. verba nusquam apparent. TENN Praeced. cap. §. 21. jam monui, nimis liberalem hic fuisse Scriverium, qui haec verba primus addidit. In meis etiam Codicibus non invenluntur. Sed in Medic. pr. *adv. P. agens*. Mox vulgo contra MSS. *exercitui utrique*. In Leid. sec. *ex. Pirri*. In Vaticano deest *exercitui*. Dein Medic. antiquior *const. e mendacio*. Cantabrigienses, teste Wasseo, *de m.* ut l. I. 5. 28, *de insidiarum metu*. Nil tamen muta. *a* notat *per*, *prae*. Curt. l. V 3. *Vates adhibere coepit a superstitione animi*. Tandem plerique *in castra se pavidi*. a Leidensi pr. absunt *in castra* OUD.

43* *Consternati a mendacio*] Vide Dukerum ad Florum l. I. C. 23. *moribundos a sejunctione*. OUD. *Cur. post*.

44 *In Numidia*] Vossian. a m. pr. *in India*. Mediceus uterque *Numida*, rectius vulgato quamquam utrumque a lectore quodam additum videtur. Bis jam auctor Jugurthae meminit, sed utrobique sine tali additamento. l. I. 8. 8. 11. I. 13. OUD.

45 *Procurrit*] E MSS Cantabrigiensibus jam monuit Cl. Wasse ad Sallust, scribendum esse *procucurrit*; quibus adstipulantur Gudianus, Leidens. pr., Hillensb. Medic. & Vossian. cum Ed. Paris. quod jam saepe habuimus. Unus *decurrit*, alius cum Edd. primis *praecurrit*, perperam. dein *ab se* dedi auctoritate Medicei pr. OUD.

46 *Tum*

Marium [46] tum Latine [47] clare praedicavit, atque ita multos noſtrorum avertit.

XI. [48] Myronides Athenienſis, dubio proelio adverſus Thebanos [49] rem gerens, repente in dextrum ſuorum cornu [50] proſiluit [a], & exclamavit, ſiniſtro jam ſe viciſſe: qua re & ſuis alacritate, & hoſtibus metu injecto, vicit.

XII.

a Vulgo PROSILIIT.

46 *Tum Latine*] Haec deſunt MSS. TENN. Voces hae olim jam ſuſpectae Clariſſimo Waſſe, non comparent quoque in tribus Cantabrigienſibus; quare libenter eas deletas vellet. *Tum* abeſt etiam a Mediceo pr. In alio *cum*. Ego quoque e gloſſa eas in textum irrepſiſſe putem, niſi fuerit *cum Latine, tum clare*, ut idem conjicit. ſed vide notam ſequentem. OUDEND.

47 *Clare praedicavit*] Quidam *clamare coepit*. MOD. & SCRIV. Unus Reg. *Clamare coepit*. ut Modio conjectum. Salluſtius Jugurth. c. 101. *Ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) ea clamat, noſtros fruſtra pugnare: paullo ante Marium ſua manu interfectum: ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere, quem in pugna, ſatis impigre occiſo pedite noſtro, cruentaverat.* TENN. *Clamare coepit* placet quoque Keuchenio: & certe ita inveni in Edd. Rom. Bonon. Wechelii, & Vaticano., atque antiquiore Mediceo. In altero etiam *conclamare coepit*. Unde videtur Auctor reliquiſſe *Marium, clare tum proclamare coepit*. i. e. clamavit; quomodo habet Sanutus. In quatuor aliis *praedicavit clare*, certo indicio, aliud quid olim fuiſſe lectum. *Coepit facere* & ſimilia pro *fecit* &c. paſſim apud omnes ſcriptores reperias. c. 7. 14. *Coepit ſignum dare*. In Phaedro nihil eſt frequentius. Vide Indicem. Livius l. XXVII. 26 *Oram Scipionem coeperunt* & ſaepe. ut notum eſt. attamen c. 7. §. 2. *clare pronunciavit*. OUD

48 *Myronides*] Sic recte hoc loco MSS. & Edd. Male vulgo *Myrodines* erat l. IV. 7. 21. ubi vide. & de hoc Strategemate Polyaen. l. I. c. 35. 1 unde patet, male in Edd. multis, & Sanuto hic eſſe *dextro*; ἐπὶ τὸ δεξιὸν αἴρας ἐρυθρὸν OUD

49 *Rem gerens*] h. eſt. pugnans. Liv. IX. c. 35. *Neque miſſilia habebant, quibus eminus rem gererent*. alias eſt praeeſſe imperio. Horatius.

Rem gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes.

TENN. Vide ad Obſeq. c. 125. *proclamavit rem geri*. Caeſ. B. Civ. l. I. 51. Flor. l. III. 3. in f. ſupra c. II. 7. & paſſim. OUD.

50 *Proſiliit*] Medic. pr. & Edd. pp. *praeſilivit*. ſed recte unus Leidenſium, Palat. Hillensb. & Ed. Wech. *proſiluit*. ut ubique in optimis ſcribitur codicibus: &, ut alii in aliis auctoribus, ſic nos in Lucano paſſim reſcripſimus. V. ad l. I. 188. idem reſtitui c. 8. §. 13. L. IV. 6. 2. 7. 12. OUDEND.

XII. [51] Croesus praevalido hostium [52] equitatui camelorum gregem obposuit; quorum novitate

51 *Croesus*] Gronovius legit *Cyrus*. quia ei fuit camelorum copia, & hoc ingenium. TENN. Cyrum hoc strategema adhibuisse contra Croesum, constat ex Herodoti lib. I. c. 80. & Polyaeni l. VII. 6. 6. Qui ni auctorjs sit error, quod credam potius, posset conjici, olim lectum fuisse *Cyrus Croesi p. equitatui*. sed ita contra *Cyro* adscribit, quod Dario accidit l. III. c. 3. §. 4. *Cyrus* repposi hic etiam voluit Ill. Cuperus Diss. I. de Elephantis c. 2. OUD.

52 *Equitatui*] Tres Reg. *Equitatu*. Ablativus saepe pro Dativo usurpatus. Virgil. IV. Georg. 158.

Namque aliae victu invigilant.

vs. 198.

Quod nec concubitu indulgent,
nec corpora segnes
In Venerem solvunt.

I. Aeneid. 274.

Parce metu Cytherea.

VI. Aeneid.

Teque aspectu ne subtrahe nostro.

Sic Vegetius l. I. c. 9. *Sed & cursu praecipue assuefaciendi.* Varro l. IV. L. L. *Praetor dictus, qui praeiret jure, & exercitu.* Livius. *Consul habendo delectu dat operam.* Plautus Rudent. *Hae arundines sunt nobis quaestui & cultui.* contra Dativus cessit loco Ablativi. Plaut. Bacchid. *ista sunt lepida memoratui.* Varro. *A quo quod indigent potui, poma dicta esse putant.* Silenus. *Alii saltui ac velocitati certare.* Caeterum haec historia est apud Herodot. I. c. 80. Κάμηλον ἔχοντες φόρτου, καὶ εἰς ἀνὴρ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τὴν ἀρμοδιωτάτην τίθενται. Camelos etiam produxit contra Lucullum Mithridates, contra Scipionem Antiochus. Plutarch. Lucull. Xerxes Herodot. VII. c. 83. & 87. Artabanus contra Macrinum Herodian. IV. c. 14. Vide de eorum odio adversus equos naturali Plin. l VII. c. 18. Solinum c. 52. His cursum publicum in angariis habitum Plin. VI. c. 23. & plus centum octoginta septem passuum millia confecta testatur Diodorus Siculus l. XIX. TENN *Equitatu* etiam Leidens. pr. Mediceus, & Ed. princeps. recte. Non autem est Ablativus, ut putabat quoque Stewechius ad Vegetium l I. c. 9. *Sed & cursu adsuefaciendi*, ut est quoque in sex MSS. a me visis; sed Dativus, qui optimis scriptoribus ubique in usu per apocopen, & in M S. antiquioribus frequenter invenitur. Adi omnino J. G. Vossium de Analog. l II. c. 18. & J. Perizon. ad Sanct. Min. l. I. c 6 ac Comment. VV. DD. ad Propert. I. II. 12. II. I. 68. Virgil. Ecl. V. 29 Georg IV. 158. 198. Valer. Flacc. III. 629. & Sallust. B. Jug. c. 6. *Non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit. Victu* pro *victui* in nonnullis l. III. c. 5. Vide etiam l. II. c. 12. §. 2. De camelis, quae adfert Tennulius, etiam cum numerorum vitiis nam apud Plinium de camelis hoc non dicitur l. VII. sed l. VIII., descripsit e Stewechio ad Vegetium l. III. c. 23. *Camelos aliquantae nationes apud veteres in aciem produxerunt.* Livius l. XXXVII. 40. OUD.

tate [53] & horrore conſternati equi, non ſolum inſidentes praecipitaverunt, ſed peditum quoque ſuorum ordines [54] protriverunt, vincendosque hoſti praebuerunt.

XIII. Pyrrhus, Epirotarum rex, pro [55] Tarentinis adverſus Romanos, eodem modo elephantis ad perturbandam aciem uſus eſt.

XIV. Poeni [56] quoque adverſus Romanos idem fecerunt frequenter.

XV. Volſcorum caſtra, quum prope [57] virgul-

53 *Et horror*] Non temere hanc vocem, a MSS. & Sanuto retentam proſcribere auſim. Praefero tamen multum Cl. Weſſelingi conjecturam *odore*. *Novitas & horror* utrumque tantum ad viſum pertinet; ὀδμὴν addunt Herodotus & Polyaenus ἵππους δὲ καμήλου φεύγειν καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ὀδμήν. Sic aſpectus & *odor* elephantorum conſternat equos, apud Livium, Ammian. & Florum, ad cujus l. I. c. 18. vide Notas Virorum DD. adde Hirt. de B. Afr. c. 72. *Ut jumenta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpeciem conſuetudine capta non reformidarent.* Oud.

54 *Protriverunt*] *Proterruerunt* Mediceus ſec. *perterruerunt* Edd. Italicae cum Cod. Palatin. *pertriverunt* Ed. Wechel. *proſtraverunt* Leidenſ. ſec. *turbaverunt* Sanut. Omnibus his rectius eſt vulgatum. Adi l. II. c. 2. §. 4. Oud. Nimis grave hoc loco eſt verbum *proterere*. Qui jam a ſuorum equis erant protriti, non potuerunt hoſtibus vincendi praeberi: ſed facile illud perterritis ac perturbatis accidit. Quare nunc omnino praefero lectionem Codicis Medicei *proterruerunt*, cujus gloſſam *turbaverunt* habet Sanutus. Eſt enim *proterrere* aliquem de loco ſuo per terrorem injectum depellere, & ſic proturbare. Vide Burm. ad Virgil. Aen. XII. 291.

Auleſten proterret *equo: ruit ille recedens.*

& quae dixi ad Caeſar. L. I. B. G. c. 58. proterritis *hoſtibus*, *atque in fugam conjectis.* Adde Appulej. L. VIII. p. 164. *ardentibus facibus* proterrebant *feras.* Wopkenſ. in Miſc. Obſ. Nov. ad Juſtin. L. XXII. c. 6. De Cyri camelis conſule quoque Aelian. L. III. Anim. c. 7. L. XI. c. 36. Idem *Cur. poſt.*

55 *Tarentinis*] Arcerian. *Tarentinis.* dein *perturbandum* Edd. Rom. & Bonon. Addit autem *hoſtium* non male Mediceus primus. Livius l. XXXVII. 41. *Falcatae quadrigae, quibus ſe perturbaturum hoſtium aciem crediderat.* Oud.

56 *Quoque*] MSS. *quidem.* Scriv. Ex meis *quidem* Medic. pr. cum Ed. Bonon *quidam* Romana. An ſub eo latet adverbium *dein?* Oud.

57 *Virgulta ſilvasque.*] Leid. pr. duo Cantabrig. Gudianus, uterque Mediceus, Hillensb., & Voſſianus *virgultis ſilvaque.* debuiſſet tum addi praepoſitio *a* vel *ab*, ut fit infra l. IV. 7. 4. ubi

gulta ſilvasque poſita eſſent, Camillus ea omnia, quae conceptum ignem usque in vallum [58] perferre [a] poterant, incendit, & ſic adverſarios exuit caſtris.

XVI. [59] P. Craſſus [b], bello ſociali, eodem modo prope cum copiis omnibus [60] interceptus eſt.

XVII.

a Vulgo PROFERRE. *b* Vulgo M. CRASSUS.

hoc & ſeq. exempl. repetitur, *prope a virgultis ſilvaque*. Ed. Pariſ. *virgultis ſilvasque*. Palatinus *virgulta ſilvas*. Unde omnino cenſeo, auctorem noſtrum ſcripſiſſe *virgultas ſilvas*. Salluſtius in Fragm. Hiſtor. *Conſedit in virgulta valle nemoroſaque*. Silius Italic. l. XII. 354.

Virgulta tegitur valle & frondentibus umbris.

Adjectivam *virgultus* pro *virgultoſus*, non noverunt librarii, unde corruperunt. ſed vide illic Cl. Drakenb. & Burmann. ad Ovid. Metam. l. IV. in Lactatii Argum. F. 19 ubi *Vingulta* ſubſtant. in fem. gen. unde quis conjicere poſſit quoque, *virgultas ſilvas* ſub. Forſan, & hinc *denſa virgulta* retineri poſſet in Ablativo, amid Livium l. I. c. 14 ubi tamen vide Gronovium & Heinſ. ad Vellej. I. 17. Sed mihi *virgultas ſilvas* hic & infra veriſſimum videtur. Ceterum excidiſſe hic quaedam videntur. nam ſilvam ipſam non incendit Camillus, ſed ligna, ex ſilva exciſa, quibus vallum caſtrorum ſepiverant Volſci. Rem omnem enarrant Livius l. VI. c. 2. & Plutarchus in Camillo p 127. Oud. Nondum plane poenitet conjecturae *virgultas ſilvas* hic, & L. IV. c 7. Ex. 20 ſed retinendo vulgatum pronior ſum. Certe *vingulta* fem. gen. ting. ſubſtantive a Livio, noſtrove fuiſſe uſurpatum, nequaquam nunc judico, motus admonitione Cl. Drakenb. ad Livium L. I. c. 14. qui reſpexit hunc mearum notarum locum. De *virgultis* latius agam ad Appulejum. IDEM *Cur. poſt.*

58 *Proferre*] Palat. *praeferre*: Uterque Leidenſis, Mediceus prim. Commelin. & Voſſian. *perferre*, ut infra, recte. Hoc enim attat ad ſcopum deſtinatum & finem ferre. Vide me ad Lucan. l. v. 674. *pertulit unda*. Dein in ambobus Mediceis *exuit in caſtris*. OUD.

59 *M. Craſſus*] Tres Cantabrigienſes. Leidenſis pr. Hillenſb. Voſſian. & Ed. Pariſ. *P.* ſeu *Publias*, ut infra. Veriſſime. Quod mutatum eſt; quia ejus filius M. Craſſus, qui bello Parthico periit, erat vulgo notior. Eſt hic P. Craſſus Cenſorius & Triumphalis, qui occiſus eſt, ſive ſe ipſe, ut alii, occidit, tempore dominationis Cinnanae, & in bello ſociali a Lamponio, ſocorum duce, victus eſt, octingentis ejus militibus caeſis, quo haec noſtri pertinent. Vide Appianum l. I. B. Civ. p. m. 635. 636. 662. & Cicer. de Oratore l. III. c. 3. aliosque. OUD.

60 *Interceptus e.*] Alias *interemptus eſt*. Minus bene. Mss. *Interemptus* ex gloſſa ortum habent uterque Mediceus, & Commel. cum Edd. Rom Bonon. & Wechelii, ut alibi. *Interceptus*

XVII. Hiſpani contra Hamilcarem boves vehiculis adjunctos in prima fronte conſtituerunt, vehiculaque taedae, [a] ſebi [a], & ſulphuris plena, ſigno pugnae dato, incenderunt: actis deinde in hoſtem [62] bubus conſternatam aciem [63] perruperunt.

XVIII. [64] Faliſci & Tarquinienſes, compluribus ſuorum [65] in habitum [b] ſacerdotum ſubornatis,

a Vulgo ET SEPI. b Vulgo IN HABITU.

nam nihili eſt *ſepum*. *ſebi* ſuet; & dein *ſe*, *ſibula* ſuet. Hinc ut nellae, *ſebaceus* A. Ammiano *ſebalis*. *Se* m jungit Caeſar l. VII. 5 ut & l. VIII. *Sevi* ginem reponuerat Gro. duolius autem Leidd. ſativo ponuntur *cera*, lee) *& ſulphure*. Ve..... ...s fuiſſe onuſta ſimpliciter ait Applanus B. Hiſpan. p. 428. Oud.

62 *Bubus.*] Sic malui ex ſententia ſummorum virorum, & auctoritate quatuor veterrimorum Codd. quam *bubus*. hinc *bubile*, *bubulcus*. Oud.

63 *Perruperunt*] *Proruperunt* duo Medicei, Cantabrig. tert. & Edd. primae, ut ſupra §. 2. ubi vide.

64 *Faliſci*] Arteſianus *Faleſii* teſte Keuchenio, qui adeatur. Nonnulli meorum male *Tarquinenſes*. Palatin. *compluribus ſuorum*. & dein Leid. tec. *criminali habitu praeferentes*.

65 *In habitu ſacerdotum ſubornatis*] Praepoſitionem *in*, tanquam non magni uſus, tollere ſuaſerim. natam autumo ex geminatione praecedentis liquidae. STRAV. *in* delet Strewechius. *ſubornatis* vero MSS. quod etiam Sanutus ignorat. SCRIV. *In* retinent MSS. omnes; ſed *ſubornatis* carent Palatinus, Vaticanus, uterque Mediceus, Leiden-

SCRIV. Primo pro *taedae ceram* habent Leidenſis ſec. & tert. ſed male. nam *taeda* hic eſt omne lignum facile ad concipiendam flammam, & ideo quoque ſebo & ſulphure illitum. Livius l. XLII. c. 64. *Faces, taedamque & malleolos ſtuppae illitos pice parari jubet.* Lucanus l. III. 504. *Ignis agit vires, taeda ſed raptus ab omni* &c. *Cera* & *taeda* confunduntur quoque l. IV. c. 7. §. 9. Dein *& ſepi* non legitur in Palatino, Vaticano, nec Edd. Romana, & Bononienſi. & inſuper recte abeſt ab utroque Mediceo, Leidenſi ſec. & tertio, qui e gloſſa male exhibet *pice*. Leidenſ. prim. & Petrenſis *ſebi*. probe, quomodo Harduinus teſtatur, fere ſemper ſcribi in MSS. Plinii Codicibus ut l. XXVIII. 45.

tis, faces & angues furiali habitu praeferentibus, aciem Romanorum turbaverunt.

XIX. Idem Vejentes & Fidenates [66] facibus adreptis fecerunt.

XX. [67] Atheas, rex Scytharum, quum adversus ampliorem Triballorum exercitum confligeret, jussit a feminis [68] & pueris omnique inbelli turba, greges asinorum ac boum ad postremam hostium aciem admoveri, & erectas hastas [69] praefer-

fis sec. & Edd. Rom. ac Bonon. Forsan tria haec verba *in habitu subornatis* e glossa nata sunt. Nam sequitur *furiali habitu*. & certe ita quoque non habet Livius, unde desumsit auctor, l. VII. 17. Sed ipsos fuisse sacerdotes dicit. *Falisci Tarquinienses-que &c. quod sacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibusque praelatis incessu furiali militem Romanum turbaverunt.* Unde commode posset legi *compluribus suorum sacerdotum faces & angues furiali habitu praeferentibus*. Haec si non statim placent, saltem Latinius mecum e Vossiano Codice lege *in habitum*. Seneca de Benef. l. III. c. 28. *In militum & quidem non vulgarem cultum subornati*, Valer. Max. l. VII. c. 3. 9. *In modum lictorum servis subornatis*. Infra l. III. c 2 § 11, *Ad Macedonicum ornatus est habitum*. OUD.

66 *Facibus arreptis*] Non item anguibus. Bene Livium sequitur auctor l. IV. 38. *ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu in hostem ruit*. Florus Fidenates confundens cum Falisscorum facto *se pontum* hic etiam meminit l. I. c. 11. ubi videndus Salmasius, cujus verba, ne Floro quidem nominato, descripsit hic, & pro suis venditavit Keuchenius. OUD.

67 *Atheas*] Ἄθεας sine adspiratione Graeci. & sic scribendum auctore Plutarcho vel solo. Apud Florum quoque, si recte memini, emendandum hoc nomen Bello Mithridatico, *Ateas*. SCRIV. *Atheas*: male in MSS. *Aetes* & *Aethes*. Justinus l. IX. 2. Ejus hostes non Triballos, sed Istrianos vocat. TENN. *Aethes*, *Athes*, *Ethes*, *Sithes* &c. MSS. *Aetes* Medic. antiquior, Palat, Voss. & Gud. Sine dubio verum est *Ateas*; ut hic, Scytharum rex vocatur Straboni l. VII. p. 305. ubi videndus Casaubonus, & Comment. ad Justin. l. IX. 2. & ejus libri prolog. Hujus regis etiam meminere Plutarchus, Lucianus, Diodorus, apud quos vulgo corrupte Ἄρτιας vel Ἄτλας scribitur. Orosio l. III. 13. *Lotheas*. Sed aliter MSS. teste Fabricio. Pontici regis nomen, cujus Florus l. III. c. V. meminit, sine controversia est *Aeetas*, Medeae pater: ut docuit illic jam Salmasius, quem verbo tenus hic rursus exscripsit Keuchenius. OUDEND.

68 *Et pueris*] Inepte addit Ed. Paris. *Triballorum* & Hillensb. *puerisque Triballorum*. Duo *puerisque & omni*. Dein pro *inbelli* male *belli* tres Cantabrig. Palat. & Ed. Romana. Mox *hovium* Vossian. & *bovum* Leid sec.

69 *Praeferre*] Notandum *jus-*

sit

ferre. Famam deinde diffudit, tamquam auxilia ſibi ab ulterioribus Scythis adventarent: qua aſſeveratione avertit hoſtem.

ſit a feminis admoveri & praeferre. quod retinent MSS. omnes. Saepe quidem *jubeo* cum Infinitivo activo conſtruitur ſine adjuncto caſu ejus, qui jubetur, ut latius videbimus ad c. 5. §. 46. Sed eo modo, ut hic, praecedente ablativo cum praepoſitione *ab* alii verbo juncto, & ſenſu poſtulante, ut eaedem perſonae ſubintelligantur in ſequenti verbo. vereor, ut umquam inveniri poſſit, & ne hoc loco ſit reſcribendum *praeferri.* Ed. Pariſ. *perferre.* Mox *aſſertione* Vatican. Gudian. & Coll. Voſſ. *pervertit.* Sed vide ad c 3. 3. *totam circuit aciem hoſtium & averit.* OUDEND.

CAP. V.

De Inſidiis.

EXEMPLUM I.

Romulus, per latebras copiarum parte diſpoſita, quum ad [2] Fidenas acceſſiſſet, ſimulata fuga temere hoſtes inſecutos eo [3] perduxit, ubi occultos habebat milites, qui undique adorti effuſos & incautos ceciderunt.

II. [4] Q. Fabius Maximus Cos. auxilio [5] Sutrinis

1 *De inſidiis*] Addit Medic. pr. *hoſti faciendis.* OUD.

2 *Fidenas*] Duo Regii, & Voſſianus (ut mecum communicavit Celeberrimus Graevius) habent *Fidenas.* Vulgatam lectionem ſequuntur omnes Graeci. Stephanus. Φιδήνη πόλις Ἀλβανῶν. TENN. Supra *Fidenates* & Livius ſemper, qui de hoc ſtrategemate videndus l. 1. c. 14. Polyaen. l. VIII. c. 3. OUD.

3 *Perduxit*] Infra §. 6. *usque ad locum voraginoſum eos perduxit.* c. 3. §. 20. *Ut hac ſimulatione perduceret hoſtes in confragoſa.* c. 5. 37. *ultra locum inſidiarum perduxere.* Adde §. 44. quare nil muto. Sed Palat. *praeduxit*, & Mediceus pr. dat *produxit.* uti & MS. c. 5. §. 35. *in praeparatas inſidias produxit.* quod proprium eſt inſidiarum verbum. Adi notata ad l. 1. 1. 11. paullo ante *inſecuti* uterque Mediceus. Fors & hic quoque fuit *hoſtem inſecutum:* mutatum ob ſeq. *effuſos.* Sed vide §. 3. & ad l. 1. c. 4. §. 11. dein Petrenſis *habuit.* In Palat. & *incautos* deſunt. OUD

4 *Q. Fabius*] Praenomine carent Palat & Leid. ſec. Male Medic. ſec. *M. Fabius.* Mox *omnium*

nis missus adversus Hetruscos, omnes hostium copias in se convertit: deinde simulato timore, in superiora loca, velut fugiens, recessit, effusosque subeuntes adgressus, non 6 acie tantum superavit, sed etiam castris exuit.

III.

omnium h. Hillensh. *Omnis hostilium* Medic. pr. *In se* desunt in Edd. Italicis. *Subjecto tim.* contra verum Medic. sec. *tamquam fug.* Leid. sec. In Petrensi *secessit.* Oud.

5 *Sutrin's*] Sic l. in uno Reg. & uno Hill. *Subtrinis* male, nusquam *Satrinis*, quod ille somniaverat. Σάτρων (*inquit Stephanus*) πόλις. ἀπὸ πρότερον Τυρρηνῶν. ἔστιν δὲ Ῥωμαίων. τὸ ἐθνικὸν, Σατρινός. Festus. Sutrium quasi eant, *atque in proverbium abiit hac de causa: Gallico tumultu a Camillo quondam edictum est, legiones Sutrii ut praesto essent cum cibo suo, quod usurpari coeptum est in iis, qui suis rebus opibusque consisi repraesentarent, quibus deberent.* Plautus usurpat de iis, qui ad nuptias invitati suo sumtu vescebantur. Casina 3. 1. 10. *Cibo cum suo quiqui facite, uti veniant: quasi eant Sutrium.* Tenn. Keuchenius ex MS. Arceriano malebat *Satrinis* ab oppido *Satrio*, quod nullum est, sed *Satricum*. unde *Satricani*. Hic vero omnino retinendum est *Sutrinis* a *Sutrio*, urbe in Latii & Hetruriae confiniis: unde frequentes cum Hetruscis propter haec Latii claustra velitationes fuerunt. Vide ad 1. 8. 2. Hanc vero historiam describit latius Livius, quem unice adduxisse dequit Tennulius, l. IX. c. 35. *Jam Sutrium ab Hetruscis obsidebatur, consulique Fabio inis ducenti montibus ad ferendam opem sociis acies hostium instructa occurrit* &c. MSS. quidem mei etiam *Subiermis*, *Sustrinis*, *Siocius* male. Ed. Paris. *Subtilius.* Oud.

6 *Aciem t. s.*] Lege cum 3. Hill. Voss. & ex conjectura et Gronovii. *Acie t. superavit.* Florus III. c. 22. *Copias ejus prope tota Hispania persequuti, diu & ancipiti semper acie domaverunt.* Tenn. Placet *aciem* Keuchenio; mihi vero ne Latinum quidem videtur. In Currio quidem l. IV. c. 16. habent Edd. VV. & MSS. plerique *nisi aciem vicerimus*, sed in melioribus jam diu emendatum est *acie.* Quare cum Gronovio & Tennulio rescripsi *acie*, consentientibus MSS. Palatino, Vaticano, Petrensi, Guliano, & utroque Leidensi cum Ed. Paris. *Aciem* certe castris non exuit Fabius. *Acie superare, acie vincere* frequentissimum est. c. 9. §. 6. *superatis acie Carthaginiensibus.* Posset etiam scribi *in acie.* Hirt. B. Alex. c. 50. *Pompejum in acie victum.* ubi MS. veterrimus Lovaniensis *in aciem.* Oud. Miror, Cl. Burmannum videri censere, *aciem* hic loci e MSS. quibusdam recipi posse, ad Virgil. Aen. II. 30.

—— acie certare *solebant.*

Vel seqq. verba *castris exuit* ostendunt, *aciem* non valere. Eam enim castris non exuit, sed hostes acie jam superatos. De locutione *in acie* adi ad Caes. L. VII. B. G. c. 29. e quibus patet, nil mutandum in Quinctil. Decl. XII. c. 21. in acie *consigere.* Idem Cur. post.

III. [7] Sempronius [a] Gracchus adverſus Celtiberos, metu ſimulato, continuit exercitum. Emiſſa deinde armatura levi, quae hoſtem laceſſeret [b], ac ſtatim pedem [8] referret [c], evocavit [9] hoſtem: deinde inordinatos adgreſſus, usque eo cecidit, ut etiam caſtra caperet.

IV. [10] Metellus [d] Cos. in Sicilia bellum adverſus Hasdrubalem gerens, [11] ob ejus ingentem exerci-

a Vulgo T. SEMP. b Vulgo FACESSERET. c Vulgo REFERENTE. d Vulgo Q. METELL.

7 *T. Sempronius Gracchus*] Praenomen hoc rurſus adpoſuit Scriverius: quod in nullis ſcriptis, nec Edd. ante eum comparet. Saltem debuit eſſe *Tib.* de hoc *Tib. Gracche* propraetore in Hiſpania contra Celtiberos egregias res gerente, ſtrategema hoc refert Livius L. XL. 48. De eodem infra §. 14. Adi Comm. ad Flor. l. II. 3. 17. OUD.

8 *Referente*] a Reg. 2. Hill. & Voſſ. *referret*. Quod probum. TENN. Palat. *refert*. Ed. Pariſ. *referret*. Multi *pede referente vocavit*. unus *revocavit*. Placet omnino *referret*: & paullo ante *laceſſeret*, ex omnibus MSS. & Edd. pp. Vulgo perperam *faceſſeret* edebatur. Audi Livium *Eos quum per aliquot dies armaturam levem inmittendo in ſtationes laceſſiſſet parvis proeliis, indies majora certamina ſerebat, ut omnes extra munitiones eliceret. ubi quod petebatur, ſenſit effectum, auxiliorum praefectis imperat, ut contracto certamine, tamquam multitudine ſuperarentur, repente tergis datis ad caſtra effuſe ſuperent* &c. OUD.

9 *Hoſtem*] Perperam Medicei, & Voſſ. cum Edd. Italicis *hoſtes*. In Petrenſi, & Leid. ſec. deeſt. *eo* non agnoſcit idem Leidenſis; *caſtra Lusitanorum* Palatin.

10 *Q. Metellus*] *L. Metellus* SCRIV. Scriverii *L. Metellus* nusquam occurrit. TENN. Debuit tamen, ſi addidit auctor praenomen, dixiſſe *L.* ut hic vocabatur Metellus, non *Q.* Lucium eum ipſe auctor adpellat l. I. c. 7. §. 1. ubi vide. & ſic hoc loco ſcribendum putavit quoque Ill. Cuper. Diſſ. 2. de Eleph. c. 2. Sed MSS. quatuor mei cum Edd. primis carent praenomine *Q.* quare ut vitioſum delevi, & dein e MSS. omnibus dedi *adv. Hasdr. gerens.* vulgo *g. a. H.* OUD.

11 *Ob ejus ingentem exercitum 130 elephantos intentior*] Ruit ſententia, ni reponas, *ob ejus ingentem exercitum, & 130. elephantos*. STEW. E Modii editione & culpa librariorum excidiſſe debuit; nam in omnibus aliis & bene comparet. *Elephantes* hic & infra Medic. pr. & Edd. Ital. dein idem *intenſiore*. Edd. pp. *diſſimulata*. Pro *copias tenuit* Petrenſis *ſe continuit*. non male, ut §. 18. l. III. c. 11. §. Caeſ. B. G. 1. 40. Forſan dedit auctor *ſe tenuit*. Hirt. B. Alex. 63. *ſuis ſe tenet praeſidiis*. Cicero pro Dejotaro c. 3. *usque eo ſe tenuit*. aliique ſaepius. Nihil mutari tutius eſt. Nam *tenere copias* neque Latinum eſt. Idem cum Leid. ſec. *ut tela*. perperam. In-

ercitum & centum triginta elephantos intentior, simulata diffidentia, intra Panormum copias tenuit, fossamque ingentis magnitudinis ante se duxit. Conspecto deinde exercitu Hasdrubalis, qui in prima acie elephantos habebat, praecepit hastatis, tela in belluas jacerent, protenusque se intra munimenta reciperent. Ea [12] ludificatione rectores elephantorum concitati, in ipsam fossam elephantos egerunt: quo ut primum inlaqueati sunt, partim [13] magnitudine telorum [14] confecti, par-

mat enim auctor, omittere hanc particulam, ut aliquoties vidimus. Adi l. 1. 4. 7. Edd. pp. *jacere* itidem vitiose. Mox *protenus* usque *ad ea* desunt in Mediceis. Oud.

12 *Ludificatione*] Ludificatio non est ipse dolus & insidiae (sic enim sibi cavissent Rectores) sed detrectatio pugnae, & simulatio metus, ut hostis vel vitetur, vel in insidias deducatur. Florus 11. c. 2. *Ludificari fuga nostra.* Silius. *Ludificante ducem Fabio.* Nam Fabius detrectavit pugnam. Proprie autem est deridere, & per lusum fallere. Terentius in Phormione. *Ergo sic me ludificamini?* Plautus Bacch. 3. 4 28. *Neu quid ei succenseat mea causa de auro, quod eum ludificatus est.* Tenn. Per insidias exposuit Keuchenius. In proelio *ludificari* dicuntur illi, qui modo incurrendo, modo se recipiendo adversarios delassant, vel irritant. Vide Duker. ad cit. Flori locum. Oud.

13 *Magnitudine*] Non tam magnis telis opus est, ut elephantum graviter vulneres. Sed hastis & verutis velitum. Vide Gron. ad Liv. l. xxi. 55. Putem potius ab auctoris manu esse *magna vi telorum. Vis magna* ubique de omnibus rebus occurrit pro multitudine. Sic l. 111. 15. 5. *vis magna tritici.* Hirt. de B. Alexand. c. 20. *Magnam vim telorum adversi sustinerent.* Justin. l. xii. c. 9. *Ut eum non multitudo hostium, non vis magna telorum terruerit.* Livius l. 1. 51. *Vim magnam gladiorum.* Oud. Perpendant Viri docti, an *magnitudo* hic significare possit *magnam multitudinem:* uti sane adjectivum *magnus* pro multo innumeris locis occurrit. *Magnitudinem copiarum* de multis copiis dixit Hirt. B. Alex. c. 26. participium vero *confecti* male pro *interfecti* videtur sumsisse Orosius, cum scribit L. iv. c. 9. *belluas vel in fugam vel* in mortem *egit.* Capti enim sunt, non interfecti. De verbo *conficere* pro vulneribus defatigare vide & c. 5. Ex. 39. & Caes. L. iii. B. Civ. c. 9. 95. Liv. L. vi. c. 3. ac saepe. Ceterum quum haec egit Metellus, non Consul erat, sed Proconsul. Vide ad L. iii. c. 17. §. 1. & Freinsh Suppl. Liv. L. xviii. c. 51. & seqq. Sic & alibi peccatur vel ab ipso Frontino, vel a librariis: ut L. iv. c. 1. §. 43. c. 5. §. 16. Alibi etiam pro *consulari* dicit, ut L. iv. c. 1. §. 44. *Q. Fulvio, A. Claudio Cos. milites postulaverunt a* Cos. *M. Marcelio.* uti aliis saepe. Vide ad Liv. L. xxviii. c. 26. Idem *Cur. post.*

14 *Con-*

partim retro in ſuos acti, totam aciem turbaverunt. Tunc Metellus, hanc [15] operiens occaſionem, cum toto exercitu erupit, & adgreſſus a latere Poenos cecidit, [16] ipſisque, & elephantis potitus eſt.

V. [17] Tomyris [a], Scytharum regina, Cyrum [18] Perſarum ducem, aequo Marte certantem, ſimulato metu elicuit ad notas militi ſuo anguſtias, atque ibi, repente converſo agmine, natura loci adjuta, devicit.

VI. AEgyptii conflicturi acie in eis campis, [19] quibus junctae paludes erant, [20] alga eas contexe-

[a] Vulgo TAMYRIS.

14 *Confecti*] Ill. Cuperus dicto loco hinc noſtrum auctorem arguit, quod ſolus meminerit occiſorum elephantorum; cum reliqui omnes fuiſſe captos narrent. Verum pace ſummi viri manium dixerim: *confecti* non notat occiſos, ſed graviſſime vulneratos. Adi omnino notata ad §. 39. *eo vulnere adfecit*, vel *confecit*. OUDEND.

15 *Operiens*] Hillensb. *reperiens*. Medic. pr. *comperiens*. alter *concipiens*. dein Medic. prim. *aggreſſos ab l.* Palat. *egreſſus*. Mox *occidit* Edd. pp. ſolito errore.

16 *Ipſisque &*] 4. Reg. 2. Hill. & Voſſ. *ipſisque ut*. TENNULIUS. *Ut* quoque Palat. Medicei, Leidenſ. pr. Gudian. Cantabrigienſes, Ed. Wech. & Paril. Deeſt in Leid. ſec. *Ut* rectum videtur. Uti elephantos cepit, ſic etiam ipſos Poenos, niſi malis *ut & el*, quod placet viro docto. OUD.

17 *Tamyris*] 3. Reg. *Tomiris*. Voſſ. *Tomitris*. Neceſſario ſcribendum *Tomyris*. Nam Herodotus 1. c. 206. Τόμυρις. Vide Bougarſium ad Juſtin. 1. c. 8. TENN. Celeb. Graevio adſentior, cui placet ex Herodoto, & Luciano, ubique apud Latinos reſcribendum eſſe *Tomyris*. Certe ita inveni quoque in duobus MSS. Juſtini a me collatis; & in Valerio Maximo l. IX. c. 10. ita edidit R. Stephanus. Hic pleriique Scriveriani, cum Leidenſi primo, Gudianq, & tertio Cantabrig. ac Edd. Rom. & Bononiensi exhibent etiam *Tomyris*: quomodo & legas apud Polyaen. l. VIII. c. 28. OUD. Confer omnino Valeſium ad Ammian. Marcell. L. XXIII. c. 6. IDEM *cur. poſt.*

18 *Perſarum ducem.*] Nonnihil pro gloſſemate ſuſpecta haec mihi ſunt verba propter MStorum varietatem. Palatin. *adverſus C. P. regem certavit &*. Petrenſ. *C. regem, P. ducem* rectius. Cantabr. tert. *Regem P.* Medic. ſec. *Perſarum Regem.* Dein in Petrenſi *confuſo agmine.* unde conjicit vir doctus *concluſo* ſc. Cyri *agmine.* Nil muto. Mox *adjutam* Leid. ſec. in Medicęo ſec. *adjutum.* unde facere poſſes *adjuta eum.* OUD.

19 *Quibus junctae*] Medic. pr.

texerunt, commissoque proelio fugam simulantes in insidias [21] hostes [a] evocaverunt, qui rapidius vecti per ignota loca [22] limo inhaeserunt, circumventique sunt.

VII. Viriathus [23] ex latrone dux [24] Celtiberorum,

a Vulgo IN INS. SEVOCAVERUNT.

& Edd. Italicae *in quibus j.* Petrens. *q. adjunctae.* Male: *junctae* sunt vicinae, contiguae. Vide Gronov. ad Livium l. XXII. c. 20. *tecta juncta muro*, & Cl. Burmann. ad Ovid. I. 1. ex Ponto El. 4. 31. *junctior Haemonia est Ponto.* OUD.

20 *Alga eas contexerunt*] Tres Reg. & Voss. *Algeas contexerunt.* 3. Hill. *Alga cont.* quartus Reg. *Algas con.* TENN. Palatin. duo Cantabrig. Gudianus, & Leidens. sec. etiam *algeas. eas* non habent Leidens. pr. & Ed. Paris. *Algas* Medic. secundus. Ceteri MSS. & Edd. *alga eas.* sc. paludes. Operarum incuria in Temulii Ed. est *eos.* Medic. sec. *contempserunt.* Ceterum *alga* hic videtur poni de herba fluviali & palustri contra Grammaticorum praeceptum, qui *ulvam* dici volunt, & *algam* semper de marina herba usurpari. Verum ut hoc frequentius sit. non tamen est perpetuum, ut Statii & Rutilii exemplis docuit Marklandus ad Silvas I. v. 3. 283.

& in media componat molliter alga.

Hinc praefero optimorum MSS. rum lectionem apud Ovid. l. 1. Fast 200.

Et dabat exiguum fluminis alga torum.

vulgo *ulva.* OUD.

21 *Sevocaverunt*] MSS. *Evocaverunt.* Unus Reg. *hostes evocaverunt.* Supra n. 3. *Evocavit hostem.* h. e. provocavit. Senec. III. de ira. c. 5. *Lentos in saevitiam ac violentiam evocet.* Vide Gronovium ad epist. 47. Senecae. TERN. Sine ulla haesitatione rescribendum *evocaverunt.* quod servarunt quoque Palatin. uterque Leidensis, Gudian. Vossian. Ex. 15. *Erythraeos signo dato in insidias evocavit.* §. 22. *Ipse ad evocandum hostem misit.* §. 36. *Alacres successibus victoriarum evocavit.* duo Medicei *in i. se locaverunt.* Verum locus nondum persanatus est. Quos enim in insidias evocaverint, quo referatur sequens *qui*, non additur; ut tamen salvo sensu fieri debuit. Petrensis *in insidia hostes sevocaverunt.* Unde] transposita littera *s* legendum esse patet *in insidias hostes ev.* ut diserte est in uno Regio: quare ita edidi; nisi ex vocibus, *in insidias* malles credere, excidisse vel *inimicus.* OUDEND.

22 *Limo*] Medic. sec. & *l.* idem cum Ed. Romana *circumvectique.*

23 *Ex latrone dux*] Putat Keuchenius, Viriathum hic *latronem* adpellari, quod conductus militasset: Quia *latrones* eos dicebant, qui conducti militabant. Quod ex Varrone & Festo hausit; at, licet verum sit, Viriatho non convenit, qui hac voce notatur fuisse viarum obsessor, & rapto vixisse. Livii Epit. LII. *Viriathus in Hispania primum ex pastore venator, e venatore latro, mox justi quoque exercitus dux factus.*

Ci-

rum, cedere ſe Romanis [25] equitibus ſimulans, usque ad locum voraginoſum & praealtum eos perduxit; & quum ipſe per [26] ſolidos ac notos ſibi tranſitus evaderet, Romanos ignaros locorum, inmerſosque limo cecidit.

VIII.

Cicero l. II. de Offic. c. 11. *Itaque propter aequabilem praedae partitionem & Bardylis Illyrius latro magnas opes habuit, & multo majores Viriathus Luſitanus.* Vellej. Paterc. l. II. c. 1. *Duce latronum Viriatho.* Florus l. II. c. 17. §. 15. *Viriathus ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque imperator.* Aurelius Victor c 71. *Viriathus Luſitanus primo mercenarius, deinde alacritate venator, audacia latro, ad poſtremum dux* Eutrop. l. IV. c 16. *Paſtor primo fuit, mox latronum dux: poſtremo* &c. Oroſius l. V. c. 4. *Homo paſtoralis & latro primum infeſtando vias, deinde vaſtando provincias, poſtremo* &c. Eodem modo Graeci. Diodorus Sic. in Excerpt. Peireſc. p. 345 Οὐιρίαθος ὁ λῃσάρχης ὁ Λυσιτανὸς καὶ δίκαιος ἦν ἐν ταῖς διαιτομαῖς τῶν λαφύρων. Dio Coccej. in iisdem Excerpt. p. 614. Οὐιρίαθος ἀνὴρ Λυσιτανὸς, λῃστὴς τὰ πρῶτα γεγονὼς, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ στρατηγός. Oud.

24 *Celtib-rorum*] Omnes faciunt autores Viriathum ducem *Luſitanorum*. ipſe autor c. 13. n. 4. hujus libri. Silius Italicus vero l. III. vſ. 354. ei adjungit & Callaicos.

Hos Viriathus agit, Luſitanumque remotis
Extractum luſtris, primo Viriathus in aevo,
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

Imo fuit totius Hispaniae dux. Flor. II. 17. *Si fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniae Romulus.* Idem aſſerit Juſtin. XLIV. c. 2. *In tanta ſeculorum ſerie nullus illis* (Hispanis) *dux magnus praeter Viriathum fuit.* Vide Lipſium ad Vell. l. II. n. 172. in duobus Regiis, & Voſſiano eſt *Uriatus*. Tenn. *Celtiberorum* ſi dedit auctor, aperte ſibi ipſe contradixit. nam alibi ait, eum contra Celtiberos, qui in partibus Romanorum erant, rem geſſiſſe. nam caput gentis Celtibericae Segobrigam ab eo ſaepius infeſtatum fuiſſe refert l. III. c. 10 6. c. 11. 4. & l. IV. c. 5 82. Unde ſuſpicio mihi nata eſt, an non ſimpliciter, ut omnes illi auctores, hunc maxime in finem modo a me citati, ſcripſerit Frontinus *ex latrone dux*, & vox *Celtiberorum* irrepſerit huc e margine, ad ſeq. exemplum ab lectore vel librario doctiore, aut pro varia lectione adpoſita. nam illic de Celtiberis, non Cimbris agi ſtatim videbimus. Exarati autem hoc nomen per *th.* curavi cum Mſ. Arceriano; ut ubique e Graecis Scriptoribus. & antiquis lapidibus debere ſcribi, ſaepius jam monuerunt viri docti. Oud.

25 *Equitibus*] Vaticanus *militibus*. pro τῷ *praealtum* Sanutus *praelatum*; & ſic Gudianus, ut ſupra itidem variatum vidimus. Oud.

26 *Solidos ac notos*] Male Palat. & Hillensb. cum Edd. Italicis, & Sanuto *ſolitos*. unde *ac notos* ejectum in iisdem Edd. Mox *reditus* Medic. ſec. *evaſiſſet* Petrenſ. dein *immerſus* ſine τῷ *que* Medic. prim. & eaedem

VIII. Fulvius Imperator [27] Celtiberico [a] bello, collatis cum hoſte caſtris, equites ſuos juſſit ſuccedere ad munitiones eorum, laceſſitisque barbaris, ſimulata fuga [28] recedere [b]. [29] Hoc quum per aliquot dies feciſſet, avide inſequentibus Celtiberis, animadvertit, caſtra eorum ſolita nudari: itaque per partem exercitus cuſtodita conſuetudine, [30] ipſe cum expeditis poſt caſtra hoſtium conſe-

a Vulgo CIMBRICO & dein CIMBRIS. *b* Vulgo RECESSIT vel REGREDI.

Edd. *univerſos* Leidenſ. ſec. OUDEND.

27 *Cimbrico bello*] Nullus unquam imperator fuit Fulvius bello Cimbrico, aut contra Cimbros: quod tamen mordicus hic retinent MSS. omnes; certiſſimo argumento, quam turpiter auctor noſter corruptus, & foediſſime inquinatus ſit, praeſertim in nominibus propriis. Nemini enim, qui Livium legerit, dubium eſſe poteſt; quin debeat reponi *Celtiberico*, & dein *Celtiberis*. quippe idem hoc Strategema fuſe ille l. XL. c. 30. 31. 32. narrat a Q. Fulvio Flacco praetore in Celtiberos adhibitum eſſe. In margine tamen videtur olim quid de Celtiberis monitum fuiſſe, ut ſupra adtigi. OUD. Vitioſa ſcriptura *Cimbrico bello* deceptus eſt Freinshemius ad Epit. Liv. LXVII. c. 61. IDEM *cur. poſt.*

28 *Regredi*] Alii *ſ. f. receſſit.* nonnulli *ſ. f. recedi.* hinc facile eſt videre, verum eſſe noſtrum. MOD. *Simulata fuga regredi.* Ita Modius: cum antea eſſet, *receſſit*, & *recedi*. SCRIV. 2. Reg. 2. Hill. *recedit.* Reliqui *recedi*, ut & Modius invenerat. TENN. *Receſſit*, & *recedit*, vel *recedi* eſt in Editis ante Modium. In ſex etiam MSS. meis *recedit.* In Vaticano *reſedit.* In uno *reſedere.* In nullo, niſi Hittorpianae Ed. margine, apparet veſtigium vocis, quae a Modio profecta eſt, *regredi.* praeterquam quod in Gudiano ſit *recredi.* Sed optime Petrenſis *recedere.* Livius ibid. *M. Fulvium fratrem cum duabus turmis ſociorum equitum ad caſtra hoſtium ſpeculatum miſit, quam proxime ſuccedere ad vallum juſſum, ut viſeret, quanta eſſent, pugna abſtinere, recipereque ſeſe, ſi hoſtium equitatum exeuntem vidiſſet. Ita, ut praeceptum erat, fecit. Per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hae duae turmae oſtenderentur.* OUD.

29 *Hoc cum*] Palatin. *cumque id.* In Leidenſi ſec. deeſt *per.* Uterque Medic. *ſe inſequentibus.* Dein Leid. prim. *animadvertit.* Medic. pr. & *anim.* loco *per partem* Palat. & Leid. ſec. *parte.* Hillensb. *partem.*

30 *Ipſe*] Livius dicit, hoc negotium datum eſſe L. Acilio cum ala ſiniſtra & VI. millibus provincialium auxiliorum. Petrenſis dein *reſedit.* male Ed. Wechel. *concedit.* Mox Palatin. *effuſosque ex more*; quod lenius procedit: quamquam & vulgatum defendi poteſt praeſertim ſi cum MS. Cantabrig. legas *adorſus.* quod participium in MSS. ſaepe permutatur cum altero. Adi not. ad Curtium l. III. c. 1.

ſedit occultus; effuſisque eis ex more, repente adortus, & deſertum proruit vallum, & caſtra cepit.

IX. [31] *Cn. Fulvius*, quum in finibus noſtris exercitus Faliſcorum, longe noſtro major, caſtra poſuiſſet, per ſuos milites quaedam procul a caſtris aedificia ſuccendit, ut Faliſci, ſuos id feciſſe credentes, ſpe praedae diffunderentur.

X. Alexander [32] ex Epirotis [33] adverſus Illyrios, collocata in inſidiis manu, quosdam ex ſuis habitu [34] Illyriorum [a] inſtruxit, & juſſit vaſtare ſuam,

[a] Vulgo ILLYRICORUM.

1. §. 6. Heinſium ad Ovid. Triſt. l. II. 92. Cl. Waſſe ſupra ad c. 2. §. 12. Sed *adortus* centies uti ſolet noſter. Vide modo Capita praecedentia, & h. c. §. 1. *adorti effuſos*. §. 38. *inordinatos eſt adortus*. adde notata ad I. 12 3. *adortusque devicit*. l. III. 9. 8. *adortus e terra*. Curt. l. IV. c. 2. in f *Macedonas adorti* MSS., non *adgreſſi*. OUD.

31 *Cn. Fulvius*] *Gajus* vel *Cajus* perperam utrique Medic. & Edd. Italicae. vide tamen, num *Cneus* hic idem ſit, de quo Livius l. X. c. 27. & noſter l. I. c. 8. §. 3. dein Arcerianus *Faleriorum* & ubique, teſte Keuchenio. Poſt *diffunderentur* addunt Medicei *eorum caſtra cepit*. quod notandum. OUD.

32 *Ex Epirotis*] Non contemnenda eſt Cl. Weſſelingi conjectura, quam deinceps vidi confirmatam a Cantabrig. tertio *rex Epirotarum*. Si vulgatum quis retinere mavult, debet ſupplere *regibus*. quod durius tamen. Alexander, non Macedo ille, ſed unus Epirotarum regum. de hac ſignificatione praepoſitionis *ex* agemus ad hujus lib. c. 9. § 5. *In Adiuum ex Megiſtanis*. OUD. Conjecit eleganter *dux Epirotis* Wopkenſ. ad Juſtin. L. II. c. 3. §. 10. IDEM *Cur, poſt*.

33 *Adverſus*] Hillensb. *verſus*. deinde *in* deeſt in Petrenſi, & Leidenſi pr.

34 *Illyricorum*.] Sic male cum multis Edd. & MSS. qui ſupra quoque dant *Illyricos*, exhibuit Tennulius. licet jam Edd. Scriverii, & Keuchenii utrobique recte haberent ſine *c*. nam variant ceterae Edd. De ipſa regione cum eſt ſermo, *Illyricum*, & *Illyricus* dicitur, ſed populus ſemper vocatur *Illyrii*: ubique *c*. ejiciendum eſt, auctoribus MSS. integerrimis & vetuſtiſſimis. Praeter alios conſule Cl. Dukerum ad Florum l. II. c. 5. & c. 13. Quae de *ſubſeſſis* hic habet Keuchenius, uti & emendationem Onoſandri rurſus ad verbum ſublegit Salmaſio de Re Milit. c. 12. OUD. Adde Drakenb. ad Liv. Epit. XX. Emendandus hinc Ennius apud Feſtum, auctoribus MSS. Leidd. 4 & Ed. Vet. *Sibinam appellant* Illyrii *telum venabuli ſimile. Ennius*. Illyrii *reſtant ſicis ſibinisque fodentes*. Vulgo bis *Illyrici*: quo de loco confer, quae dixi ad Sueton. Aug. c. 19. IDEM *Cur, poſt*.

ſuam, [35] (id eſt Epiroticam) regionem: quod quum Illyrii viderent fieri, ipſi paſſim praedari [36] coeperunt, eo ſecurius, quod praecedentes veluti pro exploratoribus habebant; a quibus ex induſtria in loca iniqua deducti, caeſi fugatique ſunt.

XI. [37] Leptines [a] quoque Syracuſanus adverſus Carthaginienſes vaſtari ſuos agros, & incendi villas caſtellaque [38] quaedam imperavit. Carthaginienſes [39] ab ſuis id fieri rati, & ipſi tamquam in ad-

[a] Vulgo LEPTENES.

35 *Id eſt Epiroticam*] Forte Gloſſema eſt. SCRIV. Vix dubito, quin haec verba ex Gloſſemate irrepſerint; tam putide & inepte Frontinum ſcripſiſſe, numquam credam: niſi haec pejus corrupta ſint. nam in Mediceo antiquioro inveni *vaſtate Siram* &c. pro *id eſt* in Palatino *Epyrotha*, in Leidenſi ſec. tantum *ſuam Epirotam regionem. eſt* non comparet in Ed. Bonon. An fuit *juſſit vaſtare ſuam Epirotas regionem?* non liquet. OUD.

36 *Coeperunt.*] Non agnoſcit hanc vocem Hillensb. Mox & *ſec.* Voſſ. *ſecuriores* bene Petrenſis. Dein *quo pr.* Medic. ſec. & Edd. Italicae. *procedentes* Hillensb. *expugnatoribus* uterque Mediceus, qui mox habent *quibus e. i. i. l. i. deductis*, male. Petrenſis *deducti caeſique ſunt.* OUD.

37 *Leptenes*] Sic omnes MSS. Gujetus Λεπτίνης Leptines. TENN. In Arceriano eſſe *Leptines*, ut apud Diodorum & Polyaenum, teſtatur Keuchenius. Sed vulgatum ipſi aeque placet. Multi fuere hujus nominis. De hoc agunt Polyaenus l. v. c. 8. & Diodor. Sicul. l. xiv. p. 479. &c. Nusquam occurrit *Leptenes*. quare alterum reſcripſi, confirmatum inſuper ab antiquiore Mediceo. OUD.

38 *Quaedam imperavit*] Palatin. Vaticanus, & Leidenſ. ſec. *praecepit* ſine τῷ *quaedam*.

39 *A ſuis id*] Unus Reg. *autem haec a ſuis*. TENN. *Ab ſuis* Medic. pr. in quo etiam *haec*. alter cum Edd. Italic. *hoc*. Mox male *tanquam adjutores* eaedem Editiones. *Adjutorium* aliquoties cum aliis adhibet noſter. vide Tennul. ad l. iv. c. 7. §. 31. & Frontinum lib. de Aquaed. Art. 14 Apud Juſtinum l. xxiii. in fine pro *humanae opis egentem* in MSto inveni *humano adjutorio indigentem. In adjutorium* autem *exire* dicitur, ut apud Vellej. l. ii. c. 112. *Magnum marum in adjutorium ejus belli ſecum trahebat.* Senec. de ira l. i. c. 13. *In adjutorium virtutis venit.* Noſter de Aquaed. Art. 78. *In adjutorium aliarum dantur.* Adde Soceri notas ad Valer Max. l. i. c. 5. Ext. 2. *Acantem in adjutorium eorum ſeſe mittere*, ubi recte docet, facile *eorum* abeſſe poſſe, ut vel ex hoc loco liquet, & abeſſe etiam a 2. MSS. Cantabrig. ad me ſcripſit Cl Waſſe. Hic tamen conſideranda eſt vetuſtioris Medicei lectio, quae mihi arridet, *ut ipſi tamquam adjutorium.* Nam ut homines ipſi ſaepe rei alicujus *momentum* & *auxilium* vocantur, ita & *adjute-*

adjutorium exierunt, exceptique ab insidiatoribus, fusi sunt.

XII. [40] Maharbal, missus a Carthaginiensibus adversus Afros rebellantes, quum sciret, gentem avidam esse vini, magnum ejus [41] modum [a] [42] mandragora permiscuit, cujus inter venenum ac soporem media vis est. Tunc, proelio levi commisso, ex industria cessit: nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & [43] omni vino infecto, fugam simulavit: quumque

[a] Edd. Keuch. & Tenn. aliaeque MODIUM.

torium pro adjutore seu adjutoribus dici possunt. Hygin. F. 96. *Ut eum adjutorium Danais mitteret.* Atque ita video, Ill. Heinsium maluisse in Vellejo sine praepositione *in*. Alii dispiciant. OUD.

40 *Maharbal.*] 3. Reg. & 3. Hill. sine aspiratione *Maarbal*. quartus Reg. *Maarbas*. TENN. Uterque Medic. Palatin. Leidens. sec. & Edd. Rom. ac Bonon. cum Sanuto *Hannibal*, in quod corruperunt librarii, quia id nomen iis notius. Graece Μαάρβας effertur. Latinis *Maharbal*. De quo nomine, licet non de eodem homine, vide ad Florum l. II. c. 6. §. 19. pro *cum sciret* in Petrensi est *sciens*. OUD.

41 *Modum*] MSS. *M. vas.* SCRIV. Keuchenius pro *modum* tacite reposuit *modium*, ut editum jam fuit in Edd. Paris. & Vesalensi, & adstipulantur uterque Mediceus, Cantabrig. tertius, Gudianus, & Hillensb. cum Arceriano, cujus glossa est *vas*. Ut *Modium* in genere pro quolibet vase magno sumserit. Vix puto, quum semper eo certa mensura aridarum frugum notetur. *Modus* autem quamlibet notat quantitatem. Colum. l. II. c. 5. *Acervi stercoris, non debet major eorum modus dissipari, quam quem bubulci eodem die possint obruere.* Item l. II. c. 10. *si major est modus lentis.* Horat. *Modus agri non ita magnus. Ingens pecuniae modus* Curt. l. V. 6. 8 *pomorum ingens modus* idem l. VI. 4. §. 21. Immo *Modus vini* Plin. l. XXIII. c. 25. *Modus aquae* l. XXVII. c. 23. & alibi: quare reposui *modum*. dein MSS. 6. & Ed. Paris. inepte *saporem*. quomodo passim turbant. Adi Broukhus. ad Propert. III. 9. 54.

Et trahere occultum membra soporis iter.

& ad Tibull. IV. 4. 9.

quicumque sopores,
Quicumque & cantus corpora fessa levant.

Appositus est Apuleji locus l. X. Meram. p. 218. Ed. Pric. *Dedi venenum, sed somniferum mandragorae illud, gravedinis compertae famosum, & morti simillimi soporis efficax.* ubi vide Elmenhorst. ac Pricaeum. OUDEND.

42 *Mandragora*] De qua vide Tanaq. Fabrum ad Timonem Luciani. TENN.

43 *Omni vino infecto*] In Palatino non legitur *omni*. Mediceus

que barbari occupatis caſtris, [44] in gaudium effuſi, medicatum avide merum hauſiſſent, & in modum defunctorum ſtrati jacerent, reverſus [45] aut [a] cepit eos, aut trucidavit.

XIII. Hannibal, quum ſciret, ſua & Romanorum caſtra in eis locis eſſe, quae lignis [46] deficiebantur, ex induſtria [47] in regione deſerta plurimos armentorum greges intra vallum reliquit: qua velut praeda Romani potiti in ſummis lignationis anguſtiis, inſalubribus ſe cibis onerarunt. Hannibal reducto nocte exercitu, ſecuros eos & ſemicruda graves carne, majorem in modum vexavit.

XIV. [48] Tiberius Gracchus, in Hiſpania, certior factus, hoſtem inopem [49] commercio laborare,

[a] Vulgo CEPIT E. AC T.

ſec. *confecto*. *Infecto* autem ſimpliciter dixit pro *venenato*: quomodo etiam locuti ſunt alii. Plinius l. XVIII. c 1. *Nos & flumina inficimus, & rerum naturae elementa*. Adde Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. l. II. 155.

Letalesque dapes, infectaque pocula cerno. OUD.

44 *In gaudium*] Medic. pr. *in gaudio*, qui non habet *avide*, nec etiam alter Medic. Pro *merum* eſt *vinum* in Hillensb. & Ed Pariſ. ac Hittorp.

45 *Cepit eos ac tr.*] Regii 4. Hill. 3. & Voſſ *aut cepit eos, aut trucidavit*. TENN. Veriſſima haec eſt lectio, quam praebent MSS Tennulii, & confirmant etiam mei plerique cum Sanuto. quare reſcripſi. OUD.

46 *Deficiebantur*] MSS. *deficiebant*. SCRIV. Scriverianus, & unus Reg. *deficiebant*. vide ſupra l. I. c. 7. n. 1. De hac autem cruditate, & ejus remedio agit Freinshemius l. V. c 6. n. 17. ad Curtium. TENN. Quatuor mei etiam *deficiebant* cum Edd Italicis: ſed depravate. Conſule nos ad citatum locum. OUD.

47 *In regione*] Sine praepoſitione exhibent Editi, & ſcripti Italici. dein *inter v.* Leidenſ. pr. Mox duo *oneraverunt*. Medic. ſec. *noctu. eos* carent duo. Tum *& in ſemicruda* Edd. Rom. & Bonon. *Majorem in modum* abeſt ab Hillensb. *Mirum in m.* non male Petrenſis. Meminit hujus rei alibi Livius; ſed locus nunc non ſuccurrit. OUD.

48 *Tiberius Gracchus*] Praenomen deeſt in utroque Leidenſi, Palatino, & Hillensb. Nec etiam opus eſt. De eodem enim jam egit auctor hoc ipſo capite §. 3. ubi vide. Ed. Pariſ. *Tracus in Hiſp.* Hoc autem videtur memoraſſe Livius initio l. XLI. quod deſideramus. OUD.

49 *Commercio laborare*] Palmerio viſum legendum eſſe, *com-*

mer-

re, inſtructiſſima caſtra omnibus [50] eſculentis deſeruit, quae adeptum hoſtem, & repertis intemperanter repletum [51] gravemque, reducto exercitu, ſubito obpreſſit.

XV. [52] Hi, qui adverſus Erythraeos bellum gerebant, ſpeculatorem eorum, in loco edito de-

meatu laborare. STEW. Sic omnes MSS. ſed Palmerio viſum *commeatu laborare.* Idem commentum adſcribitur Cyro Juſtin. 1. c. 8. TENN. Servant *commercium* etiam omnes mei, & recte. *commercium* eſt annona venum expoſita. Dicit itaque auctor, hoſtem annona caruiſſe, nec etiam occaſionem habuiſſe τῆς ἐγορᾶς: unde copiam novi commeatus emere ſibi poſſent. Doctiſſime ſuo more hoc verbum illuſtrat ſummus Caſaubonus ad Polybium p. 183. Ed. Gron. cui ea, quae hic adſert, furto rurſus ſublegit Keuchenius. Guntherus, a Caſaubono citatus, Ligurini l. IV.

neque enim commercia rerum
Indigus afflicto ſperabat miles ab hoſte. OUD.

Vox haec alibi abierat in *commeatum:* ut Epit. Liv. CXXVII. ubi vide Drakenb. Reſtitui eam e MSS. Vegetio quoque L. III. c. 3. commerciorum *pacisque ſimulatio.* Add. Miſc. Obſerv. Vol. VIII. p. 319. IDEM *Cur. poſt.*

50 *Eſculentis*] Medic. pr. *epulentis.* Palatin. *obſculentis.* Dein Petrenſis *reliquit. hoſtem* mox non agnoſcit Palat. Tum *repente* pro *repertis* Medic. ſec.

51 *Gravemque*] Vox haec Keuchenio de Gloſſemate ſuſpecta eſt: quare jubet eam exſulare. Quae ſuſpicio ſine dubio ipſi obortа eſt: quia non comparet in Ed. Pariſienſi. Verum MSS. omnes conſtanter ſervant; & recte. Nam plus eſt, quam praecedens *repletum*, ejusque effectum. Graves enim & marcidi erant ideo, quod ſe intemperanter repertis inpleverant; eosque non idcirco oppreſſit, quia cibos illos ſumſerant, ſed quia inde graves erant facti. Hinc *onerari & inpleri* ſolet praecedere gravedinem apud auctores. Vide Ex. praeced. Curtius l. IV. c. 4. §. 5. *Ad epulas dilapſi oneravere ſe vino, quo graves* &c. Celſus in Praefat. *Gravioresque factos, qui ſe inplerent.* OUD.

52 *Hi, qui adverſus Erythraeos*] Secure haec tranſiliunt interpretes. Sed cum non ſoleat auctor tam incerte de Strategematis actoribus loqui, & ſane magis interſit ſcire, qui hoc Strategema adhibuerint, quam contra quos ſit uſurpatum, nullus dubito, quin illud *Hi* ſit corruptum. In MSS. nonnullis, *ii*, vel *Hii*, ut eſt, quoque apud Sanutum: Unde, addita littera *c.* facio *Chii.* Hi enim cum incolis Erythrarum, vel Erythrae (nam utrumque dicitur) urbis itidem Ioniae bellum geſſerunt; cujus meminerunt Herodotus l. I. c. 18. Plutarchus de virtut. mulierum T. II. p. 244. Ed. Pariſ. & Polyaenus l. VIII. c. 66. In textum hanc emendationem recepiſſem, niſi me inhiberet unicus noſtri locus l. III. c. 15. §. 3. *Hi, qui ab Hannibale Caſilini obſidebantur.* ubi tamen ſati, patet, intelligi milites illic incluſos. OUD.

deprehenſum, [53] occiderunt, & veſtem ejus ſuo militi dederunt, qui ex eodem jugo Erythraeos ſigno dato in inſidias evocavit.

XVI. Arabes, quum eſſet nota conſuetudo eorum, qua de adventu hoſtium [54] interdiu fumo, nocte igne ſignificare inſtituerant, ut ſine intermiſſione ea fierent, praeceperunt, adventantibus autem adverſariis [55] intermitterentur [a]. Qui quum, ceſſantibus luminibus, exiſtimarent, ignorari adventum ſuum, avidius ingreſſi, obpreſſique ſunt.

XVII. Alexander Macedo, quum hoſtis in [56] ſaltu editiore caſtra communiſſet, [57] ſeducta parte copiarum, praecepit his, quos [58] relinquebat, ut ex more [59] ignes [60] excitarent, ſpeciemque

[a] Vulgo INTERMITTERENT.

53 *Occiderunt*] Mediceus ſec. Sanutus, & Edd. tres primae *ceciderunt*: ut aliquoties ſupra notatum. *Suo militi* e MSS. dedimus pro *m. ſuo*. Dein *ex* a Leidenſi pr. exſulat. OUD.

54 *Interdiu f. nocte igne*] *Interdum de die* Leidenſ. ſec. male. Sed in ſeqq. malim vel *noctu igne*, vel potius *nocte igni*, notiſſima Ablativi declinatione. Mox *autem* deeſt in Mediceo ſec. & Edd. Rom. ac Bonon. OUD.

55 *Intermitterent*] Senſu poſtulante, & auctoritate MStorum meorum complurium, repoſui *intermitterentur*. Dein *eſtimarent* Ed. Pariſ. alii, ut ſolet, *extimarent*. Pro *ingreſſi* Palatin. *egreſſi*. OUD.

56 *Saltu*] Medic. ſec. *loco*. dein Medic. pr. *caſtrum*.

57 *Seducta parte c.*] 4. Reg. Voſſ. tres Hill. *inducta parte*. Idem pro *excitarent* habent *citarent*. TENN. In nullo meorum MSto vulgatum *ſeducta* reperi, ſed etiam *inducta*. uti & in Ed. Pariſ. Solus Palatinus *ſecum ducta*, quod ſatis probum eſt, & verum, ut puto: niſi ex *inducta* velles refingere *inde ducta*. prius placet. *Sec* propter praecedens *ſet* exciderat; hinc remanlit *inducta*. *Seducta* Editorum inventum hoc loco videtur. OUD.

58 *Relinquebat*] *Reliquerat* MSS. SCRIV.

59 *Ignes*] Uterque Mediceus, & Edd. primae *ignem*.

60 *Excitarent*] Sic exhibet primus Editor Bononienſis. Ed. prima & MSS. omnes, cum iis, qui ſunt viſi a Tennulio, *citarent*, praeter Leidenſem ſec. qui dat *facerent*. Putem, hoc eſſe e Gloſſa, licet l. 1. c. 1. §. 7. habeamus *ignes frequentiores per tota caſtra fieri juſſit*. & l. III. 1. 5. *crebro ignes fieri juſſit. ignibus factis* ibid. & apud alios. *Citare* tamen *ignes* dubito, an quidem recipi liceat, & an non ex pronuntiatione τὸ *x* inter *e* & *c* natum hoc ſit. *excitare*, *ſuſcitare*, *exſuſcitare* frequens eſt. Con-

que praeberent totius exercitus. Ipſe autem, per [61] avias regiones circumducta manu, hoſtem ſuperiore adgreſſus loco [62] depulit.

XVIII. [63] Memnon [64] Rhodius rex, quum equitatu praevaleret, & hoſtem in collibus ſe [65] continentem in campos vellet deducere, quosdam

Conſule N. Heinſ. ad Ovid. Faſt. l. v. 507. & Caeſ. l. VII. B. G. c. 24. OUD.

61 *Avias*] *Alias*. SCRIV. *Alias* prave eſt in utroque Mediceo, & Edd. primis. Leidenſ. ſec. *devias*. Petrenſis, & Palatinus *invias*. non male. placet tamen magis editum. Eadem varietas in MSS. eſt apud Statium l. III. Theb. 115.

Moenibus effuſi per plana, per avia.

Sic MSS. quos laudat Heinſ. ad Ovid. Amat. Art. II. 243. & duo a me collati. alii & Gronov. *in via*. vulgo ante *arduа*. *Avia* ſaepe Statius l. IV 567. *fugit ille per avia Lethes*. VI. 714.

Ille alta per avia notus
Auſtri.

Ita MSS. iidem cum Gronovio: *A. ſuetus*. l. X. 384. *per avia campi*, & ſic alii paſſim. OUDEND.

62 *Depulit*] MSS. quinque *detulit*. Sed vide ad Lucan. l. II. 654. *aggreſſus* non habet Leidenſ. ſec. & ſupra τὸ *autem* exſulat a MSS. ſex & Edd. Pariſ Wechel. aliisque. OUD.

63 *Memnon*] MSS. omnes *Mennon* & ſtatim *Mennonis*. ut & n. 46. hujus capitis. TENN. Plerique mei recte *Memnon*. Medic. antiquior *Menno* pro *Memno*; ut infra Leidenſ. pr. non male. ae enim Graecorum abiit apud Latinos in *o*. Vide, quos laudavi ad Lucan. l. I. 214. *Rubico*. & Tennul. ad l. III. c. II. §. 1. OUD.

64 *Rhodius rex*] Hoc exemplo utitur Doctiſſ. Meurſius, ut oſtendat, Rhodiis fuiſſe reges. l. I. Rhod. c. 19. Verum nusquam alias hic Memno rex fuiſſe traditur; ſed dux tantum nobiliſſimus Darii. Vide praeter ceteros Diodor. Sicul. l. XVI. p. 491. Curtium l. III. c. 13. Hinc Polyaeno l. V. c. 44. §. 2. ubi inter alia hoc ejus Strategema memorat, audit tantum Μέμνων. Immo noſtro quoque §. 46. vocatur modo *Memnon Rhodius*. Quare omnino ſuſpicor, & mecum Cl. Weſſelingius, hunc titulum eſſe ſuppoſititium. Quam conjecturam plane confirmat Mediceus primus, in quo vox *regis* non comparet. In Mediceo altero *Rhodiorum rex*. Videntur jam diu ante Rhodii ſine regibus fuiſſe, & δημοκρατίαν habuiſſe. OUD.

65 *Continentem*] Hillensberg. *detinentem*. pro *campos* Petrenſ. *in campum*. dein *traducere* minus bene Palatin. in quo deeſt etiam *ſub*. Medicei *transfuge*. Petrenſis *perfugarum* rectius, niſi *transfugii* praeferas. Nam dubito, num Latinum ſit *quosdam ſub ſpecie perfugae* pro *perfugarum*; ubi non ſinguli ſubinde, ſed omnes ſimul iverunt. In Cantabrig tertio eſt tantum *fugae*. Polyaenus unum modo perfugae ſpecie a Memnone miſſum dicit. OUD.

dam ex militibus ſuis, ſub [65*] ſpecie perfugae, miſit in hoſtium caſtra, qui adfirmarent, exercitum Memnonis tam [a] pernicioſa ſeditione furere, [66] ut & ſubinde aliqua pars ejus dilaberetur. Huic adfirmationi ut fidem faceret, paſſim [67] in conſpectu hoſtium juſſit parva caſtella muniri, velut in ea ſe recepturi eſſent, qui diffidebant. Hac perſuaſione ſollicitati, qui in montibus ſe continuerant, in plana deſcenderunt, &, dum [68] caſtella tentant, ab equitatu circumventi ſunt.

XIX. [69] Arybas [b], rex Moloſſorum, bello petitus

a Vulgo JAM. b Vulgo HARRIDAS.

65* *Specie perfugae*] Latinum ſatis eſt hoc, nec mutandum. Vide ad L. I. c. 5. §. 16. *Numidae labi* equo. & ad Caeſar. L. V. B. G. c. 9. *naves deligatas ad* anchoram. OUD. *Cur. poſt.*

66 *Ut & ſubinde*] MSS. quatuor, & Edd. vetuſtae *& ut ſubinde*. In Mediceo antiquiore deeſt &, quod delendum credidit etiam Gronovius. a Leidenſibus abeſt *ut*. Petrenſis *ut etiam*. Paullo ante *tam pern.* dedi pro vulgato *jam*; quod languet, & otioſum eſt. Dein Palatinus *aſſertioni*. Mox pro *diffidebant* Gronovius margini adſcripſerat; *f. diſcedebant*. OUD.

67 *In conſpectu hoſtium juſſit*] Palatinus, Leidenſis pr. Petrenſis, & Voſſian. *in conſpectum*. Quod non de nihilo eſt. Vide cum alibi, tum ad l. I. c. 12. §. 10. *lapidibus in conſpectum omnium colliſis*. *Omnium* male hic etiam in Leid. ſec. pro *hoſtium*, quod exſulat a Palatino. *iuſſerunt* Petrenſ. Mox *ſolliciti* Mediceus unus, & Ed. Romana. OUD.

68 *Caſtella*] *Caſtra*. SCRIV. Scriverius, & unus Reg. *caſtra*. TENN. Non ita voluit legi Scriverius, ſed varietatem modo notavit lectionis: nam *caſtra* editur in Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. Dein in Mediceo *ab hoſtibus*, in Leidenſi pr. deſunt *ab equitatu*. In tertio Cantabr. *circumdati*. Ceterum ſequentia usque ad EX. XLIV. non conſpiciuntur in Edd. Romana, ac Bononienſi. OUDEND.

69 *Harridas*] 2. Reg. *Arridas*. Juſtino *Arubas*. TENN. *Aridas* Medic. pr. *Arridas* Medic. ſec. *Hasdrudas* Leid. ſec. Scripſi hic, & infra *Arybas* ex doctorum virorum judicio, Graece Ἀρύβας. Conſule eos ad Juſtinum l. VII. 6. VIII. 6. XVII. 3. Fabric. ad Oroſium l. III. 12. quibus locis eadem eſt confuſio. Sylburg. ad Pauſan. Attic. l. I. c. 11. OUD. *Arybas*, vel *Arrybas*, & *a Bardyllie* certo certius legendum eſt. Prius jam olim correxi. Alterum tunc pro corrupto *ab Ardie* non incidit. Sed bene ſic emendarat Valeſius ad Diod. Siculi Excerpta T. II. p. 592. Arrybam & Bardyllim aequales fuiſſe, ſatis patet ex Plutarchi Pyrrho p. 383. 387. & notis ad Juſtin. L. XVII. c. 3. *Ardye* mecum, ſed fruſtra. video conjeciſſe Drakenborchium ad Liv. L. I. c. 3. §. 8. IDEM *Cur. poſt.*

70 *Ar-*

titus ab 70 Ardie Illyrio, majorem aliquanto exercitum habente, 71 amolitus [a] inbelles ſuorum, in vicinam regionem AEtoliae famam ſparſit, tamquam urbes ac res ſuas AEtolis concederet. Ipſe cum iis, qui arma ferre poterant, inſidias in montibus, & locis confragoſis diſtribuit. Illyrii timentes, ne, quae Moloſſorum erant, ab AEtolis occuparentur, velut ad praedam feſtinantes, neglectis ordinibus, adcelerare coeperunt: quos diſſipatos, 72 nihil tale exſpectantes, Arybas ex in-

a Vulgo MOLITUS.

70 *Ardie*] Voſſ. *Aride*. TENN. Medicei *Ardio*. Ed. Pariſ. *Ardicillyrio*, non *Ardyc*. ut ait Keuchenius. Nihilominus verum putem eſſe *Ardye* a recto *Ardys*, ut a *Cipys*, *Capye*, & ſimilia. Ἄρδυς alius celebris fuit Sardium rex, Gygis filius, apud Herodot. Pauſan & Suidam. perperam nonnulli rurſus *Illyrico*. & paullo ante *potitus* Hillensb. Leid. pr. & Ed. Pariſ. *provocatus* Petrenſis: *peritus* ego non moveri velim. OUD.

71 *Molitus imbelles ſuorum*] Neque mentem Frontini intelligo, nec, quis ſtrategematis iſtius uſus ſit, video; ni emendemus, *amolitus imbelles ſuorum*. Removiſſe enim Harridas videtur omnes, qui per aetatem arma ferre non poſſent; reliquis inſidias & ſubſeſſas inſtituiſſe. STEW. Unus Reg. *Amolitus*, & ſic Stewechio conjectum. TENN. Non dubitavi, ut veriſſimam lectionem, quam conjecerat quoque Lipſius, in contextum recipere *amolitus*, quod loci ſenſus requirit. *Amolimur* eos, qui nobis moleſti, & inpedimento ſunt. Plautus Trucul. II. 7. 64.

Sed ego ceſſo me hinc amoliri, ventre dum ſalvo licet.

Terent. Andr. IV. 2. 24.

Vos hinc amolimini: nam mi inpedimento eſtis:

ubi vide Donatum. Petron. c. 10. *cupiebam amoliri cuſtodem moleſtum*. Verum fors & *mollitus* hoc ſenſu retineri poſſit. Curtius l. IV. 7. 4. *ſabulo, quod praealtum & veſtigio cedens aegre molliuntur pedes*. *Moliri terram* de aratione paſſim Columella. *Moliri portas* apud alios. Medicei & *inbelles*. Leidenſ. ſec. *inbellos*. quaſi & *inbellus* diceretur, ut *inermis*, & *inermus*, ac ſexcenta ſimilia. Dein *in vicinamque r.* Ed. Pariſ. Ed. Wechel. *ſic tamquam*. Medicei & *res*. Hillensb. *ac regiones*. OUD. Lectionem *amolitus inbelles* confirmat quoque Appulejus L. X. Met. p. 229. *ut ſimul & conſcium ſceleris* amoliretur. Vide L. IV. c. 7. §. 8. Paſſive dixit Curtius L. VIII. c. 5. §. 17. *Prius ab oculis mortalium* amolita *natura eſt*. & Appulejus de Deo Socratis p. 30. Ed. Merc. *ſive* amolita, *ſive modificata utriusque rei*, ſc. terrae & aetheris *participatione*. Male Vulcan. Ed. ſec. & ſeqq. *inolita*. infra ibidem *iſtis omnibus exuviis* amolitis. IDEM *Cur. poſt.*

72 *Nihil tale*] Concinnius Petrenſis & *nihil t. exſp.* niti malis ex eo cum Cl. Waſſe fingere.

110 missa principia quietem omnibus castrensibus dabant, praetoriumque secretius praestabant. 111 Casus adjuvit Lucullum. Nam qui ad vigilantem 112 usque admitteretur, fatigatum nocturnis 113 cogitatibus a illo tempore quiescentem invenit.

a Vulgo COGITATIONIBUS.

110 *Missa principia quietem omnibus castrensibus dabant.*] Amicus noster scribendum censebat *remissa principia*. quod expendendum relinquo his, qui scriptos Frontini codices habent, aut postea nanciscentur. mihi certe id pro genuino est. de principiis, id est, principibus, seu principalibus militibus negligentius agentibus id accipiendum liquet. Vide Commentarium nostrum ad Vegetium. STEW. *Missa principia*. Sic omnes MSS. ne audias Palmerium, qui *Remissa*. Nam *missa* est *dimissa*. ut *mittere concionem*. Plinius l. II. ep. II. *Missus deinde senatus, & revocatus in posterum*. Hinc veteris Ecclesiae formula: *Ite missa est*. Nam, ut Gujetus observaverat, Principia sunt milites principales. TENN. *Missa principia* idem notat, *ac missum praetorium*; cum legati, tribuni, centuriones, aliique, qui in castrorum fuerant principiis, cum duce consilii communicandi aliusve rei caussa, ab Imperatore dimittuntur, ac discedunt: Nec enim principales notat milites. Adi omnino J. F. Gronovium Observ. l. IV. c. 10. & ad Livium l. XXI. c. 54. *Ita praetorium missum*. Alibi saepius *dimisso praetorio*. Immo hoc ipsum reperias apud nostrum lib. IV. I. 28. *perstare in principiis, donec mitterentur, imperavit*. Adde Ill. Schelium ad Polybii castra p. 147. OUD.

111 *Casus adjuvit*] Sic passim autores loquuntur. Quintilianus declam. 296. *Cohaeres es fratris, occasio adjuvit consilium. intra fines occidi potest*. Hirtius bello Alex. 46. *Sequuntur hunc suae naves nonnullae, quas casus ab illo periculo vindicarat*. Virg. Culice.

Et validum dextra truncum de traxit ab orno.
Qui casus sociaret opem, numenve Deorum.

Petronius. *Utriusque votum casus adjuvit*. TENN.

112 *Usque*] Notat *usque* continuum tempus sine intermissione, quo sensu pro *semper* poni potest. Quod hic locum habere non videtur. In Mediceo primo est *usus*. An fuit *usu*? Erat enim τριακόσιοι Ἀκαρνᾶνες καὶ γνώμης καὶ ἐπιτηδεύσεως ἀξιόμαχοι, testibus Plutarcho, & Appiano. Plutarchus insuper dicit οἱ ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ ἐπιλεκτῶν ἀνδρῶν ἦσαν. OUDEND.

113 *Cogitationibus*] 4. Reg. & Voss. *Cogitatibus*, a nom. *Cogitatus*. vide tales terminationes supra in Praef. TENN. *Cogitatibus* exhibent etiam Gud. & tres Cantabrigienses, probante Cl. Wasse. Recte. Seneca Epist. XI. *cogitatus emendare*. Appul. L. IV. Met. p. 66. Ed. Pric. *antecapto meo cogitatu*. Plura hujus declinationis rariora vide in notis Cel. Burmanni ad Ovid. l. IV. Metam. 556. & Perizonii ac Soceri mei ad Valerium Maxim. l. I. c. I. *portentorum depulsus*. Huc forsan referenda vox *Larvatus* in Glossis Graecis. Δαιμονιώδης,

jus occupavit: [78] & illâ [a] in [79] tergum Romanorum effusus, octo millia fortissimorum militum cum ipso duce trucidavit.

XXII. Idem Hannibal, quum inter Fabium Dictatorem & Minucium Magistrum equitum divisus esset exercitus, & Fabius occasionibus immineret, Minucius pugnandi cupiditate [80] flagraret, castra in campo, qui medius inter hostes erat, posuit: & quum partem peditum in confragosis rupibus celasset, ipse ad evocandum hostem misit, qui proximum tumulum occuparent. Ad quos obprimendos, quum eduxisset copias Minucius,

[a] Vulgo ITA.

versam MSS. SCRIV. Reg. 4. & unus Hill. & Voss. & Scriverianus *adversam*. Gujetus *aversam*. TENN. Duo item Cantabrigienses, & ambo Medicei, Gudianus, Vaticanus, ac Leidens. pr. cum Sanuto *adversam*. Si quid mutandum, placeret Gujeti *aversam*, quod etiam Cel. Gronovius sui exemplaris margini adlevit. De eo dicam ad l. II. c. 12. §. 3. *quos habebat per adversam partem nocte missos*. Hic tamen nihil muto. Diserte Appianus ait ἐτὶ θατέρας, qui hoc ipsi Hannibali, & peditibus adscribit, nec de castris occupatis mentionem facit. Contra Livius equitibus tribuit, qui jussu Hannibalis circumvecti pars castra hostium, pars terga trepidantium invaserunt. *Diversa parte moenium* l. III. 9. 6. c. 18. *diversa porta miserunt*. Ibid. *a diverso*, & passim noster tam pro *adverso*, ut paullo ante, quam *alio*. OUDEND.

78 *Et ita*] 4. Reg. unus Hill. *Voss. & illa*. TENN. Uterque etiam Leidensis, & Gudianus *illa*, Palatin. *illuc*, Medic. sec. *illam*. Verum procul dubio est *illa* sc. parte. Simpliciter *illa* pro *illac* passim apud Comicos. l. III. 9. 5. *penetratum illa oppidum*. Adde l. I. 4. 4. Sic cum viris doctis legendum in Floro l. II. c. 12. *provinciam ingressus illa, quae volucribus quoque videbatur invia, accessit*. *Invia* scilicet *provincia*: nec opus est addi *via*, quam tamen addit Leidens. tertius: omnes *videbatur*. vulgo *videbantur*. OUD. Sic Cic. L. I. in Verr. c. 59. *ut tu ipse* illâ *ire non audeas*. Plin. L. II. Ep. 17. *hac vel* illâ *cadit*. V. Cort. Corrigendus quoque Arnobius L. II. p. 90. *per hunc solum est ingressus ad lucem, neque* alia (sc. *via* vel *janua*, quae praecedunt) *datum est vel inrepere vel invadere*. Vulgo *alias*. IDEM *Cur. post.*

79 *Tergum*] Medic. pr. & Sanut. *terga*.

80 *Flagraret*] Medicei *conflagraret*. dein perperam Edd. Paris. & Hittorp. *cumulum*. Male item *ad quos opprimendos* desunt in Hillensb. Adi Livium l. XXII. c. 28. Ceterum male vulgo, ut alibi, *Minucii* nomen per *i* scribebatur. OUD.

81 *Tre-*

cius, insidiatores, ab Hannibale dispositi, subito consurrexerunt, & delessent Minucii exercitum, nisi Fabius periclitantibus subvenisset.

XXIII. Idem Hannibal, quum ad [81] Trebiam in conspectu haberet Sempronii Longi Cos. castra, medio amne interfluente, saevissima hieme Magonem & electos in insidiis posuit. Deinde Numidas equites, ad [82] eliciendam Sempronii credulitatem, adequitare vallo ejus jussit: quibus praeceperat, ut [83] ad primum nostrorum [a] incursum per nota refugerent vada. Hos Consul & adortus temere, & secutus, jejunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis [84] rigefecit [b]. Mox [85] torpore & inedia adfectis Hannibal suum mili-

[a] Vulgo NOSTRUM. [b] Vulgo RIGERE FECIT.

81 *Trebiam*] Negligenter in Keuchenii, & Tennul. Edd. est *Trebejam*. *Trebia* tam Graecis, quam Romanis dicitur hic fluvius, & quidem penultima brevi. OUD.

82 *Eliciendam*] Gudianus, & Hillensb. *deliciendam*, Palat. *eludendam*: & uterque Medic. cum Ed. Wechel. ridicule *crudelitatem*. Mox *equitare* simpliciter Medic. pr. Audi Livium l. XXI. 54. *Numidas equites transgressos Trebiam flumen obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem.* OUD.

83 *Ad primum nostrum incursum*] 3. Hill. *nostrorum*. & sic Gronovius primus in MSS. invenit. TENN. *Nostrorum* rescripsi confidenter ex utroque Leidens. Petrensi, Palatino, ac Ed. Wechelii. Non putem enim, a Frontino *nostrûm* per Syncopen pro *nostrorum* sumtum esse. Mediceus antiquior *Romanorum*. dein *impetum* Petrensis. Mox idem & *consecutus*. Medicei *Consul adortus, & temere insecutus*. Placet *insecutus*; ut solet usurpari sexcenties tam a nostro, quam aliis. Livius hic *Numidas insequentes*. OUD.

84 *Rigere fecit*] Vossianus, unus Hill. & Gronovianus. *Rigefecit*. Verbum elegantissimum, dignissimumque, quo Latinus sermo augeatur. Sic dictum, ut *calefacere*, *frigefacere*. TENN. Ipsa haec sunt Gronovii verba in Epistola ad Keuchenium etiam ita corrigentis ad Livii citatum locum. quam emendationem confirmant Palatinus, Gudianus, & uterque Leidensis. Optime. Simili modo & aliae composita a verbis secundae conjugationis cum *facio*, ut *madefacere*, *rubefacere*, *stupefacere*, *terrefacere* &c. Est & vir doctus, qui conjicit *in m. rigore frigefecit*. Apud Plautum *frigefactare*. Sed, quod edidi, multum praefero. OUD.

85 *Torpore*] Medicei *rigore*. Paullo ante *transitus* Petrens. & Voss.

militem obpoſuit, quem ad id ignibus, [86] oleoque, & cibo foverat: [87] nec vero [a] defuit partibus Mago, quin terga hoſtium in hoc ordinatus caederet.

XXIV. [88] Idem ad Thraſymenum, quum arta quae-

a Vulgo NEC DEFUIT.

Voſſ. pro var. lect. ac Ed. Veſal.

86 *Oleo & cibo foverat*] Flor. II. c. 6. *Tunc callidiſſimi hoſtes frigidum & nivalem nacti diem, quum ſe ignibus prius oleoque foviſſent (horribile dictu) homines a meridie & ſole venientes noſtra nos hieme vicerunt.* Oleo uſi ſunt, quia concludit poros, ne pateant frigori. Sic cum nix duos cubitos alta cecidiſſet in Armenia, milites apud Xenoph. exped. Cyri minoris l 4. f. 224. Ἔκ δὲ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι ἀνεσκίρτησαν πῦρ τε ἅμα καὶ ἠλείφοντο. Frontinus 1. c. 4. n. 7. *Oleo ac mero calefactis.* Luctatores ad roborandas & conſervandas vires eo uſi ſunt v. Aeneid. 135.

Nudatosque humeros oleo perfuſa niteſcit.

Unde Dionyſius Halic. περὶ τῶν παγκρατιαστῶν ait: Τὰ γυμνάσια διὰ τῶν ἀλοιφῶν διαπονεῖσθαι. Vide agoniſticon Fabri. Quin ipſe Spiritus Sanctus veteribus dictus Ἀλείπτης, *Unctor*; quod adeſſet certantibus ſpirituale certamen, & iis vires ſubminiſtraret. Dictionarium Eccleſiaſticum. Ἀλείπτης. συνήγορος. quaſi dicat παράκλητος. cui diverſus eſt κατήγορος Apocal. XII. 10 *malignus diabolus.* Ipſi paſtores quoque, qui nos in fide confirmant, appellati *Unctores.* Nazianzenus Orat. 18. de Cyprian exule, juvante ſuos, cum lingua non poſſet, calamo. Ἀλείπτας ὑπερμάχους γίνεται τὰς πρεσβευτικὰς συγγραφάς. Imo Romani cives in ſole ſe ungebant (idque appellabant. *Uncto ſole uti*) ſanitatis & vivi coloris gratia. Cicero XII. Attic epiſt. 6. *Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in veſtro pratulo, a te nitidum ſolem unctumque repetemus.* Auguſto, centeſimum annum excedenti interroganti, quanam maxime ratione vigorem illum animi corporisque cuſtodiiſſet, reſpondit: *Intus mulſo, foris oleo.* Plin. XXIII. c. 24. Caelius VI. c. 6. Plutarchus Alexandro. Πίνειν ἀραιὸν ἥλιον ἀνθρώποις ἀπὸ δυσμῶν δοκοῦντα. Seneca ep 80. *Illi* (corpori) *multo cibo, multa potione opus eſt, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus ſine apparatu, ſine impenſa.* TENN. Livius: *ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, miſſo, & cibo per otium capto.* OUD.

87 *Nec defuit*] Auctius in Petrenſi, Cantabrig. tertio, Leidenſi ſec. & Hillensb. *nec vero defuit.* Recte Dein MSS. quinque *qui t.* male. OUD.

88 *Idem Hannibal ad Thraſymenum*] 3. Reg. 3. Hill. & Voſſ. carent τῷ *Hannibal.* TENN. Carent τῷ *Hannibal* mei omnes, & Edd. ante Scriverium, qui male hoc nomen adpoſuit. Rectius his quatuor continuis exemplis deleviſſet. Nam intruſum e margine opinor Satis de Hannibale agi oſtendit vox *idem*; ut alibi ſaepe auctor. Dein *Traſimenum*, *Tranſimenum*, aliaque in MSS. & Edd. De vero hujus nominis ſcribendi modo conſule Cl. Duker. ad Flor. II. 6. OUD.

quaedam via [89] in radice [a] montis in campos patentes [90] duceret, ſimulata fuga per anguſtias ad patentia evaſit, ibique caſtra poſuit, ac nocte diſpoſitis militibus, & per collem, qui inminebat, & in lateribus anguſtiarum, prima luce, nebula quoque adjutus, aciem direxit. Flaminius velut fugientem inſequens, quum anguſtias eſſet ingreſſus, non ante providit inſidias, quam ſimul a fronte, lateribus, tergo circumfuſus, [91] ad internecionem cum exercitu caederetur.

XXV. Idem Hannibal, adverſus [92] Junium Dictatorem, nocte intempeſta ſexcentis equitibus imperavit, [93] ut in plures turmas ſegregati, per

[a] Vulgo IN RADICES M. ET CAMPOS.

89 *In radices montis & campos patentes d.*] Non capio haec; quomodo una arta via ſimul in radices montis, & in campos patentes ducat. Secure tamen haec tranſiliunt interpretes. At Voſſianus Cod. *per radices.* pro & *campos* Voſſ. Palat. uterque Leidenſis, ambo Medicei, duo Cantabrig. meliores, & Gudianus, *in campos.* Scilicet unice verum eſt, quod inſuper ſervavit Palatinus, *in radice m. in campos.* quamquam & *per radices montis* ex Cod. Voſſiano non ſpernam, quomodo etiam conjecerat magnus Gronovius, ut deinceps ex codicis ejus margine animadverti. At *in radice* videtur corruptioni facilius fuiſſe. Via erat peranguſta, quae juxta radicem montis duceret in campos patentes. Sic clare Livius l. XXII. c. 4. *Et jam pervenerant ad loca inſidiis nata, ubi maxime montes Cortonenſes Thraſymenus ſubit. Via tantum intereſt per anguſta, velut ad id ipſum de induſtria relicto ſpatio: deinde paullo latior pateſcit campus, inde colles adſurgunt* &c. quae noſtri locum unice illuſtrant. OUD.

90 *Duceret*] Medic. pr. *educeret.* item *per patentia.* Mox prave *eminebat* Leid. ſec. Dein Mediceus ſec. *lateri'us*, omiſſo *in.* Uterque vero *diffugientem perſequens:* & Palatinus *in anguſtias e. ingreſſus.* Tum *praevidit* Medic. pr. ac *lateribus & terga.*

91 *Ad internecionem*] Alias *interemptionem*, & *internitionem.* SCRIV. *interemptionem* Mediceus. *internicionem* Vatican. Leidenſes, & Ed. Pariſ. ut paſſim in MSS. ſtatim §. 32. OUD.

92 *Junium*] Vaticanus *Minutium*, & ſtatim *Minutius.* Mediceus antiquior *Minium* & mox alter *Numium.* Voluerunt forſan *M. Junium.* ut Dictatori huic praenomen fuit. V. Gronov. ad Livium l. XXIII. 13. OUD.

93 *Ut in plures t.*] Uterque Leidenſis, Gudianus, Hillenſis, & Mediceus pr. a manu pr. *ut plures t.* Petrenſis, & Voſſian. *ut per plures t.* Malim, ſi quid mutandum, delere *ut*; quomodo aliquoties jam habuimus. OUD.

94 *In-*

per vices, ſine intermiſſione circa caſtra hoſtium ſe oſtentarent. Ita tota nocte Romanis in vallo ſtatione, ac pluvia, quae forte continua fuerat, 94 inquietatis confectisque, quum receptui ſignum jam Junius dediſſet, Hannibal ſuos 95 requietos eduxit [a], & caſtra ejus invaſit.

XXVI. Epaminondas Thebanus, in eumdem modum, quum Lacedaemonii 96 Athmon vallo du-

[a] Vulgo REDUXIT.

94 *Inquietatis*] Voſſianus, 3. Reg. unus Hill. *inquietis*. TENN. *Inquietis* Gudian. Ceteri nihil variant. Recte. Frequens id verbum; ſeu participium eſt Suetonio, & aliis. Statim quoque *inquietavit hoſtem*. OUD.

95 *Reduxit*] MSS. *eduxit*. SCRIV. 4. Reg. unus Hill. Voſſ. & Scriver. *requietos eduxit*, & ſic Gujetus conjecerat. TENN. *Eduxit* veriſſime, e caſtris ſcilicet (ubi proprium hoc verbum eſt § 31. *totum educente exercitum*) habent quoque duo Cantabrigienſes, Palatinus, Mediceus ſec. & Leidenſis primus cum Gudiano. Dein *& in caſtra ejus inv.* Mediceus idem. OUD.

96 *Athmon vallo ducto Peloponneſon tuerentur*] Verba haec ſcriptoris mendoſa eſſe, manifeſtiſſimum. Palmerio noſtro propoſui ea hora, quae mihi ultimum cum viro colloquium praebuit. Ille, qua erat ingenii ſagacitate, emaculanda vidit hoc modo: *cum Lacedaemonii ad Iſthmon vallo ducto Peloponneſon tuerentur*. in quo divinam illius conjecturam non potui non approbare; & probabis, ſcio, quisquis Plutarchum in Theſeo, in M. Craſſo, & in Arato, Strabonem lib. VIII. Ptolomaeum libro III. cap. 16. Pauſaniam Plinium, alios conſuluerit. STEW. Caſaubonus ad Polyaeni II. de Epaminonda, maluit legare *ad Iſthmum*: ego *ad Onion* ſive *Onium*. Aut ſane legendum *ad Athmum*. Palmerio etiam *ad Iſthmum* in mentem veniſſe notat Stewechius. Veterem lectionem retinet Ortelius. Polyaenus, & Frontinus eamdem hiſtoriam, hic ad Athmon, ille ad Onium deſcribunt; loca inter ſe vicina; in Attica nempe, circa Corinthum. SCRIV. Quamquam haec lectio MSS. codicum omnium (quos novi) conſenſu corroboretur, neceſſario tamen requirit praepoſitionem *ad*, vel *circa*. in uno R. *Archinon*. Palmerius *ad Iſthmum*. quam lectionem divinus Caſaubonus l. 2. Polyaeni in Epaminonda n. 9 probavit, & Stewechius ex Plutarchi Theſeo, M. Craſſo, Arato. Straboniſ l. 8. Ptolemaei l. III. c. 16. confirmat. Scriverius conjecit *ad Onion*, quia Polyaenus ibid Τὸ στρατευμα κατεκόμισεν ὑπ' αὐτῷ τῷ Ὄνῳ. Res eodem recidit. Nam Onii montes in Attica erant propugnaculum Peloponneſi, ipſiusque Iſthmi vicini. TENN. *Athmonо*, pago Atticae terrae, de quo vide ad Stephanum, hic locum eſſe non poſſe puto: quare cum Scriverio malim *ad Onion*, minima mutatione. Praepoſitio certe adeſſe debet. In Petrenſi habetur *In Athmon*. Medicei *Archinon*. Leidenſis ſec. *Athimon*. Palatin. *Hamon*. Keuchenius cum Ortelio ſervat *ad Athmon*. MSS. Scriverii *Arthmon*; quod facit τῷ

ducto Peloponneſon tuerentur, paucorum operâ levis armaturae, tota nocte inquietavit hoſtem: ac deinde prima luce [97] vocatis ſuis, quum Lacedaemonii ſe recepiſſent, ſubito univerſum exercitum, quem quietum habuerat, admovit, & per ipſa munimenta, deſtituta propugnatoribus, inrupit.

XXVII. Hannibal, directa acie ad Cannas, [98] ſexcentos equites Numidas transfugere juſſit, qui ad fidem faciendam gladios & ſcuta noſtris [99] tradiderunt; & in ultimum agmen recepti, ubi primum concurri coepit, ſtrictis minoribus, quos [100] occultaverant, gladiis, ſcutis jacentium adſumtis, Romanorum aciem ceciderunt.

XXVIII. [101] Japydes [a] P. Licinio Procos. [102] pa-

[a] Vulgo JAPYGES.

ad Iſthmon; Alius MS. *Archivorum*, ſeu *Archimorum*. Ἐνίχω. OUD.

97 *Vocatis ſuis*] Scribe meo conſilio, *prima luce evocatis ſuis*. Ex iis, quae antea diximus, jam aperta, ſcio, mendi origo: geminanda enim vocalis, quae in fine praecedentis nominis deficuit. FREW. *Vocatis* ſic omnes MSS. ſolus Stewechius *evocatis* ex ingenio ſuo. TENN Immo potius *revocatis*, ſcilicet illis, qui tota nocte inquietarant Lacedaemonios. Unde illi putantes, Epaminondam inrumpendi conſilio deſtitiſſe, quieti ſe dederunt: ſed tum Epaminondas &c. Pro *deinde* in Petrenſi *demum*. Praepoſitionem *per* non agnoſcit Cantabr. tert. OUD.

98 *Sexcentos*] Hos plerique quingentos, alii quadringentos fuiſſe memorant. Conſule notata a Cl. Drakenb. ad Silium l. x. 187. &c. OUD.

99 *Tradidere*] MSS. *tradiderant*. TENN. Etiam mei; & Sanut. quare repoſui, & ſupra ex iisdem ordinem mutavi, vulgo *juſſit transf.* dein Cantabr. tert. *in ultimo agmine*. Tum *primo* uterque Medic. cum Sanuto; & pro *coepit* antiquior *fecit*. OUDEND.

100 *Occultaverant*] Hillensb. *attul-rant*. Debuiſſet ſaltem ſcriptum eſſe *occulte attulerant*. Livius l. XXII. 48. *gladios occultos ſub loricis habentes*. Et ita fere ceteri. Nam Silius non recte ait loco laudato.

non haſta viros, non deficit enſis;
E ſtrage eſt ferrum atque evulſa cadavere tela.

pro *aſſumtis* in Cantabrig. tert. ſimpliciter *ſumtis*. OUD.

101 *Japyges P. Licinio Proconſuli.*] Mediceus antiquior *Japices*. Scribe *Japydes*, Illyrici populus, qui ſaepius in *Japygas*, Italiae populum, corrupti ſunt, docente id jam Pighio T. III.

[102] pagos quoque ſub ſpecie deditionis obtulerunt, qui recepti, & in poſtrema acie collocati, terga Romanorum ceciderunt.

XXIX. Scipio Africanus, quum [103] adverſa haberet bina hoſtium caſtra, Syphacis & Carthaginienſium, ſtatuit Syphacis, ubi multa [104] incen-

111. Faſt. p. 26. ſiquidem idem videtur eſſe P. Licinius, de quo agit Epitome Liviana XLIII. Varie autem in MSS. & Edd. hoc exaratur nomen, ut *Japides*, *Japodes*, *Japudes*, & *Japydes*. Ceterum totum hoc exemplum deeſt in quatuor meorum MSS. OUD. Bene me reſtituiſſe *Japydes*, docet nota Cl. Drakenb. ad Liv. L. XLIII. c. 5. *Carnorum Iſtrorumque & Japydum legati.* MOX *patres* ſi non placent, vide, num arridere poſſit *popas.* IDEM *Cur. poſt.*

102 *Pagos quoque*] Amicus meus emendari volebat *Spathas quoque*; vel hoc modo, *Sparos quoque*: ſed hic, quod manes illius condonent, ab eo non ſteti. Videbar enim proxime ductum litterarum commodius ita reſtituere, *paganos quoque.* Semper belli militibus oppoſiti fuere pagani, non in jure tantum, ſed etiam apud Suetonium, Vegetium, ubi me de iis dicere memini. Hoc amplius, non Spathae, non Spara tela, quae ſcimus illa; ſed qui Romanos a tergo nihil tale ſuſpectantes. adorirentur inimici, in quaeſtionem hic veniunt. STEW. Stewechius *paganos.* Palmerius *Spathas.* quid ſi *paucos?* SCRIV. *Pagos.* Sic MSS. Palmerius *Spathas.* item *Sparos.* Stewechius *Pagianos.* Qui dicti a pagis, pagi a fontibus, quod eadem aqua uterentur. Nam Feſtus ſcribit, aquas Dorica lingua παγὰς dictas. Deinde uſu receptum, ut non tantum in pago habitantes, ſed & omnes, qui non eſſent adſcripti militiae, dicerentur *Pagani*, & opponerentur militibus, ut ſagatis togati. Juvenalis Sat. XVI. vſ. 33.

Citius falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis, quam vera loquentem.
Contra fortunam armati, contraque pudorem.

Vegetius l. II. c. 23. *Nam ſi doctrina ceſſet armorum, nihil paganus diſtat a milite.* Hinc bona, quae quis habet in *Paganico*, opponuntur Caſtrenſibus. Cod. de Teſt. milit. l. I. TENN. *Paucos* placuit etiam Rubenio in Electis l. II c. 29. quia vox *quoque* docet, hoc pertinere ad exemplum praecedens de Hannibale. *Perpaucos* Lipſio, ut qui in extrema tantum acie erant collocati. Quod verum quidem eſt; non tamen in animum inducere mihi poſſum, *paucos* a librariis tam conſtanter in *pagos* potuiſſe corrumpi. In fidem & pignus deditionis ſolebant tradi cariſſima pignora. Quid ergo, ſi hic legamus *Patres?* licet ſciam, ſemper fere obſides datos fuiſſe filios. OUD.

103 *Adverſa*] Voſſ. & una Reg. *averſa*: & ad marg. *imo adverſa.* TENN. *Averſa* perperam quoque duo mei. *Adverſus* Palatin.

104 *Incendiis alimenta*] 4. Reg. & Voſſ. *incendii.* TENN. *Incendii* in meis quoque, & Sanuto

ſuam, [35] (id eſt Epiroticam) regionem: quod quum Illyrii viderent fieri, ipſi paſſim praedari [36] coeperunt, eo ſecurius, quod praecedentes veluti pro exploratoribus habebant; a quibus ex induſtria in loca iniqua deducti, caeſi fugatique ſunt.

XI. [37] Leptines [a] quoque Syracuſanus adverſus Carthaginienſes vaſtari ſuos agros, & incendi villas caſtellaque [38] quaedam imperavit. Carthaginienſes [39] ab ſuis id fieri rati, & ipſi tamquam in ad-

[a] Vulgo LEPTENES.

35 *Id eſt Epiroticam*] Forte Gloſſema eſt. SCRIV. Vix dubito, quin haec verba ex Gloſſemate irrepſerint; tam putide & inepte Frontinum ſcripſiſſe, numquam credam: niſi haec pejus corrupta ſint. nam in Mediceo antiquiore inveni *vallate Siram* &c. pro *id eſt* in Palatino *Epyrotha*, in Leidenſi ſec. tantum *ſuam Epirotam regionem. eſt* non comparet in Ed. Bonon. An fuit *juſſit vaſtare ſuam Epirotas regionem?* non liquet. OUD.

36 *Coeperunt.*] Non agnoſcit hanc vocem Hillensb. Mox & *ſec.* Voſſ. *ſecuriores* bene Petrenſis. Dein *quo pr.* Medic. ſec. & Edd. Italicae. *procedentes* Hillensb. *expugnatoribus* uterque Mediceus, qui mox habent *quibus e. i. i. l. i. deductis*, male. Petrenſis *deducti caeſi ſue ſunt.* OUD.

37 *Leptenes*] Sic omnes MSS. Gujetus Λεπτίνης. Leptines. TENN. In Arceriano eſſe *Leptines*, ut apud Diodorum & Polyaenum, teſtatur Keuchenius. Sed vulgatum ipſi aeque placet. Multi fuere hujus nominis. De hoc agunt Polyaenus l v. c. 8. & Diodor. Sicul. l. XIV. p. 479. &c. Nusquam occurrit *Leptenes*. quare alterum reſcripſi, confirmatum inſuper ab antiquiore Mediceo. OUD.

38 *Quaedam imperavit*] Palatin. Vaticanus, & Leidenſ. ſec. *praecepit* ſine *quaedam*.

39 *A ſuis id*] Unus Reg. *autem haec a ſuis*. TENN. *Ab ſuis* Medic. pr. in quo etiam *haec*. alter cum Edd. Italic. *hoc*. Mox male *tanquam adjutores* eaedem Editiones. *Adjutorium* aliquoties cum aliis adhibet noſter. vide Tennul. ad l. IV. c. 7. §. 31. & Frontinum lib. de Aquaed. Art. 14. Apud Juſtinum l XXIII. in fine pro *humanae opis egentem* in MSto inveni *humano adjutorio indigentem*. *In adjutorium* autem *exire* dicitur, ut apud Vellej. l. II. c. 112. *Magnam marum in adjutorium ejus belli ſecum trahebat*. Senec. de ira l. I. c. 13. *In adjutorium virtutis venit*. Noſter de Aquaed. Art. 78. *In adjutorium aliarum dantur*. Adde Soceri notas ad Valer Max. l. I. c. 5. Ext. 2. *Acantum in adjutorium eorum ſeſe mittere*, ubi recte docet, facile *eorum* abeſſe poſſe, ut vel ex hoc loco liquet, & abeſſe etiam a 2. MSS. Cantabrig. ad me ſcripſit Cl. Waſſe. Hic tamen conſideranda eſt vetuſtioris Medicei lectio, quae mihi arridet, *ut ipſi tamquam adjutorium*. Nam ut homines ipſi ſaepe rei alicujus *momentum* & *auxilium* vocantur, ita & *adju-*

to-

adjutorium exierunt, exceptique ab insidiatoribus, fusi sunt.

XII. 40 Maharbal, missus a Carthaginiensibus adversus Afros rebellantes, quum sciret, gentem avidam esse vini, magnum ejus 41 modum a 42 mandragora permiscuit, cujus inter venenum ac soporem media vis est. Tunc, proelio levi commisso, ex industria cessit: nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & 43 omni vino infecto, fugam simulavit: quumque

a Edd. Keuch. & Tenn. aliaeque MODIUM.

torium pro adjutore seu adjutoribus dici possunt. Hygin. F. 96. *Ut eum adjutorium Danais mitteret.* Atque ita video, Ill. Heinsium maluisse in Vellejo sine praepositione *in*. Alii dispiciant. OUD.

40 *Maharbal.*] 3. Reg. & 3. Hill. sine aspiratione *Maarbal.* quartus Reg. *Maarbas.* TENN. Uterque Medic. Palatin. Leidens. sec. & Edd. Rom. ac Bonon. cum Sanuto *Hannibal*, in quod corruperunt librarii, quia id nomen iis notius. Graece Μαάρβας effertur. Latinis *Maharbal.* De quo nomine, licet non de eodem homine, vide ad Florum l. II. c. 6. §. 19. pro *cum sciret* in Petrensi est *sciens.* OUD.

41 *Modum*] MSS. *M. vas.* SCRIV. Keuchenius pro *modum* tacite reposuit *modium*, ut editum jam fuit in Edd. Paris. & Vesalensi, & adstipulantur uterque Mediceus, Cantabrig. tertius, Cudianus, & Hillensb. cum Arceriano, cujus glossa est *vas.* Ut *Modium* in genere pro quolibet vase magno sumserit. Vix puto, quum semper eo certa mensura aridarum frugum notetur. *Modus* autem quamlibet notat quantitatem. Colum. l. II. c. 5. *Acervi stercoris, non debet major eorum modus dissipari, quam quem bubulci eodem die possint obruere.* Item l. II. c. 10. *si major est modus lentis.* Horat. *Modus agri non ita magnus. Ingens pecuniae modus* Curt. l. V. 6. 8 *pomorum ingens modus* idem l. VI. 4. §. 21. Immo *Modus vini* Plin. l. XXIII. c. 25. *Modus aquae* l. XXVII. c. 28. & alibi: quare reposui *modum.* dein MSS. 6. & Ed. Paris. inepte *saporem.* quomodo passim turbant. Adi Broukhus. ad Propert. III. 9. 54.

Et trahere occultum membra soporis iter.

& ad Tibull. IV. 4. 9.

quicumque sopores,
Quicumque & cantus corpora fessa levant.

Appositus est Apuleji locus l. X. Metam. p. 218. Ed. Pric. *Dedi venenum, sed somniferum mandragorae illud, gravedinis compertae famosum, & morti simillimi soporis efficax.* ubi vide Elmenhorst. ac Pricaeum. OUDEND.

42 *Mandragora*] De qua vide Tanaq. Fabrum ad Timonem Luciani. TENN.

43 *Omni vino infecto*] In Palatino non legitur *omni.* Mediceus

que barbari occupatis caſtris, [44] in gaudium effuſi, medicatum avide merum hauſiſſent, & in modum defunctorum ſtrati jacerent, reverſus [45] aut [a] cepit eos, aut trucidavit.

XIII. Hannibal, quum ſciret, ſua & Romanorum caſtra in eis locis eſſe, quae lignis [46] deficiebantur, ex induſtria [47] in regione deſerta plurimos armentorum greges intra vallum reliquit: qua velut praeda Romani potiti in ſummis lignationis anguſtiis, inſalubribus ſe cibis onerarunt. Hannibal reducto nocte exercitu, ſecuros eos & ſemicruda graves carne, majorem in modum vexavit.

XIV. [48] Tiberius Gracchus, in Hiſpania, certior factus, hoſtem inopem [49] commercio laborare,

[a] Vulgo CEPIT E. AC T.

ſec. *confecto*. *Infecto* autem ſimpliciter dixit pro *venenato*: quomodo etiam locuti ſunt alii. Plinius l. XVIII. c 1. *Nos & flumina inficimus, & rerum naturae elementa*. Adde Celeb. Burmann. ad Valer. Flacc. l. II. 155.

Letalesque dapes, infectaque pocula cerno. OUD.

44 *In gaudium*] Medic. pr. *in gaudio*, qui non habet *avide*, nec etiam alter Medic. Pro *merum* eſt *vinum* in Hillensb. & Ed Pariſ. ac Hittorp.

45 *Cepit eos ac tr.*] Regii 4. Hill. 3. & Voſſ *aut cepit eos, aut trucidavit*. TENN. Veriſſima haec eſt lectio, quam praebent MSS Tennulii, & confirmant etiam mei plerique cum Sanuto. quare reſcripſi. OUD.

46 *Deficiebantur*] MSS. *deficiebant*. SCRIV. Scriverianus, & unus Reg. *deficiebant*. vide ſupra l. I. c. 7. n. 1. De hac autem cruditate, & ejus remedio agit Freinshemius l. V. c 6. n. 17. ad Curtium. TENN. Quatuor mei etiam *deficiebant* cum Edd Italicis: ſed depravate. Conſule nos ad citatum locum. OUD.

47 *In regione*] Sine praepoſitione exhibent Editi, & ſcripti Italici. dein *inter v.* Leidenſ. pr. Mox duo *oneraverunt*. Medic. ſec. *noctu. eos* carent duo. Tum *& in ſemicruda* Edd. Rom. & Bonon. *Majorem in modum* abeſt ab Hillensb. *Mirum in m.* non male Petrenſis. Meminit hujus rei alibi Livius; ſed locus nunc non ſuccurrit. OUD.

48 *Tiberius Gracchus*] Praenomen deeſt in utroque Leidenſi, Palatino, & Hillensb. Nec etiam opus eſt. De eodem enim jam egit auctor hoc ipſo capite §. 3. ubi vide. Ed. Pariſ. *Tracus in Hiſp.* Hoc autem videtur meminiſſe Livius initio l. XLI. quod deſideramus. OUD.

49 *Commercio laborare*] Palmerio viſum legendum eſſe, *commer-*

re, inſtructiſſima caſtra omnibus [50] eſculentis deſeruit, quae adeptum hoſtem, & repertis intemperanter repletum [51] gravemque, reducto exercitu, ſubito obpreſſit.

XV. [52] Hi, qui adverſus Erythraeos bellum gerebant, ſpeculatorem eorum, in loco edito de-

meatu laborare. STEW. Sic omnes MSS. ſed Palmerio viſum *commeatu laborare.* Idem commentum adſcribitur Cyro Juſtin. 1. c. 8. TENN. Servant *commercium* etiam omnes mei, & recte. *commercium* eſt annona venum expoſita. Dicit itaque auctor, hoſtem annona caruiſſe, nec etiam occaſionem habuiſſe τῆς ἐγορᾶς: unde copiam novi commeatus emere ſibi poſſent. Doctiſſime ſuo more hoc verbum illuſtrat ſummus Caſaubonus ad Polybium p. 183. Ed. Gron. cui ea, quae hic adſert, furto rurſus ſublegit Keuchenius. Guntherus, a Caſaubono citatus, Ligurini l. IV.

neque enim commercia rerum
Indigus afflicto ſperabat miles ab hoſte. OUD.

Vox haec alibi abierat in *commeatum*: ut Epit. Liv. CXXVII. ubi vide Drakenb. Reſtitui eam e MSS. Vegetio quoque L. III. c. 3. commerciorum *pacisque ſimulatio.* Adde Miſc. Obſerv. Vol. VIII. p. 319. IDEM *Cur. poſt.*

50 *Eſculentis*] Medic. pr. *epulentis.* Palatin. *obſculentis.* Dein Petrenſis *reliquit. hoſtem* mox non agnoſcit Palat. Tum *repente* pro *repertis* Medic. ſec.

51 *Gravemque*] Vox haec Keuchenio de Gloſſemate ſuſpecta eſt: quare jubet eam exſulare. Quae ſuſpicio ſine dubio ipſi obortа eſt: quia non comparet in Ed. Pariſienſi. Verum MSS. omnes conſtanter ſervant; & recte. Nam plus eſt, quam praecedens *repletum*, ejusque effectum. Graves enim & marcidi erant ideo, quod ſe intemperanter repertis inpleverant; eosque non idcirco oppreſſit, quia cibos illos ſumſerant, ſed quia inde graves erant facti. Hinc *onerari & inpleri* ſolet praecedere gravedinem apud auctores. Vide Ex. praeced. Curtius l. IV. c. 4. §. 5. *Ad epulas dilapſi oneravere ſe vino, quo graves* &c. Celſus in Praefat. *Gravioresque factos, qui ſe inplerent.* OUD.

52 *Hi, qui adverſus Erythraeos*] Secure haec tranſiliunt interpretes. Sed cum non ſoleat auctor tam incerte de Strategematis actoribus loqui, & ſane magis interſit ſcire, qui hoc Strategema adhibuerint, quam contra quos ſit uſurpatum, nullus dubito, quin illud *Hi* ſit corruptum. In MSS. nonnullis, *ii*, vel *Hii*, ut eſt quoque apud Sanutum: Unde, addita littera *c.* facio *Chii.* Hi enim cum incolis Erythrarum, vel Erythrae (nam utrumque dicitur) urbis itidem Ioniae bellum geſſerunt; cujus meminerunt Herodotus l. I. c. 18. Plutarchus de virtut. mulierum T. II. p. 244. Ed. Pariſ. & Polyaenus l. VIII. c. 66. In textum hanc emendationem recepiſſem, niſi me inhiberet unicus noſtri locus l. III. c. 15. §. 3. *Hi, qui ab Hannibale Caſilini obſidebantur.* ubi tamen ſatis patet, intelligi milites illic incluſos. OUD.

deprehenſum, [53] occiderunt, & veſtem ejus ſuo militi dederunt, qui ex eodem jugo Erythraeos ſigno dato in inſidias evocavit.

XVI. Arabes, quum eſſet nota conſuetudo eorum, qua de adventu hoſtium [54] interdiu fumo, nocte igne ſignificare inſtituerant, ut ſine intermiſſione ea fierent, praeceperunt, adventantibus autem adverſariis [55] intermitterentur [a]. Qui quum, ceſſantibus luminibus, exiſtimarent, ignorari adventum ſuum, avidius ingreſſi, obpreſſique ſunt.

XVII. Alexander Macedo, quum hoſtis in [56] ſaltu editiore caſtra communiſſet, [57] ſeducta parte copiarum, praecepit his, quos [58] relinquebat, ut ex more [59] ignes [60] excitarent, ſpeciemque

[a] Vulgo INTERMITTERENT.

53 *Occiderunt*] Mediceus ſec. Sanutus, & Edd. tres primae *ceciderunt*: ut aliquoties ſupra notatum. *Suo militi* e MSS. dedimus pro *m. ſuo*. Dein *ex* a Leidenſi pr. exſulat. OUD.

54 *Interdiu f. nocte igne*] *Interdum de die* Leidenſ. ſec. male. Sed in ſeqq. malim vel *noctu igne*, vel potius *nocte igni*, notiſſima Ablativi declinatione. Mox *autem* deeſt in Mediceo ſec. & Edd. Rom. ac Bonon. OUD.

55 *Intermitterent*] Senſu poſtulante, & auctoritate MStorum meorum complurium, repoſui *intermitterentur*. Dein *eſtimarent* Ed. Pariſ. alii, ut ſolet, *extimarent*. Pro *ingreſſi* Palatin. *egreſſi*. OUD.

56 *Saltu*] Medic. ſec. *loco*. dein Medic. pr. *caſtrum*.

57 *Seducta parte c.*] 4. Reg. Voſſ. tres Hill. *inducta parte*. Iidem pro *excitarent* habent *citarent*. TENN. In nullo meorum MSto vulgatum *ſeducta* reperi, ſed etiam *inducta*. uti & in Ed. Pariſ. Solus Palatinus *ſecum ducta*, quod ſatis probum eſt, & verum, ut puto: niſi ex *inducta* velles refingere *inde ducta*. prius placet. *Sec* propter praecedens *ſet* exciderat; hinc remanſit *inducta*. *Seducta* Editorum inventum hoc loco videtur. OUD.

58 *Relinquebat*] *Reliquerat* MSS. SCRIV.

59 *Ignes*] Uterque Mediceus, & Edd. primae *ignem*.

60 *Excitarent*] Sic exhibet primus Editor Bononienſis. Ed. prima & MSS. omnes, cum iis, qui ſunt viſi a Tennulio, *citarent*, praeter Leidenſem ſec. qui dat *facerent*. Putem, hoc eſſe e Gloſſa, licet l. 1. c. 1. §. 7. habeamus *ignes frequentiores per tota caſtra fieri juſſit*. & l. III. 1. 5. *crebro ignes fieri juſſit. ignibus factis* ibid. & apud alios. *Citare* tamen *ignes* dubito, an quidem recipi liceat, & an non ex pronuntiatione τῆς *x* inter *e* & *c* natum hoc ſit. *excitare*, *ſuſcitare*, *exſuſcitare* frequens eſt. Con-

que praeberent totius exercitus. Ipſe autem, per [61] avias regiones circumducta manu, hoſtem ſuperiore adgreſſus loco [62] depulit.

XVIII. [63] Memnon [64] Rhodius rex, quum equitatu praevaleret, & hoſtem in collibus ſe [65] continentem in campos vellet deducere, quosdam

Conſule N. Heinſ. ad Ovid. Faſt. l. v. 507. & Caeſ. l. VII. B. G. c. 24. OUD.

61 *Avias*] *Alias*. SCRIV. *Alias* prave eſt in utroque Mediceo, & Edd. primis. Leidenſ. ſec. *devias*. Petrenſis, & Palatinus *invias*. non male. placet tamen magis editum. Eadem varietas in MSS. eſt apud Statium l. III. Theb. 115.

Moenibus effuſi per plana, per avia.

Sic MSS. quos laudat Heinſ. ad Ovid. Amat. Art. II. 243. & duo a me collati. alii & Gronov. *in via*. vulgo ante *ardua*. *Avia* ſaepe Statius l. IV 567. *fugit ille per avia Lethes*. VI. 714.

Ille alta per avia notus
Audiri.

Ita MSS. iidem cum Gronovio: *A. ſuetus*. l. X. 384. *per avia campi*, & ſic alii paſſim. OUD. BEND.

62 *Depulit*] MSS. quinque *detulit*. Sed vide ad Lucan. l. II. 654. *agreſſus* non habet Leidenſ. ſec. & ſupra ~~ad~~ *autem* exſulat a MSS. ſex & Edd. Pariſ. Wechel. aliisque. OUD.

63 *Memnon*] MSS. omnes *Mennon* & ſtatim *Mennonis*. ut & n. 46. hujus capitis. TENN. Plerique mei recte *Memnon*. Medic. antiquior *Menno* pro *Memno*; ut infra Leidenſ. pr. non male. *ν* enim Graecorum abiit apud Latinos in *o*. Vide, quos laudavi ad Lucan. l. I. 214. *Rubico*. & Tennul. ad l. III. c. II. §. 1. OUD.

64 *Rhodius rex*] Hoc exemplo utitur Doctiſſ. Meurſius, ut oſtendat, Rhodiis fuiſſe reges. l. I. Rhod. c. 19. Verum nusquam alias hic Memno rex fuiſſe traditur; ſed dux tantum nobiliſſimus Darii. Vide praeter ceteros Diodor. Sicul. l. XVI. p. 491. Curtium l. III. c. 13. Hinc Polyaeno l. V. c. 44. §. 2. ubi inter alia hoc ejus Strategema memorat, audit tantum Μέμνων. Immo noſtro quoque §. 46. vocatur modo *Memnon Rhodius*. Quare omnino ſuſpicor, & mecum Cl. Weſſelingius, hunc titulum eſſe ſuppoſititium. Quam conjecturam plane confirmat Mediceus primus, in quo vox *regis* non comparet. In Mediceo altero *Rhodiorum rex*. Videntur jam diu ante Rhodii ſine regibus fuiſſe, & ~~ἀναρχίαν~~ habuiſſe. OUD.

65 *Continentem*] Hillensberg. *detinentem*. pro *campos* Petrenſ. *in campum*. dein *traducere* minus bene Palatin. in quo deeſt etiam *ſub*. Medicei *transfuge*. Petrenſis *perfugarum* rectius, niſi *transfugii* praeferas. Nam dubito, num Latinum ſit *quosdam ſub ſpecie perfugae* pro *perfugarum*; ubi non ſinguli ſubinde, ſed omnes ſimul iverunt. In Cantabrig. tertio eſt tantum *fugae*. Polyaenus unum modo perfugae ſpecie a Memnone miſſum dicit. OUD.

dam ex militibus ſuis, ſub [65*] ſpecie perfugae, miſit in hoſtium caſtra, qui adfirmarent, exercitum Memnonis tam [a] pernicioſa ſeditione furere, [66] ut & ſubinde aliqua pars ejus dilaberetur. Huic adfirmationi ut fidem faceret, paſſim [67] in conſpectu hoſtium juſſit parva caſtella muniri, velut in ea ſe recepturi eſſent, qui diffidebant. Hac perſuaſione ſollicitati, qui in montibus ſe continuerant, in plana deſcenderunt, &, dum [68] caſtella tentant, ab equitatu circumventi ſunt.

XIX. [69] Arybas [b], rex Moloſſorum, bello petitus

[a] Vulgo JAM. [b] Vulgo HARRIDAS.

65* *Specie perfugae*] Latinum ſatis eſt hoc, nec mutandum. Vide ad L. I. c. 5. §. 16. *Numidae labi* equo. & ad Caeſar. L. V. B. G. c. 9. *naves deligatas ad* anchoram. OUD. *Cur. poſt.*

66 *Ut & ſubinde*] MSS. quatuor, & Edd. vetuſtae *& ut ſubinde*. In Medicco antiquiore deeſt &, quod delendum credidit etiam Gronovius. a Leidenſibus abeſt *ut*. Petrenſis *ut etiam*. Paullo ante *tam pern.* dedi pro vulgato *jam*; quod languet, & otioſum eſt. Dein Palatinus *aſſertioni*. Mox pro *diffidebant* Gronovius margini adſcripſerat; *f. diſcedebant*. OUD.

67 *In conſpectu hoſtium juſſit*] Palatinus, Leidenſis pr. Petrenſis, & Voſſian. *In conſpectum*. Quod non de nihilo eſt. Vide cum alibi, tum ad l. I. c. 12. §. 10. *lapidibus in conſpectum omnium colliſis*. *Omnium* male hic etiam in Leid. ſec. pro *hoſtium*, quod exſulat a Palatino. *iuſſerunt* Petrenſ. Mox *ſolliciti* Mediceus unus, & Ed. Romana. OUD.

68 *Caſtella*] *Caſtra*. SCRIV. Scriverius, & unus Reg. *caſtra*. TENN. Non ita voluit legi Scriverius, ſed varietatem modo notavit lectionis: nam *caſtra* editur in Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. Dein in Mediceo *ab hoſtibus*, in Leidenſi pr. deſunt *ab equitatu*. In tertio Cantabr. *circumdati*. Ceterum ſequentia usque ad EX. XLIV. non conſpiciuntur in Edd. Romana, ac Bononienſi. OUDEND.

69 *Harridas*] 2. Reg. *Arridas*. Juſtino *Arubas*. TENN. *Aridas* Medic. pr. *Arridas* Medic. ſec. *Hasdrudas* Leid. ſec. Scripſi hic, & infra *Arybas* ex doctorum virorum judicio, Graece Ἄρυβας. Conſule eos ad Juſtinum l. VII. 6. VIII. 6. XVII. 3. Fabric. ad Oroſium l. III. 12. quibus locis eadem eſt confuſio. Sylburg. ad Pauſan. Attic. l. I. c. 11. OUD. *Arybas*, vel *Arrybas*, & *a Bardyllie* certo certius legendum eſt. Prius jam olim correxi. Alterum tunc pro corrupto *ab Ardie* non incidit. Sed bene ſic emendarat Valeſius ad Diod. Siculi Excerpta T. II. p. 592. Arrybam & Bardyllim aequales fuiſſe, ſatis patet ex Plutarchi Pyrrho p. 383. 387. & notis ad Juſtin. L. XVII. c. 3. *Ardye* mecum, ſed fruſtra. video conjeciſſe Drakenborchium ad Liv. L. I. c. 3. §. 8. IDEM *Cur. poſt.*

70 *Ar-*

titus ab [70] Ardie Illyrio, majorem aliquanto exercitum habente, [71] amolitus [a] inbelles ſuorum, in vicinam regionem AEtoliae famam ſparſit, tamquam urbes ac res ſuas AEtolis concederet. Ipſe cum iis, qui arma ferre poterant, inſidias in montibus, & locis confragoſis diſtribuit. Illyrii timentes, ne, quae Moloſſorum erant, ab AEtolis occuparentur, velut ad praedam feſtinantes, neglectis ordinibus, adcelerare coeperunt: quos diſſipatos, [72] nihil tale exſpectantes, Arybas ex in-

a Vulgo MOLITUS.

70 *Ardie*] Voſſ. *Aride*. TENN. Medicei *Ardio*. Ed. Pariſ. *Ardicillyrio*, non *Ardyc*. ut ait Keuchenius. Nihilominus verum putem eſſe *Ardye* a recto *Ardys*, ut a *Cipys*, *Capye*, & ſimilia. Ἄρδυς alius celebris fuit Sardiuum rex, Gygis filius, apud Herodot. Pauſan. & Suidam. perperam nonnulli rurſus *Illyrico*. & paullo ante *potitus* Hillensb. Leid. pr. & Ed. Pariſ. *provocatus* Petrenſis: *peritus* ego non moveri velim. OUD.

71 *Molitus imbelles ſuorum*] Neque mentem Frontini intelligo, nec, quis ſtrategematis iſtius uſus ſit, video; ni emendemus, *amolitus imbelles ſuorum*. Removiſſe enim Harridas videtur omnes, qui per aetatem arma ferre non poſſent; reliquis inſidias & ſubſeſſas inſtituiſſe. STEW. Unus Reg. *Amolitus*, & ſic Stewechio conjectum. TENN. Non dubitavi, ut veriſſimam lectionem, quam conjecerat quoque Lipſius, in contextum recipere *amolitus*, quod loci ſenſus requirit. *Amolimur* eos, qui nobis moleſti, & inpedimento ſunt. Plautus Trucul. II. 7. 64.

Sed ego ceſſo me hinc amoliri, ventre dum ſalvo licet.

Terent. Andr. IV. 2. 24.

Vos hinc amoliminī: nam mi inpedimento eſtis:

ubi vide Donatum. Petron. c. 10. *cupiebam amoliri cuſtodem moleſtum*. Verum fors & *mollius* hoc ſenſu retineri poſſit. Curtius l. IV. 7. 4. *ſabulo, quod praealtum & veſtigio cedens aegre moliuntur pedes*. *Moliri terram* de aratione paſſim Columella. *Moliri portas* apud alios. Medicei & *inbelles*. Leidenſ. ſec. *inbellos*. quaſi & *inbellus* diceretur, ut *inermis*, & *inermus*, ac ſexcenta ſimilia. Dein *in vicinamque r.* Ed. Pariſ. Ed. Wechel. *ſic tamquam*. Medicei & *res*. Hillensb. *ac regiones*. OUD. Lectionem *amolitus inbelles* confirmat quoque Appulejus L. X. Met. p. 229. *ut ſimul & conſcium ſceleris* amoliretur. Vide L. IV. c. 7. §. 8. Paſſive dixit Curtius L. VIII. c. 5. §. 17. *Prius ab oculis mortalium* amolita *natura eſt*. & Appulejus de Deo Socratis p. 30. Ed. Merc. *ſive* amolita, *ſive modificata utriusque rei*, ſc. terrae & aetheris *participatione*. Male Vulcan. Ed. ſec. & ſeqq. *inolita*. infra ibidem *iſtis omnibus exuviis* amolitis. IDEM *Cur. poſt.*

72 *Nihil tale*] Concinnius Petrenſis & *nihil t. exſp.* niſi malis ex eo cum Cl. Waſſe fingere,

ctum facis; adverſus ſolum enim cum altero proceſſiſti: quumque admiratus ille, quisnam ſe comitaretur, reſpexiſſet, averſum uno ictu confecit.

XLII. Iphicrates Athenienſis ad Cherroneſum, quum ſciret, Lacedaemoniorum ducem [177] Anaxibium exercitum pedeſtri itinere ducere, firmiſſimam manum militum eduxit e navibus, & in inſidiis collocavit: naves autem [178] omnium, tamquam onuſtas milite, palam transnavigare juſſit. Ita ſecuros, & nihil [179] exſpectantes Lacedaemonios a tergo [180] adgreſſus [a] in itinere, oppreſſit, fuditque.

XLIII. Liburni, quum [181] vadoſa loca obſedis-

[a] Vulgo INGRESSUS ITINERE.

Gudiano. & Medicèo ſec. ἀλλ᾽ οὐ καὶ παρὰ τὰς συνθήκας ποιῇ auctores Graeci, & Sanutus *Inique contra ſolum cum ſocio venis.* nec de *pace* agebatur. ſed νῦν πρῶτον. *Enim* tamen abeſt quoque ab Leidenſi primo. & Petreuſi, ac tert. Cantabr. quaſi fuiſſet *contra pactum patis adverſus ſolum cum al. proc. adverſum enim unum* Medic. pr. & Leid. ſec. *adverſum enim ſolum unum* Medic. ſec. Dein male etiam Ed. Wech. *reſpexit*, & MSS. tres cum Ed. Pariſ. *adverſum* ſolito errore. OUD.

177 *Anaxibium*] Medicei, & Leid. pr male *Anaxabium*, ut jam monſtum ad l. 1. 4 7. Hoc Strategema narrat late Xenophon l. IV. p. 543. dein *fortiſſimam m.* Voſſ. Sed correctum in margine. V. ad c. 3. §. 3. Idem cum Gudiano pro *militum* habet *equitum. a nav.* Medic. pr. Uterque Medic. *ac in inſ.* ad *in* abeſt a Palat. Voſſ. & Leid ſec. OUD.

178 *Omnium*] Non placet hoc. Sanutus & Medicei *omnes.* Fuerit forſan *naves autem, omni e. o. milite.* OUD.

179 *Exſpectantes*] Medicei *dubitantes* cum Sanuto: an *ſuſpicantes*, vel *ſuſpectantes?* Ultimum verius credo. Hinc natum Gloſſema *dubitantes.* OUD.

180 *Ingreſſus itinere*] *A tergo aggreſſus, in itinere.* Stewechius. SCRIV. 2. Reg. & Stew. *aggreſſus.* pro *itinere* Stew. *in it.* Gujetus *iter.* TENN. Veriſſima eſt conjectura Stewechii, Male Gujetus conjiciebat *iter.* Non enim Iphicrates *ingreſſus eſt iter.* Sed in inſidiis manſit, donec Lacedaemonios, qui ἐμπαλίσχοντο teſte Xenophonte. a tergo aggrederetur. Conſentiunt in τῷ *aggreſſus* Medicei, Leidenſ. ſec. & Cantabr. tert. cum Sanuto, qui inſuper *in itinere* nobis ſervavit. Suo more *ab t.* Medic. pr. *in* loco ſuo excidit, & cum *greſſus* junctum. Iuſuper locum diſtinctione juvi. Vulgo *Lacedaemonios, a tergo ingreſſus itinere o.* OUD.

181 *Vadoſa loca*] In Leidenſi ſec.

dissent, capitibus tantum eminentibus, fidem fecerunt hosti alti maris, [182] ac triremem, quae eos persequebatur, inplicatam vado ceperunt.

XLIV. Alcibiades, dux Athenienſium, in Helleſponto adverſus [183] Mindarum [a] Lacedaemoniorum ducem, quum amplum exercitum, & plures naves haberet, nocte expoſitis in [184] terram quibusdam militum ſuorum, parte quoque navium poſt quaedam promontoria occultata, ipſe cum paucis profectus, ita ut contemtu ſui hoſtem [185] invitaret, eumdem inſequentem fugit, donec in praeparatas inſidias [186] perduceret [b], [187] Averſum-

[a] Vulgo NUMIDARUM ET L.

[b] Vulgo INDUCERET: AVERSUMQUE.

ſec. non comparet *loca*. Adi ad l. 1. 5. 26. Simile quid de Liburnis vide apud Livium l. x. c. 2. OUD.

182 *Ac triremem*] Medicei *acerrime*. pro *quae* Leid. ſec. *qui*. *perſequebantur* Medicei. Unde effingere poſſes *qua eos perſequebantur* ſc. hoſtes. ut pro more a generali numero ſingul. transeat ad pluralem. Dein iidem, Vaticanus, & Leidenſis ſec. *inplicitam*. OUD.

183 *Numidarum & Lac.*] Omnes MSS. *Mindarum Lacedaemoniorum d.* TENN. Ex MSS. Italicis hoc ineptum mendum in editiones irrepſit; quod tamen miror huc usque vulgatos obſedisse libros. MSS. mei ceteri quoque *Mindarum Lac.* ut reponi etiam jusſerat Gronovius, & jam ante II. Voſſius, cui hanc veriſſimam emendationem ſublegit, antiquum obtinens Keuchenius, ipſaque ejus verba expreſſit ex animadverſione ad Juſtin. l. v. c. 4. *jam Seſte Mindarus, & Pharnabazus Lacedaemoniorum duces inſtructis navibus exſpectabant.* ubi vide, & Diodor. Sicul. l. XIII. p. m. 175. ac Polyaen. l. I. c. 40. §. 9. OUD.

184 *Terram*] Leid. ſec. *terra*. dein Medicei *q. militibus*; tum *occulta* Edd. Rom. Bon. & Wechel.

185 *Invitaret*] Leidenſ. pr. *invitet*. Editiones primae cum Vaticano *vinceret*, ſed Medicei *elliceret*; quod ſaepius quidem hoc ipſo capite habuimus. Praeſtat tamen vulgatum. §. 31. *Ii, qui in ſtatione fuerant, quiete invitati*. OUD.

186 *Induceret*] *Perduceret* MSS. SCRIV. MSS. *perduceret*. TENN. Quis hoc mutarit, neſcio, ſed Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. cum MSS. meis longe plurimis etiam *perduceret*, ut cum Keuchenio reſcribi jubet perpetuus noſtri auctoris ſtylus, ſive *produceret*. Vide §. 35. *In praeparatas inſidias perduxit*. Adi omnino Ex. 1. hujus capitis *hoſtes inſecutos eo perduxit*. OUD.

187 *Averſumque deinde*] Et hoc a conjectura eſt, cum libri *adverſumque* haberent. MOD. Ita Modius. vulgo, *adverſumque*.

versum deinde, & [188] egredientem in terram, per eos, quos ad hoc ipsum exposuerat, cecidit.

XLV. Idem, navali proelio decertaturus, constituit malos quosdam [189] in promontorio; praecepitque his, quos ibi relinquebat, ut, quum commissum proelium sensissent, panderent vela. Quo facto consequutus est, ut hostes, aliam classem in auxilium [190] supervenire ei arbitrati, [191] verterentur.

XLVI.

SCRIV. MSS. *Adversum deinde*, ut hic optimo jure asseruit Modius. TENN. Turbant hic vehementer cum MSS. & Edd. Viri docti. Nam ad oram Editionis suae Scriverius allevit, melius esse *adversum*, & Tennulius, ut videre est, a Modio ait adsertum esse *adversum*, cum plane se res aliter habet. Nam bene Modius conjecit *aversum*, ut exhibet margo Hittorpii, Wechelii, duo Cantabrig. Palatin. & Medic. Auctor enim vult dicere, ut tradunt reliqui historici, Mindarum ab Alcibiade, cujus classis subita conversio eum terruit, in fugam esse versum, & coactum terga dare, (in qua re frequens nostro est verbum *averti*. vide ad l. II. 3. 3. VI. 5. VIII. 6. 7.) & navibus ad litus adpulsis egredi. Verum egredi volentem excepere unt eum Theramenis milites &c. Omnis confusio orta ex eo, quod non animadverterunt viri docti, Mindarum dici *aversum* respectu Alcibiadis, & *egredientem* respectu eorum, qui ad hoc dispositi erant. Ceterum male vulgo additur *que*, quae enclitica pro auctoris stilo abest recte a MSS. meis plurimis, & Edd. Rom. Bonon. Paris. Wechel. aliisque. OUD.

188 *Egredientem*] Vaticanus, & Cantabr. tert. *ingredientem*. Mox Mediceus sec. *ipsi exposuerant*.

189 *In promontorio*] Medic. sec. & Edd. pp. *in promontoria*.

190 *Supervenire ei*] Quidam invertunt haec duo verba. In Hillensb. deest *ei*. Leidensis sec. *subvenire*. Sed vide ad l. I. 1. 6. *quam sibi supervenirent legiones*. Mox *arbitrantes* Gudianus, Petrensis, & Vossianus. OUD.

191 *Verterentur*] Simpliciter *verti* pro terga dare, in fugam verti, vereor, ut Latinum sit. Certe Frontinus amat dicere *averterentur*, aut *terga verterent*, quod diserte postea inveni in Codice Petrensi: quo facit etiam Mediceus antiquior, in quo corrupte *verterunt*. *Averterentur* tamen hic praefero, & sic Cl. Wasse quoque conjecisse postea deprehendi. OUD. Consule tamen supra Ex. 31. *Redeuntes in ordinem consternunt*, vertuntque. IDEM *in add.* Tò *verterentur* contra MSStos temere non mutandum, ut in add. monui. Vide insuper Wopkens. in Misc. Observ. Nov. Vol. I. T. II. p. 16. ad Q. Septim. de B. Troj. L. II. c. I. versis *his atque in fuga*: ut habent MSS. IDEM *Cur. post.*

192 Me-

XLVI. [192] Memnon Rhodius, navali proelio, quum haberet ducentarum navium classem, & hostium naves elicere ad proelium vellet, ita ordinavit suos, ut paucarum navium malos [193] erige-

192 *Memnon*] Leidens. pr. *Memno*. Vide ad §. 18. statim *bello* pro *proelio* Gudian. Oudend.

193 *Erigerent, juberent:*] *Erigere* & *juberet*. Scarv. 4. Reg. 1. Hill. *Eligeret*. 2. Hill. *Erigeret*. Pro *juberent* omnes MSS. *juberet*. Tenn. Certo certius est, legi debere *juberet*; quod MSS. mei quoque, & Edd. vetustae exhibent, sed nondum constat, quomodo scribendum sit ad *erigerent*, quod male retinent nonnulli Codices. *Erigere* autem, a Scriverio in margine positum, inveni in Ed. Bononiensi. Hanc vero constructionem *erigere & agi juberet*, defendere posses ex iis, quae congessi ad Lucan. l. x. 347.

ut colla ferire
Caesaris, & socerum jungi
tibi, Magne, juberet.

quibus adde Caesarem l. I. B. Civ. c. 61. *Naves conquirere, & Oscogesam adduci jubent.* ubi nihil mutandum. Adde c. 4. §. 20. l. III. c. 15. §. 6. Quare id, si MSS. addicerent Codices, libenter reciperem: Nunc hactenus probo, quod est in Tennulii MSS. *erigeret*, quo faciunt etiam Cantabr. Bib. pub. Leidensis pr. Gudianus, Vaticanus, & Ed. Romana *eligeret*. & ita MSS. plerique, quibus accedat Taurinensis Cod. in Lucano *feriret*. Crebro accidit, ut *jubeo* conjungatur per copulam cum alio verbo in eodem tempore & modo, loco infinitivi, licet idem, qui hoc jusserit, jusserit etiam illud, & non ipse fecerit. Quod non animadversum saepius ansam dedit corrumpendi loca. l. IV. c. 1. 33. *supplicio adfici jussit, & exemplo impendit.* Phaedrus l. II. F. 8. 26.

Quem convocata jubet occidi fa-
milia,
Praedamque tollit:

ubi male Heinsius mavult *tolli*. at recte vulgatum defendit Cl. Burmannus. Livius l. XXVII. c. 13. *hordeum dari jussit, centurionesque destrictis gladiis discinctos destituit.* ubi Gronovius malebat *destitui*. at idem Liv. l. IV. c. 47. *signa inferri propere jussit, signiferumque ex suis unum cunctantem occidit*; quod Frontinus c. 8. §. 8. explicat per *occidi imperavit*. Justin. l. XXXII. c. 4. *serpentium genus in fictiles lagenas conjici jussit, medioque proelio in naves hostium mittit.* ubi tamen *mitti* e Juntina Graevius, quomodo etiam MS. Orvillii mei. Caesar l. VII. B. G. c. 13. *equitatum educi jubet, proeliumque committit.* Sic Edd. & MSS. meliores. Alii cum Hottomanno perperam *committi*. Infra l. III. c. 5. §. 1. *aliquem ex captivis jussit occidi, & membratim in contubernia distribuit.* Sic recte MSS. vulgo *distribui*. Obstat tamen, ne plane credam, ita etiam hoc loco scribendum esse potius *erigeret*, quam *erigere*, quod in his locis fere semper tale verbum occurrat post *jubere*, non vero ante, nisi quod l. IV. c. 1. 28. *Scidit, & &c. imperavit.* ubi & hoc mutarunt in *scindi* & l. IV. c. 7. 29. in MSS. nonnullis *ut armaret, & juberet pro-*

xeni.

geret [a], easque primas agi juberet. Hoſtes [194] autem procul conſpicati numerum arborum, & ex eo navium quoque [195] conjectantes, obtulerunt ſe certamini, & a pluribus occupati ſuperatique ſunt.

XLVII. Timotheus, dux Athenienſium, adverſus Lacedaemonios navali [196] acie decertaturus, quum inſtructa claſſis eorum ad pugnandum proceſſiſſet, ex velociſſimis navibus [197] viginti praemiſit, quae omni arte, varioque flexu eluderent hoſtem. [198] Ut [b] primum deinde ſenſit, minus agi-

[a] Vulgo ERIGERENT & JUBERENT. [b] Vulgo UT P. SENSIT, DEINDE M.

gehi. Quidquid ſit, *erigeret* interim, donec certior hac in re ſim, reponi juſſi ob MStorum auctoritatem, qua ſe tueri nondum poteſt τὸ *erigere*; licet id maxime arrideat. OUD. Hanc conſtructionem *erigeret* —— *agi juberet* firmari forſan judices ex meis ad Caeſ. L. V. B. G. c. 11. *delegit & arceſſi jubet.* Ovid. L. 1. Met. 36.

Tum freta diffudit, *rapidisque tumeſcere ventis*
Juſſit.

Sed illic Nic. Heinſius e 2. MSS. dedit *diffundi.* IDEM *Cur. poſt.*

194 *Autem*] Hac voce carent Leidenſes, Medic. Palatin. Gudian., & Voſſian. & facile ſalvo ſenſu abeſſe poteſt. Statim & etiam non comparet in Medic. ſec. OUD.

195 *Conjectantes*] Medic. prim. & Leidenſ. ſec. cum Edd. Rom. & Bonon. *conjecturantes.* Sic in Fabri Theſauro citatur Seneca de Benef. c. 19. l. 7. *conjecturare in occulto.* Sed illic rectius Obſopaeus, & Fromondus e MStis legunt *conjectura ire in occulta.* pro & *a pl.* mallem *at a pl.* OUD.

196 *Acie*] Medic. pr. *proelio.* Dein *in inſtructas* Medic. ſec. *induſtria* Petrenſis.

197 *Viginti*] Petrenſis *triginta.* Sed Polyaenus quoque l. III. c. 10. 6. 12. Εἴκοσι. dein *vanoque* Leid. ſec. & pro *eluderent*, *ducerent* eodem ſcilicet ſenſu, Leidenſ. pr. OUD.

198 *Ut primum ſenſit &c.*] Stewechius: *deinde ut primum ſenſit, minus agiliter adverſam partem moveri; progreſſus, praelaſſatos facile ſuperavit.* SCRIV. MSS. *Ut primum deinde ſenſit*, Stewechius. *Deinde ut primum ſenſit, minus agiliter adverſam partem moveri, progreſſus* &c. in nullo cod. MSS. *progreſſos.* TENN. Vide Stew. ad Ex. 32. Medicei, & Edd. Rom. Bon. Wech. *Ut autem primum. Deinde* abeſt a Leid. ſec. Petr. *demum ſenſit.* Sed vere omnino Leidenſ. pr. Vatican. Palatin. Gud. Voſſ. aliique. *Ut primum deinde ſenſit;* cum his autem, non cum ſeqq. jungendum eſſe τὸ *deinde* & mox *progreſſus*, ut omnes MSS. & Edd. veteriores paullo exhibent, ſcribendum Caſaubonus jam monuit ad d. Polyaeni lo-

agiliter moveri adverſam partem, progreſſus [a] praelaſſatos facile ſuperavit.

a Vulgo PROGRESSOS.

locum. Τὰς δὲ ταχυπαντίους ἵππους πρόσταξε τοῖς τριφάλαις ἀντιτάξασθαι τοῖς πελταστικοῖς, καὶ ταχεῖς ποιοῦσι κινήσεις, καὶ προτάσσει μὲν δὲ πολέμιοι ποιοῦντες ἱππεῖς &c. Unde patet, etiam *praelaſſatos* rectum eſſe. Medicens ſec. *relaxatos*. Edd. priores cum Palatino *praelaxatos*, quae etiam male *in adv. p.* OUDEND.

CAP. VI.

De emittendo hoſte, ne clauſus proelium [1] ex deſperatione redintegret.

EXEMPLUM I.

Gallos, eo proelio, quod Camilli ductu geſtum eſt, deſiderantes navigia, quibus Tiberim tranſirent, Senatus cenſuit transvehendos, & commeatibus quoque [2] proſequendos [a]. Ejusdem generis hominibus poſtea per [3] Pomptinum agrum

a Vulgo PERSEQUENDOS.

1 *Ex deſperatione*] 8. Reg. Voſſ. & unus Hill. *in deſperatione reintegret*. TENN. *In deſper*. Gudian. Leid. pr. *in deſperationem*. Ceterum MSS. tantum non omnes, & Edd. pp. *reintegret*. *bellum* Hillensb. Mox *transeundos* pro *transveh*. Medicei, & Edd. Rom. Bonon. ac Pariſ.

2 *Perſequendos*] MSS. & Edd. primae cum Scriverianis *proſequendos*: quod male ſequi neglexerunt ceteri editores. Quod verbum donantis quid ex comitate, praeſertim diſcedentibus proprium eſt. Sueton. Caeſ. c. 27. *Sponte ad ſe commeantes uberrimo congiario proſequebatur*; Aug. c. 49. *Utque perpetuo ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos eos proſequendosque ſuppeteret*. Tiber. 46. *Comites expeditionum numquam ſalario, cibariis tantum, ſuſtentavit, una modo liberalitate ex indulgentia ultrici proſecutus*. *Donis proſequi* Valer. Max. l. IV. c. 8. §. 10. OUDEND.

3 *Pomptinum*] Sic lege. licet 3. Reg. Voſſ. 3. Hill. *Promptinum*. Nam Dio l. 45. vocat τὰ Πόμπτινα. Sueton. Julio c. 44. *Siccare Pomptinas paludes*. Epitome Livii l. 46. *Pomptinae paludes a Cornelio Cethego conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatae, agerque ex iis factus*. TENN.

agrum fugientibus via data est, quae Gallica adpellatur.

II. [4] L. Marcius, eques Romanus, cui, duobus Scipionibus occisis, exercitus imperium detulit, quum circumventi ab eo Poeni, ne inulti [5] morerentur, acrius pugnarent, laxatis manipulis, & concesso fugae spatio, dissipatos sine periculo suorum trucidavit.

III. [6] C. Caesar Germanos [6*] inclusos, ex desperatione fortius pugnantes, emitti jussit, fugientesque adgressus est.

IV.

TENN. *Promptinum*, *Protinum*, *Pretinum* vitiose, ut in hoc nomine passim apud alios, etiam mei. De *Pomptino agro* adi Livium l. IV. 25. VI. 5. & seqq. Vide quoque ad Lucan. l. III. 85.

Pomptinas via dividit ada paludes. OUD.

4 *L. Martius*] Alias *Q. Martius*. SCRIV. Scriverius. *Q. Marcius*. 3. Reg. 1. Hill. Voss. *T. Marcius*. Sic infra c. 10. n. 2. TENN. Male Tennulius Scriverio adscribit lectionem *Q.* cum is tantum indicaverit, in aliis Editionibus ita scribi, nempe in Rom. & Bonon. In MSS. duobus deest praenomen. In quatuor, & Sanuto *T.* In Medic. sec. *Tiber.* perperam. Recte se habet vulgatum, & ex eo corrigendum Ex. 2. cap. 10. ubi vulgo *T. Martius*. Omnes historici egregium hunc Marcium Septimi filium, primipili centurionem praenomine *Lucii* insigniunt Deinde MSS., nummis, & inscriptionibus non *Martius*, sed *Marcius* hic & ubique exarandum est. In quo etiam perperam optimae Livii editiones variant. V. l. XXV. 37. &c. XXVI. 17. 20. 37. XXVIII. 21. 28. OUD.

5 *Morerentur*] Medic. pr. *morirentur*. Dein Ed. Rom. *fugiendi*.

6 *C. Caesar*] Leid. sec. & Sanut. sine praenomine. *Germanum* Petrens. Malim *& ex d.* dein Arcerian. *Thrasomenum*. alii *Trasimenum*, *Transimenum*. vide supra. OUD.

6* *Inclusos, ex desperatione fortius pugnantes*] Scripsi, me malle *inclusos & ex desp. f. pugn.* Sed aliquoties jungit Auctor participia ἀσυνδέτως: ut C. 5. Ex. 19. *dissipatos, nihil tale exspectantes.* licet ibi & interserat Cod. Petrensis. L. IV. C. 1. Ex. 1. *exprobrante Imperatore ignaviam, frangente &c. vasa*; ubi alii *frangenteque*. Verum illic aliud Auctoris protuli exemplum: quomodo & MS. Petrensis L. III. C. 10. §. 6. *deducti in insidias caesi sunt*: vulgo *caesique*. L. IV. C. 1. §. 20. *damnati, virgis caesi publice venierunt*, ibi quoque & inserit Petrensis. Et ita saepius alii copulam omiserunt. Consule Doct. Wopkensium Misc. Obs. Nov. T. X. ad Just. L. V. C. 10. OUD. *Cur. post.*

IV. Hannibal, quum ad Thraſymenum incluſi [7] Romani acerrime pugnarent, [8] diductis [a] ordinibus fecit eis abeundi poteſtatem, euntesque ſine ſuorum ſanguine ſtravit.

V. Antigonus, rex Macedonum, [9] AEtolis, qui in obſidionem ab eo compulſi, fame urguebantur, ſtatuerantque, eruptione facta, commori, viam fugae dedit, atque ita [10] infracto inpetu

[a] Vulgo DEDUCTIS.

7 *Germani acerrime pugnarent*] Abſit, ut Germanos ad Thraſymenum cum Hannibale congreſſos librarii nobis perſuadeant. Neque enim ii ſunt Germani, ut contractam temeritate C. Flaminii Cos. ignominiam, tam facile patiantur in ſe derivari. Emendo, *incluſi Romani*. Ita jubent Livius l. XXII. Oroſius l. I. Florus l. II. Valerius l. I. Silius l. V. Plutarchus in Hannibale, & in Fabio: item Frontinus noſter l. V. c. 7. ex. 25. STEW. *Romani*. Ita Stewechius. Vulgo *Germani*. SCRIV. *Romani*. ſic l. Nam *Germani*, qui hic ab omnibus MSS. ponuntur, nullum locum habent. Front. IV. 7. 25. TENN. Nemo ſanus credere poterit, a Frontino eſſe *Germani*; licet omnes id retineant MSS. *Germani* potuerunt inrepſiſſe ex praecedente exemplo. Et ſane alibi quoque *Romani* & *Germani* in veteribus libris confunduntur. Sic l. II. I. 16. pro *Germanorum* in nonnullis eſt *Romanorum*. Non placet tamen haec correctio Doct. Barthio, quia non omnes omnino Romani tam deſperate illic pugnarunt, quapropter l. II. Adverſ. c. II. mallet legere *primani*. Non ego credulus illi. Vide potius, num reſcribi commodius poſſit *legionarii*. Hoc autem Hannibalis Strategema Livius non refert, ſed c. 6. ſex millia primi agminis eruptione per adverſos hoſtes inpigre facta evaſiſſe. OUD.

8 *Deductis*] Lege *diductis*, ut Voſſ. 1. Hill. TENN. Recte. vide ad l. II. 3. 8. *Diductis in latera viribus*. Conſentit Gudianus. OUD.

9 *AEtolis*] Leid. pr. & Gud. *Ethoris*. Statim *ſubſidionem* Petrenſ. *obſidione* Medic. ſec. Hillensb. & Edd. pp.

10 *Infracto impetu*] Voſſianus, & unus Hillensb. disjuncte *In fracto*. Non opus disjunctione. v. AEneid. 784. de Junone:

Nec Jovis imperio fatisve infracta quieſcit.

Servius: Infracta. *Valde fracta*. ut XII. AEneid. v. 1.

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt.

Arnobius. *Cur impetus tantos belli non prius fregit ac repulit, quam immanes inciderent plagae?* Fragm. Poëtar. Edit. Scriv. f. 177. *Clade ſubita frangatur ſua*. vide c. 9. n. 3. TENN. Medic. ſec. & Edd. pp. *fracto* Vatican. *In eos fracto*. *Infringere* pro valde frangere verbum eſt, ab omnibus auctoribus uſurpatum. OUD.

tu eorum, [11] insecutus [a] aversos cecidit.

VI. Agesilaus Lacedaemonius, adversus Thebanos quum acie confligeret, intellexisset que, hostes, locorum conditione clausos, ob desperationem fortius dimicare; laxatis suorum ordinibus, apertaque Thebanis ad evadendum via, rursus [11*] in abeuntes contraxit aciem, & sine jactura suorum cecidit aversos.

VII. [12] Cn. Manlius Cos. quum ex acie reversus capta ab Hetruscis Romana castra invenisset, omnibus portis statione circumdatis, inclusos hostes in eam rabiem efferavit, ut ipse in proelio caderet. Quod [13] ut animadverterunt legati ejus, [14] ab una parte remota statione, exitum He-

[a] Vulgo INSECUTOS.

11 *Insecutos*] *Insecutus* Stewech. SCRIV. *Insecutus aversos*. sic lege. In 4. Reg. & 1. Hill. *Adversos*. perperam. ut statim *cecidit adversos*. 2. Reg. 2. Hill. male. Nam legendum *aversos*. TENN. Invenit in editione Modii Stewechius *insecutos*, quod illuc vitio operarum irrepserit. Nam plerique MSS. & Edd. omnes, ut debent, *insecutus*. *Adversus* Medic. sec. *adversos* Leid. sec. ut statim. *Aversos* scribendum esse vidimus ad c. 3. 3. IV. 20. V. 44. OUD.

11* *In abeuntes*] Medic. sec. *abeuntis*. sed vide Polyaen. l. II. 1. 19. dein *adversos* idem, Leid. sec. & Ed. Par. *adversarios* Petrensis, perperam. OUD.

12 *Cn. Manlius*] Omnes MSS. G. M. 4. Reg. *Manilius*. TENN. *Mallius* & *Manilius* ex more etiam mei nonnulli, sed *Cneus*, sive *Gneus* mei servant omnes, praeter Medic. pr. & Edd. vetustas. Ejus mentio jam facta l. 1. c. 11. 1. & de hac Cn. Manlii morte fuse Livius l. 11. 47. unde descripsit auctor noster. OUDEND.

13 *Ut animadverterunt*] 4. Reg. carent *τῷ ut*. 2. Reg. *animadvertentes*. Vosl. *cum animadverterent*. TENN. *Τῷ ut* caret etiam Gudianus. *Quod animadvertentes* Sanutus, Vaticanus, Medicei, Palatin. & Leidens. sec. cum Edd. Romana, & Bonon. *Quod non adverterunt* Leidens. prim. Videtur olim fuisse *quum adverterunt*, & ex *quum ad* factum esse *animad*. Frequens in his compositis est confusio, ut jam saepius notatum, adde c. seq. §. 6. Paulo ante Medic. sec. *in proelium*. OUD.

14 *Ab una parte remota statione*] Leidens. sec. *ex u*. Praecedit *omnibus portis statione c*. Hinc malo hic scribere *ab una porta rem. stat*. Consentit Livius: *ni legati rapto consulis corpore patefecissent una porta hostibus viam. Ea erumpunt, consternatoque agmine abeuntes in victorem alterum incidunt consulem*. OUD. Quam saepe haec vox in par-

Hetruſcis dederunt, & effuſos perſecuti, occurrente altero Conſule Fabio, ceciderunt.

VIII. Themiſtocles, victo Xerxe, volentes ſuos pontem [15] rumpere prohibuit, quum docuiſſet [16] cautius [a] eſſe, eum [17] expelli ex Europa, quam cogi, ex deſperatione pugnare. Idem miſit ad eum, qui indicaret, in quo periculo eſſet, niſi fugam maturaret.

IX. Pyrrhus, Epirotarum rex, quum quamdam civitatem cepiſſet, clauſisque portis ex ultima neceſſitate fortiter dimicantes eos, qui inclusi erant, animadvertiſſet, locum illis ad fugam dedit.

X. Idem inter [18] cetera praecepta imperatoria memoriae tradidit, non eſſe pertinaciter inſtandum hoſti fugienti: [19] non ſolum, ne fortius ex ne-

[a] Vulgo potius.

parte abierit, vide apud Drakenb. ad Liv. L. iv. C. 46. IDEM *Cur. poſt.*

15 *Rumpere.*] Medicei, & Edd. Rom. ac Bonon. *irrumpere*, unde facere quis poſſet *interrumpere*, ut paſſim dicitur, & hic Sanutus & Juſtinus in hoc negotio, qui & *maturata fuga*, ut noſter, habet. Nil ego muto. Livius l. II. c. 10. *fragor rupti pontis*, noſter *abrupti* c. 13. §. 5. OUD.

16 *Potius eſſe*] MSS. omnes *aptius eſſe*. TENN. Etiam noſtri *aptius* cum Edd. Italicis, & Pariſ. ſed Leidenſis primus *captius*. Vaticanus caret τῷ *eſſe*. Quare omnino legendum cenſeo *cautius eſſe*, ſive prudentius; quod probatione non eget, niſi quis malit *ſatius eſſe*. Si *potius* eſſet in MSS., id nequaquam mutandum eſſe cenſerem. Nunc praeſtare τὸ *cautius* omnino videtur. OUDEN.

17 *Expelli ex Europa*] 4. Reg. 2. Hill. *Expelli Europa*. In hanc rem Vegetius l. III. c. 21. *Clauſis ex deſperatione creſcit audacia: & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Ideoque Scipionis laudata ſententia eſt, viam hoſtibus, qua fugiant, muniendam.* Curtius l. IV. *Ancipiti malo oppreſſi memorabile tamen proelium edunt; ut opinor, ignaviam quoque neceſſitas acuit, & ſaepe deſperatio ſpei cauſa eſt.* TENN. Praepoſitionem *ex* non agnoſcunt quoque Leidenſes, nec Gudian. aut Voſſ. Hillenſb. *eum expellere, quam*. Dein *in quanto* Petrenſis, & *maturaſſet* Voſſiah. & Gud. OUD.

18 *Cetera*] Deeſt in Leidenſibus, Palatino, Hillenſb. Voſſ & Ed. Pariſ. nec etiam opus eſt. Dein Ed. Pariſ. *memoriter*. Bonon. *tradit*. OUD.

19 *Non ſolum ne*] MSS. *ne non ſolum a ſe fortius*. Τὸ *ratus*

tu eorum, [11] insecutus [a] aversos cecidit.

VI. Agesilaus Lacedaemonius, adversus Thebanos quum acie confligeret, intellexisset, hostes, locorum conditione clausos, ob desperationem fortius dimicare; laxatis suorum ordinibus, apertaque Thebanis ad evadendum via, rursus [11*] in abeuntes contraxit aciem, & sine jactura suorum cecidit aversos.

VII. [12] Cn. Manlius Cos. quum ex acie reversus capta ab Hetruscis Romana castra invenisset, omnibus portis statione circumdatis, inclusos hostes in eam rabiem efferavit, ut ipse in proelio caderet. Quod [13] ut animadverterunt legati ejus, [14] ab una parte remota statione, exitum He-

[a] Vulgo INSECUTOS.

11 *Insecutos*] *Insecutus* Stewech. SCRIV. *Insecutus aversos*. sic lege. In 4. Reg. & 1. Hill. *Adversos*. perperam. ut statim *cecidit adversos*. 2. Reg. 2. Hill. male. Nam legendum *aversos*. TENN. Invenit in editione Modii Stewechius *insecutos*, quod illuc vitio operarum irrepserit. Nam plerique MSS. & Edd. omnes, ut debent, *insecutus*. *Advcrsus* Medic. sec. *adversos* Leid. sec. ut statim. *Aversos* scribendum esse vidimus ad c. 3. 3. IV. 23. V. 44. OUD.

11* *In abeuntes*] Medic. sec. *abeuntis*. sed vide Polyaen. l. II. 1. 19. dein *adversos* idem, Leid. sec. & Ed. Par. *adversarios* Petrensis, perperam. OUD.

12 *Cn. Manlius*] Omnes MSS. G. M. 4. Reg. *Manilius*. TENN. *Mallius* & *Manilius* ex more etiam mei nonnulli, sed *Cneus*, sive *Gneus* mei servant omnes, praeter Medic. pr. & Edd. vetustas. Ejus mentio jam facta l. 1. c. 11. 1. & de hac Cn. Manlii morte fuse Livius l. 11. 47. unde descripsit auctor noster. OUDEND.

13 *Ut animadverterunt*] 4. Reg. carent *τῷ ut*. 2. Reg. *animadvertentes*. Vost. *cum animadverterent*. TENN. *Τῷ ut* caret etiam Gudianus. *Quod animadvertentes* Sanutus, Vaticanus, Medicei, Palatin. & Leidens. sec. cum Edd. Romana, & Bonon. *Quod non adverterunt* Leidens. prim. Videtur olim fuisse *quum adverterunt*, & ex *quum ad* factum esse *animad*. Frequens in his compositis est confusio, ut jam saepius notatum, adde c. seq. §. 6. Paulo ante Medic. sec. *in proelium*. OUD.

14 *Ab una parte remota statione*] Leidens. sec. *ex u*. Praecedit *omnibus portis statione c*. Hinc malo hic scribere *ab una porta rem. stat*. Consentit Livius: *ni legati rapto consulis corpore patefecissent una porta hostibus viam. Ea erumpunt, consternatoque agmine abeuntes in victorem alterum incidunt consulem*. OUD. Quam saepe haec vox in

par-

Hetruſcis dederunt, & effuſos perſecuti, occurrente altero Conſule Fabio, céciderunt.

VIII. Themiſtocles, victo Xerxe, volentes ſuos pontem [15] rumpere prohibuit, quum docuiſſet [16] cautius [a] eſſe, eum [17] expelli ex Europa, quam cogi, ex deſperatione pugnare. Idem miſit ad eum, qui indicaret, in quo periculo eſſet, niſi fugam maturaret.

IX. Pyrrhus, Epirotarum rex, quum quamdam civitatem cepiſſet, clauſisque portis ex ultima neceſſitate fortiter dimicantes eos, qui inclusi erant, animadvertiſſet, locum illis ad fugam dedit.

X. Idem inter [18] cetera praecepta imperatoria memoriae tradidit, non eſſe pertinaciter inſtandum hoſti fugienti: [19] non ſolum, ne fortius ex ne-

[a] Vulgo potius.

parte abierit, vide apud Drakenb. ad Liv. L. IV. C. 46. IDEM *Curſ. poſt.*

15 *Rumpere.*] Medicei, & Edd. Rom. ac Bonon. *irrumpere*, unde facere quis poſſet *interrumpere*, ut paſſim dicitur, & hic Sanutus & Juſtinus in hoc negotio, qui & *maturata fuga*, ut noſter, habet. Nil ego muto. Livius l. II. c. 10. *fragor rupti pontis*, noſter *abrupti* c. 13. §. 5. OUD.

16 *Potius eſſe*] MSS. omnes *aptius eſſe*. TENN. Etiam noſtri *aptius* cum Edd. Italicis, & Pariſ. ſed Leidenſis primus *captius*. Vaticanus caret τῷ *eſſe*. Quare omnino legendum cenſeo *cautius eſſe*, ſive prudentius; quod probatione non eget, niſi quis malet *ſatius eſſe*. Si *potius* eſſet in MSS., id nequaquam mutandum eſſe cenſerem. Nunc praeſtare τὸ *cautius* omnino videtur. OUDEND.

17 *Expelli ex Europa*] 4. Reg. 2. Hill. *Expelli Europa*. In hanc rem Vegetius l. III. c. 21. *Clauſis ex deſperatione creſcit audacia: & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Ideoque Scipionis laudata ſententia eſt, viam hoſtibus, qua fugiant, muniendam.* Curtius l. IV. *Ancipiti malo oppreſſi memorabile tamen proelium edunt; ut opinor, ignaviam quoque neceſſitas acuit, & ſaepe deſperatio ſpei cauſa eſt.* TENN. Praepoſitionem *ex* non agnoſcunt quoque Leidenſes, nec Gudian. aut Voſſ. Hillenſb. *eum expellere, quam.* Dein *in quanto* Petrenſis, & *maturaſſet* Voſſiah. & Gud. OUD.

18 *Cetera*] Deeſt in Leidenſibus, Palatino, Hillenſb. Voſſ. & Ed. Pariſ. nec etiam opus eſt. Dein Ed. Pariſ. *memoriter*. Bonon. *tradit*. OUD.

19 *Non ſolum ne*] MSS. *ne non ſolum a ſe fortius*. Τὸ *ratus*

neceſſitate reſiſteret, ſed ut poſtea quoque facilius acie cederet, ratus non usque ad perniciem fugientibus [20] inſtaturos victores.

exulat a MSS. Codd. TENN. Eodem modo exaratum eſt quoque in meis omnibus, ac Edd. priſcis. Medic. pr. *ne non ſolum ab ſe.* Gudianus *ne non ſolum a ſe ne fortius.* Infra vero *acie* abeſt a Mediceis, & Edd. Italicis. Forſan ſcribendum *ne non ſolum acie* &c. *facilius cederet.* Hoc ſenſu. Ne hoſtis ſciens, ſibi fugienti tam pertinaciter inſtari, fortius in ipſa acie tibi reſiſtat, non ſolum; ſed contra, ut hoſtis ſciens; ſibi non pertinaciter inſtari, poſtea facilius cedat. Melius me hinc non expedio: dein *ratus* abeſt quoque a MSS. meis, & Edd. antiquis, ſed pro eo poſt *victores* Petrenſis addit *credens*, & Leidenſis ſec. interponit *dum ſcirent, victores ſe non ſatis perſequi.* Verum haec poſteriora mihi perquam ſuſpecta ſunt, & e lemmate per lectorem quemdam adpoſito videntur nata, ut tale lemma fuerit *non usque ad perniciem fugientibus inſtaturos victores.* Verum tamen agnoſcit quoque Sanutus, qui totum hoc exemplum ad verbum tranſcribens habet *non ſolum ne f. e. n. reſiſtant, ſed ut facilius cedant; quoque poſtea facilius eſt, non u. ad p. inſtaturos v.* OUD.

20 *Inſtaturos*] Petrenſ. *Inſtituros.* ſed nil muta, ut *conſtaturus, exſtaturus, obſtaturus, praeſtaturus*, quod eſt etiam in MSS. nonnullis apud Auct. B. Hiſpan. c. 19. alii dixerunt, de quibus vide Voſſium de Analog. l. III. c. 20. & P. Burmann. ad Quinctil. Inſtit. Orat. l. II. c. 11. ſic etiam noſter adhibuiſſe potuit *inſtaturus.* Ita citant e Livio l. x. 36. *Ni cedenti inſtaturum alterum timuiſſet.* Verum in Heinſii, & Gronovii Edd. *inſtiturum* invenio. Alibi quoque id citatur e Caeſare. OUD. In Livii L. x. C. 36. *inſtaturum* exhibent MSS. Edd. Vett. & Drakenb. IDEM *Cur. poſt.*

CAP. VII.

De diſſimulandis adverſis.

EXEMPLUM I.

Tullus Hoſtilius, rex Romanorum, commiſſo adverſus Vejentes proelio, quum [1] Alba-

1 *Albani*] Duce *Metio Fufetio.* Valer. Max. VII. 4. 1. Florus 1. 3. Simile Nepos in Ageſilao c. 6. Datame c. 6. Grotius f. 221. hiſtoria de Gomerone. Onoſander Strategici c. 23. περὶ τοῦ ἐν τῷ καιρῷ αὐτῷ τῆς μάχης ἐφαπτῆν χαμιόντα τοῖς ὑπηκόοις, εἰ καὶ ψευδῆ, ὅμως συμφέρει. *Utile eſſe in ipſo conflictu Imperatorem fauſta*

bani, deſerto exercitu Romanorum, proximos peterent tumulos, eaque res turbaſſet noſtrorum animos, clare pronuntiavit, juſſu ſuo Albanos id feciſſe, ut hoſtem [2] circumveniret. Quae res & terrorem Vejentibus, & Romanis fiduciam adtulit; [3] remque inclinatam conſilio reſtituit.

II. L. Sulla, quum praefectus ejus, comitante non exigua equitum manu, commiſſo jam proelio, ad hoſtes transfugiſſet, pronuntiavit, juſſu ſuo id factum; eaque ratione militum animos non tantum a confuſione retraxit, ſed quadam etiam [4] ſpe utilitatis, quae id conſilium [5] ſecutura eſſet,

& laeta militibus inclamare, etſi ea falſa ſint. Livius II. c. 64. *Romani, quia paucitas damna ſentiendo propior erat, gradum retuliſſent, ni ſalubri mendacio conſul, fugere hoſtes ab cornu altero clamitans, concitaſſet aciem.* cauſam reddit l. XXXIV. 19. *Saepe vana pro veris maxime in bello valuiſſe: & credentem ſe aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipſa fiducia & ſperando atque audendo ſervatum.* Ceterum 4. Reg. 2. Hill. Voſſ. *Tullius* pro *Tullus*. TEXX. Duo item Medicei, & Gudian. *Tullius*. Dein *cumulos* Ed. Pariſ. Pro *noſtrorum* Medic. ſec. Ed. Rom. *Romanorum*. Bonon. *Romanorum animorum*. pro *animos* Med. ſec. *acies*. OUD.

2 *Circumveniret*] Poteſt hoc defendi eo, quod dux crebro dicatur feciſſe, quae praeſtitit ipſius exercitus: non poſtpono tamen Medicaeorum Codicum lectionem *circumvenirent*. Et ita omnes hiſtorici hac in re alter alterum imitantes. ἵνα ἐπιῶσιν αὐτῶν Dionyſ. Halicarn. l. III. p. 165. ἐπιπεσόμενοι τοῖς πολεμίοις Polyaen. l. VIII. 3. ut *Fidenatium nuda terga invadant* Livius l. 1. 7. ut ſingulari Valerius Maxim. quia eorum ducem modo juſſu fictitio nominatum ait. OUD.

3 *Rem inclinatam*] Prope perditam. Juſtinus l. IV. 4. vocat *ſtatum inclinatum*. Cicero Bruto epiſt. 18. *Te primo quoque tempore ferre praeſidium labenti & inclinatae reip.* Loquitur auctor de acie incipiente cedere. Juſtinus l. XLII. c. 1. *Itaque cum inclinatam Parthorum aciem vidiſſent, arma ad hoſtes tranſtulere.* Suetonius Julio c. 62. *Inclinatam aciem ſolus ſaepe reſtituit.* TEXX. *Aciemque inclinatam* habet Petronius, ut Velleius quoque, Valerius Maximus, aliique non raro loquuntur. Nihilominus opinor, meram hic eſſe gloſſam. Nam & in proelio *inclinata res* ſaepe. Livius l. II. c. 47. *ni rem inclinatam ſuſtinuiſſet.* l. XLII. c. 59. *primo ſpectator certaminis, deinde inclinata re, maximo uſui fuit.* Hinc metaphorice Cicero ad Famil. l. 1. *Laboratur vehementer: inclinata res eſt*, & Petron. c. 97. *ubi ſemel inclinata res eſt.* ubi vide. OUD.

4 *Spe.*] Leidenſ. ſec. *ſpecie.*

set, confirmavit.

III. Idem, quum auxiliares ejus [6] missi ab ipso, circumventi ab hostibus, & [7] interfecti essent, vereretur que, ne propter hoc damnum universus trepidaret exercitus, pronuntiavit, [8] auxiliarios [a], qui ad defectionem conspirassent, consilio a se in loca iniqua deductos. Ita manifestissimam cladem ultionis simulatione velavit, & militum animos hac persuasione [9] confirmavit.

IV. Scipio, quum Syphacis legati nuntiarent ei [10] regis sui nomine, ne fiducia societatis ejus ex Sicilia in Africam transiret, veritus, ne confunderentur animi suorum, abscissa peregrina societate, dimisit [11] propere legatos, & famam dif-

a Vulgo AUXILIARES.

non male. OUD.

5 *Secutura*] 1. Reg. 1. Hill. *Insecutura*. TENN *Insecutura* etiam uterque Mediceus, & Edd. Italicae, vere, ut opinor. *secuta* Palatin. Mox male editio Hittorpii ac Wechelii *consummavit*, Gudian. *conservavit*. OUD.

6 *Missi*] Petrensis *jussi*. in Palatin. deest *ejus*.

7 *Interfecti*] Omnes MSS. & *interfecti*. TENN. Ita mei quoque, & Edd. priores Scriverio, e cujus editione primum excidit: quare revocavi. OUD.

8 *Auxiliares*] Voss. & 3. Hill. *Auxiliaribus*. TENN. Petrens. Palatin. Medic. Leidens. pr. Gudianus, Edd. Rom. Bonon. Paris. *Auxiliaribus*. sed Leidens. sec. *Auxiliarios*; recte. unde vitiosum istud *auxiliaribus* natum est; passim optimis quibusvis usurpatur hoc adjectivum, & nostro quoque. Vid. etiam l. 1. 6. 18. III. 10. 1. OUD.

9 *Confirmavit.*] Hillensb. Vaticau. Leid. sec. & Ed. Paris. *firmavit*. Vossian. *vel confirm.* unde adscripsit margini Vossius *f. velut c.* Pro & Palat. *ac*. OUDEND.

10 *Regis sui.*] In Palatino deest *sui*. Medic. sec. *suo*. *ne* contra historiae veritatem abest a quinque MSS. pro *ejus* Petrens. *suae*. Dein *abscisa* Medic. & uterque Leidens. Vide ad l. 1. 4. 7. Mox Leid. sec. *diffundit*, s. *ultimo*. OUD.

11 *Ire legatos.*] Ad oram libri notatum inveniebam. Alias, *dimisit per relegatos*. Hinc non dubito, quin faciendum sit, *dimisit propere legatos*. & vide, quisquis es: mecum facies. MOD. *Propere*. Ita Modius: Vulgo *ire legatos*. Alias, *ire relegatos*. Alias, *per relegatos*. SCRIV. *Propere* sic lege cum Modio: monstra lectionum non moror. 1. Reg. *ire legatos*. Alter, & 3. Hill. *per relegatos*. tertius Reg. & Voss. *pro re legatos*. TENN. *Propere* venerat etiam in mentem Scriverio, vel *porro*. Verum Do-

diffudit, tamquam ultro a Syphace [12] arceſſiretur [a].

V. [13] Q. Sertorius, quum acie decertaret, barbarum, qui ei nuntiaverat, [14] Hirtulejum [b] periiſſe, pugione trajecit, [15] ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.

VI. [16] Alcibiades Athenienſis, quum ab Abyde-

a Vulgo ACCERSERETUR. b Vulgo HERCULEJUM.

Doctiſſ. Barthio l. 11. Adverſ. c. 11. haec non placent, legique mavult *dimiſit riſu l.* quod probat Keuchenius, quamquam ille *ire legatos*, fruſtraneum & abſurdum eſſe non putat. Verum riſiſſe Scipionem, non memorant ſcriptores; neque huic lectioni favent MSS. *plegatos* Leid. pr. *per leg.* Leid. ſec. *per releg.* Ed. Pariſ. & Wechelii margo. *Per ſe leg.* in VV. Edd. inveniri ait Keuchenius: quod ego nondum vidi, *ire* deeſt in Vatic. *pro re leg.* Gudianus, Cantabr. Bib. pub. & Palatin. unde Gruterus quoque emendarat *propere*, quam vocem unice hic veram puto. Nam ita in hac ipſa re Livius l. XXIX. 24. *Scipio quamquam magno momento rerum in Africa gerendarum, magnaque ſpe deſtitutus erat, legatis propere, priusquam res vulgaretur, remiſſis* &c. Adde Polyaen. l. VIII. 16. 7. Immo fortaſſe *propere* in Cod. Petrenſi exſtat, ut jam monuit Cl. Waſſe ad Salluſt. B. Cat. c. 34. Ni ita eſſet, conjeciſſem ſcribendum *retro;* ut apud eumdem l. XXII. 24. *Speculatores retro ad Hannibalem dimiſit. Retro remittere* frequenter. OUD.

12 *Accerſeretur.*] Tres Cantabrigienſes, Gudianus, bini Leidenſes, Palatin., Hillenab. & Edd. Rom. Bon. Pariſ. *acceſſiretur.* Sed optime ambo Medicei, & Voſſianus *arceſſiretur.* Ut quartae conjugationis verbum hoc inflectere amavit auctor. unde jam l. 1. c. 9. §. 3. habuimus *arceſſiri*, ubi vide. Sic quoque in MS. Orvillii mei apud Hirt. B. Afr. c. 12. *jubet ſagittarios arceſſiri.* Vulgo *accerſi*, & in MSS. ac Edd. multis Nepotis c. 21. V. Attici, *Agrippam arceſſiri juſſit;* alii male *arciri* vel *arceſſi.* OUDEND.

13 *Q. Sertorius*] Praenomen abeſt a MSS. duobus. *decertaſſet* Leid. ſec., ut & *qui enuntiaverat.* Medic. pr. *qui nuntiavit.*

14 *Herculejum*] Voſſ. 1. Hill. 3. Reg. *Herculegium.* 1. Reg. *Hyrculegium.* TENN. Reſcripſimus, ut ſupra. *Hirtulejum*, ut eſt in Palatin. & Cantabr. tert. Plerique *Hirculejum.* Dein MSS. 3. cum Edd. pp. *periſſe.* OUD.

15 *Ne & in aliorum id*] Voſſ. & 2. Reg. 3. Hill. *Ne id aliorum ad.* TENN. Gudian. *ne al. ad not.* Leidenſes, Vatican. & Edd. Rom. ac Bonon. *ne i. a. notitiam p.* Medic. pr. non habet *id;* Ed. Pariſ. *ne id a. ad n.* Medic. ſec. *ne a. ad n.* Palat. *i. a. n. id p.* Dein *ab hoc* Cantab. tert. & Ed. Rom. *Eorum* Leid. ſec.

16 *Elabrandes Athenienſis*] MS. *Elabrades.* Latet aliquid. PARRHAS. Immo *Alcibiades;* ut MSS. & Edd. dein praebuerunt. OUD. *Cur. poſt.*

denis proelio urgueretur, ſubitoque magno cur-ſu triſtem [17] adventare tabellarium advertiſſet, prohibuit palam dicere, quid adferret. [18] Dein [a] ſecreto ſciſcitatus, a Pharnabazo regio praefecto claſſem ſuam obpugnari, celatis [19] & hoſtibus & militibus proelium finiit, ac protenus ad eripiendam claſſem ducto exercitu, ſuis opem tulit.

VII. Hannibalem venientem [20] in Italiam tria millia [21] Carpetanorum reliquerunt: [22] quos ille, exem-

a Vulgo DEINDE.

16 *Alcibiades*] Edd. Italicae mire *Elebrandes*. Dein *ab* deeſt in Rom. Ed. & MSS. fere omnibus. *Haſdrubis* Medicei, pro *urgeretur* Petrenſis recte *urgueretur*. OUD.

17 *Advertiſſet adventare*] Sic nullus ſcriptus liber. Ocio *adventare animadvertiſſet*. Hillensb. *animadvertiſſet tabellarium adventare*. Petrenſis *advent. adverteret tabell.* Palat. *advent. tabell. advertiſſet*, quod placet. OUD.

18 *Deinde*] Petrenſ. Leidenſ. pr. Hillensb. *dein*. Vere. Palatin. *dehinc*. Medic. ſec. *deinde in*. Arcerian. *deinde decreto*. MOX MSS. & Edd. pp. *Pharnabanzo*, *Pharnabenzo*, *Pharnabento*, *Pharnabenio*, *Pharnabeto*, *Phamabento*. Male. Pertinet hoc ad res Alcibiadis in Helleſponto contra Mindarum & Pharnabazum geſtas; de quibus ad c. 5. §. 44. *regis praef.* Medic. pr. OUDEND.

19 *Et hoſtibus.*] Polyſyndeton auferunt Medic. pr. Leid. ſec. & Edd. primae. Dein *finit* MSS. quinque, & eaedem Edd. *deducit ex.* non male Petrenſis. OUDEND.

20 *In Italiam.*] Palat. Medic. antiquior. Leidenſ. ſec. & Sanutus *in Italia*. OUD.

21 *Carpetanorum*] In lego. Vulgo eſt *Carpentariorum reliquerunt, quo ille exemplo*. SCRIV. *Carpetanorum*. ſic lege cum Scriverio. In Voſſ. 4. Reg. 3 Hill. *Carpentariorum*. Carpetani ſunt ibi inter Tagum & Dorium fluvios Hiſpaniae. Ptolemaeus. Πάλιν μεσημβρινώτεροι μετὰ τοὺς τῆς Ὀρεττανίας καὶ τοὺς Ἀρουακτοὺς, οἱ Καρπητανοί. TENN. *Carpetanorum* jam emendavit ſummus Caſaubonus ad Polyaen. l. 11. c. 10. §. 4. Audiamus Livium, & ex eo in ceteris quoque auctorem emenda. l. XXI. c. 23. *Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt. Hannibal, quia revocare, aut vi retinere anceps erat, ne ceterorum etiam ferocem animi irritarentur, ſupra 7 millia hominum domos remiſit, quos & ipſe gravari militiam ſenſerat, Carpetanos quoque ab ſe dimiſſos ſimulans.* MSS. omnes, & Sanutus in depravata ſcriptura conſpirant. Ed. Bonon. *Cacitanorum*. OUD.

22 *Quos ille extemplo*] Voſſ. 3. Reg. 3. Hill. *Quod ille extemplo*. Vetus editio & 1. Reg. *Quo*. TENN Meorum nullus habet *quod* praeter Ed. Pariſ. ſed vel *quo*, vel *quos*, ut bene Scriverius; ante eum *quo ille exemplo*. Ultimum tamen mutari non debuerat,

exemplo [a] ne & ceteri moverentur, edixit, 23 ab ſe eſſe dimiſſos, & inſuper, in fidem ejus rei, paucos leviſſimae operae 24 domos [b] remiſit.

VIII. 25 L. Lucullus, quum animadvertiſſet, Macedonas equites, quos in auxilio habebat, ſubito conſenſu ad hoſtem transfugere, ſigna canere juſſit, & turmas, quae eos ſequerentur, inmiſit. Hoſtis committi proelium ratus, transfugientes telis excepit 26 Macedonas [c], qui quum viderent, neque recipi ſe ab adverſariis, & premi ab iis, quos deſerebant, neceſſario ad juſtum proelium converſi hoſtem invaſerunt.

IX. 27 Datames, dux Perſarum, adverſus 28 Autophradaten [d] in Cappadocia, quum partem equi-

a Vulgo ILLE EXTEMPLO. b Vulgo DOMUM. c Vulgo MACEDONES. d Vulgo AUTHOPHRADATEM.

rat, rerentum a MSS. plerisque, etiam Voſſiano, in quo male Tennulius dicit eſſe *extemplo*, & Ed. Bonon. diſtinguendum *quos ille, exemplo ne & c. mov.* Medicei *exercitui, n. e. c. m., edixit.* cap. ſeq. §. 8. *Quo exemplo perterriti.* OUD.

23 *A ſe eſſe*] Medic. pr. more ſolito *ab ſe.* Petrenſis *eos d.* quod ſi verum foret, neceſſario retinendum *quo i. exemplo.* & paullo ſupra abeſt a Palat. & Leid. ſec. dein *ad fidem* Voſſ. ſine praepoſitione Gudianus. *hujus rei* Medic. pr. & Petrenſ. OUD.

24 *Domum*] MSS. *domos.* SCRIV. & TENN. *Domos* quoque noſtri, & Edd. Rom. Bonon. Par. Wech. Hoc verum eſſe praeter ſexcenta ſimilia citatus docet Livii locus. c. 11. §. 4. *Abirent domos*, ubi variant MSS. *Dimiſit* Hillensb. Contra ſupra *remiſſos* a manu pr. Medic. pr. OUD.

25 *L. Lucullus*] Praenomen non reperias in MSS. tribus, & Edd. Italicis. Iidem MSS. & Edd. *Macedones.* In Leid. ſec. deeſt *conſenſu.* In Petrenſi *hoſtes.* Dein *hoſtibus ratis* uterque Mediceus, *proelium* deeſt in Gudiano. Ed. Rom. *excipit.*

26 *Macedones; qui*] Malim, ſi per MSS. liceret, *excepit. Macedones quum viderent.* At ſi accuſativus erit, ſaltem reſcribendum ex Mediceo primo *Macedonas*, ut ſupra. Alibi noſter *Arcadas, Epirotas, Samnitas, Thracas* &c. OUD.

27 *Datames*] C. Nepos haec aliter narrat in ejus vita c. 6. & quidem de Piſidis. TENN. Immo contra Piſidas. Aliter, quam uterque, narrat etiam Polyaen. l. VII. c. 21. §. 7. In Cappadocia hoc factum contra Artabazum, refert Diodorus Sic. l. XV. p. 399. OUD.

28 *Authophradatem*] Scripti meliores ſine aſpiratione *Autophradatem*, ut dixi-

equitum ſuorum transfugere comperiſſet, [29] ceteros omnes venire ſecum juſſit, adſecutusque transfugas collaudavit, quod eum alacriter praeceſſiſſent, hortatusque eſt eos etiam, ut fortiter hoſtem adorirentur. Pudor transfugis adtulit poenitentiam, & conſilium ſuum, quia non putabant deprehenſum, mutaverunt.

X. T. Quinctius Capitolinus Cos., cedentibus Romanis, ementitus eſt, in altero cornu hoſtes fugatos, [30] & ita, confirmatis ſuis, victoriam retulit.

XI. [31] Cn. Manlius, adverſus Hetruſcos, vulnerato collega Fabio, qui ſiniſtrum cornu ducebat,

diximus ſcribendum eſſe ad l. 1. 4. §. 5. Praeterea Graeco more, ut paſſim, per *n* Leidenſ. pr. & Medic. pr. quod repoſui. Ceterum *Datamis* nomen in MSS. plerisque prodigioſe corruptum eſt, quorum variantes lectiones referre non vacat. Oud.

29 *Ceteros*] Deeſt in Leid. ſec. dein *qui eum* non male Hillensberg. mox Leid. ſec. *hortatusque eos ut. etiam* non comparet quoque in Hillensb. Gudiano, Voſſ. nec Ed. Pariſ. *ut etiam* Cantabr. Oud.

30 *Et ita*] Mediceus antiquior ſine copula rectius; modo diſtinctio major ante τὸ *ita* ponatur. ut ſolet frequentiſſime noſter. de ipſa re adi Livium l. 11. c. 64. *Ni ſalubri mendacio conſul fugere hoſtes ab cornu altero clamitans concitaſſet aciem. Impetu facto, dum ſe putant vincere, vincere. Quinctius* autem hic rurſus & deinceps ex veteribus monumentis praetuli τῷ *Quintius*. Oud.

31 *Cn. Manlius*] Hic quoque MSS. *Manilius*. Tenn. *Cajus Manilius* MSS. multi, & Sanut. perperam. Intelligitur *Cn. Manlius*, qui conſul fuit cum M. Fabio, ut bis eorum junctam mentionem jam habuimus l. 1. 11. 1. & l. 11. 6. 7. Verum μνημονικῷ ἁμαρτήματι hic varie errat Frontinus, ſi vulgata ipſe ſcripſerit. nam in hoc proelio non Conſul M. Fabius vulneratus fuit, ſed Q. Fabius, qui ſub Conſule M. Fabio in ſiniſtro cornu pugnabat. Neque Manlius illic aciem reſtituit, ſed ipſe Conſul M. Fabius; immo ille dextrum cornu, in quo ipſe Manlius pugnans, & graviter ictus proelio exceſſerat, confirmavit, *cum aliquot turmis equitum advectus vivere clamitans collegam, ſe victorem fuſo altero*, Siniſtro ſcil. *cornu, adeſſe; & rem inclinatam ſuſtinuit*, teſte Livio l. 11. c. 17. Hos Frontini errores notavit jam quoque Doctiſſ. P. Weſſeling. Obſerv. l. 11. 6. 8. Omnia hic ſana forent, ſi modo hoc ordine concepta eſſent & correcta verba. *Cn. Manlio a H. vulnerato, & ob id p. c. q. e. o. cr. c., collega Fabius, qui ſiniſtrum cornu d., cum turmis eq. &c. & ſe altero c. v.* In Petrenſi, Gudiano, & Voſſiano eſt *vulneratos*. Oud.

32 *Quos*

bat, & ob id parte cedente, [32] quod etiam occiſum crederent Conſulem, cum turmis equitum occurrit, clamitans & collegam vivere, & ſe dextro cornu viciſſe. Qua conſtantia redintegratis animis ſuorum vicit.

XII. Marius adverſus Cimbros & [33] Teutonos, quum metatores ejus per inprudentiam ita caſtris locum cepiſſent, ut ſub poteſtate barbarorum eſſet aqua, flagitantibus eam ſuis, [34] digito hoſtem oſtendens, [35] Illinc, inquit, [36] petenda eſt. Quo inſtinctu adſecutus eſt, ut protenus barbari [37] tollerentur.

XIII. [38] T. Labienus poſt Pharſalicam pugnam, quum, victis partibus, Dyrrhachium refugiſſet, miſcuit vera falſis, &, non celato exitu pugnae, aequatam partium fortunam, gravi vulnere Caeſa-

32 *Quod etiam*] Medicei *quae etiam*. Mox *reintegratis* MSS. qdd. & Edd. pp. pro *ſuorum* Medic. pr. *ſuis*.

33 *Teutonos*] MSS. & Edd. quidam rurſus *Theotonos*, *Theutonos*, & *Theutones*. *Metitores* Arcerian. Addit Mediceus antiquior *reliquos* ex c. 9. Dein *eſſet aquam vetare*, ex interpolatione Leid. ſec. qui cum Medic. pr. non habet *eam*. OUD.

34 *Digito*] 1. Reg. *Subito digito*. TENN. Vatican. *eam*, *ſuo dig.*

35 *Illinc*] Palatin. Medicei, *illic*.

36 *Illinc (inquit) petenda eſt*] Si per alios liceret, interrogationis notam libenter apponerem, hoc modo: *(Illinc inquit) petenda eſt?* KEUCH. Quia Freinshemius ad Flori III. c. 3. *Viri eſtis, en illic habetis.* ſcripſerat. *Si per alios liceret, interrogationis notam iſtis apponerem, hoc modo, Viri eſtis?* homo meus eadem verba hic repetiit, tanquam per interrogationem (qua nihil hic ineptius) legi poſſet. *Petenda eſt?* Caeterum Plutarchus Marium addidiſſe ait; *aquam illam ſanguine venalem*. TENN.

37 *Tollerentur*] Gronovius l. *pellerentur*. TENN. Inde ſcilicet, ubi obſidebant aquationem. ut explicat idem in Epiſt. ad Keuchen. Bene, ſi MSS. addicerent, & certe hae voces ſaepius commutantur. Adi notas Cl. Burm. ad Ovid. Rem. Am. 115. Triſt. v. 13. 23. Sed *tollerentur* ſcilicet eo loco, ac, ut dicitur, e medio, internecione ſua, facile poteſt tolerari; unde non raro participium *ſublatus* pro interemto. Cicero 1. Catil. c. 13. *Quod ſi iſte unus tolletur.* i. e. interficietur. OUD.

38 *T. Labienus*] Sine praenomine Leid. ſec. *Tiberius L.* inepte Medicei. pro *victis* Leidenſ. pr. *junctis*. Petrenſ. *confugiſſet*. OUD.

saris finxit: & hac [39] adsimulatione [40] reliqua Pompejanarum partium fiduciam fecit.

XIV. [41] M. Cato, quum Ambraciam eo tempore, quo sociae naves ab AEtolis obpugnabantur, inprudens uno lembo adpulisset, quamquam nihil secum praesidii haberet, coepit signum voce gestuque [42] dare, quo videretur subsequentes suorum naves vocare: eaque [43] adseveratione hostem terruit, tamquam plane adpropinquarent, qui quasi ex proximo citabantur. AEtoli, ne adventu Romanae classis obprimerentur, reliquerunt obpugnationem.

39 *Assimulatione*] 2. Reg. *simulatione*. TENN. Uterque etiam Mediceus, & Leid. sec. cum Edd. Italicis *simulatione*.

40 *Reliquis*] Lego *reliquiis*. MOD Quod non placet Keuchenio. sed c. 9. §. 1. *Reliquias eorum circumsedens*. c. 10. §. 2. *Reliquiis exercitus* l. III. c. 15. §. 4. *Reliquiae ex Variana clade* in MS. l. IV. 7. 39. *pars magna reliquiarum*. & ita passim alii. MSS. pro vulgato stant: nec temere mutandum: nam sive a neutro *reliqua*, sive a feminino *reliquiae* descendat, utrumque Latinum est satis. Plurimum tamen praefero *reliquiis*: quomodo etiam Gronovius ad marginem sui exemplaris emendaverat. OUD. *Reliquiis* etiam legendum censet Cl. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 23. *collectis reliquiis*. Vide & Hirt. B. Alex. c. 42. IDEM *Cur. post.*

41 *M. Cato*] Praenomine caret Leid. sec. *Ambrachiam* MSS. multi. Graecis Ἀμβρακία.

42 *Dare*] Leidens. pr. Medic. pr. & Ed. Rom. *clare*. Medic. sec. *clamore*. sed *coepit dare*, ut *coepit clamare* l. II. 4. 10. ubi vide. dein Petrens. *qua v.* Medic. sec. *viderentur*. Mox bene Editiones primae *vocare*. *Ea assev.* Melius etiam foret *adsimulatione*. vide ad c. II. §. 4. item *ex proximo*, non *e p.* Medic. antiquior, Petrens. & Vossian. cum iisdem Edd. OUD.

43 *Eaque adseveratione*] Vir doctus in Act. Erud. Lipsi. A. 1731. p. 404. hic loci, & C. XI. §. 4. hanc vocem capit pro simulata quadam constantia ac securitate rerum suarum. Is certe sensus eorum locorum esse debet; sed metuo, ut eo sensu occurrentis vocis exemplum proferri possit. Ne tamen temere in *adsimulatione* mutari, etiam nunc, velim, amice monuit. Vide etiam, quae altero illo loco commentatus sum. OUD. *Cur. post.*

CAP.

CAP. VIII.

De [1] reſtituenda [a] per conſtantiam acie.

EXEMPLUM I.

Servius Tullius adoleſcens, proelio, quo rex [2] Tarquinius adverſus [3] Sabinos conflixit, ſigniferis ſegnius dimicantibus, raptum [4] ſignum in [5] hoſtem miſit, cujus recipiendi gratia Romani ita ardenter pugnaverunt, ut & ſignum & victoriam retulerint.

II. Furius Agrippa Cos., cedente cornu, ſignum militare, ereptum ſignifero, in hoſtes [6] Hernicos & AEquos miſit: [7] quo facto ejus proe-

a Vulgo CONSTITUENDA.

1 *Conſtituenda*] *Reſtituenda.* SCRIV. L. *Reſtituenda*, ut indice ſuperiore monui. Sic & Nobiliſſimus Gujetus, atque celeberrimus Graevius ad oram notaverant. Sic 1. Reg. & 1. Hill. TENN. Veriſſime, atque ita exhibent uterque Mediceus, Leid. ſec. Voſſian. & Edd. Italicae. OUD.

2 *Rex Tarquinius*] Sic MSS. omnes. vulgo *Tarq. rex.* Medic. ſec. *in proelio.*

3 *Sabinos*] *Gabinios.* SCRIV. Meliores, & antiquiores habere *Gabinios* ait Keuchenius. Ego id in nullo, nec MS., nec Ed. inveni. *Sabios* Leid. pr. v. §. 10. *Labinos* Leid ſec. Unice rectum eſt *Sabinos*, quod & Sanutus agnoſcit: nam Tarquinius Priſcus contra Gabinios non bellavit, ſed Sabinos. Adi Dionyſ. Halicarn. l. III. p. 198. 199. 208. OUDEND.

4 *Signum*] Ergo non fuit novum commentum tempore Poſthumii Dictatoris, ut refert Florus I. c. II. cum Servius Tullius diu ante Poſthumium fuerit uſus hoc ſtrategemate. Veteres non ſolum ſigna jaculabantur in hoſtes, incitamentum fortitudinis. Valer. Max. III. 2. 20. Caeſar Bell. Gall. IV. 25. Ammianus XVI. Livius III. 70. IV. 29. XXV. 14. XXXIV. 45. XLI. 4. Verum etiam arma, Ovid. XIII. Metam. fab. 1.

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde jubete peti, & referentem ornate relatis.

Sic Catonis filius retulit. Plutarchus fol. 348. TENN.

5 *Hoſtem*] Hilleusb. *hoſt's.* Arcerian. *emiſit.* dein *quod & retulerunt* Medicei cum Sanuto. Edit. Rom. *& retulerunt.* ſine τῷ *ut.*

6 *Hernicos*] Hos non refert Leidenſ. prim. Agrippa contra *AEquos & Volſcos* cum collega T. Quinctio Capitolino res ge-

rens

proelium reſtitutum eſt. Summa enim alacritate Romani ad recipiendum ſignum incubuerunt.

III. [8] T. Quinctius Capitolinus Cos. ſignum [8*] in hoſtes Faliſcos ejecit, militesque id repetere juſſit.

IV. [9] Salvius Pelignus, bello Perſico idem fecit.

V.

a Vulgo IV. & V. exempla transpoſita ſunt.

rens *Accepta ſigna ab ſigniferis ipſe inferre, quaedam jacere etiam in confertos hoſtes coepit*, teſte Livio l. III. c. 70. At *C. Aquilius Cos.* ſigna erepta in hoſtes *Hernicos* miſit, ut tradit Dionyſ. Halicarn. l. VIII. p. 533. a quo collega ejus male Σπουρίος vocatur, qui aliis, & Livio l. II. c. 40. *T. Sicinius.* OUD.

7 *Quo facto*] Indocti librarii velut ex compacto corruperunt. Nam 4. Reg. & triga Hillensbergiorum exhibent. *Quo pacto.* Sed Latiniſſime dicitur *quo facto*, pro, *qua re.* Auctor belli Alexandrini c. 5. *Quo facto eſt admonitus Ganymedes poſſe noſtros aqua intercludi.* ibidem c. 7. *Quo facto dubitatione ſublata, tantus inceſſit timor, ut ad extremum caſum omnes deducti viderentur.* Simpliciter autor utitur l. IV. c. 1. n. 8. *Quo facto, permiſit.* TENN. *Facto* ſervarunt Cantabr. Bib. Publ. & Voſſianus. Ceteri *pacto.* Medic. pr. *peracto*, l. III. 6. 3. *Quo facto revocatis ipſe ſuis &c.* l. IV. 7. 26. *Quo facto effecit.* §. 29. *Quo facto concitati ſunt:* & ita Livius, Caeſar, alii paſſim. Juſtin. l. XI. c. 1. *Quo facto tantum ſibi favorem conciliavit.* OUD.

8 *T. Quinctius Capitolinus*] Hic in nullo Conſulatu bellum geſſit contra Faliſcos, ſed Volſcos in ſec. Conſulatu debellavit inluſtri proelio, in quo Strategemata illa adhibuit, quae a Livio l. II. c. 64. &c. & Dionyſ. Halicarn. l. IX. p. 613. &c. enarrantur, quaeque memorat noſter Cap. praec. §. 10. c. XII. §. 1. l. III. c. 1. §. 1. Neque illic quidem ſignum in hoſtes injecit. Verum hoc feciſſe traditur T. Quinctius Cincinnatus, qui & *Pennus* cognominatur, non autem contra Faliſcos, ſed contra Volſcos. Conſule Livium l. IV. c. 26. 29. *Conſulem ſignum quoque intra vallum injeciſſe ferunt, quo milites acrius ſubirent; repetendoque ſigno primam impreſſionem fecisse.* In MSS. nulla eſt varietas: niſi quod nonnulli inepte *Tiberius*, & *Quintus*, ac *Capitolius.* Hic vero error num adſcribendus librariis ſit, an ipſi auctori, non facile dixerim: quamvis immenſum in modum hoc in capite turbarint iſti: ut in ſeqq. apparebit. Librariis adſcripſiſſe videtur Cl. Perizonius, nam in hujus exempli citatione omittit vocem *Capitolinus*, quam facile inperiti adjeciſſe potuerunt. Alibi noſter *T. Quinctius* ſine cognomine. *id* non comparet in Medicea pr. OUD.

8* *In hoſtes Faliſcos*] Immo, ut in notis docui, *Volſcos.* Gentes hae *Volſci* & *Faliſci* confuſae quoque ſunt a librariis in Aurel. Vict. C. 19. OUD. *Cur. poſt.*

9 *Salvius Pelignus*] Vulgo hoc exemplum, tacentibus interpretibus,

V. M. Furius Camillus, Tribunus militum conſulari poteſtate, cunctante exercitu, [10] adreptum manu ſigniferum in hoſtes Volſcos & Latinos traxit: ceteros puduit non ſequi.

VI. [11] M. Furius [a], [12] averſo exercitu quum oc-

[a] Vulgo Q.

tibus, ponebatur poſt illud *M. Furius Camillus*: quaſi ille *Salvius* arreptum manu ſigniferum in hoſtes traxiſſet; cum conſtet ex Plutarchi AEmilio p. 265. Ed. Pariſ. eum in bello PERSICO i. e. cum Macedonum rege Perſe geſto, ſignum ipſum in hoſtes ejeciſſe. Neceſſario itaque ponendum erat, ut feci, poſt tertium exemplum, in quo idem narratur Strategema. De transpoſitione exemplorum facili vide ad l. 1. c. 3. 7. Monuit hoc dudum Doctiſſ. J. Perizon. Animadv. Hiſtor. c. 7. p. 319, 320. MS Hillensb. & Ed. Par. *Salinus*. Leid. ſec. *Alnius*. Idem autem *Accuaeus Pelignus bello Punico fecit*, teſte Livio l. XXV. 14. OUD.

10 *Arreptum manu ſigniferum*] Gudian. *avectum m. ſigniferum*. Perperam in MSS. nonnullis, & Edd. primis *arrectum ſignum traiecit*: non modo ſignum, ſed ipſum ſigniferum Camillus manu in hoſtem traxit. Luculentus teſtis eſt Livius l. VI. c. 8. *Dato deinde ſigno ex equo deſilit, & proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit; infer miles, clamitans, ſignum. &c. Emiſſum etiam ſignum Camilli juſſu in hoſtium aciem ferunt.* OUD.

11 *Q. Furius*] Voſſ. 3. Reg. 3. Hill. *M. Furius*. TENN. Quis ille *Q. Furius* ſit, plane ignoro. Verum eſt ſine dubio, quod exhibent MSS. Tennulii *M.* ſive *Marcus*. quibus adſtipulantur mei quatuor. In Leid. ſec. ex more deeſt praenomem, uti & in Gudiano. In Mediceo antiquiore Æ. *Furius*. In Leid. tert. *Varius Conſul*. ſcilicet intelligitur idem *M. Furius Camillus*, de quo praecedenti exemplo egit auctor. Quare ſuſpicor non inmerito, inſuper corrigendum eſſe *Idem Furius*: ut l. 11. c. 5. *Idem Hannibal*; vel potius *Idem*, ut *Furius* ex margine irrepſerit. vide eo loco. Hic autem omnino videtur *Furius* e margine in textum irrepſiſſe; poſtquam exemplum Salvii e ſuo loco delapſum erat poſt praecedens de Camillo exemplum, unde dein ex *idem Furius* alii *Q.* alii *M.* alii alia excuderunt. Ceterum de eodem M. Furio Camillo, tum VII. Tribuno Mil. Conſ. poteſtate, ſermonem eſſe patet ex Livio l. VI. 22. 23. 24. *Jam non recipiebat ſe Romanus miles, ſed inmemor recentis ferociae veterisque decoris terga paſſim dabat, atque effuſo curſu caſtra repetebat: quum Camillus ſubjectus a circumſtantibus in equum, & raptim ſubſidiis obpoſitis; Haec eſt, inquit, milites, pugna, quam popoſciſtis &c. Quid vallum & caſtra ſpectatis? neminem veſtrum illa, niſi victorem receptura ſunt*, & quae ſequuntur. OUD.

12 *Averſo exercitu*] 3. Reg. 2. Hill. *Adverſo exercitu*. quatuor Reg. male carent binis vocibus. TENN. *Adverſo* etiam Gudian. & 2. Leidd. ac ſtatim *adverſum exerc.* iidem Leidd. cum Ed. Pariſ. perperam, ut ſaepe monitum. adi l. 11. 5. 44. OUD.

occurriſſet, adfirmavit, non recepturum ſe in caſtra quemquam, niſi victorem; [18] reductisque in aciem [14] [a], victoria potitus eſt.

VII. Scipio apud Numantiam, quum averſum ſuum videret exercitum, pronuntiavit, pro hoſte ſibi futurum, quisquis in caſtra [15] redisſet.

VIII. [16] Servilius Priſcus Dictator, quum ſi-

gna

[a] Vulgo suis.

18 *Reductisque in aciem ſuis*] Ultima vox Scriverio debetur, quod mirum eſt, non vidiſſe Tennulium. *Suis* nec MSS. nec Edd. ante eum agnoſcunt. unde, quamquam & vulgata ſatis defendi poſſet, forſan legi debet *reductusque in aciem v. potitus eſt* ſc. exercitus. Oud.

14 *Victoria potitus eſt*] Medicei *potitus eſt v.* Verum Petrenſis optimus, & uterque Leidenſis *victoriam.* quod non temere ſpernendum eſt. Juſtin. l. VI. c. 4. *Potiti victoriam:* ubi itidem variatur. de hac conſtructione conſule omnino praeter alios Munker. ad Hygini F. 127. Davieſium ad Hirtium de B. Afric. c. 36. & 87. *Caſtra potiri.* N. Heinſium ad Ovid. Faſt. l. III. 21. *potiturque cupitam.* Bongarſ. ad Juſtin. l. I. c. 2. Graevium ad l. XXXVII. 1. Lambin. ad Nepot. Miltiad. c. 1. & ad Praefat. Eadem confuſio in MSS. & Edd. apud Juſtin. l. XII. c. 7. *Regnum Indorum potitus eſt.* & infra l. III. c. 6. inf. *potitus eſt civitatem* in MSS. nonnullis. Adde Tacit. Ann. XI. 10. Liv. III. 7. Auct. de B. Hiſp. c. 13. quae loca ſuggeſſit Cl. Waſſe omnino *victoriam* praeferens. Antiquiſſimus Cod. Lactantii l. I. c. 22. *Regnum potitus eſt.* in Floro l. I. c. 1. *Gentium Roma potiretur* Leid. MS. *gentium regnum R. p.* ubi tamen illud mihi ſe non probat. Oud. De hoc accuſativo dubio vide etiam ad Liv. L. XXIII. c. 43. L. XXXI. c. 45. Wopkenſ. ad Juſtin. L. VI. c. 4. In Cicer. de Fato c. 7. *Africanum Carthagine potiturum* duo MSS. vetuſtiſſimi Voſſiani praebent *Carthaginem.* Idem *Cur. poſt.*

15 *Rediſſet*] *Rediiſſet* Medic. ſec. *rediret* Hillensb. Leid. ſec. & Ed. Pariſ. ſupra e MSS. mutavi ordinem. vulgo *ſibi pro hoſte.* Gudian. *propter hoſtes ibi.* Oud.

16 *Servilius Priſcus*] Ita lego. vulgo eſt *Sinilius.* Scriv. Hittorpius, & triga Hill. *Sinilius.* Voſſ. & 2. Reg. *Sivilius*, tertius Reg. *Silvius*, quartus. *Fulvius.* Tenn. Mei MSS. *Silvius*, *Sivilius*, *Scivilius*, *Julius*, Palat. *Emilius.* Medicei, Vatican. Sanutus, & Edd. pp. *Fulvius.* Sed omnino recte, adſtipulante Gudiano, ſi non fallunt excerpta; emendavit Scriverius *Servilius*, ut conſtat ex Livio, qui nos inſuper docet, hoc Strategema adhibitum non in hoſtes *Faliſcos*; ſed in *AEquos.* Livii verba ſunt l. IV. c. 46. 47. *Dictator ex SCto dictus Q. Servilius Priſcus* & paullo poſt. *Transierat ex re bene geſta ſuperbia negligentiaque ad AEquos. Itaque primo ſatim proelio quum Dictator equitatu inmiſſo anteſignanos hoſtium turbaſſet, legionum inde ſigna infer-*

gna legionum ferri in hoſtes Faliſcos juſſiſſet, ſigniferum cunctantem occidi imperavit: quo exemplo [17] perterriti ceteri [a] hoſtem invaſerunt.

IX. Tarquinius adverſus [18] Sabinos cunctantes equites, detractis frenis, concitatisque equis [19] procurrere & [20] perrumpere aciem juſſit.

[b] X. [21] Coſſus Cornelius Magiſter equitum adver-

[a] Vulgo deeſt CETERI. [b] Vulgo hoc exemplum praecedenti praeponitur.

ri propere juſſit, ſigniferumque ex ſuis unum cunctantem occidit. OUD.

17 *Perterriti*] Qui? Hoc deeſt. ſed ſervarunt nobis Petrenſis Cod. cum Leidenſi tertio, & Sanutus *perterriti ceteri.* quae vox ob adfinitatem litterarum exciderat. OUD.

18 *Gabinios*] Lege ex Livio *Sabinos.* Addendum ſtatim aliud exemplum, quod in vulgatis deſideratur: *Coſſus Cornelius Magiſter equitum adverſus Fidenates idem fecit.* PARRHAS. Vide notas.

18 *Sabinos*] *Gabinios.* SCRIV. *Sabinos.* ſic lege MSS. omnium conſenſu, & ſupra n. 1. TENN. Edd. primae *Gabinios.* ſed unice verum eſt *Sabinos*, contra quos Tarquinius Priſcus ſub Anco Marcio primum, & dein ipſe rex ſaepius bellavit. ut videre eſt apud Dionyſ. & Livium. de hac re videtur loqui Livius l. 1. c. 37. OUD.

19 *Procurrere &*] Id vocabulum in nullo MStorum exſtat. TENN. Non exſtant haec verba quoque in meorum MStorum aliquo. de Cantabrigienſibus neſcio: Ex iis enim nihil erat notatum. Sed Edd. primae etiam agnoſcunt. Leidenſ. pr. *concitatis equis.* OUD.

20 *Perrumpere*] Voſſ. 1. Reg. 1. Hill. *Prorumpere.* Simile eſt apud Livium XL. c. 40. *Dicto paruerunt, detractisque fraenis bis ultro citroque cum magna ſtrage hoſtium infractis omnibus haſtis tranſcurrerunt.* Valer. Max. III. 2. 9. *Optimae indolis juvenius, detractis equorum fraenis, vehementer eos calcaribus ſtimulatos, in adverſos Samnites egit, obſtinataque animi praeſentia* (L. non *praeſtantia*) *extortam manibus hoſtium victoriam, & cum ea ſpem maximi civis Rulliani patriae reſtituit.* TENN. *Prorumpere* etiam Medicei, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wech. *in aciem* Medic. pr. Arcerian. *perfundere*: unde Keuchen. conjecerat *perfindere*, ſed vulgatum tamen retinet; recte. paſſim haec in MSS. varietas. V. ad l. 1. 5. 12. *per ſtationes perrupit* (ſic meliores) ad l. 11. 4. 2. *aciem hoſtium perrumpere.* ad §. 7. *aciem perruperunt.* OUD.

21 *Coſſus*] Duo Cantabrig. *Coſſius.* male. Hic autem rurſus inſignem maculam Frontino adfixerant librarii; cum Coſſum idem feciſſe, quod Servilium Ex. 8. voluerint, & ei continuo ſubjunxerint. Nam, praeterquam quod hiſtoriae veritati contrarium ſit, qui potuit Frontinus ſcribere, a magiſtro equitum legionum ſigniferum occidi juſſum: cum legio-

versus Fidenates idem fecit.

XI. [22] M. Atilius Cos., bello Samnitico, ex acie refugientibus in castra militibus aciem suorum obposuit, adfirmans secum & [23] cum bonis civibus [23*] dimicaturos eos, nisi cum hostibus maluissent. Ea ratione universos in aciem reduxit.

XII. [24] L. Sulla, cedentibus jam legionibus exercitui Mithridatico ductu Archelai, [25] stricto gladio in primam aciem [26] procucurrit, adpellans-

nes ipse Dictator duceret, equitum vero Magister tantum equitibus praeesset. Viderunt hoc forsan Editores Romanus, & Bononiensis, in quorum *indicem* hoc exemplum non comparet. Verum expungi non opus est, sed ponendum, ut feci, post Tarquinii exemplum. Equis enim Cossus frenos quoque detraxit; quum Magister equitum erat sub Dictatore Mam. AEmilio, non ut Florus ait sub A. Postumio. Vide, qui jam dudum haec monuere, J. Perizon. Anim. Histor. p. 318. & Duker. ad Flor. l. 1. c. 11. *Cossus equitum magister exuere frenos imperavit.* OUD.

22 *M. Atilius*] Medicei, Edd. Italicae, & Sanutus *Q.* Sed male. Confer Livium l. x. c. 35. *Alteri consuli M. Atilio* &c. c. 36. *Quo pergis, inquit, miles? & hic arma & viros invenies. nec vivo consule tuo nisi victor castra intrabis. Proinde elige cum cive an hoste pugnare malis. Atilius* vero hic quoque nonnulli MSS. ut ex nummis, ceterisque fide dignissimis monumentis reposui. Dein suspectum mihi *aciem suorum. fugientes milites* etiam *sui* erant. an *equitum stationem?* ut ibidem Livius *statione equitum ibi obposita.* OUD.

23 *Cum bonis*] Tò *cum* delent MSS. omnes. TENN. Ex meis delent soli Leidenses, Gudian. & Voss. Deinceps *invaluissent* Medicei pro *maluissent.* Vide, num hic *cum* debeat deleri, non supra. *eos* quoque, quod sedem in MSS. mutat, rectius deleri censet Cl. Wasse, me non renuente. OUD.

23* *Dimicaturos eos*] Omnino hic deletum malim pronomen. Consule notata ad Sueton. Caes. c. 7. *Confusum eum somnio.* OUD. *Cur. post.*

24 *L. Sulla*] Leid. sec. sine praenomine, & statim *exercitu*, ut & Gudianus. V. ad l. 11. 4. 12. & hoc capite §. 6. OUD.

25 *Stricto gladio*] Medic. antiquior *in stricto g. In gladio* esset dictum, ut *in hasta, in ense, in ferro esse* apud alios pro, ea in manu parata habere. Verum, quod noster *stricto gladio* eum fecisse dicit, ceteri historici *arrepto signo* dixisse tradunt. Consule Plutarch. in ejus vita p. 463. Appian. Alex. B. Mithr. p. 342. Polyaen. l. VIII. c. 9. Ammian. Marcellin. l. XVI. c. 12. OUDEND.

26 *Procucurrit*] Sic bene Keuchenius ex Arceriano, & Ed. Parisiensi; quibus accedunt sex mei meliores. v. ad l. 11. 4. 10. OUD.

27 *Im-*

lansque milites, dixit; Si quis quaesisset, ubi [27] Imperatorem reliquissent, responderent, pugnantem in Boeotia. Cujus rei pudore universi eum secuti sunt.

XIII. Divus Julius, ad Mundam referentibus suis pedem, equum suum abduci [28] a conspectu jussit [a], & in primam aciem pedes [29] prosiluit [b]. Milites dum destituere Imperatorem erubescunt, redintegrarunt proelium.

XIV. Philippus, veritus, ne [30] inpetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos equitum a tergo posuit, praecepitque, ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur; perseverantius abeuntes trucidarent. Qua denuntiatione quum [31] effe-

a Vulgo suo j. *b* Vulgo PROSILIIT.

27. *Imperatorem reliquissent*] Tacitus Germ. 14. *Infame in omnem vitam ac probrosum superstitem principi suo ex acie recessisse.* Vellejus II. 55. *Viderent, quem & quo loco imperatorem deserturi forent*, ajebat Caesar, cum apud Mundam dubio Marte pugnaret. Idem dixit Alexander apud Arrian. l. VII. fol. 451. Ἀπολιπόντας ἄχεσθαι, παραδόντας φυλάσσειν τοῖς νικήσασιν βαρβάροις. *Cum civibus vestris renunciate vos deseruisse, atque discessisse, & fidei barbarorum, qui ab eo sunt devicti, commisisse.* TENN.

28 *A conspectu suo*] Voss. 3. Reg. 8. Hill. delent *suo*. TENN. Delent etiam Leidensis primus, ac Gudianus, & recte. Ingrata est repetitio, *referentibus* suis (nam sic MSS. non *suis refer.*) *p. equum* suum. *abduci* (Leid. pr. *obduci*) *a c.* suo. nisi malles cum Keuchenio expungere *suum*. Ego MStos sequor. tria verba haec *a. c. suo* non visuntur in Vaticano. male. Caesar B. Gall. I. 25. in simili negotio: *Caesar primum suo, deinde omnium e conspectu remotis equis.* Ubi itidem *e conspectu* olim suspecta fuerunt; sed vide Voss. & Davies Auctores, qui hujus rei meminere, vide apud Glandorp. ad Hirt. B. Hisp. c. 31. OUD.

29 *Prosilit*] MSS. quatuor *prosilivit*, sed Leidens. pr. Hillensb. Voss. & Edd. primae bene *prosiluit*; V. ad l. II. 4. 11. *Prosilivit* tamen viro docto cuidam magis placet. Et certe sic MSS qdd. Curt. IV. 59 Just. XI. 5. 4. & alibi. dein MSS. octo *redintegraverunt*. & quatuor *reintegraverunt*. Edd. pp. *reintegrarunt*. OUD.

30 *Impetum*] Leid. sec. *impetus*. Medic. pr. *ab t.* ex more. dein Cantabr. tert. *trucidavit*. Mox Edd. Italicae *quam denunciationem cum feciisset*. Tum Leid. sec. *ut timidi maluerunt*, *timidi* etiam Ed. Paris. cum Vaticano. Leid. pr. *ab suis*. praepositione caret Voss. Tandem *acquisierit* Commelin. *anquisivit* Arcerian. OUD.

31 effeciſſet, ut etiam timidiſſimi mallent ab hoſtibus, quam a ſuis interfici, victoriam adquiſivit.

31 *Effeciſſet*] Unus Reg. *feciſſet*. Ceterum idem fecit Aſtyages. Justinus l. 1. c. 6. TENN.

CAP. IX.

1 *De* a *his, quae poſt proelium agenda ſunt. Si res proſpere ceſſerit, de conſummandis reliquiis belli.*

EXEMPLUM I.

2 C. Marius, victis proelio Teutonis, 3 reliquias eorum, quia nox 4 circumvenerat, circumſedens, ſublatis ſubinde clamoribus, per paucos ſuorum territavit, inſomnemque hoſtem detinuit, ex eo 5 adſecutus b, ut poſtero die in-re-

a Vulgo DE CONFIRMANDIS R. B. SI R. P. CESSERIT. b Vulgo CONSECUTUS.

1 *De confirmandis*] *Conſternandis*. SCRIV. Omnes MSS. ut initio hujus libri monitum. *de his, quae poſt proelium fiunt, ſi res proſpere ceſſerit. De conſummandis reliquiis belli.* TENN. Sic quoque mei plerique. Melius tamen Leidenſ. ſec. Vatican. Medic. antiquior, Edd. primae *agenda ſunt.* ubi diſtinctio major eſt ponenda. nam hoc in genere praecedit. Tum *ſi res proſpere ceſſerit de conſ.* ſeq. Cap. *Si res male ceſſerit de emend.* Medic. alter *fieri debent.* Leid. pr. & Edd. VV. interponunt male &. *conſummandis* pro *confirmandis* optime hic rurſus habent Palatin. Vatican. & Medic. pr. vide ſupra. OUD.

2 *C. Marius*] Leidenſ. ſec. non agnoſcit praenomen. dein *Teutonicis* duo Cantabrig. *Teutonibus* Ed. Pariſ. *Theotonis* Sanut. MOX MSS. tres *deinde*, unus *demum*. dein *irritavit* Palat.

3 *Reliquias*] Sic recte MSS. Mallet tamen Cl. Waſſe *reliquos* ad Salluſt. B. Jug. c. 102. Sed vide ad c. 7. 19. Curt. l. IV. c. 16. *Cum reliquis deviſti exercitus.* OUD.

4 *Circumvenerat, circumſedens*] In menda ſine dubio cubat prior vox. Videtur ſcribendum *intervenerat*, ut conjecit J. Fr. Gronovius; vel *ſupervenerat*, vel *certamen diremerat*, ut EX. I. c. X. *proelio, quod nox diremerat.* OUD.

5 *Conſecutus*] Ed. Romana *ſecutus*: Tres Cantabrigienſes, Vatica-

requietum facilius debellaret.

II. Claudius Nero, victis Poenis, quos Hasdrubale duce [6] in Italiam ex Hispania trajicientes exceperat, [6*] caput Hasdrubalis in castra Hannibalis ejecit: quo factum est, ut & Hannibal luctu ([7] nam frater occisus erat) & exercitus desperatione adventantis praesidii [8] adfligerentur [a].

III. [9] L. Sulla his, qui Praeneste obsidebantur, occisorum in proelio ducum capita, hastis praefixa, ostendit, atque ita obstinatorum [10] pervicaciam fregit.

IV.

a Vulgo AFFLIGERETUR.

ticanus, ambo Medicei, uterque Leidensis, Gudianus, Palatin. & Hillensb. cum Sanuto *adsecutus*. Quod mutatum non oportuit. §. 6. *Qua exspectatione adsecutus est, ut solito audentius* &c. l. IV. 5. 11. *Quo adsecutus est, ut* &c. OUD.

6 *In Italiam*] *In Italia* ambo Leidens. Cantabrig. Bib. publ. Palat. & Hillensb. *In Italia exceperat* in Umbria scilicet. Male *& in Hispaniam* Medic. sec. & Leid. sec. & Gud. *in Hispania*. dein Medic. pr. *trajecit* perperam. c. 8. §. 3. *Signum in hostes ejecit*. Nepos in Alcib. c. 10. *his in ignem ejectis*. unde Gebhardi verba huc ineptissime transcripsit suo nomine Keuchenius. OUD.

6* *Caput H. in castra ejecit*] Sic Lutat. Argum. L. XIII. Ovid. Met. Fab. 8. *avulsum scopulum in eos* ejecit. Liv. L. VI. 8. 3. emissum *signum in hostium aciem*. quod non mutandum esse, nunc constet. Adi illic Cl. Drakenb. OUD. *Cur. post.*

7 *Nam frater occisus erat*] Vehementer haec mihi pro Glossemate suspecta sunt, & e margine inrepsisse videntur. Rectius certe in Leidensi sec. scribitur *luctu fratris occisi*. Sanutus simpliciter, *ut luctu fratris ipse*, & Leid. pr. *nam super occisus erat*. OUD.

8 *Affligeretur*] Lege cum 3. Reg. 2. Hill. & Voss. *affligerentur*. TENN. Consentiunt optimi mei, Leidens. pr. Petrensis, & Palatinus, cum Gudiano. OUDEND.

9 *L. Sulla*] Praenomine caret Leid. sec. *in* deest in Petreusi. Mox *pertinaciam* Leid. sec. Sed vide ad l. II. 3. 17. *quorum pervicacia fidebat*. De hac re vide Appian. B. Civ. p. 681. Alii aliter. OUD.

10 *Pervicaciam fregit*] Petronius. *Mulier aliquot dierum abstinentia ficca; passa est frangi suam pertinaciam*. Nepos Themistocle c. 1. *Quae contumelia non fregit eum, sed erexit*. Seneca ad Polyb. 24. *Ne militum animi, si fractam ducis mentem viderint, & ipsi collabantur*. Valerius Max. VII. 5. 3. *L. Aemilii Paulli virtutem injuriae non fregerunt, sed acuerunt*. Supra c. 6. n. 5. vide. TENN.

ctum facis; adverſus ſolum enim cum altero proceſſiſti: quumque admiratus ille, quisnam ſe comitaretur, reſpexiſſet, averſum uno ictu confecit.

XLII. Iphicrates Athenienſis ad Cherroneſum, quum ſciret, Lacedaemoniorum ducem [177] Anaxibium exercitum pedeſtri itinere ducere, firmiſſimam manum militum eduxit e navibus, & in inſidiis collocavit: naves autem [178] omnium, tamquam onuſtas milite, palam transnavigare juſſit. Ita ſecuros, & nihil [179] exſpectantes Lacedaemonios a tergo [180] adgreſſus [a] in itinere, oppreſſit, fuditque.

XLIII. Liburni, quum [181] vadoſa loca obſedis-

[a] Vulgo INGRESSUS ITINERE.

Gudiano, & Mediceo ſec. ἀλλ' οὐ καὶ παρὰ τὰς συνθήκας ποιεῖς auctores Graeci, & Sanutus *Inique contra ſolum cum ſocio venis.* nec de *pace* agebatur, ſed *vitae periit. Enim* tamen abeſt quoque ab Leidenſi primo, & Petreuſi, ac tert. Cantabr. quaſi fuiſſet *contra pactum pacis adverſus ſolum cum al. proc. adverſum enim unum* Medic. pr. & Leid. ſec. *adverſum enim ſolum unum* Medic. ſec. Dein male etiam Ed. Wech. *reſpexit*, & MSS. tres cum Ed. Pariſ. *adverſum* ſolito errore. OUD.

177 *Anaxibium*] Medicei, & Leid. pr male *Anaxabium*, ut jam monitum ad l. 1. 4. 7. Hoc Strategema narrat late Xenophon l. IV. p. 543. dein *fortiſſimam m.* Voſſ. Sed correctum in margine. V. ad c. 3. §. 3. Idem cum Gudiano pro *militum* habet *equitum. e nav.* Medic. pr. Uterque Medic. *ac in inſ. ne in* abeſt a Palat. Voſſ. & Leid ſec. OUD.

178 *Omnium*] Non placet hoc. Sanutus & Medicei *omnes.* Fuerit forſan *naves autem, omni e. o. milite.* OUD.

179 *Exſpectantes*] Medicei *dubitantes* cum Sanuto: an *ſuſpicantes*, vel *ſuſpectantes?* Ultimum verius credo. Hinc natum Gloſſema *dubitantes.* OUD.

180 *Ingreſſus itinere*] *A tergo aggreſſus, in itinere.* Stewechius. SCRIV. 2. Reg. & Stew. *aggreſſus.* pro *itinere* Stew. *in it.* Gujetus *iter.* TENN. Veriſſima eſt conjectura Stewechii, Male Gujetus conjiciebat *iter.* Non enim Iphicrates *ingreſſus eſt iter.* Sed in inſidiis manſit, donec Lacedaemonios, qui ἐμαλάττοντο ἀποφέροντο teſte Xenophonte, a tergo aggrederetur. Conſentiunt in τῷ *aggreſſus* Medicei, Leidenſ. ſec. & Cantabr. tert. cum Sanuto, qui inſuper *in itinere* nobis ſervavit. Suo more *ab t.* Medic. pr. *in* loco ſuo excidit, & cum *greſſus* junctum. Inſuper locum diſtinctione juvi. Vulgo *Lacedaemonios, a tergo ingreſſus itinere o.* OUD.

181 *Vadoſa loca*] In Leidenſi ſec.

diſſent, capitibus tantum eminentibus, fidem fecerunt hoſti alti maris, [182] ac triremem, quae eos perſequebatur, inplicatam vado ceperunt.

XLIV. Alcibiades, dux Athenienſium, in Helleſponto adverſus [183] Mindarum [a] Lacedaemoniorum ducem, quum amplum exercitum, & plures naves haberet, nocte expoſitis in [184] terram quibusdam militum ſuorum, parte quoque navium poſt quaedam promontoria occultata, ipſe cum paucis profectus, ita ut contemtu ſui hoſtem [185] invitaret, eumdem inſequentem fugit, donec in praeparatas inſidias [186] perduceret [b], [187] Averſumque deinde

[a] Vulgo NUMIDARUM ET L.

[b] Vulgo INDUCERET: AVERSUMQUE.

ſec. non comparet *loca*. Adi ad l. 1. 5. 26. Simile quid de Liburnis vide apud Livium l. x. c. 2. OUD.

182 *Ac triremem*] Medicei *acerrime*. pro *quae* Leid. ſec. *qui*. *perſequebantur* Medicei. Unde effingere poſſes *qua eos perſequebantur* ſc. hoſtes. ut pro more a generali numero ſingul. transeat ad pluralem. Dein iidem, Vaticanus, & Leidenſis ſec. *inplicitam*. OUD.

183 *Numidarum & Lac.*] Omnes MSS. *Mindarum Lacedaemoniorum d.* TENN. Ex MSS. Italicis hoc ineptum mendum in editiones irrepſit; quod tamen miror huc usque vulgatos obſedisse libros. MSS. mei ceteri quoque *Mindarum Lac.* ut reponi etiam jusſerat Gronovius, & jam ante II. Voſſius, cui hanc veriſſimam emendationem ſublegit, antiquum obtinens Keuchenius, ipſaque ejus verba expreſſit ex animadverſione ad Juſtin. l. v. c. 4. *jam Seſto Mindarus, & Pharnabazus Lacedaemoniorum duces inſtructis navibus exſpectabant.* ubi vide, & Diodor. Sicul. l. XIII. p. m. 175. ac Polyaen. l. 1. c. 40. §. 9. OUD.

184 *Terram*] Leid. ſec. *terra*. dein Medicei *q. militibus*; tum *occulta* Edd. Rom. Bon. & Wechel.

185 *Invitaret*] Leidenſ. pr. *invitet*. Editiones primae cum Vaticano *vinceret*, ſed Medicei *elliceret*; quod ſaepius quidem hoc ipſo capite habuimus. Praeſtat tamen vulgatum. §. 31. *Ii, qui in ſtatione fuerant, quiete invitati*. OUD.

186 *Induceret*] *Perduceret* MSS. SCRIV. MSS. *perduceret*. TENN. Quis hoc mutarit, neſcio, ſed Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. cum MSS. meis longe plurimis etiam *perduceret*, ut cum Keuchenio reſcribi jubet perpetuus noſtri auctoris ſtylus, ſive *produceret*. Vide §. 35. *In praeparatas inſidias perduxit*. Adi omnino Ex. 1. hujus capitis *hoſtes inſecutos eo perduxit*. OUD.

187 *Averſumque deinde*] Et hoc a conjectura eſt, cum libri *adverſumque* haberent. MOD. Ita Modius. vulgo, *adverſumque*.

verſum deinde, & [188] egredientem in terram, per eos, quos ad hoc ipſum expoſuerat, cecidit.

XLV. Idem, navali proelio decertaturus, conſtituit malos quosdam [189] in promontorio; praecepitque his, quos ibi relinquebat, ut, quum commiſſum proelium ſenſiſſent, panderent vela. Quo facto conſequutus eſt, ut hoſtes, aliam claſſem in auxilium [190] ſupervenire ei arbitrati, [191] verterentur.

XLVI.

SCRIV. MSS. *Adverſum deinde*, ut hic optimo jure aſſeruit Modius. TENN. Turbant hic vehementer cum MSS. & Edd. Viri docti. Nam ad oram Editionis ſuae Scriverius allevit, melius eſſe *adverſum*, & Tennulius, ut videre eſt, a Modio ait adſertum eſſe *adverſum*, cum plane ſe res aliter habet. Nam bene Modius conjecit *averſum*, ut exhibet margo Hittorpii, Wechelii, duo Cantabrig. Palatin. & Medic. Auctor enim vult dicere, ut tradunt reliqui hiſtorici, Mindarum ab Alcibiade, cujus claſſis ſubita converſio cum terruit, in fugam eſſe verſum, & coactum terga dare, (in qua re frequens noſtro eſt verbum *averti*. vide ad l. II. 3. 8. VI. 5. VIII. 6. 7.) & navibus ad litus adpulſis egredi. Verum egredi volentem excepe-runt eum Theramenis milites &c. Omnis confuſio orta ex eo, quod non animadverterunt viri docti, Mindarum dici *averſum* reſpectu Alcibiadis, & *egredientem* reſpectu eorum, qui ad hoc diſpoſiti erant. Ceterum male vulgo additur *que*, quae enclitica pro auctoris ſtilo abeſt recte a MSS. meis plurimis, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. aliisque. OUD.

188 *Egredientem*] Vaticanus, & Cantabr. teſt. *ingredientem*. Mox Mediceus ſec. *ipſi expoſuerant*.

189 *In promontorio*] Medic. ſec. & Edd. pp. *in promontoria*.

190 *Supervenire ei*] Quidam invertunt haec duo verba. In Hillensb. deeſt *ei*. Leidenſis ſec. *ſubvenire*. Sed vide ad l. I. I. 6. *quam ſibi ſupervenirent legiones*. Mox *arbitrantes* Gudianus, Petrenſis, & Voſſianus. OUD.

191 *Verterentur*] Simpliciter *verti* pro terga dare, in fugam verti, vereor, ut Latinum ſit. Certe Frontinus amat dicere *averterentur*, aut *terga verterent*, quod diſerte poſtea inveni in Codice Petrenſi: quo facit etiam Mediceus antiquior, in quo corrupte *verterunt*. *Averterentur* tamen hic praefero, & ſic Cl. Waſſe quoque conjeciſſe poſtea deprehendi. OUD. Conſule tamen ſupra Ex. 31. *Redeuntes in ordinem conſternunt*, vertuntque. IDEM *in add.* Tò *verterentur* contra MSStos temere non mutandum, ut in add. monui. Vide inſuper Wopkenſ. in Miſc. Obſerv. Nov. Vol. I. T. II. p. 16. ad Q. Septim. de B. Troj. L. II. c. I. verſis *his atque in fuga*: ut habent MSS. IDEM *Cur. poſt.*

XLVI. [192] Memnon Rhodius, navali proelio, quum haberet ducentarum navium classem, & hostium naves elicere ad proelium vellet, ita ordinavit suos, ut paucarum navium malos [193] erige-

192 *Memnon*] Leidens. pr. *Memno*. Vide ad §. 18. statim *bello* pro *proelio* Gudian. Oudend.

193 *Erigerent, juberent:*] *Erigere* & *juberet*. Scriv. 4. Reg. 1. Hill. *Eligeret*. 2. Hill. *Erigeret*. Pro *juberent* omnes MSS. *juberet*. Tenn. Certo certius est, legi debere *juberet*; quod MSS. mei quoque, & Edd. vetustae exhibent, sed nondum constat, quomodo scribendum sit ad *erigerent*, quod male retinent nonnulli Codices. *Erigere* autem, a Scriverio in margine positum, inveni in Ed. Bononiensi. Hanc vero constructionem *erigere* & *agi juberet*, defendere posses ex iis, quae congessi ad Lucan. l. x. 347.

ut colla ferire
Caesaris, & socerum jungi
tibi, Magne, juberet.

quibus adde Caesarem l. 1. B. Civ. c. 61. *Naves conquirere, & Oëtogesam adduci jubent.* ubi nihil mutandum. Adde c. 4. §. 20. l. III. c. 15. §. 6. Quare id, si MSS. addicerent Codices, libenter reciperem: Nunc hactenus probo, quod est in Tennulii MSS. *erigeret*, quo faciunt etiam Cantabr. Bib. pub. Leidensis pr. Gudianus, Vaticanus, & Ed. Romana *eligeret*. & ita MSS. plerique, quibus accedat Taurinensis Cod. in Lucano *feriret*. Crebro accidit, ut *jubeo* conjungatur per copulam cum alio verbo in eodem tempore & modo, loco infinitivi, licet idem, qui hoc jusserit, jusserit etiam illud, & non ipse fecerit. Quod non animadversum saepius ansam dedit corrumpendi loca. l. IV. c. 1. 33. *supplicio adfici jussit, & exemplo impendit.* Phaedrus l. II. F. 8. 26.

Quem convocata jubet occidi fa-
milia,
Praedamque tollit:

ubi male Heinsius mavult *tolli*. at recte vulgatum defendit Cl. Burmannus. Livius l. XXVII. c. 13. *hordeum dari jussit, centurionesque destrictis gladiis discinctos destituit.* ubi Gronovius malebat *destitui*. at idem Liv. l. IV. c. 47. *signa inferri propere jussit, signiferumque ex suis unum cunctantem occidit*; quod Frontinus c. 8. §. 8. explicat per *occidi imperavit*. Justin. l. XXXII. c. 4. *serpentium genus in fictiles lagenas conjici jussit, medioque proelio in naves hostium mittit.* ubi tamen *mitti* e Juntina Graevius, quomodo etiam MS. Orvillii mei. Caesar l. VII. B. G. c. 13. *equitatum educi jubet, proeliumque committit.* Sic Edd. & MSS. meliores. Alii cum Hottomanno perperam *committi*. Infra l. III. c. 5. §. 1. *aliquem ex captivis jussit occidi, & membratim in contubernia distribuit.* Sic recte MSS. vulgo *distribui*. Obstat tamen, ne plane credam, ita etiam hoc loco scribendum esse potius *erigeret*, quam *erigere*, quod in his locis fere semper tale verbum occurrat post *jubere*, non vero ante, nisi quod l. IV. c. 1. 28. *Scidit, & &c. imperavit.* ubi & hoc mutarunt in *scindi* &, l. IV. c. 7. 29. in MSS. nonnullis *ut armaret, & juberet pro-*

xeni.

geret [a], easque primas agi juberet. Hoſtes [194] autem procul conſpicati numerum arborum, & ex eo navium quoque [195] conjectantes, obtulerunt ſe certamini, & a pluribus occupati ſuperatique ſunt.

XLVII. Timotheus, dux Athenienſium, adverſus Lacedaemonios navali [196] acie decertaturus, quum inſtructa claſſis eorum ad pugnandum proceſſiſſet, ex velociſſimis navibus [197] viginti praemiſit, quae omni arte, varioque flexu eluderent hoſtem. [198] Ut [b] primum deinde ſenſit, minus agi-

[a] Vulgo ERIGERENT & JUBERENT. [b] Vulgo UT P. SENSIT, DEINDE M.

yehi. Quidquid ſit, *erigeret* interim, donec certior hac in re ſim, reponi juſſi ob MStorum auctoritatem, qua ſe tueri nondum poteſt τὸ *erigere*; licet id maxime arrideat. OUD. Hanc conſtructionem *erigeret* —— *agi juberet* firmari forſan judices ex meis ad Caeſ. L. V. B. G. c. 11. *delegit & arceſſi jubet.* Ovid. L. 1. Met. 36.

Tum freta diffudit, *rapidisque tumeſcere ventis*
Juſſit.

Sed illic Nic. Heinſius e 2. MSS. dedit *diffundi.* IDEM *Cur. poſt.*

194 *Autem*] Hac voce carent Leidenſes, Medic. Palatin. Gudian., & Voſſian. & facile ſalvo ſenſu abeſſe poteſt. Statim & etiam non comparet in Medic. ſec. OUD.

195 *Conjectantes*] Medic. prim. & Leidenſ. ſec. cum Edd. Rom. & Bonon. *conjecturantes.* Sic in Fabri Theſauro citatur Seneca de Benef. c. 19. l. 7. *conjecturare in occulto.* Sed illic rectius Obſopaeus, & Fromondus e MStis legunt *conjectura ire in occulta.* pro & *a pl.* malim *at a pl.* OUD.

196 *Acie*] Medic. pr. *proelio.* Dein *in inſtructus* Medic. ſec. *induſtria* Petrenſis.

197 *Viginti*] Petrenſis *triginta.* Sed Polyaenus quoque l. III. c. 10. 6. 12. Εἴκοσι. dein *vanoque* Leid. ſec. & pro *eluderent*, *ducerent* eodem ſcilicet ſenſu, Leidenſ. pr. OUD.

198 *Ut primum ſenſit &c.*] Stewechius: *deinde ut primum ſenſit, minus agiliter adverſam partem moveri; progreſſus, praelaſſatos facile ſuperavit.* SCRIV. MSS. *Ut primum deinde ſenſit,* Stewechius. *Deinde ut primum ſenſit, minus agiliter adverſam partem moveri, progreſſus* &c. in nullo cod. MSS. *progreſſos.* TENN. Vide Stew. ad Ex. 32. Medicei, & Edd. Rom. Bon. Wech. *Ut autem primum. Deinde* abeſt a Leid. ſec. Petr. *demum ſenſit.* Sed vere omnino Leidenſ. pr. Vatican. Palatin. Gud. Voſſ. aliique. *Ut primum deinde ſenſit;* cum his autem, non cum ſeqq. jungendum eſſe τὸ *deinde* & mox *progreſſus*, ut omnes MSS. & Edd. veteriores paullo exhibent, ſcribendum Caſaubonus jam monuit ad d. Polyaeni lo-

agiliter moveri adverſam partem, progreſſus [a] praelaſſatos facile ſuperavit.

a Vulgo PROGRESSOS.

locum. Τὰς δὲ ταχυναυτίους ὑποστὰς πλοίοις τοῖς τριήρεσιν ἀντιπαρέβαλλεν ταῖς πολεμίαις ναυσὶ, καὶ πυκνὰς ποιοῦσαι κινήσεις, καὶ τροπὰς εἰ μὲν δὲ πολέμιοι ποιοῖντο ἐφορμὴν &c. Unde patet, etiam *praelaſſatos* rectum eſſe. Medicens ſec. *relaxatos*. Edd. priores cum Palatino *praelaxatos*, quae etiam male *in adv. p.* OUDEND.

CAP. VI.

De emittendo hoſte, ne clauſus proelium [1] ex deſperatione redintegret.

EXEMPLUM I.

Gallos, eo proelio, quod Camilli ductu geſtum eſt, deſiderantes navigia, quibus Tiberim tranſirent, Senatus cenſuit transvehendos, & commeatibus quoque [2] proſequendos [a]. Ejusdem generis hominibus poſtea per [3] Pomptinum agrum

a Vulgo PERSEQUENDOS.

1 *Ex deſperatione*] 3. Reg. Voſſ. & unus Hill. *in deſperatione reintegret*. TENN. *In deſper*. Gudian. Leid. pr. *in deſperationem*. Ceterum MSS. tantum non omnes, & Edd. pp. *reintegret*. *bellum* Hillensb. Mox *transeundos* pro *transveh*. Medicei, & Edd. Rom. Bonon. ac Pariſ.

2 *Perſequendos*] MSS. & Edd. primae cum Scriverianis *proſequendos*: quod male ſequi neglexerunt ceteri editores. Quod verbum donantis quid ex comitate, praeſertim diſcedentibus proprium eſt. Sueton. Caeſ. c. 27. *Sponte ad ſe commeantes uberrimo congiario proſequebatur*, Aug. c. 49. *Utque perpetuo ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos eos proſequendosque ſuppeteret*. Tiber. 46. *Comites expeditionum numquam ſalario, cibariis tantum, ſuſtentavit, una modo liberalitate ex indulgentia vitrici proſecutus*. *Donis proſequi* Valer. Max. l. IV. c. 3. §. 10. OUDEND.

3 *Pomptinum*] Sic lege. licet 3. Reg. Voſſ. 3. Hill. *Promptinum*. Nam Dio l. 45. vocat τὰ Πόμπτινα. Sueton. Julio c. 44. *Siccare Pomptinas paludes*. Epitome Livii l. 46. *Pomptinae paludes a Cornelio Cethego conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatae, agerque ex iis factus*. TENN.

cuti, in foſſas deciderunt, & eo modo victi ſunt.)

ſas deciderint. Ad MSStos quod adtinet. Leidenſes, Palatinus, aliique *Q. M. illi cum adventarent, recepit aciem perſecuti aciem* &c. pro *recepit* Petrenſis *receperunt*. pro *perſecuti* Cantabr. *terr. recepit*. Porro MSS. excepto Gudiano, ad unum omnes, & Edd. Rom. ac Bonon. poſt *perſecuti* addunt *aciem*. Unde liceat in loco depravatiſſimo & deſperato meam quoque interponere conjecturam: *Quarum metu, lux dum* vel *dum lux adventaret, recepere aciem* vel *recepit aciem hoſtis* aut *Nicias. Perſecuti dein in foſſas deciderunt, & eo modo victi ſunt.* Ut cum Barthio paſſive ad *perſecuti* capiatur. Huc quoque retrahenda ſunt *in caſtra*, quae ſupra ſuperflue, immo obſcure poſita ſunt. Ut fatear tamen, quod ſentio, minime adhuc ſanatum puto hunc locum, non perſanandum, niſi meliorum Codicum ope: nam excidiſſe aliqua, conjectu difficillima, videntur. Senſus ſine dubio eſt: *Inſidiarum metu hoſtem in caſtra noctu recepiſſe milites ſuos, ſed illos, cum adveniſſet dies, ab Hermocrate perſecutos & profligatos in foſſas deiiciſſe, & ita devictos eſſe.* An fuit? *Q. M. recepit aciem Nicias* vel *hoſtis. Ubi illuxit, quum adventarent perſecuti Niciam, in foſſas deciderunt* &c. Oud.

CAP. X.

1 *Si res durius ceſſerit, de adverſis emendandis.*

EXEMPLUM I.

T. Didius, in Hiſpania, quum acerrimo proelio conflixiſſet, quod nox [2] diremerat; magno numero utrimque caeſo, complura ſuorum corpora [3] intra noctem [a] ſepelienda curavit. Hi-

a Vulgo ATRA NOCTE.

1 *De adverſis e. ſi*] Eo ordine, quo edidimus, haec verba, exhibent MSS. & Edd. primae. *cedit* Medicei, & Edd. Italicae. *evitandis* Leid. ſec. Dein praenomen Didii, non agnoſcit Leid. pr. In aliis longe ineptiſſime hoc nomen exprimitur quod correximus etiam ad Obſequentem c. 107. V. & Patin. in nummis Conſularibus. Oud.

2 *Diremerat*] Nonnulli *dirimerat*. Medic. ſec. *quia n. d.*

3 *Atra nocte*] Lege *intra noctem*. ut 3. Reg. 2. Hill. & Voſſ. TENN. Celeberrimus Burmannus conjiciebat ad Ovid. l. III. Amor. 5. 46. *alta nocte*. Certe *atra nocte* videtur nimis poëticum, pro quo Hiſtorici, & noſter l. III. 9. 2. *obſcura* vel *multa nocte* dicere amant. Sed MSS. meliorum omnes

Hiſpani [4] poſtero die ad ſimile officium progreſſi, quia plures ex ipſorum numero, quam ex Romanis, caeſos repererant, victos ſe eſſe ſecundum eam dinumerationem argumentati, ad conditiones Imperatoris deſcenderunt.

II. [5] L. Marcius [a] eques Romanus, qui [6] reliquiis exercitus duorum Scipionum praefuit, quum in propinquo bina caſtra Poenorum paucis millibus paſſuum diſtarent, cohortatus milites, proxima caſtra intempeſta nocte adortus eſt: & quum hoſtem, victoriae fiducia incompoſitum, adgreſſus, ne nuntios quidem [7] cladis reliquiſſet, breviſſimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei geſtae praegreſſus, altera eorumdem caſtra invaſit. Ita bis ſimili [8] uſus eventu, deletis [9] utrobique [b] Poenis,

a Vulgo T. MARTIUS. b Vulgo UBIQUE.

omnes quoque & V. Cod. Pighii, quem vide in Ann. T. III. p. 205. *intra noctem* diſerte exhibent, probante jam etiam Cl. J. Waſſe ad Salluſt. B. Cat. c 28. *Intra noctem* eſt, quamdiu forent tenebrae, priusquam finis noctis adeſſet, aut illuceſceret. Sic *intra annum*, *intra paucos dies*, *intra paucas horas* noſter, & alii paſſim. OUD.

4 *Poſtero die*] Medicei *poſtera die* recte. V. ad l. I. 2. 6. IV. 7. 42. OUD.

5 *T. Martius*] *L. Martius* Livio, & J. Obſequenti. Ita lege. Vide ad c. VI. § 2. SCRIV. *Cur. poſt.* Praenomine carent Edd. primae. Leid. ſec. *Qurius*. Medic. pr. *Tiber.* Sed extra ullum dubium eſt, quin ſcribi debeat, ut ſupra, *L. Marcius*. Apud Plinium l. XXXV. c. 3. vulgo erat *Q.* Sed id a MSStis non agnoſci, teſtatur illic Harduinus. Pro praenomine Livius l. XXVIII. c. 28. cognomen ei dedit *Septimum*. niſi ſcribendum illic *Septimi f.* i. e. *Septimi filium* ex Lib. XXV. c. 37. Ceterum Lycoſthenen citat pro Obſequente Scriverius, ut fecerunt multi viri docti. OUD.

6 *Reliquiis exercitus duorum Scipionum*] Voſſ. 2. Reg. I. Hill. *reliquis exercitibus*. Ceterum MSS. omnes delent *duorum Scipionum*. TENN. *Reliquis exercitibus* Gudian. *Reliquis exercitus* Medic. ſec. & Ed. Paril. male. adi c. VII. 14. Porro *duorum Sc.* meorum etiam nullus agnoſcit. Num fuit *reliquiis* II. *exercituum*? ut in hac re Livius l. XXV. 38. *Ubi quonam modo has reliquias duorum exercituum patriae conſervare poſſim*. OUD.

7 *Cladis*] Leidenſis pr. *cladi*. Ed. Pariſ. & Hittorp. *clade*. Medic. ſec. *claſſe*. Dein in Hillensb. deeſt *altera*. & Petrenſ. Medic. pr. ac Edd. primae *eorum c.*

8 *Uſus*] Addunt *eſt* Edd. pri-

nis, amiſſas populo Romano Hiſpanias reſtituit.

mae. contra deeſt *ad eſſes* in Leid. ſec. pro *populo Ro.* Palat. *pabulorum.* Leidenſ. pr. Hillensb. & Ed. Pariſ. *populorum.*

9 *Ubique*] Voſſ. 2. Hill. *deletis utrobique.* TENN. MSS. mei ad unum omnes, & Edd. Italicae *utrobique*; quod praeter horum auctoritatem reſcribi jubet ipſa ratio, idque jam monuit J. Waſſe ad Salluſt. B. Catil. c. 58. OUD.

CAP. XI.

De dubiorum animis in fide retinendis.

EXEMPLUM I.

P. Valerius, [1] Epidauri, timens oppidanorum perfidiam, quia parum praeſidii habebat, gymnicos ludos procul ab urbe [2] adparavit. Quo quum omnis fere multitudo ſpectandi cauſſa exiſſet, clauſit portas, nec [3] in eas antea admiſit Epidaurios, quam obſides [4] a [a] principibus acciperet.

a Ed. Tenn. EX.

1 *P. Valerius Epidaurus*] Lege *Epidauri.* nam ibi geſta eſt res. PARRHAS.

1 *Epidauri*] Leid. ſec. *Epidanius.* Edd. Rom. & Bonon. *Epidaurius.* Dein *Epidaurorum perf.* Medic. pr.

2 *Adparavit*] Leid. ſec. & Hill. *reparavit.* Medicei, & Cantabr. tert. *praeparavit*, Petrenſis *inſtituit.* Ed. Pariſ. *aperuit.* Vulgatum bene ſanum non temere mutem ob alia Synonyma. OUDEND.

3 *In eas antea*] Palatin. Voſſ. & Hillensb. Medic. ſec. *nec ante. In eas* etiam non comparet in duobus Leidenſibus, & Gudian. Contra *antea* deeſt in Medic. pr. & Edd. Italicis. *In ea* Medic. pr. Dein *dimiſit* Petrenſ. Leidenſ. pr. & Hillensb. Mihi placet magis *nec ante admiſit.* Una voce *inante* video, olim placuiſſe Scriverio: qui ita ad Marg. Stew. Ed. adſcripſerat. Sed forſan ipſe rejecit; quod reſciverit, voculam hanc noſtri auctoris aevo indignam eſſe, ut docuit cum aliis Celeb. Drakenb. ad Silium l. VI. vſ. 580. Mox *Epidaros* & *Epidauros* MSS. ſex. Pro *quam* Medic. ſec. Vaticanus, & Edd. primae *quamdiu.* OUD.

4 *Ex principibus*] Sic primus tacite reſcripſit Tennulius; cum monuiſſet tantum Gronovius, ut vidimus ad §. v. Ex. praeced. in MSS. ſcilicet Sixtini eſſe *e pr.* i. e. quosdam principum. cum vul-

go

II. Cn. Pompejus, quum ſuſpectos haberet [5] Catinenſes, & vereretur, ne praeſidium non reciperent, [6] petiit ab eis, ut aegros interim apud ſe refici paterentur: fortiſſimis deinde, habitu languentium miſſis, civitatem occupavit, continuitque.

III. Alexander, devicta perdomitaque [7] Thracia, petens Aſiam, veritus, ne poſt ipſius diceſſum ſumerent arma, [8] reges eorum, praefectosque, & omnes, quibus videbatur ineſſe cura [9] de-

go ſcriberetur *a*. Quod non protinus mutatum mallem: nam ceteri MSS. omnes *a*. *Obſides a principibus accipere.* idem dicet, quod Gronovius vult, nempe principum liberos & cariſſima pignora. OUD.

5 *Catinenſes*] Pleraeque Editiones *h*. *Cauſenſes*. nugae. V. Plinium cap. 6. Lib. IV. & cap. 24. lib. VI. MOD. Sic lege cum Modio, & 2. Reg. Male in Voſſ. 2. Hill. *Chaucenſes*. TENN. Keuchenius ſecure quoque Modium ſequitur; licet ille cum Tennulio ediderit *Catinienſes*. Loca vero, quae citat Modius, nihil probant ita hic legendum eſſe: nam l. IV. c. 6. *Gortyna* ſcribendum erat, ut jam ediderunt docti, & altero loco ſimpliciter nominatur quoque *Catina*. ut ſexcentis aliis locis. Vix riſu me contineo ob talem corrigendi modum: Quia auctores ſaepe *Catinae* meminerunt, an ideo hic quoque ejus mentio debuit fieri? Ex hiſtoria debuiſſet probari, rem hanc geſtam fuiſſe contra *Catinienſes*, non alios. Ego quomodo vere reſcribendum ſit, neſcire me fateor. *Catinenſes*, quod vitioſum licet retinui, vel *Catinienſes*, exhibent Edd. primae. *Cauſenſes* Edd. Hittorp. & Wech. MSS. Vaticanus, & Medicei *Caticenſes*. Gudianus *Chauchicienſes*. Petrenſis *Claucenſes*, Cantabr. tert. *Cantenſes*, Leidenſ. ſec. *Cancenſes*. Leid. pr. Cantabr. Bibl. pub. Voſſ. & Ed. Pariſ. *Chaucenſes*. Palatinus denique *Caucenſes*, qui ſunt incolae urbis *Caucae* in Vaccaeis, in quos perfide egit Lucullus. Vide Appian. in Iberic. p. m. 479. Plinium l. III. c. 3. Et forſan hoc Strategema contra eos adhibuit Pompejus bello Sertoriano, qui in Vaccaeis eo tempore hibernavit incommode, teſte Plutarcho in Sertorio p. 579. OUD.

6 *Petiit*] MSS. quatuor *petit*. *ut aegros tantum* Vaticanus. Dein *obtinuitque* Palatin. Sed *continuit* eſt in officio retinuit. de qua locutione vide ad Phaedr. Prol. l. II. Colum. l. I. c. 8. *Contubernalis mulier adſignanda erit, quae contineat eum* &c. Curt. VI. 3. 7. *Veſtris armis continentur, non ſuis moribus*. OUD.

7 *Thracia &c.*] Ridicule Leid. ſec. *tertia parte Aſiae*. *Deceſſum* Cantabr. tert. *ſumerentur* Edd. pp.

8 *Reges eorum*] Ita & Juſtinus vocat l. XI. c. 5. *Reges ſtipendiarios conſpectioris ingenii ad commilitium ſecum trahit; ſegniores ad tutelam regni reliquit*. Hujus conſilii exempla ſuppeditat Gruterus diſſert. 36. ad Tacit. TENN.

9 *De-*

9 detractae libertatis, ſecum, velut honoris cauſa, traxit: ignobilibus autem relictis plebejos praefecit; conſecutus, uti principes, beneficiis ejus obſtricti, nihil novare vellent; plebs vero ne poſſet quidem, ſpoliata principibus.

IV. Antipater, conſpecto 10 priore Neciorum exercitu, qui, audita morte Alexandri, ad infeſtandum imperium ejus confluxerant, diſſimulans,

9 *Detractae*] Notabilis Codicis Petrenſis eſt lectio *retrahendae*. Dein Palatin. *ignobilitatis tamen r.* Leid. pr. *ign. aut rel.* Mox Mediceus antiquior *innovare. vero* deeſt in Gudiano, & Voſſ. *non p. q.* male Ed. Wechel. OUD.

10. *Priore neceſſariorum exercitu*] Vide, quanta flagitia committant librarii: cum ſit in confeſſo, Frontinum ſcripſiſſe *Pleuretiorum*. V. Arrianum & Appianum. PARRHAS.

10 *Priore Neciorum*] Sic omnes MSS. Graevius, & Ortwinius *Paropaniſiorum*. Res geſta eſt in Graecia, cum Antipater bellaret cum Lacedaemoniis & Agide, vivo Alexandro; quo nullus exercitus ex monte Paropaniſo potuit deſcendere in Graeciam. Itaque Graeciae populum aliquem hic narrari puto, & legi *Neſtiorum*. Stephanus Νῆσος πόλις καὶ περαμὶς Ἰλλυρίας. τὸ ἐθνικὸν Νήσιος. TENN. Sine dubio auctor reſpicit illud tempus, quo accidit hiſtoria, quam brevi narrat Juſtinius l. XII. c. 1. *Poſt profectionem Alexandri Graecia ferme omnis in occaſionem recuperandae libertatis ad arma concurrerat, auctoritatem Lacedaemoniorum ſecuta. Quem motum Antipater, contractis militibus, in ipſo motu oppreſſit*, & latius Curtius l. VI. c. 1. in cujus ſupplemento Freinshemius e Frontino hoc *Peloponneſiorum* exercitui adſcribit. Verum hi aperte erant hoſtes, ut docet Diodor. Siculus l. XVII. p. 527. & Curt. l. VII. c. 4. *Neſticrum* obſcuri oppidi in Illyride civium locus hic quoque eſſe nequit. praeterea non agitur de illis, qui tantum deficere ab ejus regno volebant, ſed etiam, qui id *infeſtare* conabantur. *Priore* in MS. Leid. ſec. deeſt. Pro *Neciorum* Palatin. *Netiorum*. Medic. ſec. *Vetiorum*, Cantabr. tert. *Necorum*, Petrenſis *Graecorum*. Ed. Bonon. *neceſſariorum*. In re tam incerta inclinaret quis potius in conjecturam Cl. Weſſelingi *Beſſorum*: ut Beſſi, Thraciae populus, tunc temporis invadere voluerint Macedoniam, quo tempore Antipatro cum Lacedaemoniis res erat gerenda, ob quam paullo ante cum Thracum duce Memnone, qui etiam defecerat, ipſi convenerat. Vide ibid. Diodor. Verum obſtat vox *priore*, quae pro *priore parte exercitus* ſumta minus hic videtur conſentanea eſſe. Quare prae omnium conjecturis impenſe placet id, quod Cl. Waſſeo incidit, *conſpecto Tetrachoritarum ex.* Cum Tetrachoritis enim, Thraciae populo (vide comm. ad Stephan. & Ortelium) res fuit Antipatro. Adi Polyaen. l. IV. c. 4 §. 1. At in re tam lubrica nihil definire ſine MStorum ope ſatius eſt. OUD. Parrhaſii *Pleuretios* ego non novi. IDEM *Cur. poſt.*

11 Sch-

lans; [11] ſcire ſe, qua mente veniſſent, gratias iis egit, quod ad auxilium ferendum Alexandro adverſus Lacedaemonios conveniſſent: adjecitque, id ſe regi ſcripturum. Ceterum ipſos, quia ſibi opera eorum [12] in praeſentia non eſſet neceſſaria, abirent domos, hortatus eſt: & hac adſeveratione periculum, quod ex novitate rerum inminebat, diſcuſſit.

V. Scipio Africanus, in Hiſpania, quum inter captivas [13] eximiae [a] formae virgo nubilis, ad eum

a Vulgo ALIAS E. F. V. ET NOBILIS.

11 *Scire ſe*] Sic elegantius MSS. & Edd. pp. vulgo *ſe ſcire*. Medicei *quare v.* Dein *quod auxilium ferendo* Leidenſ. pr. *Ad* non cernitur quoque in Hillensb. Voſſiano, Gudiano, & Petrenſi, in quo etiam *quia*. Tum non recte Edd. primae *id regi a ſe ſcriptum*. *id* deeſt in Vaticano, & *ipſorum* Petrenſ. pro *eorum*. OUD.

12 *In praeſentia*] Alias *in praeſenti*. SCRIV. *In praeſenti* Medic. prim. & Edd. Italicae. Utrumque rectum eſſe, nemo neſcit. Mox *eſſent* Medic. pr. & Leid. ſec. *Eſt* non agnoſcunt MSS. quatuor, non male, ſi ante *ceterum* levem tantum diſtinctionem ponas, vel potius & dele. ut c. 7. §. 14. *vocare*. *Ea adſeveratione* &c. Verum quum nec hic Antipater, nec illic Cato quid adſeveraverint, vide inſuper, an non concinnius ſcribi debeat *adſimulatione*, ut hoc in loco conjecit Cl. Waſſe. Ibidem §. praeced. *Et hac adſimulatione reliquiis Pompejanarum p. fiduciam fecit*. Quo loco melius quadraret *adſeveratione*, quam in duobus aliis. Sed ita etiam l. III. c. 8. 2. *Qua adſev. ratione perterriti*: quo loco etiam *aſſimulatione* potuiſſet. *Domum* autem pro *domos* male in Petrenſi. OUD. Vide tamen, quibus τὸ *domum* defendi poſſet, congeſta ad L. I. C. 5. §. 16. *labi equo adfectaverunt*. IDEM *Cur. poſt.*

13 *Alias eximiae formae virgo & nobilis*] MSS. Keuchenii *mollis*, qui ex altero MS. ſuo periculo reſcribi jubet & *nubilis*. quod conjecerat quoque Scriverius. Et recte quidem; quod ad inſtitutum auctoris adtinet, qui hanc hiſtoriam refert in exemplum Cornelianae continentiae; quo ſane non facit, quod virgo illa fuerit *nobilis*; ſed *nubilis*: At tamen nemini placere, credo, poterit *virgo & nubilis*. Scilicet aliud latet. Nam in MSS. & Edd. omnibus ante Scriverium hoc modo ſcribitur *i. c. eximiae formae virgo alias & nobilis*. Immo in Mediceis verba *alias* & non comparent. Unde omnino exiſtimo, auctori reſtituendum eſſe *i. c. ex. f. virgo nubilis*, & pene certus mihi videor eſſe cetera *alias & nobilis* e marginali gloſſa in textum inrepſiſſe. Quocirca noſtram emendationem recepi. Polyb. l. x. c. 19 deſcribit eam παρθένον καὶ πρὸ τῶν ἀκμῶν καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφέρουσαν τῶν ἄλλων γυναικῶν i. e. *eximiae formae virginem nubilem*, nulla mentione nobilitatis facta. Adde Polyaen. l. VIII. c. 16. §. 6. Si tamen quis *nobilis* vellet retinere, legat is, per me licet *i. c. ex. f. virgo adulta & nobilis*. Nam *alias* iſtud longe ineptiſſimum eſt. Cui lectioni favet magno-

no-

eum perducta esset, [14] omniumque oculos in se converteret, summa custodia habitam sponso, nomine [15] Allucio[a], reddidit: [16] insuperque aurum, quod

a Vulgo LUCEJO.

nopere Livius l. XXVI. c. 50. *Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia forma, ut, quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio percontatus patriam parentesque, inter cetera accepit desponsam eam principi Celtiberorum adolescenti. Allucio nomen erat*, similiter Valer. Maxim. l. IV. c. 3. §. 1. *Eximiae inter eos formae virginem, aetatis adultae post quam comperit illustri loco inter Celtiberos natam.* Ita quoque Gellius l. VI. c. 8. *Virginem tempestivam forma egregia, nobilis viri Hispani filiam* vocat. At prius magis placet mihi. *Virgo nubilis* saepe apud Auctores. Vide modo Nepot. in Epamin. c. 3. *Virgo nobilis* simpliciter vel corrupte, vel ex corrupto forsan jam tum Frontino defumta legitur apud J. Saresber. Polycrat. l. v. c. 7. qui haec mire interpolavit, & apud quem inepte in fine editur *Romani imperii populo* pro *R. populi imperio a.* Oud.

14 *Omniumque*] Medicei, & Edd. Italicae *quae omnium.* Leidens. pr. *oculorum.* Dein *habita* Medicei, Vatican. eaedemque Edd.

15 *Luceio*] Alii *n. Alicio.* Sequutus sum, quod Plutarchum in Scipione sequi video. MOD. Alias *Alitio.* sive *Alicio.* SCRIV. *Luceio.* Ita & Plutarchus vocat. Sed Valer. Max. IV. 3. n. 1. *Indibilem*, nobilissimum gentis. Silius XV. 268. *Populi regnatorem Iberi.* Livius XXVI. c. 50. *Allucium* bis nominat. 3. Reg. 2. Hill. & Voss. hic habent *Alicio.* Omnium ingenia certarunt in laudando singularem hanc Scipionis sanctitatem. Laelius apud Silium.

—— —— *Mactе o venerande pudici*
Ductor mactе animi! cedat tibi gloria lausque
Magnorum heroum, celebrataque carmine virtus.
Mille Myceneas qui traxit in aequore proras
Rector, & Inachiis qui Thessalа misceuit arma;
Foemineo socium violavit foedus amore.
Nullaque tum Phrygio steterant tentoria campo
Captivis non plena toris: tibi barbara soli
Sanctius Iliaca servata est Phoebade virgo.

Quin ipse Scipio, Masanissae Sophonisbam Syphacis objectans, gloriatur temperantia & continentia libidinum. Liv. XXX. 14. Solus Valerius Antias apud Gell. VI. c. 8. tradit retentam virginem, atque in deliciis & amoribus à Scipione usurpatam, adductus versibus Naevii, quos constitit propemodum fuisse in eum scriptos:

Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose,
Cujus facta viva nunc vigent: qui apud gentes solus
Praestat: eum suus pater cum pallio uno ab amica abduxit.

TENN. Temere Modio fidem habent Keuchenius, & Tennulius, ut & Scottus ad Aurel. Victor. Conradus, ac Vorstius ad Valerium Max. cum dicunt Plutarcho & Fron-

quod parentes ejus, redemturi captivam, 17 donum

Frontino hunc hominem vocatum esse *Lucejum*. Librum enim illum Plutarchi, seu vitam Scipionis, quam citat, esse deperditam, & Latinam istam, quam habemus hodie, fictitiam, & a Donato Acciajola compositam esse, sciunt docti. Consule Fabricii Biblioth. Graec. T. III. p. 847. Nullius ergo fidei istud Plutarchi est testimonium. In Apophthegm. autem, ubi hanc Scipionis magnificentiam memorat pag. 196. sponsi nomen non refert; uti nec Polybius, neque Gellius, nec Polyaenus, nec Ammian. Marcell. l. XXIV. c. 4. qui omnes aliique ne sponsi quidem usiam faciunt mentionem, sed vel eam in conspectum suum adduci vetitam, vel patri redditam tradunt. Sponsi quidem, cui restitutam fuisse sponsam docet egregius ille votivus argenteus clipeus in Rhodano inventus & a Sponio editus Miscell. Antiq. Sect. IV. p. 152. meminit Silius l. XV. 268. &c. Sed sine nomine, & Aurelius Victor c. 49. si quidem verba ejus sana sunt: nam pro iis *patrique ejus ac sponso restitui jussit.* in MSS., inter quos 2. Leidd. a me consultis *ejus sponsor adstitit* habetur. Superfunt ergo soli Livius, & Valer. Maximus, quorum ultimus vocat eum *Indibilem*, sine dubio confundens hunc cum Mergetum regulo, cui defectionem condonaverat Scipio: Hinc tamen Mediceus pr. *autem nomine Indibili Alicon* & Medic. sec. *Lucejo aut Indibili Alicon*; Qui Cod. cum Edd. Italicis. & uno Cantabr. pro Modio paullisper stat. Frustra tamen. Nam unde illi Hispano nomen *Lucejo*, quod est apud Romanos gentile; ubi multi *Lucejі* fuere celebres. Hoc solum debuisset viros doctos admonuisse, falso *Lucejum* illum appellari. Ex corrupto tali codice Editores primi, & Latinae Scipionis vitae consarcinator hoc hauserunt. Restat igitur, solum ut sequamur Livium, restituamusque *Allucio*. Quod jubent insuper meliores Tennulii Codd. quibus accedunt mei. Nam Petrens. *Calicio*. Cantabr. tert. *Calico*. ambo Leidens. Gudianus, Vatican. Edd. Paris. Hittorp. Wechel. & Saresber. Polycr. l. V. c. 7. *Alicio*. Palatin. *Allicio*, proxime verum. OUD. *Alicio* & *donum* exarantur quoque in Rostg. MS. Vide comment. ad Liv. V. 20. 8. XXXVIII. 14. IDEM *Cur. post.*

16 *Insuperque*] Medic. sec. *Insuper*. Dein Palat. *detulerant*.

17 *Domum Scipioni attulerant*] Exiguum est, quod monebo; tamen facere non potui, quin monerem: scribendum videlicet, *domo Scipioni attulerant*. Vide Val. Maximum lib. IV. cap. 3. Livium lib. XXVI. Gellium lib. VI. c. 8. STEW. *Domo* Stewechius, & nescio quis *donum*; Sed cur non *domum Scipionis?* SCRIV. 3. Reg. Voss. & unus Hill. *Donum*. Liv. XXVI. 50. *Orare Scipionem, ut id ab se donum acciperet, coeperunt.* Ipsa constructio est apud Curtium IV. 2. *Coronam igitur auream Legati donum adferebant.* TENN. Scriverii conjecturam pro sua venditavit Keuchenius. Eam firmant Medicei, & secutus est Ed. Vesaliensis. *Scipionis* est etiam in duobus recentioribus Cantabr. Sed illi tres, & Palatinus cum Ed. Bononiensi *donum*, ut conjecerat Stewechius, & Freinshem. ad Curtii l. c. quo nihil verius est. Solet sic loqui Livius, unde haec desumsit auctor, l. XXX. c. 36. *Aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Jovi donum in aede positum scribit,* XXXIV. 16. *Captivique donum con-*

su-

num [a] Scipioni adtulerant, eidem ſponſo pro nuptiali [18] munere dedit. Qua multiplici [19] magnificentia univerſa gens victa imperio populi Romani acceſſit.

VI. [20] Alexandrum quoque Macedonem traditum eſt, eximiae pulchritudinis virgini captivae, quum finitimae gentis principi fuiſſet deſponſata, ſumma abſtinentia ita peperciſſe, ut illam ne adſpexerit quidem. Qua mox ad ſponſum remiſſa, uni-

a Vulgo DOMUI.

ſuli a barbaris reducebantur. XXXVIII. 14. *Et in coronam auream* XV. *talenta adferebant.* Nam rectius omnino MSS. Voſſian. *Et coronam a.* XV. *talentum adferebant munus.* Mox enim ſequitur *nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet.* Aureas coronas fuiſſe civitatum munera, ſaepiſſime legas apud eumdem. V. modo l. XXXVII. c. 46. De hac locutione adi etiam Boſium ad Nepot. Thraſyb. c. 4. *cum ei multa millia jugerum agri munera darent.* OUDEND.

18 *Munere dedit*] Reliqui *pro nuptiali gratia reſtituit.* MOD. *gratia reſtituit* Edd. Rom. & Bonon. cum ora Hittorp. & Wechel. Pro *dedit* etiam uterque Mediceus, & Petrenſis *reddidit. Adjiciens & aurum* &c. J. Saresber.

19 *Magnificentia*] *Gratia* MS. ſed *munificentia* quod alias hic legitur, mihi perplacet. SCRIV. *Munificentia* etiam MS. Commelini, & Var. Lect. apud Joh. Saresber. Valerius, *qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus &c.* Recte. Scipio enim dum ſponſo ſponſam ſuam cum auro reddidit, *munificus* potius, quam *magnificus* audire debuit. IDEM. *Cur. poſt.* Errat vir doctus. & eum ſecure ſequens Keuchenius, aliique viri docti *munificentia* hic praeferentes *multiplex magnificentia* conſtitit in *continentia* & *munificentia.* Nam *munificus* quidem fuit in reddendo pecuniam. Sed *continens* in abſtinendo ſe a virgine. Optime ergo duas haſce virtutes, quibus Scipionis magnanimitas patuit, auctor expreſſit his verbis *multiplici magnificentia.* pro quo ultimo in Mediceis quoque eſt *gratia.* quae vox in MSS. & Edd. non de nihilo eſſe videtur, & ſcripſit fortaſſe auctor *qua multiplici magnificentiae gratia.* ut, *gratia facti, meriti, officii,* &c. apud alios. Ceterum *conceſſit* Petrenſ. Sed vulgatum a J. Saresber. confirmatur. OUD.

20 *Alexandrum*] Leidenſ. ſec. *Alexandro q. Macedoni tradita e. e. p. virgo captiva, quae c. f.* Abeſt *quoque* a Leid. pr. in Edd. Italicis *virginem, quae captiva.* V. J. Saresber. l. v. Pol. 7. *Sibi* quod illae alii verbo praeponunt, deeſt in Medic ſec. Ad hoc autem Alexandri factum referri debet id, quod memorant cit. locis Ammianus & Gellius; non ad captivas, Darii matrem uxorem, & filias, quas in conſpectum Alexandri veniſſe, Curtius, Juſtinus, aliique produnt. OUD.

universae gentis [21] per hoc beneficium animos conciliavit sibi.

VII. Imperator Caesar Augustus [22] Germanicus eo bello, quo victis hostibus cognomen Germanici meruit, quum in finibus [23] Ubiorum castella poneret, pro fructibus [24] locorum [a], quae vallo comprehendebat, pretium solvi jussit, atque [25] ea justitiae fama omnium fidem adstrinxit.

CAP.

a Vulgo EORUM L.

21 *Per hoc benef.*] Deest praepositio in Vaticano, ut *beneficium* sit nominativus. OUD.

22 *Germanicus*] Vulgo inter duas virgulas haec vox ponitur, & non comparet in Edd. Rom. ac Bonon. contra MS. Petrensis addit *Domitianus*; de quo agitur. Vide ad c. III. 23. *Imperator Caesar Augustus Germanicus*, &. J. Saresber. Ibid. ac l. IV. 3. 14. OUD.

23 *Ubiorum*] Hoc feci de conjectura, ex voce *Cubiorum*, quae quorundam librorum margines occupaverat. nam aliorum, *in finibus Galliarum*, minus quam nihil est. quid enim Galliae ad Germanicum? Flori certe sunt ea verba, quae sequuntur: *per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella extruxit, Bonnam & Gesoniam cum pontibus junxit*, &c. Hinc conjiciat, qui volet, reliqua, &, Ubii quanto intervallo Bonna distent, consideret. MOD. Ita Modius; cum antea esset *Cubiorum*. Alias *Galliarum*; MSS. omnes mei *Cubiorum*. SCRIV. *Ubiorum*. Sic lege cum Modio. Nam Florus. *Bonnam & Gesoniam iunxit*. Sunt hae urbes in *Ubiis*. MSS. 3. Reg. 2. Hill. Voss. *Cubiorum*. TENN *Ubiorum*, quod Modius conjecit, & a Viris doctis jam in textum admissum est, inde rursus temere ejicere nolim, nisi clare doceant Codd. quidam, quale hic nomen ab auctore sit relictum. Cum tamen MSS. habeant *Cubiorum*, & Leidens. pr. cum Mediceo pr. *Copiorum*. Medic sec. & J. Saresberiens. *Copiarum*. Leidens. sec. *Municipiorum*, crederem ego potius rescribendum esse *Usipiorum*, gentis prope Cattos, ob quos victos maxime nomen Germanici accepit Domitianus. De *Usipiis* adi Tacit. l. VIII. Ann. c. 55. 56 & in Vit. Agric. c. 28. Martial. l. VI. Epig. 60.

Sic leve flavorum valeat genus Usipiorum,
Quisquis & Ausonium non amat Imperium.

Galliarum habent Editiones Italicae. OUD.

24 *Eorum locorum*] Dele cum 3. Reg. 2. Hill. *& eorum*. TENN. Bene monuit Tennulius, delendum esse *& eorum*, quod neque agnoscunt MSS Leidenses, Gudianus, Palatinus, Vossianus, nec J. Saresberiensis. Male *locorum* pro *eorum* excidit e Vaticano. Mediceis, & Edd. primis. OUD.

25 *Ea justitiae fama*] MS. Keuch. *ea justitia, fama*. Palatin. Gudianus, Petrens Leidens pr. *ita j. f.* Sic c. IX. §. 3. *Atque ita ob-*

obſtinatorum pervicaciam fregit. c. XII. *Atque ita ſimulatis auxiliis tutus eſt.* c. XIII. 9. l. III. 3. 1. & ſaepius. Hic malim tamen, quod reliquit J. Saresber. *Atque iſta j. f.* Statim *adſtruxit* Petr. *conſtruxit* Medicei; hinc Edd Italicae *conſtrinxit*. Saresb. rectius vulgatum confirmat. OUDEND.

CAP. XII.

[1] *Quae facienda ſunt pro caſtris, ſi ſatis fiduciae in praeſentibus copiis non habeamus.*

EXEMPLUM I.

T. Quinctius Cos., quum Volſci caſtra ejus [2] adgreſſi [a] forent, cohortem tantummodo in ſtatione [3] detinuit, reliquum exercitum ad quieſcendum dimiſit, aeneatoribus praecepit, ut vallum inſidentes equis circuirent, [4] concinerentque.

a Vulgo AGGRESSURI.

1 Lemma genuinum hujus capitis eſt in 2. Hill. 2. Reg. Voſſ. hic & in indice ſuperiore.

Quae facienda ſunt pro caſtrorum defenſione, ſi ſatis fiduciae in praeſentibus copiis non habeamus. TENN. Tennulii MSS. accedunt Gudian. Palatin. & Leidenſ. ſec. *pro caſtrorum defenſione*, melius. Medic. pr. *in caſtris.* nonnulli Edd. & MSS. *ſint.* plerique *habemus.* Statim more ſolito in Leid. ſec. praenomen deeſt. Stew. Ed. male *Titius Quintius.* OUD.

2 *Aggreſſuri forent*] Ambo Leidenſes, Vaticanus, Medicei, Petrenſis, Palatin., Hillensb., & Voſſian. *Adgreſſi forent:* quod idcirco repoſui ex Livio, cujus locus commentarii vice ſit l. II. c. 64. *Tertia fere vigilia ad caſtra oppugnanda veniunt. Quinctius &c. Hernicorum cohortem in ſtationem educit: cornicines tubicinesque in equis* (MS. Voſſ. *equos*) *inpoſitos canere ante vallum jubet, ſollicitumque hoſtem ad lucem tenere. Reliquum noctis adeo tranquilla omnia in caſtris fuere, ut ſomni quoque Romanis copia eſſet. Volſcos ſpecies armatorum peditum &c. intentos velut ad impetum hoſtium tenuit. Ubi illuxit, Romanus integer ſatiatuſque ſomno, productus in aciem, feſſum ſtando & vigiliis Volſcum primo impetu perculit.* OUD.

3 *Detinuit*] Petrenſis *continuit*, rectius, niſi malis ſimpliciter *tenuit.* ſupra Edd. primae *tantum non.* Dein *arcatoribus* Medicei & Ed. Rom. Tum nonnulli, ut debet ſcribi, *circuirent.* OUDEND.

4 *Concinerentque*] Male in 2. Reg. & Voſſ. *Continerentque.* TENN. Ita Medicei, & Vaticanus quoque, & Ed. Rom. duo *& continerent.* V. l. III. 9. 8. *Concinere & tumultuari.* OUDEND.

3 Re-

que. Qua [5] facie & ſimulatione quum [6] & propulſaſſet, & detinuiſſet per totam noctem hoſtes, ad lucis exortum feſſos vigilia, repente facta eruptione, facile ſuperavit.

II. Q. Sertorius, in Hiſpania, [7] hoſtium equitatui maxime inpar, qui uſque ad ipſas munitiones nimia fiducia ſuccedebat, [8] nocte ſcrobes aperuit, & [9] eas [a] ante aciem direxit: quum [10] de-

a Vulgo ANTE EAS A.

5 *Facie*] Vir doctus libri ſui margini adſcripſit *f. ſpecie*. MSS. omnes retinent. l. IV. c. 7. in f. *qua facie decepti Megarenſes*. Liv. Epit. XIII. *Elephantorum inviſitata facie*. OUD.

6 *Et prop.*] *Et* in Hillensb. & Ed. Wech. deeſt. dein Medic. pr. *deterruiſſet*. Petrens. *d. tota nocte h.* Mox Cantabr. tert. *ad luces adortas exercitum*: unde Cl. Waſſe *f. ad lucis adorſus exor. tum*. Vulgata mihi magis placet. OUD.

7 *Hoſtium equitatui maxime imparˆ*] MSS. ſeptem, & Edd. Italicae carent τῶ *hoſtium*. Quinque item cum iisdem Edd. *equitatu*, quod eſt idem, ac *equitatui*. Vide ad l. II. c. 4. §. 12. Hillensb. *equitatui maximo*. Medic. pr. *in Hiſp. equitatu maxime imparator*. V. ad verba *ſolvere ex d.* OUDEND.

8 *Nocte ſcrobes aperuit & ante eas aciem direxit*] Non video, quid illud *ante* velit. Sane ita inſtruxerat aciem, ut propter ſcrobes noctu apertas a numero ſuperioribus equitibus tuta eſſet. Videtur unum exemplum excidiſſe, aut minime huc pertinens inmiſtum eſſe: diverſa enim narrat clauſula ab iis, quae initio exſpectantur. Legendum duco *nocte ſcrobes praerudit, & intra eas aciem direxit*. Praerui & praefodi fecit ſcrobes munimentis, atque ita inſtructus milites tenuit, nuncium de inſidiis ſe accepiſſe mentitus. BARTHIUS l. II. Adverſ. c. XI. Medic. pr. *n. Sibas apparavit* a m. pr. Leid. ſec. *notes* . . . . *Apparuit* etiam Medic. ſec. Barthii *praeruit* ſequitur Keuchenius, tacens de ſeqq. in quibus ſolis eſt difficultas. Verum quocumque ſenſu rectum eſt & proprium *aperuit*. Vegetius l. II. c. 16. *Ferramenta, quibus materies ſecatur vel caeditur, quibusque* (ſic. MSS.) *aperiuntur foſſae*. l. III. c. 4. *Materiam deuolare, aperire foſſam* c. 8. *Cincti gladio foſſam aperiunt*. Ita Livius l. I. c. 55. *Aperientibus fundamenta templi*, ſive terram ad id egerentibus. OUD.

9 *Ante eas*] 2. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Ante eos*. Et Servius ait *Scrobs* magis maſculinum, quam foemininum eſſe. TENN. Femininum hoc genus ſatis ſe poſſet defendere Ovidii, Lucani, Taciti, ad quem conſule Pichen. l. XV. Ann. c. 67. uti & Columellae, cui frequens eſt; aliorumque auctoritate. Vide ad Lucan. l. VIII. 795.

Et collecta procul lacerae fragmenta carinae
Exigua trepidus poſuit ſcrobe:

ubi temere Markland. ad Stat. l. III. 3. 134. reponi vult *collata rogo*. fragmenta illa non con-

10 demum turmales ſecundum conſuetudinem redire vellent, pronuntiavit, comperiſſe 11 ſe inſidias ab hoſtibus diſpoſitas; idcirco ne diſcederent a ſignis, neve laxarent agmen. Quod quum 12 ſolerte a ex diſciplina feciſſet, exceptus for-

a Vulgo SOLVERE. Ed. Tenn. SOLENNE.

gerebat rogo, jam ex aliis lignis ſtructo vel incepto; ſed illa ſola efficiebant rogum. Optime exprimit Manilius l. IV. 55. de eadem Pompeji ſepultura:

Ejectaeque rogum facerent fragmenta carinae.

ſed hoc obiter. Hic vero maſculino genere *eos* exhibent meorum quoque ſex meliores. Verum optime Mediceus antiquior totum pronomen delet, ut mox dicetur. OUD.

10 *Demum*] Lege cum 2. Reg. 2. Hill. Voſſ. *cum d-inde*. TENN. *Deinde* habent etiam Palatinus, Gudianus, Leidenſis pr. Cantabr. aliique; melius; niſi malles *dein.* ſed vide ad N. 12. *turmali* Leid. ſec. *vellet* Palatin. OUD.

11 *Inſidias ſe*] *Tò ſe* non agnoſcunt MSS. TENN. Quare gloſ. ſema putat Keuchenius. Abeſt ſane etiam a meis octo & Edd. priſcis: & ſcio, ſaepe hoc apud auctores optimos abeſſe: ſed cum in Tennulii Codicibus, & Hillensb. compareat, retineo: immo Palatin. & Voſſian. docent nos, unde exciderit; dum exhibent, ut ſine haeſitatione reſcripſi, *comperiſſe ſe i.* dein MSS. plerique *agmen laxarent*. Addit Petrenſis *praecepit*, quod non neceſſarium. OUD.

12 *Solvere ex diſciplina feciſſet*] Ceterorum ſententia iniri recte poteſt; illud autem, *Solvere*, neſcio, quid mali habet. Ait enim, cum quotidie metuentes inſidiarum milites in officio contineret, feciſſe tandem, ut veras inſidias facile depellerent: Quare putem reſcribendum. *Quod cum ſollenne ex diſciplina feciſſet* &c. BARTH. *ibid.* Haec Barthii conjectura viſa eſt Keuchenio veriſſima; quin & Tennulius, nihil admonito lectore, confidenter eam in textum recepit. Cum tamen mihi videatur ſalſiſſima, & cuique bene auctoris verba perpendenti patebit. Praedixerat Sertorius, inſidias eſſe ab hoſte diſpoſitas; ideo vetuit, eos a ſignis diſcedere. *Forte* ita evenit, & quod ille ex diſciplina juſſerat, crediderunt milites inſidiarum poſitarum cognitione factum: unde nihil timuerunt. Omnis praedictionis vis & fiducia in Sertorio perit, ſi demum, poſtquam ſolenne hoc ex diſciplina feciſſet, inſidiis exceptus fuerit, & non eo ipſo tempore, quo hoc mandatum prima vice dederat. Nihilominus *Solvere*, quod mordicus retinent MSS. & ceterae Edd., vitioſum omnino duco. In ſolo Mediceo primo correctum erat *ſolum*: ut conjecit olim Lipſius, inſuper legens *e re diſciplinae*. *Solum* lubens ſane reciperem, ſi plures Codices & ab antiquiore manu addicerent. Quod, cum Sertorius *tantummodo* ex diſciplina feciſſet, crediderunt tamen milites, eum de inſidiis certiorem fuiſſe, quia *forte* evenit, ut *praedixerat*. Aliud tamen latet; & e *Solvere* ſcribendum contendo *Solerte*, minima mutatione ſeu *ſollerte. ex ſollerte diſciplina*, quam optime tribuit Sertorio, homini in omnibus rebus geſtis tam prudenti, & callido: unde nullius du-

forte veris insidiis, quia praedixerat, interritos milites habuit.

III. [13] Chares, dux Athenienſium, quum exſpe-

ducis plura Strategemata ſunt illuſtria, quam ipſius. quare alter Hannibal vocatus eſt. V. Appian. B. Civil. p. 699. Ceterum haec menda emaculata videor mihi ſenſum auctoris, deficiente licet nos hiſtoria, aliquo modo percipere poſſe, & tenebras a Barthio offuſas diſpellere. Credo enim, Sertorium, qui habebat milites barbaros, nec dicto ſemper audientes, ſed feroces, & crebris victoriis hoſti inſultantes, hoc Strategemate voluiſſe inprimis equites ſuos compeſcere, ne tanta & *nimia* fiducia quotidie ſuccederent ad hoſtium munitiones; veritus, ne aliquando inſidiae inde ſuis ponerentur, & inexſpectatam ſic acciperet cladem. Equites autem ejus fuiſſe ferociſſimos patet ex l. 1. c. 9. 2. Hoc ergo ut inpediret, nocte quadam ſcrobes aperuit & *direxit* ſive *duxit ante aciem*, ut bene Mediceus Codex: nam cui uſui eſſet, aciem dirigere ante ſcrobes, ut recte vidit Barthius, audaciore uſus conjectura. Scrobes autem feciſſe eas videtur, ut melius ſimularet ſuum inſidiarum metum. Cum vero *turmales* ſive equites ſolito more vellent lacessere hoſtes, iiſque ante eorum munitiones illudere, praedixit inſidias ab hoſte diſpoſitas, vetuitque quemquam exire. Cum autem forte ita evenit, ut verae inſidiae eſſent ei diſpoſitae; milites putaverunt, eum praedixiſſe id, quod ſolum ex ſollerti diſciplina cavendum praemonuerat. Sic, ni fallor, omnia erunt plana, & intellectu facillima. Verum huic explicationi vehementer obſtant prima verba *hoſtium equitatui maxime impar &c. qui.* quibus verbis, ſi ſana forent, tota mea deſtruitur ſententia. Verum falſiſſima illa ſunt, & hiſtoriis contraria. Sertorius impar non fuit equitatu; limmo potius praevaluit equitatui hoſtili, utpote qui 2000. ſimul equites in inſidias potuit emittere, a reliquo corpore ſeparatos. V. cap. 5. §. 31. Huc facit, quod Hispanorum populorum milites habebat, quos notum eſt maximam vel ſaltem optimam partem ſemper fuiſſe equites. Confer Plutarch. & Appian. Lego itaque ex variis MSStorum lectionibus ſupra notatis *Q. Sertorius, equitatu maximo comparato, qui uſque ad ipſas munitiones hoſtium n. f.* &c. Ex conjectura tantum eſt *comparato* pro MS *imparator*. Cetera e ſcriptis, vel ſi vis *equitatu maxime victor*. Verum ſi haec audaciora alicui videantur, ſimpliciter pro *demum* repone *domum*, ut deinceps vidi olim placuiſſe Lipſio, qui etiam *ſolerter* ad libri ſui marginem adſcripſiſſe videtur; pro certo enim hoc non adfirmare ausim; quoniam lectu difficillima eſt ipſius manus. Ut ſcrobes modo ante aciem aperuerit ſub praetextu inſidiarum Sertorius, ne ſui equites turmales de die a ſignis diſcedere & domum redire vellent prae metu, ne in via ab inſidiatoribus exciperentur. OUDEND.

13 *Chares*] 3. Reg. 1. Hill. Voſſ. incipiunt hic novum caput. *Quae facienda ſunt pro caſtris, ſi ſatis fiduciae in praeſentibus copiis non habeamus.* TENN. Male *Lares* Medic. pr. *Phares* Leid. tert Edd. Pariſ. Hittorp. & Wech. De eodem agit l. III. c. 10. §. 8. Polyaen. l. III. c. 13. alique. OUDEND.

ſpectaret auxilia, & vereretur, ne interea contemtu praeſentis paucitatis hoſtes [14] caſtra ejus obpugnarent, [15] complures ex iis, quos habebat, [16] per averſam [a] partem nocte miſſos, juſſit, [17] qua praecipue conſpicui forent hoſtibus, redire in caſtra, & accedentium novarum virium ſpeciem praebere. Atque ita ſimulatis auxiliis [18] tutus [b] ſe eſt, donec inſtrueretur exſpectatis.

IV.

a Vulgo PER ADVERSAM. *b* Vulgo TUTATUS EST.

14 *Caſtra*] Medic. prim. a m. pr. *caſtrum expugnarent.* dein *eis* MSS. qdd. ut ſemper variatur. OUD.

15 *Complures*] Mediceus antiquior *quamplures.* ſic l. III. c. 9. 4 *Complura oppida.* al. *quamplura.* Nepos Alcib. 6. in MStis Scotti, Boeclerii, & Leid. *civitates quamplures.* Caeſar cum alibi, tum l. III. B. Civ. c. 19. in MS. Lovan. *vulnerantur tamen quamplures.* Conſule Munker. ad Hygin. Aſtronom. l. II. c. 1. *ut quamplures dixerunt*, & Cortium ad Salluſt. B. Catil. c. 19. *Boni quamplures.* OUD. Saepe pro hoc compoſito exhibetur *quam plures* in MSS. & Edd. Vett. Caeſaris & Hirtii. V. L. VII. B. G. c. 80. VIII. 2. L. I. B. Civ. C. 23. 50. IDEM *cur. poſt.*

16 *Per adverſam partem*] Ita vulgo ab omnibus editur contra auctoris mentem. *adverſa caſtrorum pars* eſt obverſa hoſti, quem debebat celari exitus eorum, ſi crederet, adventantes eſſe novos auxiliares. Debuiſſet ſaltem ſcribi *diverſam*; uti ediderant l. II. 5. 21. *per diverſam partem caſtra ejus occupavit.* Ubi itidem MSS. plerique *adverſam*, ſed ut illic quidam vere forſan *averſam*, ſic hic veriſimile Gudianus, Petrenſis, & Voſſian. *averſam*, quod ex conjectura ad libri ſui marginem jam repoſuit Gronovius. *averſa pars* eſt *averſa porta.* quod utrumque ſaepius occurrit apud Livium. Ut exemplis parcam, adi Gronovium ad eum l. XXXIV. c. 47. *Quum alius tumultus ex averſa parte caſtrorum eſt exortus.* ubi in vulgatis idem erat error. Praeterea malim *emiſſos.* Livius l. XXIV. 17. *Claudium Neronem cum robore equitum, ſilentio noctis per averſam maxime ab hoſte portam emittit, circumvectumque &c.* & paſſim. Curt. l. IV. 9. 25. *Elapſus per eam portam, quae ab hoſte averſa erat.* OUD.

17 *Juſſit qua*] Petrenſ. *j. ut quam praecipue cum. c. f. h. redirent.* Cantabr. tert. *j. ea parte qua. quam* etiam Medic. pr. & Leidenſ. pr. dein *caſtrum* rurſus Medic. pr. Petrenſ. *praeberent.*

18 *Tutatus*] *Tuitus* MSS. SCRIV. 2. Reg. 3. Hill. *tutus.* 2. Reg. Voſſ. *tuitus.* TENN. *Tuitus* Gudian. *Tutus* exhibent quoque Palatin., duo Cantabrigienſes, & uterque Leidenſis cum Ed. Paris. Cl. Waſſe etiam hoc participium active pro *tuitus* ſeu *tutatus* praefert in Ind. Salluſt ad c. 74. B. Jugurt. *Numidas in omnibus proeliis pedes magis, quam arma tuta ſunt:* ubi quoque illic & in Frontino hoc mavult, Waſſei nomen reticens ultimus editor, quaſi ſibi, non Waſſeo, ea laus eſſet tri-

IV. [19] Iphicrates Athenienſis, quum campeſtribus locis caſtra haberet, exploraſſetque, [20] Thracas [a] ex collibus, per quos unus erat deſcenſus, nocte ad [21] diripienda caſtra venturos, clam duxit exercitum, & [22] in utroque viae latere, per quam tranſituri erant Thraces, diſtributum collocavit: hoſtemque decurrentem in caſtra, in quibus multi ignes per paucorum curam inſtituti, ſpeciem manentis ibi multitudinis ſervabant, a lateribus adortus obpreſſit.

a Vulgo THRACES.

tribuenda. quin & ibi quoque Plinii locum ſic ſe corrigere gloriatur, quem ex MSS. jam correxerat Harduinus. Similiter hoc reſtituendum Apulejo in f. Apologiae ex MSS. & Edd. VV. *Si me* &c. *procul a culpa philoſophia tutus ſum.* Vulgo erat *ſi p. a c. philoſophiae tutus ſ.* unde male Caſaubonus fecit *philoſophiam tuitus ſ.* Verum dum hic viri Docti ſe dicunt legere *tutus*, non animadvertunt, caſum verbi abeſſe: nam alias fiet mere adjectivum, & deberet dici *tutus fuit.* Solus Keuchenius opinatus eſt, *auxiliis ſua tuitus* vel *tutatus.* At certius dabunt MSS. nam Leidenſ. pr. Hillensberg. & Ed. Pariſ. *tutus eſſet.* Unde elicio *tutus ſe eſt* vel *eſt ſe*, legoque *ſe tutus eſt.* OUD. Sic inveni quoque in duobus MSS. vetuſtiſſimis Leidd. Plinii L. VII. praef. *Truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino, a frigoribus & calore* tuta *eſt.* Sed a m. ſec. *tutata.* Verum nunc Cl. Drakenborchio accedo, eamque lectionem *tuta* pro *tutata* librariis adſcribo, eamdem ſyllabam repetere negligentibus. Vide illum ad Liv. L. X. C. 37. §. 2. IDEM *Cur. poſt.*

19 *Iphicrates*] Alibi notatum, a Frontino ſimilia Iphicratis Strategemata confundi. Hujus, ſed paullo alium in modum, meminit Polyaen. l. III. 9. 46. ubi vide Caſaubonum, & ſupra I. 5. 24. OUD.

20 *Thraces*] Duo Cantabrig. Palatin. Gudianus, Leidenſ. pr. & Ed. Pariſ. *Thracas* veriſſime & noſtri more. Vide Keuchen. ad l. I. c. II. §. 9. nos ad l. II. 4. I. & ad Lucan. l. IV. 593. Hoc ipſum *Thracas* infra l. III. c. 5. §. I. c. 16. 5. OUD.

21 *Diripienda*] Leid. pr. *irripienda.*

22 *In utroque*] Tò *in* non agnoſcunt MSS. SCRIV. Mei tamen omnes praeter Vaticanum & Mediceos, in quibus ultima *& utroque latere, per quae ir.* dein Petrenſis *diſcurrentem.* Medic. pr. *ab lat.* Palatin. *adortusque.* Petrenſis denique pro *oppreſſit, cecidit.*

CAP. XIII.

De Effugiendo.

EXEMPLUM I.

Galli, pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum [1] certis cuſtodibus tradiderunt, a quibus, ſi acie [2] fuſi eſſent, [3] ſpargeretur [a], quo fa-

[a] Vulgo QUIBUS PARCERETUR.

1 *Certis cuſtodibus*] Qui illi certi cuſtodes, quibus parceretur, exercitu fuſo? Scribe *Graecis cuſtodibus*. Viſuri enim regii milites, non eſſe Gallos, qui cuſtodiae erant praepoſiti, caedi non erant daturi operam, & vi perrupturi impedimenta ad perſequendos hoſtes, ſed ſe praedae dedituri. BARTHIUS Adverſ. l. 11. c. 11. Hinc Keuchenius etiam, tacens de Barthio, *ſcribe*, *Graecis*. Sed nodum in ſcirpo quaerunt Viri docti; Cum *ſpargeretur* omnino ſit ſcribendum, ut ſtatim videbimus. *Ceteri*, Medic. ſec. OUD.

2 *Fuſi eſſent*] Malui hoc, quam aliorum, *ſi acie fugiſſent*. MOD. Sic Modius. 2. Hill. & 1. Reg. *fugiſſent*. TENN. Non quidem mutatu opus erat *fugiſſent*, quod ſatis ſtare poſſet, confirmatum MSS. meis quinque, & Edd. primis. *Fuſi eſſent* rectius tamen judico, quod habent Palatin. Voſſ. Cantabr. Bib. publ. & margo Hittorp. ac Wechel. *fugitum eſſet* Leid. ſec. *fugiente* Medic. pr. *aciem fugiſſent* Medic. ſec. & Cantabr. tert. OUD.

3 *Parceretur*] Lego *ſpargeretur* pro *parceretur*. Conſideret, qui volet. MOD. Sed id verbum ſequenti ſtatim linea poſitum eſt, itaque huc non intrudendum. BARTH. Ibid. Modius *Spargeretur* & ita correctum in uno Reg. & Voſſ. *Quibus ſpargeretur* pro *a quibus*. TENN. Quaero, quid Gallos fuga ſalutem quaeſituros juvaret, ſi parceretur certis vel Graecis cuſtodibus? Num minus tum poſſent ipſos perſequi? imo vero eo celerius Attalus eos aſſequi poſſet, ſi modo aliquos e ſuis appareret iſtis cuſtodibus, qui eos ſimul cum capta gaza cuſtodirent, & in vinculis tenerent. Unde patet, ineptiſſimum eſſe illud *parceretur*, & omnino reſcribendum *ſpargeretur*. quare fieret, ut retardaretur vehementer in fugiendo hoſtis: quare hoc Strategema a Mithridate & aliis quoque adhibitum eſt. *Parcetur* Medic. pr. Petrenſis *quae ſi in acie fugiſſent, ſpargerent*. Quod praeter *in acie fugiſſent* amplectitur totum Cl. Waſſe ad Salluſt. B. Jugurth. c. 42. ubi vide quoque, quis Attalus hic fuerit. Mihi tamen hoc ex interpolatione quadam videtur: quare malui addita praepoſitione, ut olim etiam conjecit Lipſius, *a quibus ſpargeretur*. Nam alterum ſine praepoſitione nimis ambigue dictum videtur. Sanutus explicat *Galli pugnaturi cum Attalo aurum omne & argentum cuſtodibus certis tradiderunt, ut, ſi aciei contin-*

ge-

facilius [4] colligenda praeda hoſtem inpeditum effugerent.

II. [5] Tryphon, Syriae rex, victus, per totum iter fugiens [6] pecuniam ſparſit; [7] eique ſectan-

geret terga dare, hoſtes theſauris intenti, fugientibus parcerent. OUD.

4 *Colligenda*] Medicei, Cantabr. Leid. ſec. *in colligenda.* Dein Medic. pr. a m. pr. *hoſte inpedimentum.* Medic. ſec. pro var. lect. *hoſtium inpedimentum.*

5 *Triphon*] Scripſi *Tryphon* per Y. Graecis enim Τρύφων, unde *Tryphon*, vel *Trypho*, ut Juſtino vocatur l. XXXVI. 1. OUD.

6 *Pecuniam ſparſit*] Florus III. c. 5. de Mithridate Rege. *Rex callidus, Romanaeque avaritiae peritus, ſpargi a fugientibus ſarcinas & pecuniam juſſit, qua ſequentes moraretur.* Hinc Mithridatem venuſte cum Medea comparat Cicero, pro lege Manilia c. 9. *Primum ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam praedicant in fuga, fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens proſequeretur, diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſa, moerorque patrius celeritatem perſequendi retardaret.* Idem fecit Mithridates Satrapa in Paphlagonia. Polyaenus l. 7. Claudianus laudat Stiliconis milites, quod objecta praeda eos non fuerit morata ab hoſte inſequendo, bello Getico v. 613. Quum

Callidus ante pedes venientibus obiicit hoſtis
Incaſſum. Neque enim feralis praeda moratur. TENN.

7 *Eaque ſectantes*] Alii, *eumque ſectantes*: quidam etiam, *eique inſectandae Antiochi*, &c. quae quid ſibi velint, niſi forte ſcribi debet, *eique inſectandae Antiochi equites moratos, effugit.* Quod parum abeſt, quin verum ſuſpicer. MOD. Quidam, *eumque*: item *eique inſectandae*, quod Modius arripit, & legit mox, *moratos.* SCRIV. 3. Hill. 1. Reg. *Eum ſectantes.* 3. Reg, *Ei ſectandae.* Optime Voſſ. *eaque ſectantes fraude.* TENN. Voſſianus modo habet *eaque fraude*; quod interpolatorem ſapit. *eique inſectandae* in Edd. eſt primis, *eumque ſectantes* Ed. Pariſ. Hittorp. & Wechel. Ceterae Edd. *eaque.* Sed contra MSStos. Leidenſ. pr. *Eam ſectande.* Medic. pr. *eam ſectando.* Med. ſec. *eum ſectando.* Vaticanus *ei ſectato.* Cantabr. Palatin. Gudianus, Leid. ſec. *ei ſectandae.* pro *moratus* Mediceus pr. *moratis*, Leidenſ. ſec. *moratos.* Vaticanus *mora.* Ad hoſtes, non Tryphonem hoc refert quoque Leid. tert. *dum hoſtes propter hoc remorarentur, ipſe cum ſuis evaſit.* Veram lectionem hic ſervavit nobis Sanutus *effugit Antiochi milites ad ejus collectionem immoratos.* Hinc quippe patet, cum MSS. ſcribendum eſſe *eique ſectandae inmoratos*, ut fere Modius. *Moratos* conjecerat etiam Scriverius. Mallem tamen ſine copula, quae in nullo fere MSto reperitur, *Sparſit. Ei ſectandae. Sectari pecuniam* dicitur, ut *ſectari praedam, feram* &c. *Immoratos ei ſectandae* optime exprimit cupidinem militum pecuniae inhiantium. OUD. Si cui displicet caſus tertius verbo immorari junctus, amplectatur ipſam Medicei pr. Cod. lectionem *eam ſectando.* IDEM *cur. poſt.*

ſtandae [a] Antiochi equites immoratos effugit.

III. [8] Q. Sertorius [9] pulſus acie a Q. Metello Pio, ne fugam quidem ſibi tutam arbitratus, abire diſperſos milites juſſit, admonitos, in quem locum vellet convenire.

IV. [10] Viriathus, dux Luſitanorum, copias no-

a Vulgo EAQ. SECTANTES A. E. MORATUS.

8 *Q. Sertorius*] Leid. ſec. caret praenomine. *Acie* deeſt in Palatino. Dein MSS. ut dedi. vulgo *mil. diſp. ab.* Hillensb. *admonitus.* Cantabr. tert. ſubdit *tamen.* Palatin. pro *in quem locum* habet *mihi quem.* OUD.

9 *Pulſus acie*] Ineptiſſimi homines ſunt librarii. Nam quomodo pulſus acie milites monere potuit Sertorius, qui diſperſi utique fuga non praeſtolabantur ejus mandatum, cum jam fugati eſſent? ſed res mira oportet fuerit, quae eorum cerebro talis obtingere potuerit. At res aliter habet: Nimirum antequam pelleretur, exercitui ſuaſit Sertorius discessum, & locum conveniendi aſſignavit, ut facile animadvertit vir talium prudentiſſimus, Metelli exercitum a ſuis loco moveri non poſſe. Hanc ſententiam veram eſſe docet ſequens etiam exemplum Viriati, quem ſimili modo ſparſiſſe exercitum, atque Sertorium, ipſe auctor teſtatur. Si itaque Sertorius ſuos ſparſit, ſane antequam pelleretur a Metello, id facere neceſſe habuit. Caſtiganda igitur ſcriptura, & legendum *Q. Sertorius pellendus acie a Q. Metello.* De ſagacitate hujus egregii ducis lege librum Plutarchi. BARTHIUS, Adverſ. l. II. c. 11. Nodum in ſcirpo quaerit Barthius. Bene ſe habet *pulſus acie*, quod non ſtatim notat fuga diſperſos; ſed eos, qui ceſſerunt hoſti, & adunata fuga abire vel in caſtra vel in alia loca tuta copantur. Hoc facto Sertorius praevidens, hoſtes ſuis inſtituros, ſi conjuncti manerent, ſuaſit, ut ſe diſpergerent, & in certum locum convenirent. Et forſan tangit rem, quae eſt apud Plutarchum in ejus vita p. 575. ubi Sertorio cum ſuis pulſo tam diu Hiſpani apud ipſum manſerunt, donec ipſe in tuto intra urbem eſſet, & tum demum quiſque ſibi fuga ſalutem quaeſivit. Si ſciviſſet Sertorius, pellendum ſe neceſſario fore a Metello, declinaſſet potius proelium, ut feciſſe eum ſaepe teſtantur hiſtorici. Alia res eſt de Viriatho. Ille enim videns ſuos Vetilio impares hortatus eſt, ut ſe diſpergerent, dum interim cum electis hoſtem ſiſteret, & eluderet. Conſule omnino Appian. B. Hiſpan. p. 489. OUD. Sive cedere coactus urguente hoſte: quod tamen magis proprie expreſſiſſet Auctor participio *preſſus*: ut conjecit Cel. P. Burmannus ad Lucan. L. VIII. 271. & paſſim *premi ab hoſte* noſter cum aliis adhibet. V. Indic. ſed *preſſus acie*, an junctum usquam occurrat, dubito. Huic autem incommodo ſubvenit MS. Palatinus, in quo non comparet *acie.* IDEM *Cur. poſt.*

10 *Viriathus*] Sic rurſus ſcripſi pro *Viriatus.* pro *evaſit* Medic. ſec. *oppoſuit.* pro *ratione* Medic. pr. *ſpecie.* Cantabr. tert. *uſus ratione.* Mox ſcripſi ex Petreuſi, & utroque Leidenſi *dein* pro *deinde.* *Collato* Med. ſec. & Edd. Italicae. OUD.

11 *Per-*

noſtras, locorumque iniquitatem evaſit eadem, qua Sertorius, ratione, ſparſo exercitu, [a] dein recollecto.

V. Horatius Cocles, urguente [11] Porſenae [b] exercitu, juſſit ſuos per pontem redire in urbem, eumque, [12] ne caſu ſequeretur hoſtis, intercidere. Quod [13] dum efficitur, in capite ejus propugnator ipſe inſequentes detinuit. Audito denique fragore pontis abrupti, dejecit ſe in alveum: [14] eumque non armis, ſed vulneribus onera-

ra-

a Vulgo DEINDE. *b* Vulgo PORSENNAE.

11 *Porſenae*] Sic malui cum Ed. Rom. Ceteri Edd. & MSS. per duplex *nn*; ſed poëtis media eſt brevis, & apud Graecos unum tantum eſt N. Adi Cl. Duker. ad Flor. l. 1. c. 10. OUDEND.

12 *Ne caſu ſequeretur hoſtis*] Neque iſte locus ſanus eſt, ut decebat. Certo enim ſecuturus erat Porſenua, neque ullo modo opus, ut *caſu* dicat. Scribe *ne hac aſſequeretur hoſtis* &c. dum enim pontem tranſirent, ſpatium dabant ſequendi; interruptione vero intercipiebatur periculum. Ibidem *non armis, ſed vulneribus* ita correxit Stewechius; vulgo *eumque in armis, & vulneribus* oneratus. Quam ego lectionem genuinam, nec ſollicitandam arbitror. BARTHIUS Ibid. *Caſu* me quoque offendit. an *ne conſeq.*? vel ne *eos inſeq.*? ſed ſequitur *inſequentes.* an *ne ea* vel *eo ſubſequeretur? Ea ſubſequeretur* Lipſii quoque conjecturam eſſe ex ejus exemplari vidi. Ed. Bonon. *eumque ne caſu ſeque hoſti intercidere.* Liv. 11. 10. *Ut pontem ferro igni, quacumque poſſent vi, interrumpant.* Num quid tale & hic fuit? nam *hoſti* valde placet. OUD.

13 *Dum*] Cum Leid. pr. *fecerunt* Leid. ſec. Mox *deinde* Hillensb. & Cantabr. tert. *demum* Leid. ſec. Palat. *enim.*

14 *In armis & vulneribus*] Sic Colonienſis editio: Pariſ. enim peſſime habebat, *eumque non armis, ſed vulneribus oneratus tranavit.* Malim autem ego, *eumque, & armis, & vulneribus*, &c. MOD. Fuit, qui haec ita mutaret, *eumque, & armis, & vulneribus oneratus.* quod ferrem facile, ni Pariſienſis editionis lectionem peſſimam eſſe pronunciaſſet; quam ego & genuinam, & optimam eſſe probabo. ea talis eſt: *eumque non armis, ſed vulneribus oneratus tranavit.* Dictum illud *non armis*, quaſi *non ſolum, non tantum armis.* de quo Graeciſmo dixi in libello de particulis linguae Latinae; eumque magnos viros, & in Ciceronis lectione imitationeque aſſiduos praeteriiſſe oſtendi; & parum abfuiſſe, quin illorum temeritate Cicero in Verrinis vulnus acceperit. Unum Ciceronis teſtimonium adhibere viſum eſt ex ea pro Sextio: *Eaque non ſilentio conſulum diſſimularentur; ſed & voce, & ſententia comprobarentur.* Similia qui volet, in Pandectis juris obſervata, petat ex Antonii Auguſtini lib. 11. Emen-

da-

ratus [15] transnavit. [a]

VI. Afranius, in Hiſpania ad Ilerdam, quum Caeſarem fugeret, inſtante eo, caſtra poſuit: quum idem Caeſar feciſſet, [16] & pabulatum ſuos dimiſiſſet, ille ſignum repente itineri dedit.

VII. Antonius, quum [17] ex Parthis ſibi inſtan-

[a] Vulgo TRANAVIT.

dationum, cap. 1. STEW. *Eumque non armis.* Ita legendum. Vulgo eſt, *eumque in armis & vulneribus o. t.* placet Modio, *eumque & armis & v. o. t.* SCRIV. *Eumque non armis, ſed.* 3. Hill. 3. Reg. *eumque in armis, ſed.* Pariſienſis editio damnata eſt Modio ſine jure. *Eumque non armis, ſed.* Cum ſit optima, ut obſervavit Stewechius. *Non armis* dictum pro *non ſolum, non tantum armis.* Cicero pro Sextio. *Eaque non ſilentio conſulum diſſimularentur, ſed & voce & ſententia comprobarentur.* Salluſt. Jug. c. 14. *Non enim regnum, ſed fugam, exilium, egeſtatem, & has omnes, quae me premunt, aerumnas cum anima ſimul amiſi.* Apud omnes gentes haec particula ſubauditur. Paulus ad Philem. v. 16. Οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον, Ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον ἀδελφὸν Suſcipe illum *non jam* tantum *ut ſervum, ſed amplius quam ſervum.* Vide Stewechium de particulis, & ad Arnob. fol. 106. Antonium Auguſtinum l. 11. Emendationum c. 1. TERN. Primo male Barthius putavit *in armis & vuln.* vulgatam eſſe lectionem; cum contra ſeſe res habeat. *non armis, ſed vuln.* eſt in Edd. Rom. Bonon. Pariſ. & Wechel. *in armis & v.* etiam Ed. Veſal. MSS. plerique *in armis, ſed vuln.* Leid. ſec. *eumque armis & v.* Palatin. & Vaticanus. *inermis, ſed v.* contra hiſtoriae fidem. Vulgatis conſentit Mediceus antiquior. Recte. alter interpolavit per *tantum, ſed & Non armis, ſed vulneribus* ſignificat *non tam armis, quam quidem vulneribus oneratus.* ut in Salluſtii citato loco. Ibi vide Cl. Waſſe & alios, ac Dukerum ad Florum l. 11. c. 2. *Nec cum hominibus, ſed cum monſtris.* OUDEND.

15 *Tranavit*] MSS. quinque, & Edd. primae *tranſnavit* recte; ut aliquoties ſupra. *tranſnatavit* Leid. ſec.

16 *Et pabulatum*] Leidenſ. pr. *ad pabulatum.* dein Leid. ſec. *miſiſſet.*

17 *Ex Parthis ſibi inſtantibus*] 3. Reg. 3. Hill. Voſſ. *Ex parte ſine i.* TERN. Gudian. Palatin. Leidenſ. pr. Cantabrig. Bib. pub. Mediceus ſec. Ed. Pariſ. *ex parte ſine.* Petrenſis *ex partis illis,* Cantabr. tert. *ſe p.* Mediceus pr. *ex Parthis Siriae.* Unde non dubium mihi eſt, quin *ſibi* ſit vitioſum. *Inſtare* ſine caſu ſexcenties ubique invenias, ut modo Ex. praeced. Nec *Syria* hic locum habere poteſt. Acciderunt enim haec in Media ultra Armeniam. Quare exiſtimo, excidiſſe hic vocem, & ſcribendum *ex Parthis ſine ſine inſtantibus.* Quotidie enim vexabant eum, & miſere carpebant recedens Antonii agmen. Evolve, nec poenitebit, Plutarchi Antonium, & Appianum de B. Parth. ac Florum l. 1v. c. 10. & qui ibi citantur. *Ex* delebat Lipſius. OUD. Corrigendus eſt Eutropius L. v11. c. 6. ex MS. vetuſtiſſimo; *Contra Perſas etiam pugnavit. primis*

ſtantibus reciperet exercitum, &, quoties prima luce moveret, toties urguentibus barbarorum ſagittis infeſtaretur [a] [18] abeuntium agmen, in quintam horam continuit [19] ſuos, & fidem eo ſtativorum fecit. Qua perſuaſione digreſſis inde Parthis, juſtum iter [20] reliquo die ſine interpellatione confecit.

VIII.

a Vulgo INF., A. A. I. Q. H. C. SUISQUE F. CONSTANTIOREM F.

eos proeliis vicit. regredi-ns tamen fame & peſtilentia laboravit, & cum inſtarent Parthi fugienti, ipſe pro victo réceſſit. Vulgo *ipſe etiam pugn.* Sed in Leid. MS. *etiam ipſe.* pronomen hic nullum habet locum. *Fame*, quod & agnoſcit Graecus interpres, male deëſt Ed. Havercampi, cujus conjecturam ſolam *provide* loco τῷ *pro victo* recipere poſſis; ut conveniat ceteris ſcriptoribus, & huic Frontini loco. *pro victo* tamen non auſim damnare. Graecus enim praebet; λιμῷ καταλαβόντος τὸ στράτευμα καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ λοιμῷ, ἀνεχώρησεν, ἐπιξιόντων Περσῶν, ὡσανεὶ ἠττημένῳ. IDEM *Cur. poſt.*

18 *Abeuntium agmen, in*] Scribendum exiſtimo *infeſtaretur, agmen in quintam horam continuit, ſuiſque fidem conſtantiorem abeuntium fecit.* Parthi enim, cum abeſſent, repente aderant. Itaque in quintam horam manens Antonius, certus tandem reapſe abiiſſe, movit agmen. In vulgata ſententia nec pes, nec caput boni ſenſus. BARTH. Ibid. Male, ut e MSS. liquet. OUD.

19 *Suiſque*] Omnes MSS. *ſuos. Fidem conſtantiorem.* Voſſ. & 2. Hill. *fidem conſtativorum.* Hinc legit, & diſtinguit celeberrimus Graevius. *Toties urgentibus Barbarorum ſagittis infeſtaretur abeuntium agmen, in quintam horam continuit ſuos, fidemque ſtativorum fecit.* TENN. Neque aliter ſcribendum eſſe ad libri ſui marginem monent J. F. Gronovius, & Iſ. Voſſius, nihilque MStos verſanti, protenus in mentem venerat. Plus tamen latet: nam *que* in nullo eſt vetere libro. *Suos fidem* MSS. ſex, & Ed. Pariſ. At duo Medicei, & Cantabrigienſes *ſuos, & fidem.* bene. *Suos conſtantiores* Hillensb. *Conſtantione* Leidenſ. ſec. *Conſtantiorum* Leidenſ. pr. Vaticanus, & Palat. *Conſtantinorum* Petrenſ. *Conſtantivorum* Cantabr. Bib. pub. Quapropter vere, ni fallor, lego *inſ. ab. agmen, i. q. h. cont. ſuos, & fidem eo ſtativorum f.* *Eo* ſive ea re, quod ſuos continuit. OUD.

20 *Reliquo die*] Alias *alto*, vel *alio die.* MOD. *Alio* inveni in Petrenſi, Hillensb. Medic. ſec. Leid. ſec. & Edd. Pariſ. ac Wechel. Male. Rectum omnino eſt *rel quo.* Plutarchus p. 938. ἐπὶ δὲ ἡμέρας ἕσης ἀναζεύξαντες ἐπορεύοντο, τῶν πολεμίων ἀπτομένων. Sic enim malo ex Appiano p. 258. quam ἀναζεύξαντος ſubintellecto *Antonio.* Vicißim ex Plutarcho corrigendus Appianus, in quo inepte editur ἀναζεύξαντες. Supra *digreſſis* Gudianus, *diſgreſſis* Palat. & Leid. ſec. *Sine ſucceſſione* Hillensb. OUDEND.

21 *Vi-*

VIII. Philippus, in Epiro [21] victus, ne fugientem eum Romani premerent, inducias [22] ad ſepeliendos [a], qui caeſi erant, inpetravit, & ob id remiſſioribus cuſtodibus evaſit.

IX. [23] P. Claudius, navali proelio ſuperatus a Poenis, quum per hoſtium praeſidia neceſſe haberet erumpere, [23*] reliquas viginti naves, tamquam victrices juſſit ornari: atque ita [24] Poenis exiſtimantibus, ſuperiores fuiſſe acie noſtros, terribilis exceſſit.

X. Poeni, claſſe ſuperati, quia inſtantem avertere [25] Romanum ſtudebant, ſimulaverunt, in vada naves ſuas incidiſſe, [26] haerenteſque imitati, ef-

a Vulgo AD SEPELIENDUM EOS.

21 *Victus*] MSS. *veritus*. SCRIV. Unus Reg. *veritus*. TENN. Item duo Medicei, & Edd. Italicae. c. VIII. §. ult. *Philippus veritus, ne impetum Scytharum ſui non ſuſtinerent* OUD.

22 *Ad ſepeliendum eos*] Voſſ. 4. Reg. 1. Hill. *ad ſepeliendos*. TENN. Ut vulgatum Latinum ſit, & non antiquatis modo, ſed aurei aevi ſcriptoribus uſurpatum, de quo vehementer dubito, & vide Sanctii Minerv. p. 451. & ibid. Perizon. tamen hoc etiam loco non magis admitto, quam l. 1. 5. 21. *Ad opprimendum ipſos*. ubi MSS. *opprimendos*. Ita hic *ſepeliendos, qui c. erant* ſex mei bene; Elegantius pronomen praecedens ſeu nomen ſubintelligitur. Unus *ſepeliendos eos*. Ed. Rom. *Sepeliendos illi, qui c. e.* & Bonon. *ſepeliendos illic qui c. e.* Inquire, quid lateat. Ceterum videbimus, ſimiliter Gerundium cum Accuſativo femin. generis junctum non confirmari a MSS. Adi notata ad l. 3. 5. 7. *ad liberandum rempublicam*. OUD.

23 *P. Claudius*] Medicei, & Edd. Italicae *Nero Cla.* perperam. Intelligitur enim P. Claudius Pulcher, qui auſpiciis neglectis infeliciſſime contra Poenos navali pugna dimicavit, qui ſive auctorum, ſive librariorum culpa nonnunquam *Appius Cl.* audit. Vide Cl. Duker. ad Flor. l. II. c. 2. §. 29. quo loco tamen in Leid. Cod. inveni *P. Claudio*. OUD.

23* *Reliquas viginti naves*] Immo *triginta*: ut tradunt Polybius L. I. c. 49. Eutrop. L. II. c. 26. Oroſ. L. IV. c. 10. OUD. *Cur. poſt.*

24 *Poenis*] Hillensb. *a Poenis*, & dein *acceſſit*.

25 *Romanum*] *Romanorum claſſem* Cantabr. tert. *Simularunt* Medic. pr. dein *ibi incidiſſe* idem. Medic. alter *ibi introiſſe*.

26 *Haerenteſque imitati*] In margine erat *ventiſque mutari*. Gerrae. MOD. *A ventiſque imitari* Vaticanus: *A ventiſque mutari* Medicei, Edd. Rom. Bonon. & Margo Wechel. *mutari*. *Nutari* Hittorpii ora. ſine *haerenteſque* etiam Leid. ſec. *arcntiſque* Leidenſ. pr. *herenteſque vitati* Gudianus.

26 *A ventiſque muta*] Subſti-

effecerunt, ut victor eorum timens casum, spatium ad evadendum daret.

XI. [27] Commius [a] Atrebas, quum victus a Divo Julio ex Gallia in Britanniam fugeret, & forte ad Oceanum secundo vento quidem, sed aestu recedente, venisset, quamvis naves in siccis litoribus [28] haererent, pandi nihilominus vela jussit. Quae quum persequens eum Caesar ex longinquo tumentia, & flatu plena vidisset, ratus, prospero sibi eripi cursu, recessit.

[a] Vulgo COMMINIUS.

stituendum *haerentesque nutare.* Sic enim V. C. & navibus usu venit, si quae vadis haerent. PARRHAS. Sed rectius Italis alii vulgo cum MSS. plerisque ediderunt: *haerentesque imitati effecerunt*; quod ni fiat, verbum illud non habet, quo referatur. OUD. *Cur. post.*

27 *Comminius Atrebas*] 1. Reg. 2. Hill. *Commius.* Voss. 2. Reg. Gujetus *Comius.* & sic passim Caesari vocatur. Omnes autem MSS. habebant *Atrabas.* 3. Regii, Voss. & 2. Hill. (Leid. pr.) *Julii Frontini Strategematon liber secundus explicit, incipit tertius.* unus Hill. *Sexti Julii, &c.* TENN. Licet Keuchenius quoque viderit, hunc hominem a Caesare vocari *Comium*, vix tamen rejecerit *Comminius*, quia nota est familia Romanorum *Cominia.* Verum quid illa familia sive gens pertinet ad Atrebatem sive Gallum hominem? Non dubium est, quin rescribi debeat vel *Comius*, ut monuit quoque Davisius ad Hirt. B. Afric. c. 44. ubi contra pro *Cominius* erat *Comius.* Vide Caesar. B. Gal. l. VIII. 6. 7. 21. 22. 47. &c. Atque ita Medicei, Leidens. pr. Palatin. & Cantabr. tert. Vel potius *Commius* e duobus Cantabrig. & aliis ac Dione l. XL. 140. Κόμμιον: Nec aliter jam olim exhibuit Hittorpius. In aliis *Cominius*, *Comminusi*, *Gomius*, *Cominus.* *Atrabas* plerique mei quoque, & Edd. primae. OUD.

28 *Haererent*] MSS. *haberet.* SCRIV. *Haberet* Ed. Bonon. *haberent* Medicei. Dein *quem* Edd. primae carentes cum utroque Leidd. *eum. Cum prospero* Petrens. Medicei *cursu pr. sibi eripi ratus.*

SEX-

SEXTI JULII FRONTINI STRATEGEMATICON

LIBER TERTIUS.

PRAEFATIO.

Si priores libri reſponderunt titulis ſuis, & lectorem hucuſque cum adtentione perduxerunt, edam nunc circa obpugnationes urbium defenſioneſque ſtrategemata: nec morabor ulla [2] praelocutione, prius traditurus, quae obpugnandis urbibus uſui ſunt, tum, quae obſeſſos inſtruere [3] poſſint: [4] depoſitis

1 *Si priores*] *Si* deeſt in Leid. ſec. & Palat. *Reſponderent* Leid. pr. *Praedixerunt* Palat. *Defenſionemque* Leid. pr. *defenſoresque* ſec. *non mor.* Petrenſis. Mox *item* Leid. ſec. quatuor alii *tunc*. *Qua oppreſſos* Medic. ſec. *Oppreſſos* quoque in Medic. pr.

2 *Praelocutione*] MSS. *prolocutione*. SCRIV. 3. Hill. Voſſ. Scriverius *prolocutione*. TENN. *Prolocutione* etiam Mediceus ſec. quod placet Keuchenio. At προομιάζειν non eſt *proloqui*. Sed *praeloqui*. Seneca Excerpt. Controv. III. in praef. *Si a praelocutione dimitteret*. Niſi ſtatuamus, *prolocu ionem* dici, ut *proludium* & *proluſionem*, pro quibus ſaepe in minus bene emendatis libris invenias *praeludium* & *praeluſionem*. V. Cl. Duker. ad Flor. l. IV. c. 2. §. 2. OUDEND.

3 *Poſſint*] Praecedit *uſui ſunt*: unde videretur ſubſequi debere *poſſunt*. Quomodo etiam Petrenſis & Voſſianus. Verum non temere mutem. Amant auctores aliquando variare modum. Conſule Munker. ad Hygin. F. 148. Duker. ad Flor. l. II. c. 15. §. 8. Cort. ad Salluſt. B. Jug. c. 4. *Qui ſi reputaverint, & quibus ego temporibus magiſtratus adeptus ſum, & quales viri idem aſſequi nequiverint*. Nepos in Lyſ. c. 2. *niſi qui aut ejus hoſpitio contineretur, aut ſe illius fore proprium fide confirmarat*. Sic MSS. & meliores Edd. In vulgatis quibuſdam *confirmaret*. OUD.

4 *Depoſitis*] Medic. ſec. *diſpoſitis*. Cantabr. tert. *operantibus in*

tis autem operibus & machinamentis, quorum expleta jam pridem inventione, nullam video ultra artium materiam, has circa expugnationem ſpecies ſtrategematon fecimus.

INDEX CAPITUM:

CAP. I. *De repentino impetu.*
II. *De fallendis iis, qui* [5] *obſidentur.*
III. *De eliciendis ad proditionem.*
IV. *Per quae hoſtes ad inopiam redigantur.*
V. *Quemadmodum perſuadeatur, obſidionem* [6] *permanſuram* [a].
VI. *De deſtructione praeſidiorum* [7] *hoſtium.*
VII. *De fluminum derivatione &* [8] *vitiatione aquarum.*
VIII. *De injiciendo obſeſſis pavore.*
IX. *De inruptione ex diverſa parte, quam* [9] *exſpectamus.*
X. *De inſidiis, per quas eliciantur obſeſſi.*
XI. *De* [10] *ſimulatione regreſſus.*

[a] Vulgo ESSE P.

In em. Dein *oppugnationem* Mediceus ſec. & Hillensb. *oppugnationum* Leid. ſec. *propugnationem* Petrenſ. *expugnationis* Edd. primae, in quibus etiam *Strategematis.*

5 *Obſidentur*] Omnes MSS. *obſidebuntur.* TENN. Mei quoque, & Edd. primae praeter Palatin. Sed male: quare ad ipſum caput variant. *iis* deeſt in Leid. ſec. non male. Idem ſtatim *reducuntur.* OUD.

6 *Eſſe permanſuram*] Tò *eſſe* adulterinum eſt; nec in ullis MSS. occurrit. TENN. Non item in meis, neque Edd. Rom. Bon. Pariſ. quare delevi. In nonnullis Edd. & MSS. *perſuadetur.* OUD.

7 *Hoſtium*] Vost. & 3. Hill. *Hoſtilium.* TENN. Uti & Leidenſ. pr. rectius. OUD.

8. *Vitiatione*] MSS. & Edd. quidam hic & c. 7. *vitatione, citatione, tinctione.* Male. *Vitiare aquas* eſt veneno corrumpere. Ovid. l. XIV. Metam. 55. de gurgite:

Hunc dea praevitiati

Lactant. Epit. c. XI. *Aqua omnis amaritudine vitiabitur.* OUDEND.

9 *Exſpectamus*] Hill. *exſpectatur.* TENN.

10 *Simulatione*] Leid. pr. *diſſimulatione.* dein Medic. pr. *de contrario.* Haec deſunt in Edd. Italicis.

Ex contrario circa tutelam obſeſſorum.

XII. *De* [11] *excitanda cura ſuorum.*

XIII. *De* [12] *emittendo & recipiendo nuntio.*

XIV. *De introducendis auxiliis, & commeatibus* [13] *ſuggerendis.*

XV. *Quemadmodum efficiatur, ut abundare videantur, quae deerunt.*

XVI. *Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur.*

XVII. *De eruptionibus.*

XVIII. *De conſtantia obſeſſorum.*

11 *Excitanda*] Omnes MSS. *exercitanda.* TERR. Variant mei, in *excitanda*, *exercitanda*, *exercenda*, ut & infra.

12 *Emittendo*] Voſſ. & Mediol. ſec. *mittendo.* Leid. pr. *immittendo. nuncios* Medic. ſec.

13 *Suggerendis*] Deeſt haec vox in Mediceo pr. & Edd. Italicis. Dein MSS. omnes, & Edd. veteres, ut edidi. vulgo: *ut quae deerunt &c.*

CAP. I.

De repentino [1] *impetu.*

EXEMPLUM I.

[2]T. Quinctius Cos., victis acie Aequis & Volſcis, quum Antium oppidum expugnare ſtatuiſſet, [3] ad concionem vocato exercitu, expoſuit, quam id neceſſarium & facile eſſet, ſi non

1 *Impetu*] Vatican. *motu.*

2 *T. Quinctius*] Duo MSS. & Edd. tres pp. carent praenomine. *Oppugnare* Medic. pr.

3 *Ad concionem vocato exercitu*] Melius forte ex veſtigiis ſcriptorum, *concione vocata, exercitui expoſuit. &c.* SCRIV. Immo pejus judice Gronovio ad Livium l. XXIV. c. 28. *In concionem vocari placuit.* Mei omnes quoque vulgatam retinent, niſi quod Leid. pr. habeat *vocata.* Keuchenio tamen adeo haec correctio placuit, ut pro ſua venditare ipſum non puduerit. Sed, uti dicitur *concionem vocare, advocare, in concionem vocare*, ita etiam *ad concionem vocare.* Juſtin. l. XIV. 1. *vocatis ad concionem militibus, gratias agit.* XVI. 4. *populo ad concionem vocato, ait.* l. XXII. 8. *Ad concionem vocatos.* ubi duo MSS. Orvilii mei *in conc.* Suetonius

tion [4] differretur. Eoque inpetu, [5] quem exhortatio concitaverat, adgressus est urbem.

II. [6] M. Cato in Hispania animadvertit, potiri se quodam oppido posse, si [7] inopinatus [a] invaderet. [8] Quatridui itaque iter biduo per confragosa & deserta [9] emensus, nihil tale metuentes obpressit hostes. [10] Victoribus deinde suis caus-

a Vulgo INORNANTES.

ton. Calig. c. 48. *vocatos ad concionem inermes.* OUD.

4 *Differretur*] *Aggredi* addunt Medicei, Editionesque Italicae. Paullo ante eleganter MS. a J. Fr. Gronovio visus *quam id & necessarium & f.* OUD.

5 *Quem exhortatio concitaverat*] MSS. *quo exhortatos.* SCRIV. Voss. *que.* Medic. sec. *quo exhortatione.* Medic. pr. *Qua exhortatione concitatus.* frustra. *Urbem* deest in Medic. pr. Adjici potius debuisset *& cepit* ex Livio l. II. c. 65. OUD.

6 *M. Cato*] Sine praenomine Leid. sec. ut l. III. 10. 1. Dein mutavi e MSS. & nostri more verborum ordinem. vulgo *animadvertit in Hispania.* OUD.

7 *Inopinantes*] MSS. *inopinatos.* SCRIV. MSS. omnes *inopinatos.* TENN. Cuncti etiam mei *inopinatos* praeter Palatinum, in quo *inopinatus.* Latine omnia. Nam *inopinans* optimis quibusvis in usu est. Adi Duker. ad Flor. l. II. c. 6. §. 52. Adde Caes. B. Gall. I. 12. IV. 4. Nepot. in Dat. c. 3. Justin. I. 10. & supra l. II. c 2. §. 12. *Inopinantium terga adortus cecidit.* Verum tamen non est, cur hoc sensu recedatur a scriptis, quorum auctoritas hic juberet *inopinatos* reponi. Sic apud Valer. Maxim. l. VII. 4. §. 5. *Ad Contrebiam conflexit, eamque inopinatam obpressit.* & passim. *Inopinatos* idem ergo, quod *nihil tale metuentes.* ut sequitur infra; quare ne bis idem ad eosdem referat, praestat multum Palatini Cod. lectio *inopinatus* passive, & id flagitat solitus auctoris stylus. l. I. 1. 2. *Inopinatus adpelleret classem.* c. IV. 6. *Inopinatus Thermopylas trajecit.* §. 7. *Custodes angustiarum inopinatus obpressit a tergo:* ubi eodem modo variatur. atque ita alii. *Inopinatos* retinere posses ex l. III. c. 6. §. 4. *Inopinati & invalidi capti sunt.* Sed adi eum locum. OUDEND.

8 *Quatridui*] 2 Reg. & Voss. *Quadridui.* Varro *Medidies*, pro *meridies.* TENN. Medic. sec. *quatriduo.*

9 *Emensus*] MSS. *enisus.* SCRIV. Medic. pr. & Leid. pr. *emersus.* sed vide ad l. I. 4. 3. *Repetitum iter emensus est. Iter remensus* l. III. 11. 4. Justin. l. XI. c. 15. *Emensus deinde plura millia passuum.* ubi itidem in MSS. nonnullis *emersus.* Stat. l. II. Theb. 375.

Jamque emensus iter silvis ac litore durum.

l. III. 324. *Jamque emensus iter.* sic MSS. plerique. Alii sic *remensus.* & ita infinitis poëtarum & historicorum locis. OUDEND.

10 *Victoribus*] Medic. sec. *victoriam. Quadridui* Voss.

cauſſam tam facilis eventus requirentibus, dixit; tunc illos victoriam adeptos, quum quatridui iter biduo " eripuerint [a].

a Vulgo ARRIPUERUNT.

CAP.

11 *Arripuerunt*] De perrependo vel crependo non ſinit nos hoc loco cogitare eorum verborum ſignificatio; ut quae tarditatis ſint, & teſtudineo gradui convenientes voces. Caninam illam litteram male geminatam arbitror: ſcriptum quippe a Frontino fuiſſe, *aripuerunt*: quod valet, *abripuerunt*. STEW. Stewech. *aripuerunt*, id eſt *abripuerunt*. SCRIV. 3. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Eripuerint*. Barthius. *Corripuerunt*. vide ad l. 1. 4. 8. ſupra. Caeterum rei militaris periti maximum momentum victoriae in celeritate poſuerunt; ſiquidem dilapſis & nondum conjunctis copiis infirmior hoſtis facile ſuperatur. Xenoph. Cyropaed. fol. 49. l. III. Ἀνθρωπίνη δὲ προθυμία εἰς τὸ προχθῆναι ταῦτα οὐδὲν ἧττον μέγα σύμμαχον ἂν γένοιτο ὡς τάχος. in Cyro minore fol. 177. Δῆλος ἦν Κῦρος σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδὸν ἅμα ἢ διατρίβων. Hinc Alexandri dictum. μηδὲν ἀναβαλλόμενος. De illo Diodorus l. 17. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀκούσας τοῦτον τὸν βασιλέα τετρακοσίους ἀπέχειν σταδίους, ἔφιππος πρὸ τῆς τάξεως ἐπεβάλετο. Juſtinus l. 11 c. 9. *Miltiades & dux belli erat, & auctor non exſpectandi auxilii: quem tanta fiducia ceperat, ut plus praeſidii in celeritate, quam in auxiliis duceret.* Caeſar l. 1. Bell. Gall. c. 27. *Maturandum ſibi exiſtimavit, ne, ſi nova manus Suevorum cum veteribus copiis Arioviſti ſe conjunxiſſet, minus facile reſiſti poſſet.* lib. VII. c. 56. *Quibus rebus cognitis Caeſar maturandum ſibi cenſuit, ſi eſſet in perficiendis pontibus periclitandum, ut priusquam eſſent majores eo copiae coactae, dimicaret.* TENN. *Corripere iter, viam* &c. de qua correctione non dubitat Barthius, multis ſatis exemplis probavit Adverſ. l. XIV. c. 9. & ad Stat. l. VI. Theb. 594.

Corripuere leve ſpatium.

Nec refragarer, ſi id ſcriptis Codicibus niteretur. Verum uterque etiam Leidenſis, Vaticanus, ambo Medicei, Gudianus, & Petrenſis cum Tennulii MSS. ſex dant *eripuerunt*, vel *eripuerint*. Optime & veriſſime. Quod non ceperunt editores. *Eripere iter* eſt plus, quam *corripere*; raptim facere, ita ut alios praeoccupes, & te ſequi nequeant. Virgilius l. II. AEneid. 619.

Eripe, nate, fugam.

ubi Servius:

Accelera, raptim fac.

Eripere aequor dicitur equorum agitator, qui in circo omnes poſt terga relinquit, Silio Italico l. XVI. 390.

Tene, Aſtur, certante feret quisquam aequore palmam
Erepto.

Tacitus lib. 1. Ann. c. 63. *Germanicus cedentem in avia Arminium ſequutus, ubi primum copia fuit evehi equites, campumque, quem hoſtis inſederat, eripi jubet.* Ubi vide Cel. Gronovium. OUD. MSS. lectionem *eripuerint* merito probavit quoque N. Heinſius ad Valer. Flacc. L. II.

II. 252. Dele vero exemplum Virgilii L. II. Aen. 619. nam contra illic cum Cl. Burmanno legendum est omnino: *Arripe, nate, fugam:* quod est accelerare, raptim facere, & iter eripere. *fugam eripere* est fuga prohibere, eam adimere. IDEM *Cur, post,*

CAP. II.

De fallendis iis, qui [1] obsidentur.

EXEMPLUM I.

Domitius Calvinus, quum obsideret [2] Lunam [a], oppidum Ligurum, [3] non situ tantum

a Vulgo LUCAM.

1 *Obsidentur*] Medicei, Leidens. pr. Voss., Gudian., Hillensb., & Ed. Paris. *obsidebuntur*. Edd. primae *obsessi sunt*.

2 *Lucam*] 3. Reg. Voss. 2. Hill. *Lucriam*. 2. Hill. *Lutriam*. in uno Reg. *Luciam*. lege, ut in margine alterius Regii, *Lunam:* & sic celeberrimus Graevius conjecerat. Mela II. c. 4. *Deinde Luna Ligurum & Tigullia, & Genua & Sabbatia & Albigaunum.* Persius Sat. VI. 9.

Lunaï portum est operas cognoscere cives. TENN.

Lueriam Palat. & Ed. Modii. *Lucriam* Gudian., Cantabr. Bibl. publ. Leid. pr. Ed. Paris. *Liucam* Hittorp. *Sueſiam* Leid. sec. *Lucetriam* Petrensis. *Lucinam* Medic. sec. *Lunnam* Medic. pr. Vossius margini libri sui adscripsit quoque *Lunam*. vere. Boni librarii non putarunt, *Lunam* esse oppidum, de quo Livius l. XLI. c. 13. *Lunam colonia eodem anno duo millia civium Romanorum sunt deducta. De Ligure captus is ager erat. Etruscorum ante, quam Ligurum fuerat. Luca* vero semper Hetruscorum fuit, quae urbs contra in *Lunam* mutata erat apud Lucan. l. I. vs. 586. ubi vide, & Cluverium in Italia. OUD.

3 *Situ non tantum*] MSS. *Non tantum situ & operibus.* male in uno Reg. *Opibus.* Opera sunt vallum, fossa, moenia, turres, machinae, cuniculi. Suetonius Julio c. 35. *maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico proelio fudit.* Livius XXXVIII. c. 4. *Consuli* (M. Fulvio) *ad Ambraciam advententi, magni operis oppugnatio visa est.* Idem l. XXXVII. *Cum ad moenia castra posuisset, non corona sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est aggressus.* Tacitus VI. annal. c. 41. *Duos collis, quos barbari insederant, operibus circumdedit.* Nepos in Miltiade c. 7. *Urbem operibus clausit.* Curtius V. c. 1. *Ut satis constet, Babylonios muros, ingentis operis, hujus fontis bitumine interlitos esse.* Caesar L. I. Bell. Civ. c. 81. *Quantum opere processerant.* TENN. Quinque mei etiam *Non tantum situ.* Alii concinnius cum Ed. Romana *Non situ tantum* & in Palat. deest. Voss. ex [illegible] Leid. sec. *vel.* & dein M[illegible]

tum & operibus, verum etiam propugnatorum praeſtantia tutum, [4] circuiri muros frequenter omnibus copiis inſtituit, easdemque reducere in caſtra. Qua conſuetudine inductis ita oppidanis, ut crederent, exercitationis id gratia facere Romanum, & ob hoc nihil ab eo conatu caventibus, morem illum obambulandi in ſubitum direxit impetum, [4*] occupatisque moenibus, [5] expreſſit, ut ſe ipſos dederent [6] oppidani [a].

II. [7] C. Duilius Cos. ſubinde exercendo milites remigesque, conſecutus eſt, ut ſecuris Carthaginienſibus usque in id tempus innoxiae conſuetudinis, ſubito admota claſſe, [8] murum occuparet.

III.

a Vulgo ET OPPIDUM.

ſec. *expugnatorum*. Medic. pr. & Edd. Italicae *oppugnatorum*. Voſſ. *pugnatorum*. Mox *reducere ad caſtra* Medicei, & Edd. eaedem. Tum Medic. antiquior *ati cred. id* deeſt in Palatino. *Nihil* MSS. & Edd. pp. vulgo *nil*. Pro *caventibus* Medicei *cavere*. *Ambulandi* ſimpliciter Leid. pr. OUD.

4 *Circuiri muros inſtituit, easdemque reducere*] Petrenſis *circumire*. Cave tamen, ne ſcribas *circuire;* & vide, quae notavi ad l. II. c. 1. §. 18. *Inſtituit infeſtari naves Athenienſium, deinde revocare claſſem*. OUD.

4* *Occupatis moenibus expreſſit. ut ſe ipſos dederent*] Ita MSS. PARRHAS.

5 *Expreſſit*] Ita omnino legendum; non, *oppreſſit*. nec recte, pro *Luco* eſt in aliis, *Lucria*. Vide Plinium; Stephanum de urbibus; alios. MOD Ita Modius. non ut alias, *oppreſſit*. SCRIV. *Oppreſſit* eſt in Mediceis, & Edd. Pariſ. Hittorp. ac Wechelii. *effecit* Cantabrigienſes, teſte Cl. Waſſe ad Salluſt. B. Catil. c. 27. ſed recte vulgatum defendit Ciceronis loco in Verrinis *expreſſi, ut conficere tabulas negaret*. Livius l. VIII. c. 2. *Deditio neceſſitate expreſſa*. & ita alii. OUDEND.

6 *Et oppidum*] Si moenia occupaverat, non neceſſe erat, ut oppidum dederent. Quare cum 3. Reg. Voſſ. 3. Hill. l. *Oppidani*. TENN. Vulgata lectione & *oppidum* nihil ineptius aut frigidius eſt. quare audacter repoſui *oppidani;* quod exhibent etiam tres Cantabrigienſes, Vaticanus, ambo Leidenſes, Gudianus & Palatinus. OUD.

7 *C. Duillius*] 3. Reg. 3. Hill. G. *Duellius*. TENN. *Duellius* ſeptem mei, & Ed. Pariſ. Praenomen non eſt in Leid. ſec. *Duillius* ſcripſi, ut ſemper. vide ſupra. *usque ad id t.* Voſſ. *obnoxio* Cantabr. tert. *conſuetudini* Leid. pr. OUD.

8 *Murum occuparet*] Mirus ſcribendi modus. Quem murum? ubi, & quando? In Conſulatu Se-

III. Hannibal in Italia multas urbes cepit, quum [9] Romanorum habitu quosdam ſuorum ex longo belli uſu Latine quoque loquentes praemitteret.

IV. Arcades, [10] Meſſeniorum caſtellum obſidentes, factis quibusdam armis ad ſimilitudinem [11] hoſtilium, eo tempore, quo ſucceſſura alia praeſidia his [12] exploraverant, inſtructi eorum, qui exſpectabantur, ornatu, admiſſique per hunc errorem, ut ſocii, poſſeſſionem loci cum [a] [13] ſtrage hoſtium adepti ſunt.

V. Cimon, dux Athenienſium, in Caria inſidiatus cuidam civitati, religioſum incolis templum Dianae, [14] lucumque, qui extra muros erat, noctu inproviſus incendit; effuſisque oppidanis ad opem adverſus ignes ferendam, vacuam defenſoribus oepit urbem.

VI. Alcibiades, dux Athenienſium, quum civitatem [15] Agrigentinorum egregie munitam [16] obſidegeſtam obſidione liberavit. Dein Conſul C. Cornelius Panormum occupavit. V. Polyb. l. 1. c. 38. De Duilio vide quoque ad l. 1. 5. 6. OUD.

9 *Romanorum habitu*] Medicei *in Romanorum habitu*: ut *in veſtibus*, *in armis*, & ſimilia. Sed non opus recedere ab ceterorum MStorum lectione. pro *ex longo* Palat. & *loco longo*. OUDEND.

10 *Meſſeniorum*] Hillensb. *Meſſaniorum*, Medic. ſec. *Meſſoniorum*. Male. *Meſſene* urbs Peloponneſi, unde *Meſſenii*. *Meſſane* Siciliae urbs. ut notum. OUDEND.

11 *Hoſtilium*] *Hoſtium* MSS. SCRIV. Ex meis *hoſtium* ſolus Leidenſis ſec.

12 *Exploraverant*] 4. Reg. 3. Hill. *exploraverunt*. TENN. Octo etiam mei cum Edd. pp. *exploraverunt*. Cantabr. tert. *eis ſucceſſura alia praeſidia*.

13 *Strage hoſtium*] Voſſ. & 3. Hill. *cum ſtrage hoſtium*. TENN. *Cum* addunt bene Medicei, ambo Leidenſes, Gudianus. tres Cantabrig. & Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. OUD.

14 *Lucumque*] Perperam *locumque* duo Leidenſes, & Edd. pp. *qui ibi extra m.* Petrenſ. *extra murum* pr. Mediceus. *nocte* nonnulli. *ignem* Medicei. OUDEND.

15 *Agrigentinorum*] MS. *Agetinorum*. Sed Polyaenus probe facit. Vide eum. PARRHAS. In optimis membranis ſcribi melius *Agragantinorum* dicit Keuchenius. ex Graeco Ἀκραγαντίνων.

a Vulgo cum deeſt.

CAP. XIII.

De Effugiendo.

EXEMPLUM I.

Galli, pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum [1] certis cuſtodibus tradiderunt, a quibus, ſi acie [2] fuſi eſſent, [3] ſpargeretur [a], quo fa-

a Vulgo QUIBUS PARCERETUR.

1 *Certis cuſtodibus*] Qui illi certi cuſtodes, quibus parceretur, exercitu fuſo? Scribe *Graecis cuſtodibus*. Viſuri enim regii milites, non eſſe Gallos, qui cuſtodiae erant praepoſiti, caedi non erant daturi operam, & vi perrupturi impedimenta ad perſequendos hoſtes, ſed ſe praedae dedituri. BARTHIUS Adverſ. l. 11. c. 11. Hinc Keuchenius etiam, tacens de Barthio, *ſcribe, Graecis.* Sed nodum in ſcirpo quaerunt Viri docti; Cum *ſpargeretur* omnino ſit ſcribendum, ut ſtatim videbimus. *Ceteri* Medic. ſec. OUD.

2 *Fuſi eſſent*] Malui hoc, quam aliorum, *ſi acie fugiſſent*. MOD. Sic Modius. 2. Hill. & 1. Reg. *fugiſſent*. TENN. Non quidem mutatu opus erat *fugiſſent*, quod ſatis ſtare poſſet, confirmatum MSS. meis quinque, & Edd. primis. *Fuſi eſſent* rectius tamen judico, quod habent Palatin. Voſſ. Cantabr. Bib. publ. & margo Hittorp. ac Wechel. *fugitum eſſet* Leid. ſec. *fugiente* Medic. pr. *aciem fugiſſent* Medic. ſec. & Cantabr. tert. OUD.

3 *Parceretur*] Lego *ſpargeretur* pro *parceretur*. Conſideret, qui volet. MOD. Sed id verbum ſequenti ſtatim linea poſitum eſt, itaque huc non intrudendum. BARTH. Ibid. Modius *Spargeretur* & ita correctum in uno Reg. & Voſſ. *Quibus ſpargeretur* pro *a quibus*. TENN. Quaero, quid Gallos fuga ſalutem quaeſituros juvaret, ſi parceretur certis vel Graecis cuſtodibus? Num minus tum poſſent ipſos perſequi? immo vero eo celerius Attalus eos aſſequi poſſet, ſi modo aliquos e ſuis apponeret iſtis cuſtodibus, qui eos ſimul cum capta gaza cuſtodirent, & in vinculis tenerent. Unde patet, ineptiſſimum eſſe illud *parceretur*, & omnino reſcribendum *ſpargeretur*. quare fieret, ut retardaretur vehementer in fugiendo hoſtis: quare hoc Strategema a Mithridate & aliis quoque adhibitum eſt. *Parcetur* Medic. pr. Petrenſis *quae ſi in acie fugiſſent, ſpargerent.* Quod praeter *in acie fugiſſent* amplectitur totum Cl. Waſſe ad Salluſt. B. Jugurth. c. 42. ubi vide quoque, quis Attalus hic fuerit. Mihi tamen hoc ex interpolatione quadam videtur: quare malui addita praepoſitione, ut olim etiam conjecit Lipſius, *a quibus ſpargeretur.* Nam alterum ſine praepoſitione nimis ambigue dictum videtur. Sanutus explicat *Galli pugnaturi cum Attalo aurum omne & argentum cuſtodibus certis tradiderunt, ut, ſi aciei contin-*

ge-

facilius [4] colligenda praeda hoſtem inpeditum effugerent.

II. [5] Tryphon, Syriae rex, victus, per totum iter fugiens [6] pecuniam ſparſit; [7] eique ſectan-

geret terga dare, hoſtes theſauris intenti, fugientibus parcerent. OUD.

4 *Colligenda*] Medicei, Cantabr. Leid. ſec. *in colligenda.* Dein Medic. pr. a m. pr. *hoſte inpedimentum.* Medic. ſec. pro var. lect. *hoſtium inpedimentum.*

5 *Triphon*] Scripſi *Tryphon* per Y. Graecis enim Τρύφων, unde *Tryphon*, vel *Trypho*, ut Juſtino vocatur l. XXXVI. 1. OUD.

6 *Pecuniam ſparſit*] Florus III. c. 5. de Mithridate Rege. *Rex callidus, Romanaeque avaritiae peritus, ſpargi a fugientibus ſarcinas & pecuniam juſſit, qua ſequentes moraretur.* Hinc Mithridatem venuſte cum Medea comparat Cicero, pro lege Manilia c. 9. *Primum ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam praedicant in fuga, fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens proſequeretur, diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſa, moerorque patrius celeritatem perſequendi retardaret.* Idem fecit Mithridates Satrapa in Paphlagonia. Polyaenus l. 7. Claudianus laudat Stiliconis milites, quod objecta praeda eos non fuerit morata ab hoſte inſequendo, bello Getico v. 613. Quum

Callidus ante pedes venientibus objicit hoſtis
Incaſſum. Neque enim feralis praeda moratur. TENN.

7 *Eaque ſectantes*] Alii, *eumque ſectantes*: quidam etiam, *eique inſectandae Antiochi*, &c. quae quid ſibi velint, niſi forte ſcribi debet, *eique inſectandae Antiochi equites moratos, effugit.* Quod parum abeſt, quin verum ſuſpicer. MOD. Quidam, *eumque*: item *eique inſectandae*, quod Modius arripit, & legit mox, *moratos.* SCRIV. 3. Hill. 1. Reg. *Eum ſectantes.* 3. Reg, *Ei ſectandae.* Optime Voſſ. *eaque ſectantes fraude.* TENN. Voſſianus modo habet *eaque fraude*; quod interpolatorem ſapit. *eique inſectandae* in Edd. eſt primis, *eumque ſectantes* Ed. Pariſ. Hittorp. & Wechel. Ceterae Edd. *eaque.* Sed contra MSStos. Leidenſ. pr. *Eam ſectando.* Medic. pr. *eam ſectando.* Med. ſec. *eum ſectando.* Vaticanus *ei ſectato.* Cantabr. Palatin. Gudianus, Leid. ſec. *ei ſectandae.* pro *moratus* Mediceus pr. *moratis*, Leidenſ. ſec. *moratos.* Vaticanus *mora.* Ad hoſtes, non Tryphonem hoc refert quoque Leid. tert. *dum hoſtes propter hoc remorarentur, ipſe cum ſuis evaſit.* Veram lectionem hic ſervavit nobis Sanutus *effugit Antiochi milites ad ejus collectionem immoratos.* Hinc quippe patet, cum MSS. ſcribendum eſſe *eique ſectandae inmoratos*, ut fere Modius. *Moratos* conjecerat etiam Scriverius. Mallem tamen ſine copula, quae in nullo fere MSto reperitur, *Sparſit. Ei ſectandae. Sectari pecuniam* dicitur, ut *ſectari praedam, feram* &c. *Immoratos ei ſectandae* optime exprimit cupidinem militum pecuniae inhiantium. OUD. Si cui displicet caſus tertius verbo immorari junctus, amplectatur ipſam Medicei pr. Cod. lectionem *eam ſectando.* IDEM *cur. poſt.*

Ex contrario circa tutelam obſeſſorum.

XII. *De* [11] *excitanda cura ſuorum.*

XIII. *De* [12] *emittendo & recipiendo nuntio.*

XIV. *De introducendis auxiliis, & commeatibus* [13] *ſuggerendis.*

XV. *Quemadmodum efficiatur, ut abundare videantur, quae deerunt.*

XVI. *Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur.*

XVII. *De eruptionibus.*

XVIII. *De conſtantia obſeſſorum.*

11 *Excitanda*] Omnes MSS. *exercitanda.* TERR. Variant mei, in *excitanda*, *exercitanda*, *exercenda*, ut & infra.

12 *Emittendo*] Voſſ. & Medic. ſec. *mittendo.* Leid. pr. *immittendo. nuncios* Medic. ſec.

13 *Suggerendis*] Deeſt haec vox in Mediceo pr. & Edd. Italicis. Dein MSS. omnes, & Edd. veteres, ut edidi. vulgo: *ut quae deerunt &c.*

CAP. I.

De repentino [1] *impetu.*

EXEMPLUM I.

[2]T. Quinctius Cos., victis acie Aequis & Volſcis, quum Antium oppidum expugnare ſtatuiſſet, [3] ad concionem vocato exercitu, expoſuit, quam id neceſſarium & facile eſſet, ſi non

1 *Impetu*] Vatican. *motu.*

2 *T. Quinctius*] Duo MSS. & Edd. tres pp. carent praenomine. *Oppugnare* Medic. pr.

3 *Ad concionem vocato exercitu*] Melius forte ex veſtigiis ſcriptorum, *concione vocata, exercitui expoſuit. &c.* SCRIV. Immo pejus judice Gronovio ad Livium l. XXIV. c. 28. *In concionem vocari placuit.* Mei omnes quoque vulgatam retinent, niſi quod Leid. pr. habeat *vocata.* Keuchenio tamen adeo haec correctio placuit, ut pro ſua venditare ipſum non puduerit. Sed, uti dicitur *concionem vocare, advocare, in concionem vocare*, ita etiam *ad concionem vocare.* Juſtin. l. XIV. 1. *vocatis ad concionem militibus, gratias agit.* XVI. 4. *populo ad concionem vocato, ait.* l. XXII. 8. *Ad concionem vocatos.* ubi duo MSS. Orvilii mei *in conc.* Sueton.

non [4] differretur. Eoque inpetu, [5] quem exhortatio concitaverat, adgressus est urbem.

II. [6] M. Cato in Hispania animadvertit, potiri se quodam oppido posse, si [7] inopinatus [a] invaderet. [8] Quatridui itaque iter biduo per confragosa & deserta [9] emensus, nihil tale metuentes obpressit hostes. [10] Victoribus deinde suis caus-

a Vulgo INOPINANTES.

ton. Calig. c. 48. *vocatos ad concionem inermes.* Oud.

4 *Differretur*] *Aggredi* addunt Medicei, Editionesque Italicae. Paullo ante elegantter MS. a J. Pr. Gronovio visus *quam id & necessarium & f.* Oud.

5 *Quem exhortatio concitaverat*] MSS. *quo exhortatos.* Scriv. Voss. *que.* Medic. sec. *quo exhortatione.* Medic. pr. *Qua exhortatione concitatus.* frustra. *Urbem* deest in Medic. pr. Adjici potius debuisset *& cepit* ex Livio l. II. c. 65. Oud.

6 *M. Cato*] Sine praenomine Leid. sec. ut l. III. 10. 1. Dein mutavi e MSS. & nostri more verborum ordinem. vulgo *animadvertit in Hispania.* Oud.

7 *Inopinantes*] MSS. *inopinatos.* Scriv. MSS. omnes *inopinatos.* Tenn. Cuncti etiam mei *inopinatos* praeter Palatinum, in quo *inopinatus.* Latine omnia. Nam *inopinans* optimis quibusvis in usu est. Adi Duker. ad Flor. l. II. c. 6. §. 52. Adde Caes. B. Gall. I. 12. IV. 4. Nepot. in Dat. c. 3. Justin. I. 10. & supra l. II. c 2. §. 12. *Inopinantium terga adortus cecidit.* Verum tamen non est, cur hoc sensu recedatur a scriptis, quorum auctoritas hic juberet *inopinatos* reponi. Sic apud Valer. Maxim. l. VII. 4. §. 5. *Ad Contrebiam conflexit, eamque inopinatam obpressit.* & passim. *Inopinatos* idem ergo, quod *nihil tale metuentes.* ut sequitur infra; quare ne bis idem ad eosdem referat, praestat multum Palatini Cod. lectio *inopinatus* passive, & id flagitat solitus auctoris stylus. l. I. 1. 2. *Inopinatus adpelleret classem.* c. IV. 6. *Inopinatus Thermopylas trajecit.* §. 7. *Custodes angustiarum inopinatus obpressit a tergo:* ubi eodem modo variatur. atque ita alii. *Inopinatos* retinere posses ex l. III. c. 6. §. 4. *Inopinati & invalidi capti sunt.* Sed adi eum locum. Oudend.

8 *Quatridui*] 2 Reg. & Voss. *Quadridui.* Vatic *Meridies*, pro *meridies.* Tenn. Medic. sec. *quatriduo.*

9 *Emensus*] MSS. *enisus.* Scriv. Medic. pr. & Leid. pr. *emersus.* sed vide ad l. I. 4. 3. *Repetitum iter emensus est. Iter remensus* l. III. 11. 4. Justin. l. XI. c. 15. *Emensus deinde plura millia passuum.* ubi itidem in MSS. nonnullis *emersus.* Stat. l. II. Theb. 375.

Jamque emensus iter silvis ac litore durum.

l. III. 324. *Jamque emensus iter.* sic MSS. plerique. Alii lic *remensus.* & ita infinitis poëtarum & historicorum locis. Oudend.

10 *Victoribus*] Medic. sec. *victoriam. Quadridui* Voss.

cauſſam tam facilis eventus requirentibus, dixit; tunc illos victoriam adeptos, quum quatridui iter biduo [11] eripuerint [a].

a Vulgo ARRIPUERUNT.

CAP.

11 *Arripuerunt*] De perrependo vel crependo non ſinit nos hoc loco cogitare eorum verborum ſignificatio; ut quae tarditatis ſint, & teſtudineo gradui convenientes voces. Caninam illam litteram male geminatam arbitror: ſcriptum quippe a Frontino fuiſſe, *aripuerunt*: quod valet, *abripuerunt*. STEW. Stewech. *aripucrunt*, id eſt *abripuerunt*. SCRIV. 3. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Eripuerint*. Barthius. *Corripuerunt*. vide ad l. 1. 4. 8. ſupra. Caeterum rei militaris periti maximum momentum victoriae in celeritate poſuerunt; ſiquidem dilapſis & nondum conjunctis copiis infirmior hoſtis facile ſuperatur. Xenoph. Cyropaed. fol. 49. l. III. Ἀνθρωπίνη δὲ προθυμία εἰς τὸ πολεμεῖν τοῦτο οὕτω ἐστὶν ὥστε μέγα σύμμαχον ἂν γένοιτο ὡς τάχος. in Cyro-minore fol. 177. Δῆλος ἦν Κῦρος σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδὸν καὶ ὡς διατρίβοιεν Hinc Alexandri dictum. μισῶ ἀπαλλόμενος. De illo Diodorus l. 17. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀκέστας τετρωμένους τὸν βασιλέα τετρακοσίους ἀπέχειν σταδίους, ἵνα πρὸ τῆς τούτου παρουσίας ἐπιβαλεῖν. Justinus l. 11 c. 9. *Miltiades & dux belli erat, & auctor non exſpectandi auxilii: quem tanta fiducia cœperat, ut plus præſidii in celeritate, quam in auxiliis duceret.* Caeſar l. 1. Bell. Gall. c. 27. *Maturandum ſibi exiſtimavit, ne, ſi nova manus Suevorum cum veteribus copiis Arioviſti ſe conjunxiſſet, minus facile reſiſti poſſet.* lib. VII. c. 56. *Quibus rebus cognitis Caeſar maturandum ſibi cenſuit, ſi eſſet in perficiendis pontibus periclitandum, ut priusquam eſſent majores eo copiae coactae, dimicaret.* TENN. *Corripere iter, viam* &c. de qua correctione non dubitat Barthius, multis ſatis exemplis probavit Adverſ. l. XIV. c. 9. & ad Stat. l. VI. Theb. 594.

Corripuere leve ſpatium.

Nec refragarer, ſi id ſcriptis Codicibus niteretur. Verum uterque etiam Leidenſis, Vaticanus, ambo Medicei, Gudianus, & Petrenſis cum Tennulii MSS. ſexdant *eripuerunt*, vel *eripuerint*. Optime & veriſſime. Quod non ceperunt editores. *Eripere iter* eſt plus, quam *corripere*; raptim facere, ita ut alios praecoccupes, & te ſequi nequeant. Virgilius l. II. AEneid. 619.

Eripe, nate, fugam.

ubi Servius:

Accelera, raptim fac.

Eripere aequor dicitur equorum agitator, qui in circo omnes poſt terga relinquit, Silio Italico l. XVI. 390.

Tene, Aſtur, certante feres quisquam aequore palmam
Erepto.

Tacitus lib. 1. Ann. c. 63. *Germanicus cedentem in avia Arminium ſequutus, ubi primum copia fuit evehi equites, campumque, quem hoſtis inſederat, eripi jubet.* Ubi vide Cel. Gronovium. OUD. MSS. lectionem *eripuerint* merito probavit quoque N. Heinſius ad Valer. Flacc. L.

11. 252. Dele vero exemplum Virgilii L. 11. Aen. 619. nam contra illic cum Cl. Burmanno legendum eſt omnino: *Arripe, nate, fugam:* quod eſt accelerare, raptim facere, & iter eripere. *fugam eripere* eſt fuga prohibere, eam adimere. IDEM *Cur, poſt,*

CAP. II.

De fallendis iis, qui [1] obſidentur.

EXEMPLUM I.

Domitius Calvinus, quum obſideret [2] Lunam [a], oppidum Ligurum, [3] non ſitu tantum

a Vulgo LUCAM.

1 *Obſidentur*] Medicei, Leidenſ. pr. Voſſ., Gudian., Hillensb., & Ed. Pariſ. *obſidebuntur*. Edd. primae *obſeſſi ſunt*.

2 *Lucam*] 3. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Lucriam*. 2. Hill. *Lutriam*. in uno Reg. *Luciam*. lege, ut in margine alterius Regii, *Lunam:* & ſic celeberrimus Graevius conjecerat. Mela 11. c. 4. *Deinde Luna Ligurum & Tigullia, & Genua & Sabbatia & Albigaunum*. Perſius Sat. VI. 9.

Lunaï portum eſt operas cognoſcere cives. TENN.

Lueriam Palat. & Ed. Modii. *Lucriam* Gudian., Cantabr. Bibl. publ. Leid. pr. Ed. Pariſ. *Liucam* Hittorp. *Sueſiam* Leid. ſec. *Lucetriam* Petrenſis. *Lucinam* Medic. ſec. *Lunnam* Medic. pr. Voſſius margini libri ſui adſcripſit quoque *Lunam*. vere. Boni librarii non putarunt, *Lunam* eſſe oppidum, de quo Livius l. XLI. c. 13. *Lunam colonia eodem anno duo millia civium Romanorum ſunt deducta. De Ligure captus is ager erat. Etruſcorum ante, quam Ligurum fuerat. Luca* vero ſemper Hetruſcorum fuit, quae urbs contra in *Lunam* mutata erat apud Lucan. l. 1. vſ 586. ubi vide, & Cluverium in Italia. OUD.

3 *Situ non tantum*] MSS. *Non tantum ſitu & operibus*. male in uno Reg. *Opibus*. Opera ſunt vallum, foſſa, moenia, turres, machinae, cuniculi. Suetonius Julio c. 35. *maximis obſeſſum operibus, ad extremum Pharſalico proelio fudit*. Livius XXXVIII. c. 4. *Conſuli* (M. Fulvio) *ad Ambraciam advenienti, magni operis oppugnatio viſa eſt*. Idem l. XXXVII. *Cum ad moenia caſtra poſuiſſet, non corona ſicut Lamiam, ſed operibus oppugnare urbem eſt aggreſſus*. Tacitus VI. annal. c. 41. *Duos collis, quos barbari inſederant, operibus circumdedit*. Nepos in Miltiade c. 7. *Urbem operibus clauſit*. Curtius V. c. 1. *Ut ſatis conſtet, Babylonios muros, ingentis operis, hujus fontis bitumine interlitos eſſe*. Caeſar l. 1. Bell. Civ. c. 81. *Quantum opere proceſſerant*. TENN. Quinque mei etiam *Non tantum ſitu*. Alii concinnius cum Ed. Romana *Non ſitu tantum* & in Palat. deeſt. Voſſ. ex [illegible] Leid. ſec. *vet.* & dein M. [illegible]

tum & operibus, verum etiam propugnatorum praestantia tutum, [4] circuiri muros frequenter omnibus copiis instituit, easdemque reducere in castra. Qua consuetudine inductis ita oppidanis, ut crederent, exercitationis id gratia facere Romanum, & ob hoc nihil ab eo conatu caventibus, morem illum obambulandi in subitum direxit impetum, [4*] occupatisque moenibus, [5] expressit, ut se ipsos dederent [6] oppidani [a].

II. [7] C. Duilius Cos. subinde exercendo milites remigesque, consecutus est, ut securis Carthaginiensibus usque in id tempus innoxiae consuetudinis, subito admota classe, [8] murum occuparet.

III.

a Vulgo ET OPPIDUM.

sec. *expugnatorum*. Medic. pr. & Edd. Italicae *oppugnatorum*. Voss. *pugnatorum*. Mox *reducere ad castra* Medicei, & Edd. eaedem. Tum Medic. antiquior *uti cred. id* deest in Palatino. *Nihil* MSS. & Edd. pp. vulgo *nil*. Pro *caventibus* Medicei *cavere*. *Ambulandi* simpliciter Leid. pr. OUD.

4 *Circuiri muros instituit, easdemque reducere*] Petrensis *circumire*. Cave tamen, ne scribas *circuire*; & vide, quae notavi ad l. II. c. 1. §. 18. *Instituit infestari naves Atheniensium, deinde revocare classem*. OUD.

4* *Occupatis moenibus expressit, ut se ipsos dederent*] Ita MSS. PARRHAS.

5 *Expressit*] Ita omnino legendum; non, *oppressit*. nec recte, pro *Luca* est in aliis, *Lucria*. Vide Plinium, Stephanum de urbibus; alios. Mox Ita Modius. non ut alias, *oppressit*. SCRIV. *Oppressit* est in Mediceis, & Edd. Paris. Hittorp. ac Wechelii. *effecit* Cantabrigienses, teste Cl. Wasse ad Sallust. B. Catil. c. 27. sed recte vulgatum defendit Ciceronis loco in Verrinis *expressi, ut conficere tabulas negaret*. Livius l. VIII. c. 2. *Deditio necessitate expressa*. & ita alii. OUDEND.

6 *Et oppidum*] Si moenia occupaverat, non necesse erat, ut oppidum dederent. Quare cum 3. Reg. Voss. 3. Hill. l. *Oppidani*. TENN. Vulgata lectione & *oppidum* nihil ineptius aut frigidius est. quare audacter reposui *oppidani*; quod exhibent etiam tres Cantabrigienses, Vaticanus, ambo Leidenses, Gudianus & Palatinus. OUD.

7 *C. Duillius*] 3. Reg. 3. Hill. *G. Duellius*. TENN. *Duellius* septem mei, & Ed. Paris. Praenomen non est in Leid. sec. *Duillius* scripsi, ut semper. vide supra. *usque ad id p.* Voss. *obnoxio* Cantabr. tert. *consuetudini* Leid. pr. OUD.

8 *Murum occuparet*] Mirus scribendi modus. Quem murum? ubi, & quando? In Consulatu Se-

III. Hannibal in Italia multas urbes cepit, quum [9] Romanorum habitu quosdam ſuorum ex longo belli uſu Latine quoque loquentes praemitteret.

IV. Arcades, [10] Meſſeniorum caſtellum obſidentes, factis quibusdam armis ad ſimilitudinem [11] hoſtilium, eo tempore, quo ſucceſſura alia praeſidia his [12] exploraverant, inſtructi eorum, qui exſpectabantur, ornatu, admiſſique per hunc errorem, ut ſocii, poſſeſſionem loci cum [a] [13] ſtrage hoſtium adepti ſunt.

V. Cimon, dux Athenienſium, in Caria inſidiatus cuidam civitati, religioſum incolis templum Dianae, [14] lucumque, qui extra muros erat, noctu inproviſus incendit; effuſisque oppidanis ad opem adverſus ignes ferendam, vacuam defenſoribus cepit urbem.

VI. Alcibiades, dux Athenienſium, quum civitatem [15] Agrigentinorum egregie munitam [16] obſidegeſtam obſidione liberavit. Dein Conſul C. Cornelius Panormum occupavit. V. Polyb. l. 1. c. 38. De Duilio vide quoque ad l. 1. 5. 6. OUD.

9 *Romanorum habitu*] Medicei *in Romanorum habitu*: ut *in veſtibus*, *in armis*, & ſimilia. Sed non opus recedere ab ceterorum MStorum lectione. pro *ex longo* Palat. & *loco longo*. OUDEND.

10 *Meſſeniorum*] Hillensb. *Meſſaniorum*, Medic. ſec. *Meſſoniorum*. Male. *Meſſene* urbs Peloponneſi, unde *Meſſenii*. *Meſſane* Siciliae urbs. ut notum. OUDEND.

11 *Hoſtilium*] *Hoſtium* MSS. SCRIV. Ex meis *hoſtium* ſolus Leidenſis ſec.

12 *Exploraverant*] 4. Reg. 3. Hill. *exploraverunt*. TENN. Octo etiam mei cum Edd. pp. *exploraverunt*. Cantabr. tert. *eis ſucceſſura alia praeſidia*.

13 *Strage hoſtium*] Voſſ. & 3. Hill. *cum ſtrage hoſtium*. TENN. *Cum* addunt bene Medicei, ambo Leidenſes, Gudianus. tres Cantabrig. & Edd. Rom. Bonon. & Pariſ. OUD.

14 *Lucumque*] Perperam *locumque* duo Leidenſes, & Edd. pp. *qui ibi extra m.* Petrenſ. *extra murum* pr. Mediceus. *nocte* nonnulli. *ignem* Medicei. OUDEND.

15 *Agrigentinorum*] MS. *Agetinorum*. Sed Polyaenus probe facit. Vide eum. PARRHAS. In optimis membranis ſcribi melius *Agragantinorum* dicit Keuchenius. ex Graeco Ἀκραγαντίνων.

a Vulgo cum deeſt.

ſideret, petito ab eis [17] concilio [a], diu tamquam de rebus, [18] ad commune pertinentibus, diſſeruit in theatro, ubi ex more Graecorum locus conſultationi praebebatur; dumque conſilii ſpecie tenet multitudinem, Athenienſes, quos ad id praeparaverat, incuſtoditam [19] urbem ceperunt.

VII. Epaminondas Thebanus, [20] in Arcadia, die feſto, effuſe extra moenia [21] vagantibus hoſtium

a Vulgo CONSILIO.

Mei Codices nihil variant. Ceterum auctor noſter male hoc Strategema ab Alcibiade contra Agrigentinos adhibitum ait, quum debuiſſet *Catinienſes* dicere. Catinam enim hoc pacto occupavit. Conſule Maasvic. ad Polyaen. l. 1. Strateg. c. 40. §. 4. OUDEND.

16 *Obſideret*] Keuchenius ſcribit fortaſſe legendum *deſideraret*, vel tale aliquid, & excutiendas eſſe hiſtorias. Quae rurſus plagiarius iſte ſublegit Barthio Adverſ. l. XIV. c. 9. Ex Polyaeno & Diodoro Siculo patet *obſidere* ſignificare: cum jam in eo eſſet, ut obſidere vellet: ut paſſim hoc inperfectum ſumitur. niſi malles *accederet*: quod tamen non puto. Paullo ante in Palatino *mutata*. OUD.

17 *Conſilio*] *Conſilium ab aliquo petere*, eſt conſulere aliquem, in conſilium adhibere. quod huic loco non convenit. Contra petiit concionem advocari, ut in commune illis conſuleret. Quare placet omnino lectio Editionis Bononienſis *Concilio*. Agitur enim de Graecis, non Romanis. Livius l. XXIV. 37. *Sibi ſalem datum populi concilium*. Vide ſupra ad l. II. 9. 5. *Decidit in medium concilium*. Juſtin. l. VIII. c. 1. *Ad commune Graeciae conſilium*. Vide etiam Cl. Drakenb. ad Sil. XI. 71. Idem vitium tollendum quoque infra c. 6. §. 6. *In publicum (Syracuſanorum) concilium introductus*. Liv. l. I. 54. *Inde in concilia publica adhiberi*. OUD.

18 *Ad commune*] Male Petrenſis addit *commodum*. *Commune* eſt res publica. τὰ κοινὰ. ut Graeci paſſim, etiam in nummis. Cicero l. I. in Verr. c. 36. *Communa Milyadum vexare*. *Commune Siciliae* l. II. in Verr. c. 46. 64. &c. Horat. *Commune magnum* l. II. O. 15. *In commune* ſaepius. quod reddendum ex MSS. integerrimis Lactantio l. III. c. 25. *Pauca de philoſophia in commune dicenda ſunt*. vulgo *communi*. de more Graeco concionem in theatris habendi vide Bernecc. ad Juſtin. l. XXII. c. 2. *Populum in theatrum ad concionem vocari jubet*. OUD.

19 *Urbem*] Deeſt in Mediceo pr.

20 *In Arcadia*] *Achaia* Leid. ſec. *Archandia* Palat. In Arcadia id accidiſſe veriſimilius eſt, quam quod Polyaenus narrat. id factum ad Cadmeam Thebarorum arcem, lib. II. c. 2. §. 1. ubi vide. OUDEND.

21 *Vagantibus*] V. lib. *Graſſantibus* Lipſius ad exemplaris ſui marginem notavit. Conjecit Rubenius in Elect. l. II. c. 19.

vac-

ſtium feminis, plerosque ex militibus ſuis muliebri ornatu inmiſcuit: qua [22] ſimulatione illi intra portas [23] ſub noctem recepti, ceperunt oppidum, & ſuis aperuerunt.

VIII. [24] Ariſtippus Lacedaemonius, feſto die Tegeatarum, quo omnis multitudo, ad celebrandum Minervae ſacrum, [25] urbe egreſſa erat, jumenta ſaccis frumentariis, [26] palea refertis, onuſta Tegeam miſit, agentibus ea militibus, qui negotiatorum ſpecie inobſervati portas aperuerunt ſuis.

IX. Antiochus, in Cappadocia, ex caſtello [27] Suenda, quod obſidebat, jumenta frumentatum

bacchantibus e Polyaeno, quia illic usque ad ebrietatem potae ſimularunt ſe ad nocturnum ſacrum ire. Verum quum ea res a feminis conſulto ſit acta, hic locum non habet *bacchari. effuſe vagari* locutio eſt frequentiſſima. Utrumque jungit Curtius l. VIII. c. 10. 15. *Redimitique fronde toto nemore ſimiles Bacchantibus vagarentur.* OUD.

22 *Simulatione*] Leid. ſec. *ſimilitudine*. In Palatino deeſt *illi*.

23 *Sub noctem*] Duo Cantabrig. Medic. pr. Leidenſ. ſec. & Edd. Italicae ac Pariſ. *ſub nocte*. Sed vide ad l. I. c. 5. 9. *Sub occaſum ſolis ſe receperunt*. OUDEND.

24 *Ariſtippus Lacedaemonius*] Multi fuere Ariſtippi, quorum recenſum agunt Diogenes Laërtius lib. II. Sect. 83. & inibi Cl. Menagius. Lacedaemonii vero Ariſtippi mentionem nusquam inveni; niſi idem ſit, qui Argivus, quod ſane non videtur. Tegeatis autem ſaepe bella fuere cum Lacedaemoniis, quorum capti cum iis ſunt compedes ſervati Tegeae in templo Minervae *Aleae*, ut vocabatur. Conſule Herodotum l. I. c. 66. & Pauſan. in Arcad. l. VIII. c. 46. 47. aliosque. OUD.

25 *Urbe egreſſa*] Leidenſ. ſec, *urbem*. Vide ad l. I. c. 12. §. 1. *egrediens navem*. Colum. l. I. c. 8. *egredi terminos*. Apulej. l. IV. Met. pag. 61. Ed. Colv. *portam civitatis egreſſi*. Caeſar. l. I. B. Gall. 44. *exercitum Galliae fines egreſſum*: ubi itidem in MSS. & Edd. quibusdam *finibus*. OUD.

26 *Palea*] Petrenſ. *Paliis*. Dein *quaſi n.* Medic. ſec. *ſpeciem* Ed. Rom. *inobſervati apparuerunt* ceteris rejectis, Leid. ſec.

27 *Suenda*] MSS. *Sueda*, & *Sumeda* MSS. SCRIV. Sic noſtri MSS. *Sueda* vel *Sumeda* Scriverii in nullo exhibetur. TENN. *Sueda* exhibent editiones Rom. & Bononienſis. *Suendo* Cantabr. tertius, Palatin. *Sunda*. Quomodo ſit ſcribendum, cum igniſſimis neſcire me fateor. *Tebenda*, *Saruena* loca ſunt Cappadociae apud Ptolemaeum. In itinerario Antonini inter Taviam & Caeſaream in Cappadocia recenſetur *Soanda*. OUD.

tum egreſſa intercepit: occiſisque [28] calonibus, eorumdem veſtitu milites ſuos, tamquam frumentum reportantes, ſubmiſit. Quo errore illi, cuſtodibus deceptis, caſtellum intraverunt, admiſeruntque milites Antiochi.

X. Thebani, quum portum [29] Sicyoniorum nulla vi redigere in poteſtatem ſuam poſſent, navem ingentem armatis [30] compleverunt, expoſita ſuper merce, ut negotiatorum [31] ſpecie fallerent: ab ea deinde parte murorum, quae longiſſime remota erat, [32] adparere paucos diſpoſuerunt, cum quibus [33] e nave quidam egreſſi inermes, ſimulata rixa, [34] concurrerent [a]. Sicyoniis ad dirimendum id jurgium [35] advocatis, Thebanae

[a] Vulgo OCCURRERUNT.

28 *Calonibus*] *Caulonibus*, *Colonibus*, *Coloris* perperam nonnulli MSS. dein *illis* Leid. pr. & Medic. ſec. cum Edd. Italicis. Oud.

29 *Sicyoniarum*] Ita bene hic editur. Male ſtatim & alibi erat *Scioniis*. Strategema hoc peractum eſt, duce Pammene, ut teſtatur Polyaenus l. v. c. 16. §. 3. ubi tamen paullo aliter hanc rem enarrat, &, ut mihi videtur, corrupte. Oud.

30 *Compleverunt*] MSS. tres & Edd. pp. *impleverunt*.

31 *Specie*] MSS. *ſpeciem*. Scalv. *Speciem* Vatican. *ſpem* Leid. pr. *fallerentur* Mediceі. Omnes male. *remota eſt* Petrenſ.

32 *Adparere paucos diſpoſuerunt*] Latinum hoc non eſſe puto. Palatin. *apparare*. forſan legendum eſt *remota erat a portu*, *paucos diſpoſuerunt*. Aut omnino lege, quod, ut ſaepe ſit, ſolus Petrenſis nobis ſervavit, *adparere paucos*, *inſtituerunt*. Vide neceſſario ad l. II. 1. 18. *Inſtituit inſeſtari naves Athenienſium*. Infra c. XIII. 8. *Poſtquam diſpoſito quibusdam locis cibo columbas illuc devolare inſtituerat*. Oud.

33 *E nave*] Caret praepoſitione Medic. pr. & dein *cura* a m. pr. pro *rixa*.

34 *Occurrerunt*] MSS. *conourrerent*, & ſic lege. Tenn. *Concurrerent* ſenſu poſtulante repoſui, quod etiam exhibent MSS. mei omnes. In vulgatis ſenſum non eſſe viderat etiam Barthius l. XIV. Adverſ. c. 9. quare vocem *cum* eliminandam cenſebat; quam conjecturam tacito ejus nomine ad ſe ſuo more rapuit hic Keuchenius. Lipſius *concurrerunt*. Oud.

35 *Advocatis*] Mallem rurſus *avocatis*, ut ſaepiſſime ſupra. Non enim a litigantibus vocabantur, ſed per ſe ipſi abibant ad dirimendum jurgium, & a portu ac nave avocabantur. Alibi *avocatus ad defendenda ſua*. ſed vide ad l. I. 4. 14. *id* deeſt in Edd. primis. Oud.

36 *Thy-*

nae naves & portum vacantem, & urbem occupaverunt.

XI. [36] Timarchus [a] AEtolus, occiso [37] Charmade Ptolemaei regis praefecto, chlamyde [38] interemti & galero ad Macedonicum ornatus est habitum. Per hunc errorem pro Charmade [39] in [40] Samiorum [b] portum receptus occupavit.

a Vulgo THYMARCHUS. *b* Vulgo SAMNIORUM.

36 *Thymarchus*] Sic vel *Thymarcus* ab omnibus editur, & in plerisque MSS. est. *Tymotheus* Medic. pr. Sed Leidens. pr. & Palatinus *Timarchus*, verissime. Τιμάρχος Αἰτωλος Polyaeuo l. v. c. 25. *Timarchi* autem multi fuere. V. Diogenem Laërtium, Suidam, alios. OUD.

37 *Charmade*] Alias *Carneade*. SCRIV. Voss. 2. Reg. *Carmade*. TENN. *Carneade* Medic. pr. & Edd. Italicae. *Chermade* Petrensis. Ceteri *Charmade* vel *Carmade*.

38 *Interempti*] Medicei *intercepto*. Arcerian. *ad M. armatus e. h.* sed vide Keuchenium. OUDEND.

39 *In Samniorum portum receptus occupavit*] MSS. octo, & Edd. Rom. Bonon. Paris. non agnoscunt praepositionem *in*. Melius. Modo invertas verborum ordinem *receptus*, *Samiorum portum occupavit*. certe *occupavit* casu suo videtur hic destitui non posse. *portu* Palatin. OUDEND.

40 *Samniorum*] *Samiorum* MSS. SCRIV. Nihili haec vox est. *Sampinorum* Leidens. sec. *Samiorum* ex meis habent quoque Medicei, & Edd. Rom. ac Bonon. *Saniorum* Ed. Paris. vetustior cum Leid. pr., quod probant Keuchenius, & Tennulius ad cap. v. 5. *Oppido Saniorum excluſus*. De hac urbe *Sane* vide Thucyd. quoque l. IV. p. 305. &c. Holsten. ad Stephan. Verum in re obscura non ausim hic *Saniorum* reponere: praesertim cum Polyaenus testetur, in Asia res gessisse Timarchum. Jam *Samus* Joniae adjacet. *Sane* vero urbs est Thraciae, longe hinc remota. OUDEND.

CAP.

CAP. III.

De eliciendis ad proditionem.

EXEMPLUM I.

[1] Papirius Curſor Cos. apud Tarentum, Miloni, qui [2] cum [a] praeſidio Epirotarum urbem obtinebat, ſalutem ipſi & popularibus, ſi per illum oppido potiretur, pollicitus eſt. Quibus praemiis ille corruptus, [3] perſuaſit Tarentinis, ut ſe legatum ad Conſulem mitterent: a quo plena promiſſa ex pacto referens, in ſecuritatem oppidanos reſolvit; atque ita incuſtoditam urbem Curſori tradidit.

II. M. [4] Marcellus [b], quum Syracuſanum quemdam [5] Soſiſtratum ad proditionem ſollicitaſſet,

[a] Vulgo TUM. [b] Vulgo deeſt M.

1 *Papirius*] Sic ſcribendum. Vide ad II. 4. 1. vulgo per *y*. de hac proditione conſule Pighium T. 1. Ann. p. 447. & Scaliger. ad Euſebii Chron. N. MDCCXLII. ac Joannem Juvenem in Tarentinorum hiſtoria l. v. c. ult. ex Scriverii indicio. In quibusdam libris eſt *Moloni*. OUD.

2 *Tum praeſidio*] MSS. omnes *cum praeſidio*. TENN. Omnes etiam mei cum Edd. Italicis, & Pariſienſi. Nec dubito, quin recte. Milo & praeſidium Epirotarum tenebant urbem. Caeſar l. IV. B. G. c. 22. *Legatum cum eo praeſidio, quod ſatis eſſe arbitrabatur, portum tenere juſſit.* Auctor B Hiſpan. cap. 3. *Qui cum praeſidio Cordubam tenebat.* Hirt. de B. Afr. c. 79. *Ubi Vergilius cum grandi praeſidio praeerat.* OUD.

3 *Perſuaſit*] Medic. ſecundus *ſuaſit*. dein Palatin. *ſeſe* Hilensb. caret *τοῖς ad Conſulem*, pro *ex pacto* Edd. Italicae *expectata*.

4 *Marcellus*] 3. Reg Voſſ. 2. Hill. *M. Marcellus*. TENN. Praenomen addunt quoque ſeptem mei meliores, & Ed. Pariſ. quare adpoſui. OUD.

5 *Soſiſtratum*] Qui ſequentia Marcello indicavit, fuit *Damippus Lacedaemonius*, ut tradunt Plutarchus in Marcelli vita, p. 308. & Polyaen. l. VIII. c. 11. ac Livius l. XXV. 23. ut reſtituere Sigonius, & Gronovius. Alius autem Syracuſanus *Soſis* adpellatur Livio ibid. c. 25. & l. XXVII. 30. Verum *Soſiſtratum* Syracuſanorum eſſe nomen docet Polyaen. l. 1. 43. &c. Medicei, Leid. ſec. & Ed. Rom. *Soliſtratum*. OUD.

6 *Epi-*

set; ex eo cognovit, remissiores custodias fore die festo, quo [6] Epicydes [a] praebiturus esset vini epularumque [7] copiam. Insidiatus igitur hilaritati, &, quae eam sequebatur, socordiae, munimenta conscendit, vigilibusque caesis, aperuit exercitui Romano urbem, nobilibus victoriis claram.

III. Tarquinius Superbus, quum Gabios in deditionem [8] accipere non posset, filium suum Sextum Tarquinium, caesum virgis, ad hostem misit. Is, incusata patris saevitia, persuasit Gabinis, [9] odio [b] suo adversus regem uterentur, & dux ad bellum electus tradidit patri Gabios.

IV. [10] Cyrus, Persarum rex, [11] suum comitem

a Vulgo EPICIDES. b Vulgo UT O.

6 *Epicides*] *Ephycides* MSS. SCRIV. 2. Reg. Voss. 3. Hill. *Ephicides*. Unus R. & alter H. *Ephycides*. TENN. *Ephitides*, *Epichides*, *Ephicides*, *Ephycides* &c mei. Arcerian. *Ephicydes*. Scribe *Epicydes*. Graecis enim dictus est Ἐπικύδης. Et sic hoc nomen Livio restituit Gronovius. vide ad l. XXIV. 6. OUD.

7 *Copiam*] Petrens. *custodiam*. Medic. pr. *insidiatusque*. *Socordiae* Medicei, Palatin. & Edd. pp. quae orthographia magis mihi semper placuit prae vulgata *socordia*. Vide etiam l. IV. c. I. §. I. ab ea tamen recedere nolui. Dein Hillensb. *exercitui & Ovia no* pro *e. Romano*. OUD.

8 *Accipere*] Petrensis *capere*. *Sextum* non agnoscunt Medicei, nec Edd. Italicae.

9 *Ut odio suo*] Omnes MSS. carent particula *ut*, quae hic commode abesse potest. TENN. Recto judicio Tennulius abesse hanc particulam posse judicat. Ablegenda enim omnino est, quod nostri stylus, de quo supius jam monui, & aliquoties infra occurret, ac MSS. etiam mei meliores septem jubent. Elegantier. Statim quoque mallem *at dux*. OUD.

10 *Cyrus*] Immo vero *Darius*, in quo ceteri omnes consentiunt historici. Hunc Frontini errorem jam notavit Gonsalas ad Petron. p. 194. Ed. ipsius, & ad libri sui oram Scriver. & ad Polyaen. Casaubonus. MSS. tamen mordicus ad *Cyrus* retinent, nisi quod in Leidensi tertio sit *pius*. unde quis conjicere posset, fuisse in antiquiore libro *Perius* pro *Darius* vel *Dareus*. Sed hoc est hariolari. Deinceps in eodem Codice bis *Tiro*. Cyrus Euphrate averso Babyloniam cepit, quod noster Alexandro & Semiramidi tribuit cap. 7. OUD.

11 *Suum comitem*] Antiquum obtinet Keuchenius, & suo nomine venditat totam animadversionem Barthii Adversar. l. XIV. c. 9. ubi haec verba quasi sequioris aevi suspecta habet; sed deinceps l. LVIII. c. 3. quo usque forsan

tem [12] Zopyrum, explorata ejus fide, truncata de industria facie ad hostes [13] dimisit. [14] Ille, adsentante injuriarum fide, creditus inimicissimus Cyro, quum hanc [15] persuasionem adjuvaret procurrendo propius, quoties acie decertaretur, & in eum tela dirigendo, commissam sibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro.

V. Philippus oppido [16] Saniorum [a] exclusus, [17] Apoli-

[a] SAMIORUM vulgo.

non legit Keuchenius, ex Prudentio & Ausonio *Comitem* exponit per tutorem & praeceptorem. Sed neque hoc bene. *Comes* optimis Scriptoribus est in usu pro expeditionis comite, sodali, amico, adeoque, si magni principis sit amicus, aulico & honoribus fungente. Cave enim, tamquam titulum, multo post natum, capias. Melius rem tetigit idem Barth. ad Stat. Theb. l. x. 344.

dilecti regibus ambo;
Regum ambo comites.

Adde omnino Torrent. ad Horat. l. 1. Epist. 8.

comiti scribaeque Neronis.

Hinc *amicus & militiae comes.* Vide N. Heinf. ad Vellej. l. II. 59. Passim Suetonius, aliique. MSS. quidam *comitem suum.* OUDEND.

12 *Zopyrum.*] Sic lege secundum Graecos. 3. Reg. *Zopirum.* Herodotus in fine libri 3. Aristides orat. κατὰ τῶν Καρχηδονίων. Justinus l. 1. 10. Gregor. Nazianz. contra Julianum, Polyaenus l. VII. pag 494. (c. 12.) TENN. Per *ph* exhibet Leid. sec. ut voluit Bongars. ad Justin. l. 1. V. Bernecc. receptam ab omnibus lectionem retinere malo. Pro *explorata ejus fide* Lipsius margini adleverat *exploratae fidei.* OUDEND

13 *Dimisit*] Petrens. *misit.*

14 *Ille adsentante injuriarum fide.*] *Injuriarum fide* mihi suspecta sunt, vel certe illud *adsentante*, de quibus alii otiosiores videant. BARTH. Adversar. l. XIV. c. 9. Medic. primus, Vatican. & Ed. Rom. *illo asserente.* Bononiensis *illo asserente inf. fidem.* Medic. sec. *ille assentante.* *Assentante* mihi etiam suspectum est. Num scribendum, quod timide tamen pronuncio, *vultu adsererente injuriam fidem?* Πιστοῦσθαι τῷ ὄψει Polyaen. Justin. *nec de fide timebant, cujus velut pignora vulnera corporis & injuriae notas habebant.* Livius l. XXVI. 50. *forma faceret fidem.* Sed, ut dixi, nihil definio: nam, licet *adserere* hoc sensu apud Tacitum aliosque satis crebro usurpetur, *adserere fidem* tamen nescio, num inveniri posset. Quare vulgata tutius retinebitur, nisi quod tum *illi* malim. *Injuriarum fides* est vultus laceratus seu argumentum. *fides inopiae* apud Justin. *fides defectionis* Livio, & alibi saepissime. OUD.

15 *Persuasionem*] Petrens. *professionem.* Medic. pr. non habet *acie.* Idem cum Cantabr. tert. *decertarent.*

16 *Samiorum*] Sic omnes MSS. praeter unum Hill. *Samiorum.* Sc

17 Apollonio praefecto eorum, ad 18 proditionem corrupto, perſuaſit, ut plauſtrum, lapide quadrato oneratum, in ipſo aditu portae poneret. Confeſtim 19 deinde ſigno dato inſecutus, oppidanos circa inpedita portae clauſtra trepidantes obpreſſit.

VI. Hannibal apud 20 Tarentum, quae a praeſidio Romano, duce 21 Livio, tenebatur, 22 Co-

no-

& alterum *Sanniorum*. Nobiliſſimus Voſſius ad Melam. II. c. 3. primus vere correxit *Saniorum*. dicti ab urbe *Sana* vel *Sane*. Stephanus: Σάνη, πόλις Θρᾴκης μεταξὺ Ἄθω καὶ Παλλήνης. οἱ πολῖται Σάνιοι, καὶ Σανᾶος, καὶ Σανᾶν. Mela. *Canaſtraeo promontorio Sena proxima eſt*. Hinc ſupra c. 2. II. quoque aſſere *Saniorum*. TENN. *Sampinorum* Leid. ſec. *Sanniorum* Leidenſ. pr. & Medic. ſec. cum Ed. Pariſ. ſed verum hic omniuo eſt *Saniorum*. Intelligo enim Philippum Alexandri M. Patrem, qui in Thracia plurimas res geſſit, non autem in Aſia minore, vel adjacentibus inſulis. Keuchenius autem teſtatur, in Arceriano eſſe *Seniorum*. quare id praeſert, quia & urbs haec Σῖνη dicitur. OUD.

17 *Apollonio*] 2. Reg. Voſſ 3. Hill. *Apollonide*. TENN. Gudianus, Palatin. Edd. Pariſſ. Hittorp. Wech. *Apollonide*. Leid. ſec. *Apollini*. Leid. pr. Cantabr. ſec. *Apolloni expr.* Arridet mihi magis *Apollonidae*. ſed in re obſcura nihil certi ſtatuendum. Utrumque enim bene Graecum eſt nomen. OUD.

18 *Proditionem*] Edd. primae *probationem*.

19 *Deinde*] Tres Cantabrigienſes, ambo Medicei, bini Leidenſes, & Edd. primae non agnoſcunt *ἐὰ deinde*. Cantabrigienſes *confeſtimque*. Rectius. ſi enim *confeſtim*, quomodo poteſt *deinde*. Praeterea non jungenda ſunt *inſecutus oppidanos*, ſed *inſecutus* plauſtrum ſcilicet poſitum in porta, oppreſſit oppidanos trepidantes circa clauſtra inpedita portae vel *inpeditae*, ut in Petrenſ. Sic enim bene digeſunt haec verba MSS. Vulgo *inſecutus oppidanos, circa i. p. clauſtra, oppreſſit trepidantes. Trepidare circa clauſtra*, ut apud Phaedr. l. IV. F. V.

Fugerent & artos circum trepidarent ovos.

Hirtius de B. Africano c. 28. *Animadvertit hoſtes circa vallum trepidare*. Livius l. I. 7. *Concurſu paſtorum trepidantium circa advenam manifeſtae reum caedis*. OUD.

20 *Tarentum*] Mirum eſt, in urbe notiſſima tantopere ludere MStos. Nam Leid. ſec. *arem*, ſex alii *aren*, Gudian. *arentum*, Edd. primae *arcem*, Medic. ſec. *Arebiam* exhibent. Dein *Romanorum* Medicei. OUD.

21 *Livio*] Sic vocatur hic praefectus, a Livio, Polybio, & Plutarcho. Verum Livius eum praenomine inſignit *Marci* l. XXVI. 39. XXVII. 23. &c. Graeci vero auctores *Caii* nomine. Polybius quidem l. VIII. c. 20. Plutarchus in Apophthegm. p. 195. in fine. Videtur tamen rectius eſſe *Marci* nomen: unde Cicero eum confudit cum M. Livio Salinatore, qui

noneum [a] quemdam Tarentinum, quem ad proditionem sollicitaverat, ejusmodi fallacia instruxit; ut ille [23] per caussam venandi noctu procederet; qua-

a Vulgo EONEUM.

qua de re egit Cl. Wesseling. Observ. l. II. c. 5. Sed quid fiet Appiano, qui illum in Hannibal. p. 573. appellat *Junium*. Nisi pro IOYNIOΣ sit rescribendum Γ. AIBIOΣ, erroris non absolvi poterit Appianus. Quia autem in sequenti nomine cum eo videtur stare auctor noster, & *Livium* tamen retinet, puto, Appianum in praefecti nomine saltem esse corruptum. OUD. Turbatum hic est in nota mea, quam ita refinge. Sic vocatur hic praefectus a Livio, Polybio, & Plutarcho. Verum Polybius L. VIII. C. 20. eum praenomine Caii insignivit; sed Livius L. XXVI. 39. XXVII. 23. &c. *Marci*, cui consentit Plutarchus in Apophthegm. p. 195. in fine, & in Fab. p. 187. Videtur rectius esse *Marci* nomen. Adi Dukerum ad primum Livii locum. IDEM *Cur. post.*

22 *Eoneum*] *Coneum* MSS. *Niconem*. SCRIV. *Eoneum* sic 4. Reg. 1. Hill. Sed alter Hill. *Eononem*. tertius Hill. *Enonen*. Voss. *Eononeum*. TENN. Non habet hoc nomen Leidens. sec. *Eoneum* Cantabrigienses, & Leidens. pr. *Zoneum* Medic. pr. *Coneum* Medic. sec. *Cuneum* Ed. Rom. sed Palatinus quoque, & Gudianus *Eononeum*, at Editio Bononiensis *Niconem*, quod videtur ex emendatione esse Beroaldi, auctoribus Polybio ibid. & Livio l. XXV. c. 8. qui duos nominant *Niconem* & *Philemenum*. Verum cum huic lectioni non faveant MSS. & praeterea Appianus eum vocet Κερκυραῖον. non dubitavi rescribere minima mutatione *Cononeum*. Non quod certo putem, id ei homini nomen fuisse. Sed quod crediderim, Frontinum & Appianum auctores tantum non coaevos, quippe noster sub Domitiano, Appianus sub Trajano & Hadriano floruit, hoc nomen ita inveniisse in aliquo nunc deperdito auctore, vel in corrupto historici cujusdam codice. In qua sententia confirmor, quia alibi plus semel deprehendi, nostrum & Appianum consentire in re, quae alio modo memoratur a superstitibus scriptoribus. Ex. Gr. l. II. c. 5. 21. de oborta illa nebula &c. apud neminem reperias, praeter nostrum & Appianum. *Quemdam Tarentinum* desunt in Edd. pp. OUD.

23 *Per causam venandi*] Praetextu venationis. Cicero pro domo c. 5. *Cum tu in annonae caritate, in consulet, in senatum, in bona fortunasque locupletum, per causam inopum atque peregrinorum novos impetus comparares.* Caesar l. VII. bell. Gall. c. 9. *Per causam supplementi equitatusque cogendi, ab exercitu discedit.* l. III. bell. Civ. c. 24. *Per causam exercendorum remigum ad fauces portus prodire jussit.* Hirtius bell. Alex. XLIX. *Per causam liberalitatis speciosam plura largitori quaerebantur, ut postulat consuetudo largitionis.* Tibull. I. Eleg. 7.

Saepe velut gemmas ejus signumque probarem,
Per causam memini me tetigisse manum.

Ovidius epist. Acontii:

Dumque suo tentat salientem pollice venam,
Candida per causam brachia saepe tenet. TENN.

24 *Pet*

quasi id [24] per hostem interdiu non liceret. Egresso ipsi apros subministrabant, quos ille tamquam ex captura Livio obferret; idque quum saepius factum esset, & ideo minus observaretur, quadam nocte Hannibal, venatorum habitu, Poenos comitibus ejus inmiscuit: qui quum onusti venatione, quam ferebant, recepti essent a custodibus, protenus eos adorti [25] occiderunt. Tum fracta porta admissus cum exercitu Hannibal omnes Romanos interfecit, exceptis his, qui in arcem profugerant.

VII. Lysimachus, rex Macedonum, quum Ephesios obpugnaret, & illi [26] in auxilio haberent Mandronem Archipiratam; qui [27] plerumque oneratas praeda naves Ephesum [28] adpellebat, corrupto ei ad proditionem junxit fortissimos Ma-

24 *Per hostem*] Petrens. *pro hoste*. Voluit nempe *prae hoste*. Dein *subministrabat* Medic. pr. & Palatin. Scil. Hannibal, & sic scribi voluit Lipsius, ut & *ipse*. *De captura* Medic. sec. *Livio* deest in Leid. sec. *offert* Medic. sec. *Id cum* Hillensb. Dein *venatorio* Leid. sec. *essent* deest in Mediceis. *Penitus* loco τῦ *protenus* vel, ut alii. *protinus* Voss. Tandem *adorsi* MSS. Cantabr. Vide supra. OUD.

25 *Occiderunt.*] Petrensis *cecidерunt* bene. ut supra saepius. In fine *prefugerant* Medicei, & Edd. Rom. Bonon. Paris. & Ed. Wech. sed male. Non enim ante Romani eo confugerant, sed in ipsa caede. Livius: *Romani, qui caedibus superfuerant, in arcem confugerant*. Multum praefero, si quid mutandum, *perfugerant*, tamquam in securum locum, & quasi portum & asylum; ubi tutum perfugium habeant. *Profugere* dicuntur illi potius, qui aliquo in incertam, vel saltem longinquam sedem aufugiant, & magis respectu loci, unde fugiunt, quam quo fugiunt, usurpari ab Auctoribus videtur. *Perfugerant* certe est in utroque Leidensi. Verum cum haec observatio non perpetua sit, nihil muta. Justin. l. XXXIX. c. 3. *Superstitionem templi, quo abdita profugerit*. OUD.

26 *In auxilio*] Medic. sec. *in auxilium*, ut l. III. c. 9. & alibi. *Mandronis* alicujus Bebrycum regis meminerunt Plutarchus, & Polyaen. l. VIII. c. 27. OUD.

27 *Plerumque*] *Plurimum* MSS. SCRIV. Quod placet Kenchenio, invenique in Mediceis, & Edd. Italicis. In ceteris *plerumque*. Dein duo *Ephesimi* an *Epheson*, hic & mox nostri more? OUD.

28 *Adpellebat.*] Inepte MSS. 5. & Edd. vetustae quaedam *adpellabat*. Cantabr. tert. *eo. ref. navibus* Medic. pr.

Macedonum, quos ille reſtrictis manibus pro captivis Epheſum introduceret, [29] qui poſtea, raptis ex arce armis, urbem Lyſimacho tradiderunt.

29 *Qui poſtea*] Omnes MSS. carent τῷ *qui*. TENN. Omnes etiam mei, & Ed. Romana carent τῷ *qui*, praeter Petrenſem, & Ed. Bononienſem: Quare retinui, licet ſenſus ſatis conſtaret ſine τῷ *qui*, vel *ii*. OUD.

CAP. IV.

[1] *Per quae hoſtes ad inopiam redigantur.*

EXEMPLUM I.

Fabius Maximus, vaſtatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obſidionis ſupereſſet, receſſit ſementis tempore, ut frumentum, quod reliquum habebant, [2] in ſationes conferrent. Reverſus [3] deinde renata [4] protrivit, [5] & ad famem redactis potitus eſt.

II.

1 *Per quae*] 2. Reg. *Quae hoſtes ad inopiam redigant.* tertius *Per quae hoſtis ad inopiam reducatur.* TENN. V. ſupra. Leid. pr. hic *per quem.* Leid. ſec. *redigunt.*

2 *In ſationes*] Voſſ. *in ſementes*, deleta priore lectione penitus. TENN. Medic. *In ſationem.* Melius certe, quam *ſementes*. Notanda autem *ſationis* eſt vox in plurali, & quaerendum, num alibi inveniatur. De ipſa re adi Livium l. XXIII. 48. & XXV. 13. OUD.

3 *Deinde*] Petrenſis *demum.*

4 *Protrivit*] Alias *proſtravit.* SCRIV. Unus Reg. *proſtravit.* TENN. *Proſtravit* etiam quinque mei, & Edd. Italicae. *Stravit* in Sanuto. Leid. tert. *prorsit.* Perperam. Livius l. XXXIV. 26. *Viride ne hoſtes mox haberent, protritum & corruptum.* Lucan. l. VI. 82.

ad pabula terrae,
Quae currens obtrivit eques.

Statius l. II. 657.

equitumque catervis
Exſpirat protritus ager.

& paſſim. Verum tamen Livius dicit, Fabium non protriviſſe pabulum, ſed id congeſſiſſe in Claudiana caſtra: ſed vel ſic *proſternere* non habet locum. *Segetes proſternere* calamitas dicitur & tempeſtas, non meſſis; & praeterea

II. Antigonus adverſus Athenienſes idem fecit.

III. [6] Dionyſius, multis urbibus captis, quum [7] Rheginos adgredi vellet, qui copiis abundabant, [8] ſimulat [a] pacem, petitque ab eis, ut commeatus exercitui ipſius ſubminiſtrarent: Quod quum impetraſſet, exhauſto oppidanorum frumento, adgreſſus urbem, alimentis deſtitutam ſuperavit.

IV. Idem & adverſus Himeraeos [9] feciſſe dicitur.

V.

[a] Vulgo SIMULAVIT P. PETIITQUE.

terea nimis abrupta foret locutio. Oud.

5 *Et ad famem redactis potitus eſt.*] Quid ais, Frontine? an Campanis potitus eſt Fabius? Vel turpiter erras, vel miſere luxatus es. Nam Capua demum duobus poſt annis A. V. C. DXLII. a prioris anni Conſulibus Fulvio Flacco, & Appio Claudio capta eſt, ut omnes docent hiſtorici. Adi Livium l. XXVI. 8. 14. Verum ego omnino hic abſolvi auctorem, & culpam in librarios conjici velim. Nam quam ignoranter auctorem exſcripſerint, ex hoc loco inſuper patet, pro *Antigono* ſupponentes *Auguſtum*, ut in Leid. ſec. *Antigonius* Hillensb. *Artumenſes* pro *Athenienſes* Ed. Rom. Scribendum contendo, *protrivit*. II. *Antigonus adverſus Athenienſes idem fecit, & ad famem redactis potitus eſt.* Sic omnia plana, & hiſtoriae ſunt convenientia. Antigonum hoc pacto Athenas cepiſſe, teſtis eſt Polyaenus l. IV. c. 6. §. 20. Poſſet alioquin quis conjicere *protrivit, & ad famem redactis P. R. potitus eſt.* Sed hoc ad Fabium non pertinet. Praeterea Livius eodem modo, quo correxi, finit hoc Strategema, & ad alia tranſit. Oud.

6 *Dionyſius* &c.] Strategema id contra Rheginos a Dionyſio adhibitum eſſe, refert Diodorus Siculus l. XIV. p. m. 317. Idem vero contra Himeraeos uſurpatum tradit Polyaenus l. V. c. 2. §. 10. ſed videtur mihi unum eſſe Strategema ſeniel a Dionyſio editum, & auctores diſſentire; contra quos id patratum ſit: Unde noſter hic Rheginos, illic Himeraeos inveniens repetitum hoc Strategema crediderit. Oud.

7 *Rheginos*] Medic. ſec. *regiones*. Dein *abundabat* idem: *abundat* Ed. Rom. Mox *commeatum* Medic. ſec. *miniſtrarent* Leid. ſec. Mox & *adv.* deeſt in Mediceis, & Edd. Italicis. *Himeros* MSS. tres. *Himeries* Voſſ.

8 *Simulavit pacem, petiitque*] MSS. novem *Simulat pacem, petitque*, hiſtoricorum ſtilo: Quare e tanto MStorum conſenſu reponere non dubitavi. V. ad l. I. c. 11. §. 1. Oud.

9 *Feciſſe dicitur.*] Sequitur in omnibus: *Quintus Curtius*, tanquam eo Strategemate ille uſus ſit. In quo riſi ſuaviter, tam multos correctores, non hoc ſaltem vidiſſe, ea verba ab aliquo primum in margine adſcripta

V. [10] Alexander obpugnaturus [11] Leucadiam, commeatibus abundantem, prius caſtella, quae in confinio erant, cepit; omnesque ex his Leucadiam paſſus eſt confugere, ut alimenta inter multos celerius [12] abſumerentur.

VI. Phalaris [13] Agrigentinus, quum quaedam loca, munitione tuta, in Sicilia obpugnaret, ſimulato foedere, frumenta, quae reſidua ſe habere dicebat, apud eos depoſuit. Deinde data opera, ut tectorum camerae, [14] in quibus id conferebatur, reſciſſae pluviam reciperent, [15] fiducia [16] con-

qui monere vellet, exemplum ſequens a Curtio eſſe, poſtea tenere in contextum eſſe recepta. MOD.

10 *Alexander obpugnaturus.*] Legebatur hic vulgo, *Q. Curtius Alexander*, tanquam ille hoc ſtrategemate uſus eſſet. Ridicule, & recte Modius fecit, qui ſuſtuliſt. SCRIV. *Τὸ Q. Curtius*, quod in editione Hittorpiana eſt, nusquam occurrit in MSS. nec locum hic habet, ut Modius quoque vidit. Solent librarii ad ſingula Frontini Strategemata opponere nomina aliorum auctorum, idem tradentium. Hinc irrepſit in textum *Q. Curtius.* In quo tamen auctore cum hodie hoc ſtrategema non legeretur, Freinshemius illum ſuppleviſt ex Frontino ad l. I. c. 14. n. 24. TENN. In Ed. Wechelii ita ponitur. Quaſi Q. Curtius Himeraeos ſic deceperit. Inveni quoque in Ed. Pariſ. Sed in Romana, & Bononienſi hae ineptiae non comparent. OUDEND.

11 *Leucadiam*] Hic & infra *Lucaniam* Leidenſ. pr.

12 *Abſumerentur*] *Conſumerentur* MSS. & Sanutus. SCRIV.

13 *Agrigentinus*] Ed. Par. pr. *Agrigantinus.* Mox *camarae* Leidenſ. pr. quomodo ſemper ſcribendum eſſe cenſent Salmaſius, Gudius, Heinſius & Burmannus, quem conſule ad c. 30. Petronii citantem e MS. Columellae l. I. c. 6. antiquiſſimo *horreum camara conteſtum.* In contraria eunt Dausqueus in Orthogr. T. II. p. 72. & Broukhuſ. ad Propert. l. III. p. 50. ac Cortius ad Salluſt. c. 55. B. Cat. In Gellio tamen l. X. c. 25. *camarae* invenio quoque: quamquam nil mutem. Inepte autem pro *tectorum*, quod Tennulii, & mei Codd. bene ſervant, Keuchenius ex optimis, ut ait, membranis ſcribit *tectoriorum. tectorium* eſt λεῖμμα ſive pavimentum & incruſtatio parietis ex calce & arena. Dixiſſe ergo potius debuiſſet *tectoria camararum.* Ὀροφὴ τῶν εἰκοσόμων vocat Polyaenus. OUDEND.

14 *In quibus id conferebatur.*] Sive *in quas.* Conſule Arntz. & Schwartz. ad Plinii Paneg. c. 23. *in unius ſalute collata vota.* De *camera* vel *camara* vide, quae dixi ad Sueton. Aug. c. 90. OUD. *Cur. poſ.* Medicei *conferebant.*

15 *Fiducia.*] MSS. omnes praeter unicum Medic. pr. habent *ut fiducia*, & ita Ed. Hittorp. An *ab* vel *ex f.*?

16 Con-

[16] conditi commeatus proprio tritico [17] abusos primo initio aestatis [18] adgressus, inopia [19] com-

16 *Conditi commeatus* &c.] De hoc loco sententiam dico, at suspensa manu, scribendum videri, *propere tritico abusos*. Quamquam non immerito triticum proprium, & hoc frumentum, quod ex foedere acceptum condiderant, opposita dicere quis possit. Illud minime praetereundum, *ad abusos*, non eam hic notionem habere, quam vulgus putat, sed proinde esse, ac si dixeris *consumpsisse*. Plautus Asinaria Scena *Ubi sunt: Ubi sunt quae dedi? abusa sunt.* Idem Bachidibus, scena *In Piraeeo*. Similiter interpretatus doctissimus Adrianus Turnebus illud Terentii:

Nam in prologis scribundis operam abutitur.

Eandem vocem ex optimis membranis nostris reposuissem in Constitutione Imp. Justiniani, ni praeveniisset Lud. Russardus, l. ubi adhuc, 29. c. de jure dotium. *Ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi, vivente marito, & matrimonio inter eos constituto; sed fructibus earum ad sustentationem tam sui, quam mariti, filiorumque, si quos habent, abutatur.* In vulgatis libris est *utatur*. STEW. *Conditi*, *abducti* MSS. legendum scilicet *abditi*. SCRIV. Voss. 2. Reg. *creditl*. unus Reg. *additi*. Scriverius *Abditi*. TENN. *Crediti* Gudianus, *Additi* Medic. pr. *adducti* Medic. sec. & Edd. Italicae, unde non male Scriverius *abditi*; sed vulgatum, plurimis MSS. confirmatum, minime sollicitandum est. Consule Casaubon. & Salmas. ad Spartiani Hadrianum c. XI. *condita militaria*, & passim *condita annona*, *condita vina*. Male vero conjecit Stewechius *propere*. *proprium triticum eorum est*, quod ipsi severant, sed quod ex lege & pacta conditione Phalaris in suos usus vel abusus convertebat, teste Polyaeno l. v. c. 1. §. 3. OUD.

17 *Abusos*] 2. Reg. *Abusus*. male. Optime explicat Stewechius pro *consumpsisse*. Terentius Andr. prol. v. 5. *Nam in prologis scribundis operam abutitur.* Apposite Donatus interpretatur Frontinum. *Usui est ager, domus: abusui vinum; oleum & caetera hujusmodi.* Cicero. *Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis & olearlis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Usus enim, non abusus legatus est. Ea inter se sunt contraria.* Haec ait in Topicis. L. *ubi adhuc* 29. Cod. de jure dotium. *Ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi, vivente marito, & matrimonio inter eos constituto: sed fructibus earum ad sustentationem tam sui, quam mariti filiorumque, si quos habet, abutatur.* Plautus Asin. 1. 3. 44. A. *Ubi il'aec, quae dedi ante?* CL. *Abusa st.* Bacch. 2. 3. 126. *Cum se excucurrisse illuc frustra sciverit. Nosque aurum abusos.* Persa 2. 3. 10. *Hoc argentum alibi abutar.* Trinum. 3. 2. 56. *Me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in divitiis esse.* TENN. *Abusus* etiam Gudianus, Petrensis, & Palatin. cum Ed. Wechel. *Abusis* Leidens. pr. Hillensb. & Ed. Paris. Latere quid videtur. Dein *primo* deest in Leid. pr. Voss. Edd. Par. Wech. Vesal. OUDEND.

18 *Adgressus*] 3. Reg. Voss. 2. Hill.

19 compulit ad deditionem.

Hill. *aggreſſos*, TENN. Et Ed. Pariſ. Hill. *contulit*. TENN. Item Pal. latin. Gudianus, Leidenſ. pr. & Ed. Pariſ.

19 *Compulit*] Voſſ. 3. Reg. 3.

CAP. V.

Quemadmodum perſuadeatur, obſidionem 1 *permanſuram.*

EXEMPLUM I.

Clearchus Lacedaemonius explioratum habens, 2 Thracas omnia 3 victui neceſſaria in montes comportaſſe, una quoque 4 ope ſuſtentari, quod crederent, eum commeatus inopia receſſurum, per id tempus, quo legatos eorum venturos opinabatur, aliquem ex captivis in conſpectu juſſit occidi, & membratim, tamquam 5 alimenti cauſſa, in contubernia 6 diſtribuit. Thraces nihil

1 *Eſſe perm.*] Tò *eſſe* caret Voſſ. unus Reg. 3. Hill. TENN. Ut initio dixi, ejiciendum eſt τὸ *eſſe* auctoritate MSS. uti hic etiam a meis abeſt. *perſuadetur* in nonnullis, & Edd. pp. OUDEND.

2 *Thracas*] Medicei, & Leidenſ. ſec. *Thraces* pravè, ut notatum ſupra.

3 *Victui*] *Victu* MSS. SCRIV. *Victu* ſolae habent Edd. primae, nullus codex. V. ad l. II. 4. 12. Dein *una quidem* Cantabr. tert. Mox *in conſpectu ſuo* Petreuſ. probante Cl. Waſſe, *inſpectum eorum* Leidenſ. ſec. Polyaenus ait, duo vel tria corpora mortuorum jam ante Thracum in partes ab eo divisas eſſe. l. II. 2. 8. ubi vide Caſaubon. OUD.

4 *Ope ſuſtentari.*] Ita Cicero l. IV. ad Famil. Ep. 12. *Caſus meos aliorum opibus ſuſtentabam.* Verum hoc loco parvum ſane, & debile nimis auxilium vitam ſuſtentandi erat, quod conſtabat in opinione. Neq; puto, auctorem ita locutum. Optime verò exhibet Palatinus *ſpe ſuſtentari.* Hoc eſt, quod Poëtae ajunt *ſpe alit.* Et, ne quem ſua laude defraudem, ita ex ingenio conjecerat Cl. Weſſelingius. OUDEND.

5 *Alimenti cauſa.*] Unus *Alimenta.* TENN. Vaticanus, Medicei, & Edd. Italicae *alimenta*, Leidenſ. ſec. *tamquam eſcam inter c.* Idem in fine *eſcas* pro *epulas.*

6 *Diſtribuit.*] *Diſtribui.* SCRIV. Omnes MSS. *diſtribuit.* Idem inventum fuit in fame Caeſarianis.

ſhil non facturum perſeverantiae cauſſa eum credentes, qui tam deteſtabiles epulas ſuſtinuiſſet experiri, [7] in deditionem venerunt.

II. [8] Tiberius Gracchus, Luſitanis dicentibus, in decem annos cibaria ſe habere, & ideo obſidionem non expaveſcere, Undecimo, inquit, anno vos capiam. Qua voce [9] perterriti Luſitani, quamquam inſtructi commeatibus, ſtatim ſe [10] tradiderunt.

III. A. Torquato Graecam urbem obpugnanti quum

nis. Caeſar. III. Civ. c. 48. *Ex hoc genere radicis effectos panes, quum in colloquiis Pompejani famem noſtris objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut ſpem eorum minuerent.* Ibidem c. 49. *Crebroque voces militum in vigiliis colloquiisque audiebantur, prius ſe cortice ex arboribus victuros, quam Pompejum e manibus dimiſſuros.* TENN. Recepit *diſtribui* Keuchenius, & poſt eum alii, & in meorum uno reperi. Ceteri omnes *diſtribuit*, quod rectum eſſe docui ſatis, ni fallor, ad l. II. c. 5. §. 46. *partiri* Leid. tert. OUD.

7 *In deditionem venerunt.*] Leidenſ. pr. *in dedicationem.* Nil de his Polyaenus. Ceterum videtur ex Cl. Gronovii ſententia, vel invitis MSS., reponendum eſſe *in ditionem venerunt.* Livius I. XXIX. 38. *Voluntate in ditionem venerunt.* I. XXXVIII. 3. *Eaque magna ex parte ſine certamine in ditionem venit.* Vulgo *deditionem*, etiam in Ed. Gronovii. I. XLV. 1. *Civitates omnes Macedoniae in ditionem Populi Romani veniſſe.* Caeſar. I. VI. B. G. c. 9. *Ubii, qui ante obſides dederant, atque in deditionem venerant.* Ed. princeps *ditionem.* Ita paſſim *in ditionem redigere.* Adi Duker. ad Florum I. I. c. 38. Aliud eſt *in deditionem tradere, in deditionem accipere.* OUD. Nihil hic mutandum eſſe, patet ex notatis a me ad Caeſ. L. VI. B. G. c. 9. *in deditionem venerant.* ad Sueton. Caeſ. c. 34. *in deditionem redacto.* IDEM *Cui poſt.*

8 *Tiberius Gracchus*] Praenomine caret Leid. ſec. Palatin. *Cajus.* male. v. ad l. II. 5. 14. Mox pro *ideo* Medicei, & Edd. Italicae *omnino.* Dein Petrenſis *in decimo*, i. pro *obſidionem* autem Arcerian. *obſidium.* Conſer Keuchenium, & Froinshem. in Indice Flori. OUD.

9 *Praeterriti*] *Perterriti.* SCRIV. *Perterriti.* Sic I. cum 4. Reg. 2. Hill. non *praeterriti.* TENN. *Perterriti* jam ediderunt Pariſ. Wech. Scriverius in Ed. ult. Keuchenius & alii. atque agnoſcunt mei omnes MSS. In Edd. Italicis deeſt haec vox. Dein *quamquam* non eſt in Voſſ. in Leid. pr. *quam.* Leid. ſec. *quamvis. Statim* non comparet in Hillensb.

10 *Tradiderunt*] Voſſ. 3. Hill. *dediderunt.* TENN. Habent quoque *dediderunt* duo Cantabrig. Vaticanus, & Palatin. cum Gudiano. *dederunt* Cantabr. tert. & Leid. ſec. omnia Latine. *dedidesunt* tamen cum Cl. Waſſe hic verius puto. *Quamvis* etiam Vaticanus. OUD.

quum diceretur, juventutem ibi ſtudioſe jaculis & ſagittis exerceri; *Pluris eam, inquit,* [11] *propediem* [12] *vendam.*

11 *Propediem*] Leid. pr. *prodidiam.* Hillensb. mire *p. v. mirificum munus.*

12 *Vendam*] Tanquam ſervos, *qui ex eo appellati, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent.* Inſtit. I. tit. 3. Juſtin. XI. c. 4. *Captivi ſub corona venduntur.* Cato apud Gell. VII. c. 4. *Ut populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veniat.* TENN.

CAP. VI.

De deſtructione praeſidiorum hoſtium.

EXEMPLUM I.

Scipio, Hannibale in Africam reverſo, quum plura oppida, quae ratio illi in poteſtatem redigenda dictabat, firmis praeſidiis [1] diverſae partis obtinerentur, ſubinde aliquam manum ſubmittebat ad infeſtanda ea: noviſſime etiam, tamquam [2] direpturus civitates, aderat: deinde ſimulato metu, refugiebat. Hannibal ratus, veram eſſe ejus trepidationem, deductis undique praeſidiis, tamquam de ſumma rerum [3] decertaturus [a], in-

a Vulgo DIMICATURUS.

1 *Diverſae partis*] Plane contrariae, Punicae. Mela I. 1. *Tanaïs a Septentrione ad Meridiem vergens in mediam fere Maeotida deſluit: & ex diverſo Nilus in pelagus.* Plin. II. ep. 5. *Idem tamen, qui a te hanc auſteritatem exigo, cogor id, quod diverſum eſt, poſtulare, ut in pleriſque frontem remittas.* Juſtinus III. c. 4. *Sed oraculi diverſa ſententia fuerat.* TENN.

2 *Direpturus*] Leidenſ. pr. *erepturus.* duo *directurus.* Medic. pr. *diruiturus.* ſupra *etiam* deeſt in Leid. ſec. & Medic. ſec. Mox *ejus* non habent Medic. ſec. & Edd Italicae. *eſſe ejus* deeſt in Leid. ſec. dein *reductis* Leid. ſec. pro *undique* in Medic pr. *utrique.*

3 *Dimicaturus.*] *Decertaturus.* SCRIV. 3. Reg Voſſ. 3. Hill. *decuraturus.* unus Reg. *decertaturus.* TENN. *Dimicaturus* in nullo MSto eſt, quare hoc ejeci, & repoſui *decertaturus*, quod voluit Keuchenius, ex MSS.

insequi coepit: Ita consecutus Scipio, quod petierat, nudatas propugnatoribus urbes, per Masiniſſam & Numidas cepit.

II. [4] P. Cornelius Scipio, intellecta difficultate expugnandi [5] Delminium, quia [6] omnium concursu defendebatur, adgredi alia oppida coepit; & evocatis ad sua defendenda singulis, [7] vacuatam [a] auxiliis Delminium [8] cepit.

III.

a Vulgo VACUATUM.

meis sex. Sed cum ceteri cum Ed. Pariſ. etiam habeant *decuraturus*, putem a Frontino esse relictum *Decreturus*. *Decernere* est proeliari, ut noster & alii passim: sed crebro in MSS. cum *decertare* confusum. v. ad l. 1. 10. 3. 11. 1. 12. 3. 4. 8. Adde Savaron. ad Nepot. Milt. c. 4. *acieque decernerent*: sic MSS. plures. in Edd. multis *contenderent*. Fraudi hic fuit librariis participium rarius. sed & Cicero passive *decretum*, pro debellatum, dimicatum sumsit ex doctissimorum virorum sententia l. x. ad Famil. Ep. 10. Immo eodem plane modo MSS. antiquiores, probantibus viris doctissimis, apud Nepot. in Hann. c. 10. *Classe erant decreturi*. Sequentia ab *ita* ad finem desunt in Petrensi, Vaticano, Gudiano, & Vossiano. Leidens. sec. *per Masiniſſam Numidam*. OUD.

4 *P. Cornelius.*] Praenomen non comparet in Mediceis, nec in Leid. sec. Intelligitur autem Scipio Nasica, qui de Delmatis triumphavit. Confer. Pigh. in Annal. T. II. p. 428. OUD.

5 *Delminium*] Varie hoc legitur, aliis *Delminum*, aliis *Deluinum* scribentibus: quos frustra esse, c. 12. l. IV. Florus, & c. ultimo lib. II. testatur. Mod. MSS. mei *Delminum*, *Delimium*, *Delinium*, *Delmirum*, *Delivinum*, & *Delvinum*. Leidens. pr. & Cantabr. tert. tamen *Delminium*. Urbs haec triplici modo expressa est, *Dalmion*, *Delminum*, & *Delminium*. Consule viros doctos ad Stephan. v. Δάλμιον. *Delmīnum*, & *Delminium* variatur ubique in MSS. OUD.

6 *Omnium concursu*] In Editione, qua usus est Pighius, legebatur *concursu omnium hominum*. unde putavit, melius esse *c. o. hostium*. MSS. multi, & Edd. Italicae *concursu omnium*. Leid. pr. *omni concursu*. Si quid mutandum, malim *communi concursu*. OUD.

7 *Vacuatum*] Ed. Bon. *vacuatis*. Sanutus *evacuatum*. Hillensb. *evacuatam*. Medic. pr. *vacuam*. Scilicet rectum omnino est, quod uterque Leidens. Medic. sec. & Vossiani cum Cod. Pighii praebent *vacuatam*. *Delminium* feminino genere *urbis* nomine subintellecto, ut similia plurima. Adi G. J. Voss. de Anal. l. I. c. 12. Sanct. in Minerva l. IV. c. 4. v. *urbs*. Bersmann. & Burm. ad Ovid. Epist. Her. 1. 48. aliosque. Immo ipse noster c. III. hujus l. §. 6. *Tarentum*, *quae a praesidio Romano tenebatur*. OUD.

8 *Cepit*] Pighius, in cujus edito libro non legebantur haec ab *&* *ev.* testatur, se in MSto invenisse *intercepit*, probatque. Non adsentior. *cepit* recte retinent ceteri MSS omnes. OUD.

III. [9] Pyrrhus, Epirotarum rex, adversus [10] Illyrios, quum civitatem, quae caput gentis erat, redigere in potestatem suam vellet, ejus desperatione ceteras urbes petere coepit; consecutusque est, ut hostes fiducia, velut satis munitae, urbis ejus ad tutelam aliarum dilaberentur. Quo facto revocatis ipse rursus omnibus suis, vacuam eam defensoribus cepit.

IV. Cornelius [11] Rufinus Cos. quum aliquanto tempore [12] Crotona [a] oppidum frustra obsedisset, quod inexpugnabile faciebat adsumpta in [13] praesidium [b] Lucanorum manus, simulavit, se coepto desistere: captivum [14] deinde, magno praemio

[a] Vulgo hic & infra CROTONAM & CROTONENSES. [b] Vulgo PRAESIDIA.

9 *Pyrrhus*] Hoc exemplo carent Voss. 2. Reg. 1. Hill. alter Hill. alia manu addidit. TENN. Non habet quoque Gudianus.

10 *Illyrios*] MSS. & Edd. quidam, ut solet, *Illyricos*. Dein *quae caput Graecis erat* Leidens. pr. Dein *est* non agnoscit Leid. sec. Mox contra MStos vulgo *ipse rursus rev.* Tandem pro *vacuam* Scriverius in pr. Ed. notavit alias esse *vacuatam*, sed in altera *cavatam*. Neutrum ego inveni, sed *evacuatam* rursus, ut supra in nonnullis, in Mediceo pr. & Edd. Italicis. Tuto *eam* hic abesse posset. c. 11. 5. *vacuam defensoribus cepit urbem*. c. 9. 3. *vacua defensoribus castelli*. OUDEND.

11 *Rufinus*] MSS. & Edd. qdd. *Ruffinius*. De eo idem refert Zonaras, alii aliter. V. Pigh. T. 1. Ann. p. 438. Gabriel Barrius de Antiquit. Calabriae l. IV. f. 1154. OUD.

12 *Crotonam*.] Gudianus, Leidens. pr. Palatin. Petrensis cum Cantabr. sec. Hillensb. & Vossian. hic, & infra *Crotona*. Verissime. Vide ad l. 11. 3. 6. Apud Justin. l. XX. c. 4. & ubique fere in aliis auctoribus *Crotona* MSS. meliores. Deinteps e MSS. nonnullis *Crotonienses* dedi pro *Crotoniensis*, ut *Carthaginienses*. OUD.

13 *Praesidia*.] MSS. novem cum Edd. veteribus *praesidium*: quod cur mutatum sit, nescio. nos saltem antiquam scripturam restituimus. dein iidem quoque *manu* praeter Palatin. Vossian. a. m. pr. Hillensb. & Ed. Bonon. Rectum est *manus*. supra l. 11. c 5. 37. ita correximus *acies*, quod abierat in *acie*, *manum* Gudian. OUD.

14 *Deinde*] Petrens. *demum mittit* Medic. sec. Pro *tamquam* Hillensb. *quasi*. Pro *effugisset* Ed. Rom. *fugisset*. Bonon. *fugisse. qui* in Medic. sec. & Ed. Paris. deest. In Edd. Italicis, & Wechel. ponitur post *effugisset*. Mox *vero* Medic. sec. & Ed. Rom.

15 *Ino-*

mio ſollicitatum, miſit Crotona, qui, tamquam ex cuſtodia effugiſſet, perſuaſit, diſceſſiſſe Romanos. Id verum Crotonienſes arbitrati, dimiſere auxilia, deſtitutique propugnatoribus [15] inopinati, & invalidi capti ſunt.

V. Mago, dux [16] Carthaginienſium, victo Cn. Piſone, & in quadam turre circumſepto, ſuſpicatus, ventura ei ſubſidia, perfugam miſit, qui perſuaderet adpropinquantibus, captum jam Piſonem. Qua ratione deterritis eis, reliqua victoriae conſummavit.

VI. Alcibiades in Sicilia, quum Syracuſanos capere vellet, ex [17] Catinenſibus [a], apud quos tunc

a Vulgo CATANENSIBUS, CATANENSES, CATANAM.

15 *Inopinati & invalidi.*] *Inopinati invalida capti ſunt* MSS. Fuit fortaſſe *inopinati vi valida capti ſunt.* SCRIV. Et verum puto. IDEM *Cur. poſt.* Neque dubitat de hac correctione Keuchenius. Nec renuo. poſſet etiam *inopinata vi invalidi.* Sic *inopinata res*, *inopinatum malum* paſſim. *Inopinatum bellum* l. II. 1. 8. MSS. mei vulgatum retinent. Cl. Waſſe putat *vel* & delendum eſſe. OUD.

16 *Carthaginienſium*] Medic. ſec. *Athenienſium.* Dein *circumſpecto* Leid. ſec. & Ed. Rom. *circumſeſſo* Palatin. Gudian. & Voſſ. In fine Medic. ſec. *reliquias victoriae*, me non probante. *Reliqua belli, rei* &c. ſaepiſſime. v. ad II. 7. 13. Ceterum, num *Cn.* an *C. Piſone* ſcribendum ſit, dubito, vel potius neſcio. Sanutus *Cn.* agnoſcit. OUD.

17 *Catanenſibus*] Voſſ. 2. Reg. *Catenienſibus.* unus Hill. & Reg. *Catinienſibus.* quartus Reg. *Catinenſibus.* Sic infra & pro *Catanam*, *Catinam & Catenam.* Graeci omnes Κατάνη ſcribunt. TENN. *Cathenienſibus*, & infra *Cathenienſes*, *Catinienſibus*, *Catanienſibus* MSS. & Edd. VV. ſolus Palat. *Catinenſibus* & *Catinenſes.* *Cathinenſes* tamen Gudianus. *Catinam* etiam longe plurimi; aliqui *Cateniam* vel *Cataniam* habent. Primo certum eſt, Latinos ex Graeco *Κατάνα* feciſſe *Catinam.* Vide ad Obſequentem c. 92. Bernecc. ad Juſtin. IV. 3. Spanhem. de Praeſt. Num. p. 84. Ed. prioris. atque ita in vetuſtiſſimo Codice Lactant. l. II. c. 4. *Catanam* vulgo quoque apud Livium l. XXVII. 8. ſed MSS. Voſſ. *Catinam.*] Et licet noſter frequens ſit in retinendis terminationibus Graecis, non tamen id temere factum ab eo puto in medio vocis; alioquin id exemplo Silii l. XIV. 196. poſſet defendi. Verum omnium recentiores ſunt MSti, in quibus hic *a* ſervatur. Dein dubito, num praeferendum ſit *Catinienſes.* Nam ut ab Ἀθῆναι fit *Athenienſis*, ſic a Κατάναι, foret dicendum *Catinienſis* auctoritate praeſertim MStorum: ſed reperitur etiam Graece Κατανὴ (Vide Berkel. ad Stephanum) hinc Latine *Catinenſis*; ut apud Cic.

tunc exercitum [18] continebat, quemdam exploratae sollertiae submisit ad [19] Syracusanos [a]. Is in publicum concilium [b] introductus, persuasit, infestissimos esse Catinenses Athenienſibus, &, si adjuvarentur a Syracusanis, futurum, ut obprimerent eos & Alcibiadem. Qua re adducti Syracusani universis viribus Catinam petituri processerunt, relicta ipsorum urbe; quam a tergo adortus Alcibiades desolatam, ut [20] speraverat [c], adflixit.

VII. [21] Cleonymus Athenienſis Troezenios, qui

7 *a* Vulgo SYRACUSANIS. *b* Vulgo CONSILIUM. *c* Vulgo SUPERAVERAT.

Cic. l. III. in Verr. c. 43. alisque. quare hoc retinui, licet magis inclinem in *Catinienſis*. OUDEND.

18 *Continebat*] Voss. *continuabat*. *Deductus* Petrens. pro *introductus*. *ut vi obprimerent* Leid. sec. *sua* loco τῶ *ipsorum* Petrens. unde non male Cl. Wasse scribendum conjicit *vel. sua ipsorum urbe*. OUD.

19 *Syracusanis*] 4. Reg. Voss. 3. Hill. *ad Syracusanos*. TENN. Cantabr. Bibl. publ., Leidens. pr. Medicei, Gudian. Ed. Paris. *submisit ad Syracusanos*. Petrensis *misit ad Syracusanos*. Leid. sec. *submisit Syracusanum*. Unice verum puto, *submisit ad Syracusanos* i. e. clanculum ad eos misit. Aliud notat *submittere* cum Dativo. Non intellexit Keuchenius, qui hoc inventum in Ed. Paris. ut vitiosum, proscripsit. Polyaen. l. I. c. 40. 5. ἄνδρα Κατανᾶον πρὸν αὐτῶ καθῆκεν ἐς Συρακόσας. Vide illic Casaubon. Ceterum Thucydides hoc Strategema Niciae & Lamacho tribuit, digresso jam ex Sicilia Alcibiade l. VI. in f. Vir doctus autem malet *quos a tergo adortus*. OUDEND.

20 *Superaverat*.] Sic vulgo male editur nunc pro *speraverat*, ut bene citavit Casaubonus, & est in omnibus, excepto Mediceo pr., MSstis ac Edd. ultima Scriveriana prioribus, in quam sine dubio typothetarum culpa irrepserat. Secure tamen id secuti sunt Keuchen. Tennulius, aliique. Supra quoque *concilium* reposui pro *consilium*. Adi notata ad c. 2. hujus libri §. 6. OUDEND.

21 *Cleonymus Athenienſis*] Polyaeno l. II. vocatur Κλεώνυμος Λακεδαιμονίων βασιλεύς. Quare divinus Casaubonus vocem *Athenienſis* vel inducendam vel emendandam mutandamque hic esse docet. TENN. Inducendam omnino hanc secundam vocem cum Scriverio & Maasvicio ad Polyaen. l. I. c. 29. ubi videndus, judico. MSS. tamen retinent constanter. Keuchenius edidit *Athenienſes Troezenios*. Nonnulli *Cleominus*, unus *Cleomenius*. Edd. pp. *Cleomius*, duo *Cleomenes*, unus *Geloninus*. Dein Medicei corrupte *Trecentos*. Edd. pp. *Troezenos*. OUD.

qui praesidio [22] Crateri [a] tum tenebantur, adgressus, tela quaedam, in quibus scriptum erat, venisse se [23] ad liberandam eorum rempublicam, intra muros jecit; & [24] eodem tempore captivos quosdam, conciliatos sibi, remisit, qui Craterum [25] detractarent [b]. Per hoc consilium seditione intestina apud obsessos [26] conciliata, admoto exercitu

[a] Vulgo CRATERUM TENEBANT. [b] Vulgo DETRECTARENT.

22 *Crateri*] 4. Reg. 3. Hill. *Craterum*. Voss. *Gratevii*. Hinc celeberrimus Graevius, & doctissimus Ortwinius. *Qui praesidio Crateri tenebantur*. Nam in vulgata nullus est sensus. Caeterum a Polyaeno non Craterus, sed Eudamidas vocatur. TENN. Vocatur quidem Eudamidas, sed ille erat ὁ τοῦ Κρατεροῦ, ut bene emendavit Maasvicius. Ceterum eodem modo emendanda haec esse Lipsius & Vossius ad libri sui marginem adscripserant, quod egregie comprobatur a MS. Petrensi, in quo *tenebantur*, & Leid. sec. *tuebantur*. Medicei, & Ed. Rom. *praesidium*. Ed. Bonon. *in praesidium Craterum t.* Verissimam judico doctorum virorum correctionem, nisi mecum malis *qui praesidio Crateri tum tenebantur*. *Tenere aliquem praesidio* pro habere praesidium ejus in urbe, Latinum non puto. OUDEND.

23 *Ad liberandam eorum rempublicam.*] Sic Scriverius dederat in ultima editione, sed in priore edidit *liberandum*, ut Wechelius, Stewechius, aliique. & habent quoque Medicei, & Petrensis cum Cantabr. tert. sic vulgo infra l. IV. c. 5. 21. *ad patiendum mortem*. Livius l. XXVI. 43. *ad urbem unam oppugnandum*. lib. XXVIII. 3. *ad tentandum ultimam spem*. Caesar de B. Civ. l. 1. c. 34. *ad occupandum Massiliam*. Justin. l. XII. c. ult. *ad persequendum belli reliquias*: plura exempla vide apud Sanctium & Perizon. in Minerva l. III. 8. 51. Verum, cum omnia sint dubiae auctoritatis, & certe infra, & in Caesare, ac Justino MSS. a me visi, saltem plerique cum Edd. primis Gerundium in fem. gen. agnoscant, nusquam hoc intruderem, sed contra plerosque & veteres sequerer codices. Hic *liberandam* etiam est in ceteris omnibus & Edd. Rom. & Bonon. Paris. aliisque. Vide etiam supra ad l. II. 19. 8. OUDEND.

24 *Eodem*] *In eodem t.* Leid. sec. dein Medicei sec. *jam apud obsessos*.

25 *Detrectarent*] 2. Reg. 2. Hill. Voss. *Detractarent*. unus Reg. *Detraherent*. Vulgata praestat. Sallustius Jug. c. 43. *In victoria vel ignavis gloriari licet: adversae res etiam bonos detrectant*. Auctor corruptae eloquentiae c. 11. *Fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum digressus detrectaret Poëtas, atque carminum studium prosterneret*. TENN. *Detraherent* quoque Cantabr. tert. *decertarent* Medic. sec. Sed *detractarent* Palatin. Petrens. Medic. pr. Leid. sec. Edd. Rom. & Bonon. & Paris. Recte: vide ad l. I. 1. 9.

26 *Conciliata*] MSS. *concitata*. SCRIV. Mei omnes retinent *conciliata*. Consule Heinsium ad Vellej. l. II. 56. *Invidiam conci-*

lia-

tunc exercituum [18] continebat, quemdam exploratae sollertiae submisit ad [19] Syracusanos [a]. Is in publicum concilium [b] introductus, persuasit, infestissimos esse Catinenses Athenienſibus, &, si adjuvarentur a Syracusanis, futurum, ut obprimerent eos & Alcibiadem. Qua re adducti Syracusani universis viribus Catinam petituri processerunt, relicta ipsorum urbe; quam a tergo adortus Alcibiades desolatam, ut [20] sperarat [c], adflixit.

VII. [21] Cleonymus Athenienſis Troezenios, qui

a Vulgo SYRACUSANIS. b Vulgo CONSILIUM. c Vulgo SUPERAVERAT.

Cic. l. III. in Verr. c. 43. aliosque. quare hoc retinui, licet magis inclinem in *Catinienſis*. OUDEND.

18 *Continebat*] Voss. *continuabat*. *Deductus* Petrens. pro *introductus*. *ut vi obprimerent* Leid. sec. *sua* loco τῶν *ipsorum* Petrens. unde non male Cl. Wasse scribendum conjicit *vel. sua ipsorum urbe*. OUD.

19 *Syracusanis*] 4. Reg. Voss. 3. Hill. *ad Syracusanos*. TENN. Cantabr. Bibl. publ., Leidens. pr. Medicei, Gudian. Ed. Paris. *submisit ad Syracusanos*. Petrensis *misit ad Syracusanos*. Leid. sec. *submisit Syracusanum*. Unice verum puto, *submisit ad Syracusanos* i. e. clanculum ad eos misit. Aliud notat *submittere* cum Dativo. Non intellexit Keuchenius, qui hoc inventum in Ed. Paris. ut vitiosum, proscripsit. Polyaen. l. I. c. 40. 5. ἄνδρα Κατανᾶον πρὸν αὐτῷ καθῆκεν ἐς Συρακούσας. Vide illic Casaubon. Ceterum Thucydides hoc Strategema Niciae & Lamacho tribuit, digresso jam ex Sicilia Alcibiade l. VI. in f. Vir doctus autem mallet *quos a tergo adortus*. OUDEND.

20 *Superaverat*.] Sic vulgo male editur nunc pro *sperarat*, ut bene citavit Casaubonus, & est in omnibus, excepto Mediceo pr., MSstis ac Edd. ultima Scriveriana prioribus, in quam sine dubio typothetarum culpa irreplerat. Secure tamen id secuti sunt Keuchen. Tennulius, aliique. Supra quoque *concilium* reposui pro *consilium*. Adi notata ad c. 2. hujus libri §. 6. OUDEND.

21 *Cleonymus Athenienſis*] Polyaeno l. II. vocatur Κλεώνυμος Λακεδαιμονίων βασιλεύς. Quare divinus Casaubonus vocem *Athenienſis* vel inducendam vel emendandam mutandamque hic esse docet. TENN. Inducendam omnino hanc secundam vocem cum Scriverio & Maasvicio ad Polyaen. l. I. c. 29. ubi videndus, judico. MSS. tamen retinent constanter. Keuchenius edidit *Athenienses Troczenios*. Nonnulli *Cleominus*, unus *Cleomenius*. Edd. pp. *Cleomius*, duo *Cleomenes*, unus *Geloninus*. Dein Medicei corrupte *Trecentos*. Edd. pp. *Troezenos*. OUD.

22 Cra-

qui praesidio [22] Crateri [a] tum tenebantur, adgressus, tela quaedam, in quibus scriptum erat, venisse se [23] ad liberandam eorum rempublicam, intra muros jecit; & [24] eodem tempore captivos quosdam, conciliatos sibi, remisit, qui Craterum [25] detractarent [b]. Per hoc consilium seditione intestina apud obsessos [26] conciliata, admoto exercitu

[a] Vulgo CRATERUM TENEBANT. [b] Vulgo DETRECTARENT.

22 *Craterum*] 4. Reg. 3. Hill. *Graterum*. Voss. *Gratèrii*. Hinc celeberrimus Graevius, & doctissimus Ortwinius. *Qui praesidio Crateri tenebantur*. Nam in vulgata nullus est sensus. Caeterum a Polyaeno non Craterus, sed Eudamidas vocatur. TENN. Vocatur quidem Eudamidas, sed ille erat στρατηγὸς Κρατερῶ, ut bene emendavit Maasvicius. Ceterum eodem modo emendanda haec esse Lipsius & Vossius ad libri sui marginem adscripserant, quod egregie comprobatur a MS. Petrensi, in quo *tenebantur*, & Leid. sec. *tuebantur*. Medicei, & Ed. Rom. *praesidium*. Ed. Bonon. *in praesidium Craterum t.* Verissimam judico doctorum virorum correctionem, nisi mecum malis *qui praesidio Crateri tum tenebantur*. *Tenere aliquem praesidio* pro habere praesidium ejus in urbe, Latinum non puto. OUDEND.

23 *Ad liberandam eorum rempublicam.*] Sic Scriverius dederat in ultima editione, sed in priore edidit *liberandum*, ut Wechelius, Stewechius, aliique. & habent quoque Medicei, & Petrensis cum Cantabr. tert. sic vulgo infra l. IV. c. 5. 21. *ad patiendum mortem*. Livius l. XXVI. 43. *ad urbem unam oppugnandum*. lib. XXXVIII. 3. *ad tentandum ultimam spem*. Caesar de B. Civ. l. I. c. 54. *ad occupandum Massiliam*. Justin. l. XXII. c. ult. *ad persequendum belli reliquias*: plura exempla vide apud Sanctium & Perizon. in Minerva l. III. 8. 51. Verum, cum omnia sint dubiae auctoritatis, & certe infra, & in Caesare, ac Justino MSS. a me visi, saltem plerique cum Edd. primis Gerundium in fem. gen. agnoscant, nusquam hoc intruderem, sed contra plerosque & veteres sequerer codices. Hic *liberandam* etiam est in ceteris omnibus & Edd. Rom. & Bonon. Paris. aliisque. Vide etiam supra ad l. II. 19. 8. OUDEND.

24 *Eodem*] *In eodem t.* Leid. sec. dein Medicei sec. *jam apud obsessos*.

25 *Detrectarent*] 2. Reg. 2. Hill. Voss. *Detractarent*. unus Reg. *Detraherent*. Vulgata praestat. Sallustius Jug. c. 43. *In victoria vel ignavis gloriari licet: adversae res etiam bonos detrectant*. Auctor corruptae eloquentiae c. 11. *Fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum digressus detrectaret Poëtas, atque carminum studium prosterneret*. TENN. *Detraherent* quoque Cantabr. tert. *decertarent* Medic. sec. Sed *detractarent* Palatin. Petrens. Medic. pr. Leid. sec. Edd. Rom. & Bonon. & Paris. Recte: vide ad l. I. 1. 9.

26 *Conciliata*] MSS. *concitata*. SCRIV. Mei omnes retinent *conciliata*. Consule Heinsium ad Vellej. l. II. 56. *Invidiam conci-*

lia-

citu potitus est [27] civitate.

fiarat. Sed praecessit hic *conciliatos.* Oud.

27 *Potitus est civitate*] Pe- trensis, Vossian. Leidens. *primi civitatem.* Adi notata ad l. II. 8. 6. Oud.

CAP. VII.

De fluminum derivatione, [1] *& vitiatione aquarum.*

EXEMPLUM I.

P. Servilius, [2] Isauram oppidum, flumine, [3] ex quo hostes aquabantur, aversо, ad deditionem siti compulit.

II. C. Caesar in Gallia [4] Cadurcorum civitatem

1 *Et vitiatione aquarum*] Lege meo periculo, *& vitiatione a.* quod probat & confirmat extremum hujus capitis exemplum. Mod. Index hujus capitis procul dubio depravatus. quod enim vulgo editur, *De fluminum derivatione, & vitiatione aquarum;* id neque idonea sententia fit, neque mentem auctoris exprimit. Corrigo igitur, *& vitiatione aquarum.* neque enim de vitanda, sed de corrumpenda, inficienda aqua hic agebatur. quod & res ipsa, & quod subditur, Clisthenis strategema clamitat; his verbis: *mox afflictis siti restituit aquam elleboro corruptam.* Strew. *Vitiatione,* MSS. plerisque consentientibus, jam ediderat Bononiensis. *convitiatione* Rom. Edit. *sinctione* Leid. sec. ut in Capitum elencho; ubi vide, quae notavimus. Oud.

2 *Isauram*] Palatin. *Sauram:* quomodo illa urbs hodie adpellari creditur. Plerique cum Ed. Paris. *Sisauram.* Varie autem haec urbs enuntiatur. *Isaura* Ammiano Marcell. Plinio, Stephano, & Straboni, sed duobus posterioribus in Neutro genere num. plur. Hic autem in Leid. sec. *Sisaurum*, pro *Isaurum:* quomodo vulgo nunc apud Florum editur l. III. c. 6. *Isaurumque ipsam arcem Ciliciae:* sed in Vett. Edd. ibi *Isauram* est, uti & in uno Leidens. *Isauram* retineo. Consule Vales. ad Ammian. l. XIV. c. 8. & Commentar. ad Stephanum. Ceterum hic Servilius dictus est *Isauricus*, non *P. Valerius*, ut negligenter tradit Keuchenius. Oud.

3 *Ex quo*] *Eo quo* Medicei, & Edd. Italicae. *in dedit.* Leid. sec. Deest praepositio in Leid. pr. *sui* pro *siti* Gudian. Palat. & Voss. *sibi siti* Leid. pr. Praenomen *P.* abest a Leid. sec. uti statim a Caesare nomen *Caji.* quod etiam illic non agnoscit Medic. pr. Oud.

4 *Caducorum*] Nulla in re magis ineptiunt librorum descripto-

tem, amne cinctam, & fontibus abundantem, ad inopiam aquae [5] redegit, quum fontes cuniculis avertisset, & fluminis [6] usum per sagittarios arcuisset.

III. [7] Q. [a] Metellus, in Hispania citeriore, [8] in castra hostium, humili loco posita, fluvium ex

a Vulgo L. MET.

res, quam in populorum nominibus; quos illi saepe novos dant, interdum non secus atque Peliam recoquunt. Emendandum ex historiis ejus aevi, *Cadurcorum civitatem*. Hi Cadurcenses quoque post appellati, ut videre est in Itinerario. Caesar VII. belli Gallici: (c. 41.) *Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos*. Ibidem, *Lucterium Cadurcum summae hominem audaciae*. Iterum libro eodem, *Rutenos, Cadurcosque ad fines Volgarum depopulandos mittit*. Hinc videre est, non temere nos in restitutione hujus loci versatos. qui volet, adjungat Ptolomaeum lib. II. c. 7. Plinium lib. IV. c. 19. Strabonem lib. IV. Meminit horum Mantuanus quoque:

Alverni, Meldique simul, fortesque Cadurci.

Narbonensis Provinciae Galliae, & Aquitaniae populi, & civitas Episcopalis in provincia Bituricensi *Caors*. STEW. *Cadurcorum*. Ita legendum. vulgo *Caduceorum*. SCRIV. *Cadurcorum*. Sic lege cum Stewechio, 3. Hill. quanquam 4. Reg. & Voss. exhibeant *Caducorum*. TENN. *Cadurcorum* jam olim recte emendavit Ortelius: immo non aliter editum est in Edd. Rom. Bonon. & Parisiensi; quibus adstipulantur Vaticanus, Petrensis, & Leidens. sec. *Cadrusorum* Palatin. ceteri *Caducorum*. Illud *Caduceorum* natum in Wechelii officina. OUDEND.

5 *Redegit*] Duo *redigit*. Item *advertisset* cum Ed. pr. male.

6 *Usum arcuisset*] Rara locutio, *Arcere usum* pro *hostes arcere usu*. MSti tamen constanter id retinent: sumendumque active, quasi dixisset *utentes ipsos hostes*. ut apud Livium l. XXVI. 41. *Arceamus transitum hostis*. pro *hostes transitu*. Lucan. l. X. 489. *Aditus arcere*; quod, ut dixi illic, defendi posset, si sumas pro incursionibus hostium. Sic clare Cicero Philip. V. 4. *Aditus hostium prohibentur castellis*. Alii in Lucano jam ediderunt *aditu*. OUD. Consule Wopkens. Misc. Obs. Nov. Vol. I. Tom. 2. pag. 12. & ad Justin. L. XXIX. c. 4. IDEM *Cur. post*.

7 *L. Metellus*] MSS. *Q. Metellus*. SCRIV. *L. Met*. Sic omnes MSS. minus uno Regio, qui dat *Q. Metellus*. TENN. Caret praenomine, ut solet, Leid. sec. sed Palatinus, ambo Medicei, & Edd. Romana, ac Bononiensis *Q.* recte omnino: nam sine dubio intelligit *Q. Metellum Macedonicum*, qui res in Hispania optime gessit. de quo videndi auctores, quos citant ad Florum l. II. c. 17. *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri* (ita dant quoque MSS. Leidd.) & quae nos adduximus ad l. I. 1. 12. ubi vitiose *Metellus Pius* vocatur. Adde Valer. Maxim. V. 1. 5. OUDEND.

8 *Castra hostium in humili loco p.*] Td *in* hic minus convenit,

ex ſuperiore parte inmiſit; & ſubita inundatione turbatos, per diſpoſitos in hoc ipſum inſidiatores, cecidit.

IV. [9] Alexander apud [10] Babylona [a], quae [11] media flumine Euphrate dividebatur, [12] foſſam

a Vulgo BABYLONEM.

nit, quare ante caſtra poſui. Atque ita ſanum hoc exemplum, cui vitium ſubeſſe arbitrabatur Modius, ſed arbitrabatur tantum. Poſtea me verum conjeciſſe ex MS. membranis comperi, in quibus ita diſerte exſcriptum. SCRIV. *Cur. poſt.* Ut repoſuit Scriverius, MSS. omnes, & Edd. Veteres. perperam Wechel. Mod. Stewech. Veſal. Edd. *caſtra hoſtium in h.* Medic. pr. & Ed. Bonon. *in caſtra h. in humili.* OUD.

9 *Alexander*] Notandus hic eſt Frontini lapſus, qui Alexandro tribuit, quod fecit Cyrus, teſtibus Herodoto, & Xenophonte, Polyaeno, & pluribus. Babylon vero Alexandro advenienti ad urbem ſtatim ultro eſt dedita; ut ex Plutarcho, Arriano, Curtio, aliisque liquet. Conſule omnino Freinshem. ad Curt. l. v. c. 17. *Babylona procedenti Alexandro Mazaeus cum adultis liberis ſupplex occurrit, urbem ſeque dedens* &c. ſic alibi *Croeſo* tribuit, quod egerit Cyrus; *Cyro*, quod perpetraverit Darius; ſimiliaque. Contra Alexander canalis Pallacopae oſtia obſtruens amnem in veterem alveum redegit. Vide Arrian. l. VII. p. 21. Foſſa autem haec a Cyro ducta vocabatur dein βασιλικος ποταμος, vel διωρυξ. ut apud Polybium, & Ptolemaeum l. v. c. 20. Verum major etiam error eſt in exemplo ſequenti; ſi auctor quidem ita reliquerit. Quippe Semiramis, quae Babyloniam condidiſſe dicitur, cujusque urbs fuit primaria, tali Strategemate adverſus Babylonios uſa eſſe non potuit: Contra in eorum uſum foſſas, & alveos ex Euphrate derivavit, ut & Nitocris Babyloniorum item regina. Vide Herod. l. I. c. 185. Strabon. l. XVI. init. & Polyaen. l. VIII. c. 26. OUD

10 *Babylonem*] 3. Reg. Voſſ. 1. Hill. *Babylona.* amat enim Frontinus Graecam terminationem. ut *Perſida. Enipea. Strategematon.* TENN. Uterque Leidenſis, ambo Medicei, duo Cantabrig. Palatin. Hillensb. & Ed. Pariſ. *Babyloniam.* ut aliis, etiam Graecis, crebro haec urbs vocatur. Vide ad Juſtin. I. 2. *Haec Babyloniam condidit.* verum tamen *Babylona* edidi; ut etiam habet Gudianus. Sic ex *Perſida* fecere ſupra *Perſidiam*; ex *Enipea*, *Enipeam*, & alia. OUDEND.

11 *Media flumine*] *Medio fluvio* MSS. SCRIV. Verius ait eſſe Keuchenius, & ſincerius, quod praebent Scriveriani, quia Ptolemaeo διὰ Βαβυλῶνος μέσου audit. Mei omnes retinent *Media.* eodem ſenſu, & elegantius. quamvis non ignorem, ſaepiſſime occurrere *medium amnem, flumen*, &c. de eo, qui interfluit locum. Sed jungendum hic *media dividebatur.* Horat. I. Serm. 1. 100.

at hunc liberta ſecuri
Diviſit medium.

per mediam urbem fluens Juſtin. l. XI. 8. 3. *fluvio* Medic. & Edd. primae; *a flumine* Medic. pr. OUD.

12 *Foſſam*] Edd. Italicae *foſſas*

tam pariter & aggerem instituit, ut in usum ejus existimarent hostes [13] egeri terram. Atque ita subito flumine aversо, per alveum veterem, qui siccatus ingressum praebebat, urbem intravit.

V. Semiramis adversus eosdem Babylonios, eodem Euphrate aversо, idem fecisse dicitur.

VI. [14] Clisthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum [15] Crisaeorum [a] ferentem rupit; mox [16] ad-

[a] Vulgo CRISEORUM.

sas. dein *gentes & hostes* Medic. pr. *veterem* deest in Leid. sec. *eversо* perperam Voss. in seq. exemplo Petrens. non habet *eodem Euphrate aversо.* OUDEND.

13 *Egeri terram*] Ita scribo de conjectura, cum libri *aggeri* habeant. suspicor etiam, tertio exemplo vitium subesse. Mod. in Parisiensi editione erat *aggeri terram*, quod aliis non placet. Verumtamen, quamquam ferri hoc poterat (usitata enim scimus Plauto, aliis Rom. scriptoribus, *aggerere bona, aggerere aquam, aggerere herbas;*) nobis tamen libet verum esse, *aggerari terram.* Ex multis testimoniis, quae suppetunt, pauca tantummodo dabimus. Q. Curtius lib. IV. *Profundum mare, quod vix divina ope posset impleri; quae saxa tam vasta, quas tam procerus arbores posse reperiri: exhauriendas esse regiones, ut illud spatium aggeraretur.* Arnobius libro primo Adversus gentes: *Quae gentes famem senserint horridam, & aggerata interierint vastitate.* Apulejus secundo de Asino: *Ac sic aggeratis in cumulum stragulis & effultis in cubitum.* STEW. *Egeri.* Ita Modius: cum vulgo esset *aggeri.* Stewechio *aggerari* placet. SCRIV. *Egeri.* Sic omnes MSS. exhibent. & plerique sic c. 8. n. 1. quod tamen sibi Modius tribuit. Stewechius *aggerari* multis probat exemplis. TENN. Ex Stewechii conjectura longius procedit Keuchenius, & conjicit *aggregari*; verissima, ut ait, emendatione, quia apud Apulej. l. IX. Mil. *in rectum aggregata cumulum.* Hinc vide, lector, quantas turbas depravata possit movere Editio. *Ageri* enim inveni in sola Ed. Wecheliana. Ceterae cum MSS., ut debent, *egeri.* Egeritur terra, & effoditur ad fossam, & aggerem facienda. Livius l. XXXVIII. 7. *Non solum sub terra fodientes, sed egerentes etiam humum fefellere hostem.* Ovid. l. VII. Met. 243 *egesta scrobibus tellure*, & alii saepius. Infra rectum esse contra *aggeri*, suo loco docebimus. OUD.

14 *Clisthenes*] Palatin. *Clasthenes*; alii aliter, & inepte. *Sicyonis* Medic. pr. *Sicyonutus* Petrens.

15 *Crisaeorum*] Forte *Cyrraeorum.* SCRIV. *Ed. pr.* Scribe *Crisaeorum.* IDEM. *Ed. sec. Crisaeorum.* Sic omnes MSS. unus Reg. *Crisaeorum.* Stephanus, Κρισαῖα πόλις Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν Κρισαῖος. Scr verius *Crissaeorum.* Polyaenus lib. VI. hoc Strategema ab Amphictyonibus patratum ad urbem Κίρραν narrat. Hinc Freins-

16 adfectis siti restituit aquiam elleboro corruptam, qua usos profluvio ventris 17 decipiens, cepit.

CAP.

hemius docet *Cirrham & Crissam* eandem urbem ex Pausania pag. 684. inde bellum Criseum in Justini prologo tertio. TENN. *Erisseorum* Edd. Italicae. *Triseorum* Ed. Paris. *Crescorum* Leid. sec. Ortelius conjecerat quoque *Cirraeorum*. Saltem a Κίρρα, *Cirrha*, ut vocatur, foret deducendum *Cirrhaeorum*. Sed optime docuerunt jam dudum viri docti, rescribendum esse per diphthongum *Cisaeorum*, sive *Crissaeorum*. *Cirrha* enim, & *Crisa*, seu *Crissa* eadem est: unde hoc bellum a Sicyoniis ductu Solonis & Clisthenis gestum vocatum fuit Κρισαῖον, *Crisaeum*. Praeter Freinshem. ad Florum l. II. c. 20. adi etiam Kuhnium ad Pausan. l. X. c. 37. Maasvic. ad Polyaen. l. III 5. vs. 13. & Longuerue ad Justinum. Ut verum tamen fatear, mallem cum aliis *Cirrhaeorum*; si MSS. addicerent, ex Demosthene, AEschine, aliisque. Nam praeter Pausaniam, & Justinum Geographi *Cirrham*, & *Crisam* distinguunt, non vero easdem faciunt. OUD.

16 *Affectis*] Ita lego: vulgo *affectus*. SCRIV. Hanc restitutionem pro sua venditans Keuchenius recepit quoque, & dein ceteri praeter Vesal. Nec mirum. nam *affectus* typothetarum modo error fuit in Edd. Modii, & Stewechii. Operae pretium tamen Casaubonus etiam duxit hoc monere: *affecti* Ed. Wechel. *affectis siti* Leidens. sec. In Leidensi fere haec duo verba non leguntur. Et sane nec Pausanias, neque Polyaenus oppidanos interim siti laborasse memorant. Contra Pausanias dicit, eos Clisthenem eluisse, & aquam pluviam in cisternas collectam bibisse; ac tunc demum de hoc Strategemate illum cogitasse. Pro his quoque verbis *affectis siti* in Vaticano *factis suis*, & in Edd. Romana, & Bononiensi exaratum est *refectis tubis* (de qualibus tubis, seu fistulis vide Columell. l. 1. c. 5. Polen. ad Frontin. de Aquaeductu Art. 20. & omnino SCtum Art. 129.) In primo autem Cod. Mediceo legas *Moxque alveis suis restituit aquam*: quod ipsum simpliciter dicit Pausanias: Ὁ δὲ τὰς ἰκλεδὰς τῶν φλεβῶν ἐς τὸν ποταμὸν ἐκκαθαίρας τὸ ὕδωρ ἤδετο ἴσχον, ἀπέστρεψεν αὖθις ἐς τὸν ἀρχαῖον. i. e. restituit aquam in alveum, sive canalem, & aquaeductum refectis scilicet tubis. Unde nota quoque contra Keuchenium, qui hic multa ἀπροσδιονύσως de elleboro congessit, non fuisse semen elleberi, sed ipsas radices, καὶ πολὺ πλῆθος Ἀντικύρᾳ συλλεχθὲν, ut ait Polyaenus. OUD. Ex MS. Vaticano *factis suis*, & Mediceo pr. *alveis suis* resingendum forsan *fistulis suis*: unde fabricarunt Italicae Edd. *refectis tubis*. Vide praeter notata mea Duker. ad Flor. L. III. C. 16. *abruptis fistulis*. IDEM *Cur. post*.

17 *Deciplens*] Sic MSS. unus Hill. *Deinceps*. Freinshemius *Desipientes*. divinus Casaubonus ad Polyaenum, *Repens* vel *ingens*. ut apud Graecos διάῤῥοια ἀκρατὴς. Sic ut *profluvio* sit primi casus. Aquas autem non semel veneno infectas apparet ex Lucano IV. vs. 320.

O fortunati, fugiens quos barbarus hostis
Fontibus immisto straverit per rura veneno!

Nec-

Senèca 11. de ira c. 8. *Non deſcripſit violatos fontes venenis, & peſtilentiam manu factam.* Lipſius de magnitudine Romana fol. 320. ut candorem P. R. in bello probet, videtur contendere, unum modo M. Aquilii exemplum occurrere, quod eſt apud Florum 11. c. 20. *Contra fas Deum moresque majorum medicaminibus impuris, in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet.* TENN. *Deſipientes* conjecit quoque Gruterus. Rubenius l. 11. Elect. c. 29. *Deficientes* vel *deinceps*, quomodo etiam Lipſius voluit, ut eſt in Hillensb. MSto. Scriverius in curis poſterioribus *deſides*; Maasvicius *decumbentes*, quia Polyaenus dicit Τὴν Κίρραν πόλιν ἑαυτοῖς, κοιμῶνται τῶν πολεμίων; ubi praeceſſerat jam Κίρραιοι πίνοντες διεφθείροντο τὰς γαστέρας καὶ πάντος ἐκλυθέντες ἐκοιμῶντο. Pauſaniae verba ſunt καὶ οἱ μὲν ὑπὸ ἀπορίας τῆς διαφόρου ἐξέλιπον οἱ ἐπὶ τῇ τύχῃ τῶν Φωκέων. Ἀμφικτύονες δὲ ἐς οἰ. κον τὸν πόλεμ. &c. Forſan exciderunt hic quaedam. Mediceus pr. *cepit decipiens.* Leidenſ. pr. *decipiens exit.* Petrenſis *qua uſus profluvio ventris decipienti cepit.* Incertiſſimis conjecturis indulgere non vacat. Aliter hariolari poſſemus *deſidentes*, prae continua alvi exoneratione. Quod verbum hac in re adhibet Celſus l. 11. c. 10. & l. 1v. c. 18. *In tormentibus frequens deſidendi cupiditas eſt.* OUD. Cl. Wopkenſio in Miſc. Obſerv. Nov. T. x. p. 74. placet quoque *deficientes*; non mihi. Inſiſtens Cod. Petrenſis veſtigiis conjeci dein *derepente*: quo compoſito uſi ſunt Terentius, Cicero, Suetonius, Appulejus, alique. IDEM *Curt. poſt.*

CAP. VIII.

De injiciendo obſeſſis pavore.

EXEMPLUM I.

Philippus, quum [a] Prinaſum [b] caſtellum nulla vi capere poſſet, terrán ante ipſos muros ad-

[a] Vulgo TRINASSUM.

1 *Injiciendo*] Medic. pr. *inmittendo o. pavorem.*

2 *Trinaſſum caſtellum nuda vi capere poſſet*] Vidi editiones, quae *Teenaſſum* appellarent, alii *Trineſſum*. & gentiles ejus Tripeſſeos vocaſſe videntur. Adi Stephanum, & alios. & pro *nuda vi*, ſubſtitue, *nulla vi*. operarum nempe culpa mendum illud enatum eſt. STEW. *Trinaſſum*. Sic l. 1. Reg. 3. Hill. Stewechio probatur. & creditur idem locus, qui Stephan. Τρίνασα, πόλις Θρᾴκης, τὸ ἐθνικὸν Τρινασεύς. 2. Reg. *Crinaſſum*. Voſſ. *Grinaſum*. quartus Reg. *Ternaſſum*. TENN. *Trinaſſum* vel *Trineſſum* legit quoque Kenchenius, & confirmant MSS. nonnulli. *Teenaſium*, *Tecnaſum*, *Trinaſſum*, *Ternaſſum*, *Cernaſum*, *Crinaſum*, *Grinaſſum*, alii. Sed omnino reſcribendum erat *Prinaſſum* vel *Prinaſum*, quod ultimum praetuli, quia MSS. unam

[3] adgeſſit, ſimulavitque agi cuniculum. [4] Caſtellani [a]; quia ſubrutos ſe exiſtimarant, dedidefunt.

II. Pelopidas Thebanus [5] Magnetum duo oppida ſimul obpugnaturus, non ita longo ſpatio diſtantia, quo tempore ad alterum eorum exercitum admovebat, praecepit, ut ex compoſito ab aliis caſtris [6] quatuor equites coronati, notabili ala-

[a] Vulgo CASTELLANIQUE.

cum *s* tantum habent. Quomodo hanc urbem Cariae, ſeu Peraeae, a Philippo Demetrii filio captam nominant idem Strategemata narrantes Polybius l. XVI. p. 1017. Ed. Gron. & Polyaenus l. IV. Strateg. c. 17. ubi videndus Maasvicius. *Nuda vi*, quod invenerat in Modii Ed. Srewechius, eſt nec in aliis Edd. nec in ullis MSS. OUD.

3 *Aggeſſit*] *Egeſſit*. SCRIV. Duo Reg. 1. Hill. *Egeſſit*. Voſſ. 2. Hill. 2. Reg. *Ejecit*. TENN. Ubique librarii, confuderunt *aggerere*, & *egerere*, *aggeſta*, & *egeſta*. Quare licet plurimi MSS. & Edd. VV. exhibeant *egeſſit*, *ejecit*, *egiſſet*, nihilominus retinenda hic loci eſt vulgata lectio. Non enim egeſſit terram agendo cuniculum; ſed aggeſſit terram ante muros, ſimulans ſe agere cuniculum, cum interim aliunde terram huc comportari in ſpeciem juſſerit: unde e Gloſſa in Leidenſi tertio *advexit*. Clare hoc teſtantur auctores. Polybius: Τὰς μὲν ἡμέρας ψόφον ἐποίει κατὰ γῆς, ὡς ἐπιγεμίσων τῶν μετάλλων. τὰς δὲ νύκτας ἔξωθεν ἔφερε χοῦν. καὶ παρέβαλλε παρὰ τὰ τέρματα τῶν ὀρυγμάτων &c. Polyaenus: Νύκτωρ δὲ ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας ἀπὸ στασίων ὀπτὰ ἢ δέκα ἐν τοῖς βαθέσι φάραγγος σκαπτομίζοντας χοῦν μεταβάλλειν πρὸ τῶν τέρματος τῶν ὀρυγμάτων. Ἅμα δὲ πολὺς χοῦς ἐγίγνετο ταραχὴν &c. *Aggerere* eſt aliunde congerere. *Egerere* eſt effodere, aut inferiore loco adtollere, ut ſupra vidimus. OUDEND.

4 *Caſtellanique*] *Caſtellani*, *qui ſ. ſ. e.*, *tradiderunt* MSS. SCRIV. Voſſ. 3. Hill. 3. Reg. *Caſtellani quia ſubruptos*. 1. Reg. *ſubreptos*. TENN. Barthio conjecturam turpiter rurſus ſublegit Keuchenius ex Adverſ. l. XIV. c. 9. *Caſtellani*, *qui ita ſ. ſ. exiſtimarunt*, *dederunt* vel *dediderunt*. Primo *que* confidenter ejeci auctoribus MSS., etiam meis quatuor vel quinque, & Edd. primis. pro *quia* in Medic. pr. *quod*. Edd. primae non habent, ſed *eſtimantes* tantum. *Subruptos* quoque eſt in MSS. noſtris octo, & Ed. Rom. e vulgari librariorum lapſu. Dein *exiſtimarent* MSS. tres. *exiſtimaverunt* Leid. pr. *eſtimaverant* Leid. ſec. Omnes autem *dediderunt* praeter Leid. ſec. *dederunt* ſcilicet *ſe*. Quare cetera vulgata rutius retinemus. OUD.

5 *Magnetum*] Medic. ſec. *Magnatum*. Leid. ſec. *magna tamen*. dein *non tam ita* ambo Medicei, & Edd. Italicae, ac Pariſ. Leid. ſec. *non tamen ita*. Medicei etiam *longinquo*. Leid. ſec. *l. ſp. deſtinato diſt.*

6 *Quatuor equites*] VI. MSS. SCRIV. *Quatuor equites*] Sic omnes MSS. quae lectio probatur a Polyaeno l. 2. in Pelopida

alacritate velut victoriam [7] adnuntiantes, venirent. Ad cujus ſimulationem [8] curavit, ut ſilva, quae in medio erat, incenderetur, praebitura ſpeciem urbis ardentis: praeterea quosdam, captivorum [9] habitu, eodem [a] juſſit perduci. Qua adſeveratione perterriti, qui obſidebantur, dum in parte jam ſe ſuperatos [10] exiſtimant [b], defecerunt.

III. Cyrus, rex Perſarum, incluſo Sardibus Croeſo, qua praeruptus mons [11] nullum aditum praeſtabat, ad moenia malos [12] exaequantes altitu-

a Vulgo EODEM HABITU. b Vulgo EXISTIMARENT.

(c. 4. §. 1.) Τέτταρας ἵππους ἐφαρμόσαντες ἅρματος, ut legit divinus Caſaubonus. TENN. Male etiam Mediceus ſec. VI. cum Sanuto.

7 *Annuntiantes*] MSS. decem, & Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wechel. *nuntiantes*: quod aeque probum eſt, nec mutatum oportuit. Retinui nunc tamen ob Cod. Voſſianum, qui ſolus ita exhibet. OUD.

8 *Curavit*] *Curarent* Leid. ſec. pro *captivorum* Cantabr. tert. *eorum*.

9 *Eodem habitu*] *Eorum* MSS. SCRIV. *Eorum* Medic. pr. & Edd. Italicae cum Sanuto. Sed quid? an captivos equitum coronatorum habitu juſſit perduci? Ridicule. Cantabrigienſes, Leidenſes, Gudianus, Voſſianus, Hillensb. Medic. ſec. Edd. Pariſ. Wechel. & Veſal. *habitu eodem*. Optime, ſi modo diſtinguas ita *quosdam, captivorum habitu, eodem i. p.* Non habebat captivos, ſed ſimulabat: quare quosdam captivorum habitu juſſit perduci *eodem* ſcilicet loci ad urbem obſeſſam. atque hoc ordine ea verba adduxit ad c. l. Caſaub. l. IV. c. 7. in f. *quibusdam matronis habitu captivarum in conſpectu locatis: qua facie decepti Megarenſes*. OUD.

10 *Exiſtimarent*] Voſſ. & unus Hill. *exiſtimant*. TENN. MSS. mei etiam decem cum Edd primis *exiſtimant*: Veriſſime nam vulgatum non eſt Latinum. Quippe *dum* hoc ſenſu indicativum amat. Idem vitium vulgatos Codd. obſederat l. 1. c. 5. 2. *Dumque ignibus ſubmoventur hoſtes, ipſe fluvium ſuperavit.* ubi vide. Verbum *defecerunt* ſine ſenſu exſulat ab Ed. Kouchenii. OUD.

11 *Nullum*] Medic. ſec. *nulli*, non male.

12 *Exaequantes altitudinem jugi*] Vaticanus, & Ed. Rom. *Exequantes*; Medicei *excedentes*, quod eſt ſuperantes. Male. Mali enim non debebant excedere altitudinem, ſed aequare. Alioquin fraus ſe ipſa detexiſſet. Polyaen. ξύλα ἰσομήκη τοῖς τείχεσιν. Dein *ſubtexit* Mediceus, & Edd. Italicae. *ſubrepſit* Palat. *ſubjecit* Petrenſis, ſolita librariorum mutatione: non ſcientium *ſubrigere* pro ſurſum erigere activae eſſe ſignificationis. At tu, lector, vide, quae congeſſit Cl. Drakenburg ad Silium l. X. 252. *ſubrecta cuſpide*. Seneca Ep. 86. *Vid.*

tudinem jugi subrexit; quibus simulacra hominum armata Persici habitus inposuerat, noctuque eos monti admovit. Tum prima luce ex altera parte muros adgressus [13] est, ubi orto jam Sole simulacra illa, armatorum referentia habitum, refulserunt. Oppidani captam urbem ab tergo credentes, & [14] ob hoc in fugam dilapsi victoriam hostibus concesserunt.

turres in propugnaculum villae subrectas. Oud.

13 *Adgressus est.*] Verbum substantivum exsulat a Gudiano, Petrensi, utroque Leidensi, Palatino, Vossiano, & Hillensb. Petrensis *ubi vero. Jam* deest quoque a Palatino, Leidensibus, Vossiano, Hillensb. Gudiano, & Edd. Paris. Wech. ac Vesal. Forsan relictum est ab auctore *T. p. l. e. a. p. muros adgresso, ubi orto sole s. i. armatorum referentia habitum* (sic MSS. & Edd. pp. non *hab. ref.*) *refulserunt, oppidani* &c. posset etiam tota distinctio poni post *est.* & *ubi* &c. pro *quando, postquam* sumtum cum seqq. jungi. Oudend.

14 *Ob hoc*] Ita lego. vulgo *ob* exsulat. Scriv. Wechelii culpa. Priores enim cum MSS. recte *ob hoc* exhibuerunt, solemni auctori nostro locutione. v. ad L. 1. 6. 2. Ceterum Frontino in hujus expugnationis relatione consentit Polyaenus l. VII. c. 6. 13. non vero Herodotus l. 1. c. 84. Oud.

CAP. IX.

De inruptione ex diversa parte, quam [1] *exspectamus.*

EXEMPLUM I.

Scipio apud [2] Carthaginem [3] sub discessum aestus maritimi secutus Deum, [4] ut dicebat, du-

1 *Exspectamus*] 3. Reg. Voss. 1. Hll. *exspectabimus.* Tenn. Palatin. Hillensb. *exspectatur*, non male. statim *qua non exspectabatur*; & ita auctor saepius. V. ad l. 1. 2. 7. *alio, quam exspectatur, latere. Exspectabimus* Gudian. Oud.

2 *Carthaginem*] Hispanam scilicet vel *Novam*, quam vocem differentiae caussa addere plerumque solent auctores, ex abrupto de hac urbe loquentes. Apud Aurelium Victorem tamen in Scipione a quibusdam MSS. *Novam* abesse quoque deprehendi. Oud.

Non

ducem, ad muros urbis acceſſit, &, cedente ſtagno, qua non exſpectabatur, inrupit.

II. Fabius Maximus, Cunctatoris filius, apud Arpos, praeſidio Hannibalis occupatos, conſiderato ſitu urbis, [5] ſexcentos milites obſcura nocte miſit, qui per munitam, eoque minus [6] frequentem [a] oppidi partem ſcalis evecti in murum, portas [7] revellerent. Hi adjuti [8] decidentium aquarum

a FREQUENTATAM vulgo.

Non addidit Auctor *Hiſpanam* vel *Novam*: quia hoc exemplum deſumſit ex Hiſtorico, qui de illa expugnatione agens ſimpliciter quoque *Carthaginem* nominavit, quia ex ſuae hiſtoriae contextu liquebat, de Hiſpana ipſum loqui: ut apud Flor. L. II. C. 17. §. 7. Mel. Lib. II. C. 6. Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. C. 49. ubi male *novam* intruſerant, deletam ab Arntzenio. IDEM *Cur. poſt.*

3 *Sub diſceſſum.*] Medicei, & Edd. principes *ſub diſceſſu.* V. ad l. I. 5. 9. *ſub occaſum ſolis.* Apud Caeſarem etiam l. VIII. B. G. c. 49. *ſub diſceſſum ſuum* MSS. & Edd. pp. *diſceſſu ſuo.* Livius autem hic l. XXVI. 45. *Deceſſum* uſurpat, & ita Caeſar B. Gall. III. c. 13. Recte utrumque. Seneca Herc. Fur. 321.

bisque diſcedens fretum,
Et bis recurrens.

Aliter etiam dicitur *receſſus.* OUDEND.

4 *Ut dicebat*] Nonnulli *dicebat*, frigide. Livius. *Neptunum jubebat ducem itineris ſequi, ac medio ſtagno evadere ad moenia.* Hunc in ſomnio ſibi adparuiſſe adfirmabat, teſte Polybio l. X. c. 10. OUD.

5 *Sexcentos*] Numerus in Vaticano deeſt. Leid. ſec. minus bene *ducentos.* dein Voſſian. *per munimenta atque minus.*

6 *Frequentatam*] 3. Hill. & Voſſ. *Frequentem.* quod cum ſit idem, tamen elegantius. Ut Plauto in milite *Frequens ſenatus.* II. 6. III. Hinc Juſtino XI. c. 12. *Frequenter conſulari,* pro multis praeſentibus. Front. III. 10. 6. TENN. Tres etiam Cantabrigienſes, Gudianus, ambo Leidenſes quoque cum Edd. Pariſ. Hittorp. & Wechelii *frequentem*, bene. non enim vult oppidi illam partem minus a populo vel praeſidio crebro adiri, ſed pauciores illic eſſe milites; quia ſatis fidebant munitione. *Infrequens* hac in hiſtoria Livius l. XXIV. c. 46. & alibi cum aliis ſexcenties: quare omnino optimorum MStorum auctoritatem, conſentiente Cl. Walſe, ſecutus ſum. OUD.

7 *Revellerent*] Leid. ſec. *revellerunt.* Arcerian. *evellerent* probante Keuchenio ex Appuleji l. III. *domus januas evellere.* Verum cum in nullo alio codice adpareat, non admittendum cenſeo. *Revellere* ſeu *refringere* portas, locutio eſt uſitatiſſima. OUD.

8 *Decidentium*] Leident. ſec. *decidente.* Sanctus *deſcendentium*, nimis poëtice. Imbrem enim intelligit auctor, ut patet e Livio, hanc rem deſcribente. *Id maxime ad fallendum adjuvit. Inver-*

rum ſono, qui operis ſtrepitum [9] obſcurabat, juſſa peragunt. Ipſe, dato ſigno, [10] ab alia parte adgreſſus, cepit Arpos.

III. C. Marius, bello Jugurthino, apud flumen [11] Mulucham, quum obpugnaret caſtellum in monte ſaxeo ſitum, [12] quod unâ & anguſtâ ſemitâ

ab nocte media coortus, cuſtodes vigilesque dilapſos e ſtationibus ſuſſugere in tecta coëgit, ſonituque primo largioris procellae ſtrepitum molientium portam exaudiri prohibuit &c. Oud.

9 *Obſcurabat*] Longius videbatur petitus hic tropus: quare locum ſuſpectabam: ac primum *obturabat* reponi poſſe credebam. ceterum in eo nondum mihi potui ſatisfacere. STEW. Sic omnes MSS. *Obturabat*, quod Stewechius exhibet, nusquam apparet. TENN. Stewechii conjectura probari nequit; *Obturamus* enim *januam, aures* &c. quae clauduntur, ne quem ſtrepitum audiamus; non ipſe ſtrepitus obturari poteſt. Verbum autem *obſcurare* de occultatione ſoni ſaepius adhibetur. Hinc *obſcurare laudes* apud Cicer. pro Marc. c. 10. Et propius ad rem Lucan. l. IV. 218.

Obſcuratque ſuam per juſſa ſilentia famam. Oud.

10 *Ab alia parte adgreſſus*] Cui ergo bono ab interiore parte portam illam, qua adſcenderant, revellere debuerunt? Hoc non capio. Scribendum videtur, niſi auctor lapſus fuerit, *effracta* vel *avulſa porta ingreſſus*, aut ſimile quid. Livius. *Id ubi factum ex compoſito eſt, ſigna efferri conſul jubet, ac paulo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur.* Favet nonnihil Mediceus ſec. *egreſſus*. *Porta* alibi quoque apud noſtrum depravatum eſt in *parte*. Vel lege, quod deinceps in Vaticano inveni, ſimpliciter *ab ea parte*. Mihi tamen hoc ab correctoris eſſe manu videtur. pro *Arpos* non male Leidenſ. ſec. habet *arbem*. Oud.

11 *Mulucham*] Omnes fere *Mulucham* vocant fluvium. Mela 1. c. 5. Salluſtius Jug. 92. amnem Plinius v. 2. Ptolomaeo dictum (ut docuit Geographorum praeſtantiſſimus Voſſius) μυλοχάθ. Solus Florus III 1. appellat urbem ſaxeo inditam monti. TENN. Obſervavit idem hic Keuchenius, & ad Florum conſule Vinetum: ubi forſan legi poſſet *ſaxeo inditam monti ad Mulucham urbem*. Urbs ſita ad Mulucham. Nimis ſtupidus videtur Flori error fore, ſi ex amne ipſam feciſſet urbem vel caſtellum: praeſertim cum tam Florus quam Frontinus, ſua maxima ex parte a Salluſtio hauſiſſe videtur. Nam notandum eſt, hos tres auctores in eadem hiſtoria *ſaxeum montem* dicere, cum facile vel *rupem* vel *ſaxum* vel ſimile aliquis uſurpare potuiſſet. MSS. nonnulli *Mulucham*, *Mulucam*, *Mulcam*. Oudend.

12 *Quod adibatur*] Utergue Mediceus *ad quod adibatur*. quod non temere admittendum. Curt. VII. 11. *Petra ſenſim ad peranguſtum additur*. Apud eumdem l. VI 5. 18. *Interiora regionis eius haud aditu patebant*, ut e MSS. ſcribendum; vulgo *adire patebat*. Ed. etiam Bononienſis omiſſa conjunctione *una anguſtia*. Ita Sal-

mitâ adibatur, cetera parte (velut [13] conſulto) praecipiti, nunciato ſibi per Ligurem quemdam ex auxiliis gregalem militem, qui forte aquatum progreſſus, dum per ſaxa montis [14] cochleas legit, [15] ad ſummum pervenerat, [16] erepi [a] poſſe in

[a] Vulgo ERIPI P. CASTELLUM,

juſtius: *Uno peranguſto aditu relicto.* Sed infra c. 13. §. 8. *Introitus urbis, qui unus & anguſtus* &c. OUD.

13 *Conſulto*] Probavi hoc praeſtillo *cum ſaltu pr.* MOD. Male Reg. *Velut cum ſaltu.* Sall. Jug. 92. *Omnia natura, velut ocere atque conſulto praeceps.* TENN. *Cum ſaltu* exhibent Medicei, & hinc ſcilicet Edd. Italicae, aliaeque. ſed jam correctum in Pariſ. & Wechelii ante Modium *conſulto.* OUD.

14 *Cochleas*] Medic. pr. *coleos.* ſec. *cocletos.* Leid. pr. *cocletis.* ſec. *cocletes.*

15 *Ad ſummum*] 3. Reg. 3. Hill. *ad ſumma.* TENN. *Ad ſumma* non male Gudianus, Medic. ſec. & Leid. pr. Nil tamen mu to. Colum. l. IV. c. 20. *ad ſummum perveniunt.* Sic *in diverſum* ſupra. ubi alii *in diverſa* &c. Medic. pr. & Ed. Pariſ. *ad ſummam.* Interpolate Vatican. ad *ſummam p. partem.* Salluſtius. *Aquatum egreſſus animadvertit inter ſaxa repentes cochleas, quarum quum unam atque alteram, dein plures peteret, ſtudio legundi paullatim prope ad ſummum montis egreſſus eſt.* OUDEND.

16 *Eripi poſſe caſtellum*] Parum abeſt, quin legendum cenſeam, *erepi poſſe in caſtellum.* De eo, quod ſubſequitur, liberius pronunciabo: *ut proſpectus niſusque per ſaxa facilior foret.* nimis hoc ineptum, nimis, inquam, abſurdum. quapropter reſcribe, *proſpectus niſusque.* Hanc emendationem Criſpo Salluſtio debemus; qui in Jugurthâ, dum praeſens enarrat Strategema, *modo eminentibus* (inquit) *ſaxis niſus Ligus.* Item paulo poſt, *capite atque pedibus nudis, uti proſpectus niſusque per ſaxa facilior foret.* Iterum ibidem: *quae dubia niſui videbantur potiſſimum tentare.* quin imo Frontini noſtri verba ſubſequentia hanc emendationem plane confirmant: ait enim, *quibus in aſcenſu nitebatur.* Curtius lib. VII. *Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti.* Idem: *Per has difficultates enituntur in verticem montis.* STEW. Voſſ. *Vi caſtellum.* 8. Reg. 3. Hill. *in caſtellum.* Hinc Ortwinius, *diripi poſſe caſtellum.* Verum cum ſtuderit Marius non tam diripere, quam occupare caſtellum, praefero conjecturam Stewechii. *Erepi poſſe in caſtellum.* Suetonius Tib. 60. *Territus, quod is a tergo inſulae per aſpera & devia erepſiſſet ad ſe.* TENN. Keuchenius legit *erumpi poſſe in caſtellum*; quod invenerat ſcilicet in Ed. Pariſienſi, id pro conjectura venditans, ſed nihil verius eſt emendatione Stewechii, quo praeter Temulii Codices faciunt quoque Vaticanus *vi caſt.* Palatinus. duo Cantabrigienſes, ambo Medicei, Gudianus, uterque Leidenſis, & Ed. Romana. *eripi p. in caſtellum.* Immo Ed. Bononienſis jam clare exhibuit *erepi p. in caſtellum.* i. e. clanculum, aegre, pedetentim *adſcendi*, quod verbum e Gloſſa in textum ſuppo-

in caſtellum, paucos centuriones, quibus 17 perfe-

ſitum praefert Petrenſis. *Erepere* hoc ſenſu apud Horat. l. 1. Sat. 5. 77.

Incipit ex illo montes Apulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus, & quos
Numquam erepſemus.

Avienus Orb. Terrae deſcript. vſ. 283.

Nunc in dumoſas erepunt denique rupes.

Lucan. l. III. 600.

Dum cupit in ſociam Gyareus erepere puppim;

ut illic legendum, non *Gyareos*, quod ſuppoſuit quidam. Adde N. Heinſ. ad Silium Italic. l. III. 529. & J. F. Gronov. ad Senecae Phoeniſſ. 112. OUD.

17 *Perfectiſſimos cum velociſſimis militibus aeneatores*] Salluſtius tantum dicit *ex copia tubicinum & cornicinum numero quinque quam velociſſimos delegit, & cum his, praeſidio qui forent, quatuor centuriones; omnesque Liguri parere jubet.* Unde Doctiſſ. Waſſe ibidem conjicit hic, ceteris rejectis, ſcribendum eſſe *quibus quam velociſſimos aeneatores.* Contra ego putarem potius, Salluſtio a noſtro auctore magnam adfundi lucem, eumque idem voluiſſe, quod dicit Frontinus. Centuriones enim non ſolos intelligit Salluſtius, ſed & ſub iis delectos quosdam ex centuriis. Hoc patere videtur ex eo, quod ſequatur *illi, qui centuriis praeerant.* unde colligas, ipſos adfuiſſe milites. Nimis enim poëtica haec foret deſcriptio *centurionis*; niſi etiam tunc re vera iis praeſuiſſent. Quare hoc argumento commotus Cl. Waſſe reſcripſit mihi, ſe jam *cum mil.* non movere, ſibi tamen nequaquam *ei perfectiſſimos* placere; cujus rei cauſſam equidem, pace Viri Doctiſſimi dixerim, non percipio. At Doct. Cortius haec non capiens urit ſtatim, & ſecat ſuum auctorem; & delenda ea verba *qui centuriis praeerant* cenſet: immo ad majorem audaciam procedit. Mox apud eumdem additur *quibus allevati milites melius eſcenderent*, quod conſtanter innumeri ejus aliorumque Codd. retinent; ille tamen confidentes ex ipſo textu vocem *milites* ejecit, rogans *qui milites? Centuriones, an tubicines, an omnes?* Immo vero milites; qui Frontino teſte dilectos centuriones ſequebantur, aut etiam ipſos cornicines, & centuriones, qui laxiore ſignificatione *milites* dici poſſent. Vehementer autem miror, viris doctis non ſuſpecta eſſe illa Salluſtii verba *cornicinum n. q. quam velociſſimos*; cum tamen, ſi quid in hiſce mutandum eſt, illic ſine dubio lateat mendum, quod vox *velociſſimus* ſatis evincere poſſit. Hoc enim, ni fallor, epitheton eſt inconveniens tubicini, & cornicini, quale hominum genus nemo commendaverit a celeritate, qua illis minime eſt opus. Milites veloces, & expediti ſint oportet; aeneatores vero in arte ſua perfecti ſi ſint, nihil ultra requiret Imperator. Jam vero Cortius indicavit, in MSto, & Ed. Venet. 1470. interſeri *pedites*; in quatuor aliis MSS. interponi *millium* vel *millia*, & *quam* in iis abeſſe. Hinc nemo non videt, facile legi poſſe *militesque velociſſimos*; quorum gloſſa eſt *pedites*, uti etiam in Frontino plus ſemel vidimus s. Quo modo ſi reliquerit Salluſtius, *centuriones* ſimplici ſignificatione ſunt ſu-

fectissimos cum velocissimis militibus aeneatores immiscuerat, misit, capite pedibusque nudis, ut [18] prospectus, [19] nisusque per saxa facilior foret, [20] scutis gladiisque [21] a tergo aptatis. Hi Ligure duce, [22] & loris [a] & clavis, quibus in adscensu nitebantur, adjuti, quum ad posteriora, [23] & ob

[a] Vulgo TELIS.

mendi. Et, ut verum fatear, licet sub duce saepe ejus intelligantur milites, hic tamen loci durius foret, & intricatius. Haec olim ad hunc locum notaveram. Nunc in Sallustio nihil mutari velim, sed etiam deberi nihil in Frontino, qui facile hic potuit Sallustii mentem non percepisse. quare etiam nihil in eo deleatur, ut male voluit Cortius. Centuriones, licet non adessent ipsae centuriae, nihilominus reapse centuriis praeerant. Ipsi autem, ut dixi, cum aeneatoribus laxiore sensu *milites* vocantur. *Velocissimi* hic debebant esse aeneatores, quia cito erependum erat in asperum montem. Multi adesse non debebant, ut res tacito geri posset. OUD.

18 *Prospectus*] 1. Reg. 1. Hill. *prosectus*. TENN. *Perspectus* Medic. pr. male.

19 *Nisusque*] Ita legendum. Vulgo *visusque*. SCRIV. 1. Hill. *visusque* male. Videtur Sallustium ex parte descripsisse. c. 94. *Capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret*. TENN. *Nisusque* plerique nostri quoque, ut bene emendavit Stewechius: quod & monuit Doct. Wasse ad Sallustii locum, ubi vide; item Cortium, & quae nos congessimus de hac voce ad Lucanum l. III. 612. VI. 482. IX. 464. Adde N. Heins. ad Ovid. Epist. Heroid. IV. 126. OUD.

20 *Scutis gladiisque*] 2. Reg. 2. Hill. *Scutis armisque*. TENN. *Armisque* exaratur quoque in duobus Mediceis, Vaticano, utroque Leid., & Petrensi, ac Edd. Rom Bonon. Paris. Hittorp. & Wechel. in quorum margine tamen *gladiisque*, an *ensibus* reliquit auctor? Sallust. *super terga gladii & scuta*. ut notavit jam Keuchenius. Per *arma* vulgo solent auctores intelligere scuta, non *gladios*. OUD.

21 *A tergo*] Dele cum Voss. & 1. Hill. praepositionem *a*. Sall. *super terga gladii & scuta*. TENN. E nostris Gudianus, & Palatinus delent praepositionem: Attamen non temere illam ejici velim. *A tergo* quid fieri diximus sexcenties usurpari, ut vel in hoc loco pro *post tergum* ad l. II. 5. 31. l. IV. 7. 19. *religatis a tergo sarmentis* ex MSS. *A tergo aptare* est ergo ab ea parte, qua tergum est, apte ponere arma. *esse a tergo* Ovid. l. 1. Fast. 92. Male autem vulgo ita legebatur *aptatis, hi &c.* OUD.

22 *Et telis*] Malim *loris* ex vestigiis MSS. SCRIV. Voss. 3. Reg. & *loris*. Sallust. *Lorieis vinciebat*. TENN. Invenerat Scriverius pro & *telis* in suis membranis *teloris*, quod & ego reperi in Petrensi, & Mediceo sec. *loris* clare Gudianus. & abest a meis octo, vel novem libris. Verum & *loris* jam olim recte editum fuit in Edd. Romana, & Bononiensi: quare secure revocavi. OUD.

23 *Et ob id*] Et & deest in MSS. septem, & Edd. pp. non

ob id vacua defensoribus, castelli perveniissent; concinere & tumultuari, ut praeceptum erat, coeperunt. Ad quod constitutum Marius constantius adhortatus suos, acrius instare castellanis coepit, quos ab inbelli multitudine suorum revocatos, tamquam ab tergo capti essent, insecutus, castellum cepit.

IV. [24] L. Cornelius Cos. [25] complura Sardiniae cepit oppida, dum [26] firmissimas partes copiarum noctu exponit, quibus praecipiebat, delitescerent [a], opperirenturque tempus, [27] quo ipse naves

a Vulgo UT DEL.

recte. *tumultu agi* Arcerian. *tumultuare* Medic. sec. Ambo Medic. *constitutus*. dein *castellanos* Leid. sec. Vatican. Medic. pr. & Edd. Italicae, *castellum* Medic. sec. *in bello* quoque Edd. eaedem. *evocatos* al. teste Keuchenio inepte. Mox *a tergo* vel *ab t. capti* MSS. & Edd. pp. non *c. a. t.* OUD.

24 *L. Cornelius*] *Cornelius Rufinus Cos.* MSS. SCRIV. Voss. 1. Bill. 3 Reg. *L. Cornelius Rufinus*. TENN. Mei quoque omnes MSS. (de Cantabrigiensibus nihil notarum invenio) addunt *Rufinus*, & pro *L.* supponunt duo *P.* Crediderunt scilicet boni librarii, eumdem hominem intelligi, de quo loquitur auctor l. III. 6. 3. *Cornelius Rufinus Cos.* Is enim vocabatur *Publius* Verum Frontinus innuit *L. Cornelium Scipionem* Consulem A. U. C. CIↃXCIV. cujus rursus meminit Cap. seq. §. 2. Hic enim *L. Cornelius Consul in Sardinia, & Corsica contra Sardos, & Corsos, & Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit*, teste Livii Epitom. XVII. tempore scilicet belli Punici I. Florus l. II. c. 2. *L. Cornelio Scipione Cos. Sardiniam, adnexamque Corsicam transit. Olbiae hic, ibi Aleriae* (sic duo MSS. Leidd.) *urbis excidio incolas terruit, adeoque omnes terra, mari* (ita quoque tres Leidd., non *marique*) *Poenos expugnavit*. OUD.

25 *Complura*] Leid. sec. *plura*. Voss. *cum plura*. Medic. pr. *quamplura*. Vide ad l. II. 12. 3. OUD.

26 *Firmissimas*] Alias *fortissimas*. SCRIV. *Fortissimas* male, & tralatitio errore Medicei, Edd. Italicae, Paris. Hittorp. & Wechel. V. ad l. II. 3. 2. Dein *nocte* Leid. pr. Mox *ut delitescerent* non agnoscunt rursus *ut* insititium Petrens. Gudianus, Palatin. Leidenses, & Hillensb. cum Vossiano: quare jubente auctoris nostri, aliorumque stilo ejeci. V. ad l. I. 4 7. OUD.

27 *Quo ipse noctu appelleret*] Si retinemus *ea noctu*, nullus haud dubie usus erit istius doli: neque enim is oppidanorum mos est, portis patefactis hosti adventanti de noctu occurrere. quae res facit, ut libentius legerim, *interdiu appelleret*. Nihilominus ut cetera omnia, itidem hoc judicio doctiorum lubens merito relinquo: & videant iidem illi, sine paulo inferius reponendum

ves [a] adpelleret; occurrentibus deinde [28] adventanti hostibus, & ab ipso per simulationem fugae longius ad persequendum avocatis, illi in relictas ab his [b] urbes impetum [29] facerent.

V. Pericles, [30] Athenienſium dux, quum oppu-

[a] Vulgo QUO L. NOCTU vel QUOD L. NACTUS. [b] Vulgo ERS.

impetum fecerunt, pro eo quod vulgo circumfertur, *impetum fauerent*. STEW. *Quod ipse nactus*. Ita lego: vulgo est *quo ipse nostu app*. SCRIV. *Quod ipse nactus*. 3. Reg. Voss. 3. Hillensb. *Quo ipse*. Voss. 3. Reg. *natus*. Stewechius *interdiu*. 1. Hill. *nav. is*. lego. *quo ipse navibus appelleret*. TENN. Vitiosa lectio *quo ipse noctu* defluxit ab editione Wechelii: priores cum plerisque MSS. exhibent *quo ipse nactus*: unde non male Scriverius *quod*. Livius l. XXV. 25. *Noctem eam nactus*. Sed *quod* in nullo est MS. *natus* quatuor etiam mei. *navi* unus. Forte *ratis* vel *navis*. Immo diserte Palatinus, *haves*, & ita jam conjecit Gronovius, unde *navibus* Tennulii non opus est, licet sic l. II. 7. 14. *Ambraciam uno lembo adpulsset*. *Adpellere naves* locutio est frequentissima tam nostro, quam aliis. Verum cum vix videantur librarii hoc corrupturi fuisse, forsan amplius auctor scripserit *quo d. naves actae* vel *actam adp*. Dativus loci additur l. I. 4. II. *Circumactas naves adpulit Siciliae*. vide plura ad Lucan. l. VIII. 567.

Qui vetet externas terris adpellere classes.

Actum si mavis, neque is casus sine exemplo est vi praepositionis, quae in verbo inest: ut in laudato jam exemplo l. II. 7. 14. Tacitus l. II. Ann. c. 24. *Triremis Chaucorum terram adpulit*. Cum duobus accusativis noster quoque hoc libro c. 3. §. 7: *qui naves Ephesum adpellebat*. *Acta* pro litore in usu est apud optimos auctores; immo *acta* in *nostu* sic etiam depravatum fuit apud Ciceron. l. V. in Verr. c. 25. Ceterum *adpellaret* Medic. sec. Petrens. *expelleret*. Supra *opperirentur* sine *que* Leid. pr. *opperiretursque* Medic. sec. OUD.

28 *Adventanti*] *Adventantibusque* Medicei. dein *similitudinem* Leid. pr. *fugae* deest in Hillensb. *longe* Petrens. *advocatis* Medic. & Edd. Ital. *evocatis* Leid. sec. perperam omnes. Mox *ab his* pro *ab eis* MSS. & Edd. VV. recte. *illi*, & *hi* opponuntur. *relictam urbem* Leid. sec. OUD.

29 *Facerent*] *Fecérunt* Stew. SCRIV. *Facerent*: Sic lege nimirum *praecipiebat*. Male Stewechius & duo Regii *fecerunt*. TENN. *Fecerunt* tamen Petrensis, non adeo male, si post *adpelleret* ponatur plena distinctio. OUD.

30 *Athenienſium dux*] Suspectum hoc nonnihil, propter varietatem lectionis. Palatin. *Athenienſis*. Medic. pr. *Athenienſis dux*. Elegantius omnino Leidens. pr. Hillensberg. Vossian. Gudianus, Vaticanus, & Ed. Parisiensis: *Pericles Athenienſium*. Sic alibi in MSS. *Anaxibius Lacedaemoniorum*, *Hippias Athenienſium*. V. ad l. I. 4. 7. & consule notata a Doctissimo Munketo ad Hygini Fab. 255. *Tullia Ro-*

pugnaret quamdam civitatem, magno consensu defendentium tutam; nocte ab ea parte [31] murorum, quae mari adjacebat, classicum [32] cani, clamoremque tolli jussit. Hostes [33] penetratum [a] il-

a Vulgo PENETRARI I. IN OP.

manorum. In Arriani Tacticis initio Σκοπὸν τῶν Ταττομένων, quod perperam sollicitant. Oud. De hoc genitivo consuli possunt etiam Gronovius ad Gellium L. I. C. 12. Perizon. in dissert. de Dictys §. 15. Wopkens. Misc. Obs. Nov. Vol. I. P. 2. pag. 36. Corrigatur sic etiam Apollodorus L. III. C. 13. §. 5. Κρήνας Ἀδραχθόνων. Sic enim MS. D'Orvill. vulgo Ἀδρά-χθων. IDEM *Cur. post.*

31 *Murorum*] Petrens. *muris*. Dein *quae. adjacebat* Arcerianus, probante Keuchenio ex Nepotis Timotheo *quae mare illud adjacent*, c. 2. atque ita illic MS. Leid. alii *mari*. vide ibid. Keuch. nec aliter Caesar B. G. l. VI. c. 33. *ad eam regionem, quae. Atuaticos adjacet*. Sic lege e MSS. antiquissimis; vulgo *Atuaticis*. quod idem ex alio Codice monitum jam a Gifanio in Ind. Lucret. v. *adjacere*. Nil tamen muto. Livius l. II. 49. *Tuscus ager Romano adjacet*. Ovid. VII. Met. 382.

Adjacet his Pleuron.

IX. Fast. 105.

Adjacet antiqui Tiberino lucus Helerni.

& passim. Nostri enim Codd. nihil variant. Crebro Keuchenius ex illo Arceriano singulares lectiones profert. Oud.

32 *Cani, clamoremque adtolli*] Voss. 3. Hill. *tolli*. TENN. Edd. Rom. & Bonon. *cl. clamorem tol.* reliquis rejectis: *que* deest quoque in Mediceis. *tolli* uterque Leidensis, Palatin. Gudianus, Petrensis cum Cantabr. tertio, quod placet. Phaedrus: *Clamorem subito totis tollit viribus.* & quis non? Videtur autem simplex *tolli* dictum ex formula castrensi magis, quam alterum *adtolli*. Pauca de multis en exempla. Caesar l. III. B. Civ. c. 92. *Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent.* Livius l. XLIV. c. 35. *Clamorem alacres gaudio repente tollunt et illis parte alia in urbem irruptu-ris.* Noster l. I. c. 9. §. 2. *Ad arma vocantium clamorem tolli signa canere.* Ne tamen protinus receptam lectionem ejiciam, prohibet me Vegetii locus tam in MSStis, quam Edd. l. III. c. 8. *Clamor autem, quem barritum vocant, non prius debet adtolli, quam acies utraque se junxerint.* Oud. *Clamoremque tolli* in textum recipiatur. Saepius pro eo librarii quidam *attolli* dederunt: ut in Hirtio L. VIII. B. G. c. 43. Livio L. X. c. 40. §. 14. ubi vide Drakenb. IDEM *Cur. post.*

33 *Penetrari*] 4. Reg. *penetratum*. TENN. *Penetratum i. in oppidum* exhibent quoque duo Leidenses, Gudianus, & Voss. cum margine Hittorp. & Wechelii. Tres Cantabrigienses, Medicei *penetratum illac oppidum*, merito probante Cl. Wasse. Palatinus *penetrari il. oppidum*. Edd. Romana, & Bononiensis *penetratum illa oppidum*, sc. parte, ut l. II. 5. 21. *Illa in tergum Romanorum effusus.* e-

illac oppidum rati, reliquerunt portas, per quas Pericles, deſtitutas praeſidio, inrupit.

VI. Alcibiades, dux Athenienſium, [34] Cyzicum, [35] obpugnandi ejus cauſſa, nocte inproviſus acceſſit, [36] & diverſa parte moenium cornicines canere juſſit. Sufficere [37] propugnationi murorum poterant. Ad id latus, a quo ſolo ſe tentari putabant, [38] quum confluerent, [39] qua non obſiſtebatur, muros tranſcendit.

innino vere. *illum in op.* Leid. ſec. Saltem *penetratum illac oppidum* recipere e MSS. non dubitavi, quod certum putem *penetratum opp.* ab auctoris venisſe manu. *Penetrare locum*, & *penetratur locus* ſaepe inveniss apud optimos quosque Scriptores. Vide Sanctium, & ad eum Perizon. in Minerva l. III. c. 3. §. 102. Graevium ad Florum l. III. c. 4. Bentlej. ad Horat. l. I. O. 37. 44. Oud.

34 *Cyzicum*] Medicei, Leid. ſec. Edd. Italicae inepte *Euticum*.

35 *Obpugnandi ejus cauſſa*] Leidenſes, Voſſian. Ed. Pariſ. *oppugnandae*. quod aeque probum eſt, ſive a neutro *Cyzicum* ſive a feminino *Cyzicos* derivatum caſum ſumas. nam *urbs* ſubintelligitur, ut vidimus ad c. 6. 2. Oud.

36 *Et diverſa p.*] Petrenſ. Leid. pr. Medic. ſec. Gudian. Hillensb. *ex div.* Palatin. delet &, ſed Medic. pr. Leid. ſec. & Edd. Italicae cum Wechelii & *ex div. p.* Dein *moenium* abeſt quoque a Palat. *moeniorum* Petrenſis. *jubet* pro *juſſit* Cantabr. fert.

37 *Propugnationi*] Unus Reg. *propugnatores*, dein *cum confluerent* unus Reg. 3. Hill. *cum fluerent*. Voſſ. & unus Reg. *confluerent*. Tantum diſtingue. *Sufficere propugnationi murorum poterant. Ad id latus, a quo ſolo ſ. t. p. cum fluerent, q. n. ob. t.* Erat in Voſſiano *obſidebatur*. Tenn. *Propugnatores* Medicei, & Edd. Italicae. non male. Leid. ſec. *propugnatorum*. Petrenſ. *propugnatione*. Praeterea Petrenſis *qui ſuff.* Leidenſ. ſec. *poterant, ſi ad id l.* Male. Nam ſi diſtinctionem receperimus Tennulii, quod feci, omnia plana, & liquida ſunt. Vulgo jungebant perperam *poterant ad id latus. a* mox deeſt in Hill. Ceterum poſſet hic locus etiam ſic legi *poterant; ni ad id latus, a quo &c. confluerent. Qua non obſiſtebatur, muros tranſcendit.* quia *cum conſt.* non eſt in MSS. Oudend.

38 *Cum conſtituerent*] Mirum, ni Frontinus ſcripſerit, *quo cum confluerent*. vel ſic, *cumque eo confluerent*. Stew. In qua editione Stewechius invenerit *conſtituerent*, neſcio. Omnes, quas ego vidi, *confluerent* vel *fluerent* Edd. Rom. Bon. Pariſ. cum Mediceis. In Leidenſibus, Petrenſ. Gudiano, & Palatino deeſt *cum*. Dein non male in Petrenſi *ille, qua &c.* Oudend.

39 *Qua non obſiſtebatur*] Rectum hoc: & falluntur, qui legendum ſtatuunt, *qua non obſidebantur*. quod tamen plures libros occupavit. Mod. *Quia* Leid. ſec. *obſidebantur* Ed. Pariſ. & Ed. Wechelii tantum male, & contra ſtilum auctoris. *ob-*

ſed

obſiſtebatur, [40] muros tranſcendit.

VII. [41] Thraſybulus, dux Mileſiorum, ut portum Sicyoniorum occuparet, a terra ſubinde oppidanos tentavit: & illo, quo laceſſebantur, converſis hoſtibus, claſſe [42] inexſpectata portum cepit.

VIII. Philippus in obſidione cujusdam maritimae urbis, binas naves procul a conſpectu contabulavit, ſuperſtruxitque eis [43] turres: aliis deinde

ſtabatur Vaticanus. Oud.

40 *Muros tranſcendit*] Atqui ἀτείχιστον fuiſſe illo tempore Cyzicum tradit Thucydides l. VIII. p. 629. & ex eo Diodorus Siculus l. XIII. p 167. quod verrunt *nullis muris cinctam*. Vide, quaeſo, num etiam ſignificari poſſit *non valde munitam*, vel *indefenſam*. nam a praeſidio fuiſſe deſertam docet Plutarchus in vita Alcibiad. p. 207. Haec autem ille geſſit in collegio Thraſybuli, & Theramenis. Confer Polyaen. l. 1. c. 40. Nepot. c. 6. Oud.

41 *Thraſybulus*] Fuit hic Mileſiorum tyrannus, aequaevus Periandro Corinthiorum. Herodotus I. c. 20. 21. 22. Polyaenus l. VI. c. 46. Frontinus III. 15. n. 6. Tenn. *Traſibolus* Medic. ſec. *Thraſybulus miles dux* Palatin. dein pro *a terra* Medicei *altera parte*. In fine *oppidum* pro *portum* Petrenſ.

42 *Inexſpectata*] 3. Reg. 3. Hill. Voſſ. *inſpectata*. Tenn. C. 21. §. 1. *Prohibere inexſpectatam vim non potuerunt. Inſpectata* Petrenſ. Palatin. Medic. ſec. Gudian. Edd. Pariſ. Wechel. aliaeque: *inſpecta* Edd. Italicae. Mediceus pr. *inſperata* forſan rectius hoc loco. *Sperare* enim proprie ſolum ſignificat, exſpectare quid ſive boni ſive mali, uti docuerunt viri docti. Vide ad l. I. 4. 4. *Qua non exſpectabatur, aditum intravit*: ubi id non mutandum. Metellus in Epiſt. Cic. ad Famil v. 1. *Te tam mobili in me mensque eſſe animo, non ſperabam*. Florus l. III. c. 1. *Quis ſperaret poſt Carthaginem aliquod in Africa bellum*. ubi videndus Celeb. Dukerus, & Perizonius ad Sanctii Minerv. p 755. V. etiam l. IV. c. 1. §. 8. *Specie inſperata*. Oud. Medicei pr. lectionem *inſperata* pro *inopinata* firmat Claudianus L. 1. in Rufin. vſ. 333.

inſperatique retuliſſe.

Idem *Cur. poſt.*

43 *Turres*] His ſed magis feſtinatis Agrippa uſus apud Actium contra Antonium & Cleopatram VIII. AEn. 693.

Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.

Ubi Servius: *Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis ſubito erigerentur, ſimul ac ventum eſſet in proelium, turres hoſtibus improviſae, in navigando eſſent occultae.* Vide Stewechium ad Veget. V. c. 14. *In majoribus liburnis etiam propugnacula turresque conſtituunt.* Tenn. Vide etiam Keuchenium. *Turrigerarum navium* mentio

inde turribus adortus a terra, domibus propugnatores [44] distringit [a], turritas naves a mari [45] adplicuit, & qua non resistebatur, subiit muros.

IX. Pericles [46] Peloponnesiorum [b] castellum obpugnaturus, [47] in quod duo omnino erant accessus, alterum fossa [48] intercluſit, alterum munire in-

a Vulgo DISTRINXIT. b Vulgo PELOPONNESORUM.

& usus frequens fuit apud antiquos. Consule modo, & cum historicis confer Lucanum l. III. 514. IV. 432. 226.

non iret in aequor
Turrigeras classis pelago sparsura carinas.

Medicei *construxit*. OUD.

44 *Distrinxit*] 3. Hill. 4. Reg. *distringit*. TENN. *Distringit* MSS. mei septem, vel octo cum Ed. Paris. & Ph. Rubenio l. II. Elect. c. 29. ut reposui; nam in *domibus*, quod praecedit, sine dubio latet *dum*. Rubenius ibidem conjiciebat *dum ibi pr.* Vide etiam Perizon. in dissert. de duobus Flori locis p. 16. & supra ad l. I. 5. 2. Sed in Mediceo primo ac Edd. Italicis scribitur *a terra vel comminus domibus*. In Mediceo sec. *altera vel cominus domibus*. Ex quibus patet *vel comminus* e Glossa in textum irrepsisse: num scripsit auctor *dum eminus*, i. e. longe a mari? an potius *dum moenibus*? sive per moenia, quod verum puto. Videant acutiores. *Domibus* corruptissimum est. an *dum illis* sc. turribus? *Cominus* pro *domibus* conjecit, & ad marginem exemplaris sui adscripsit magnus Gronovius. OUD.

45 *Adplicuit*] *Adplicavit* Palatin. & Ed. Wechelii. *aqua* male Medicei.

46 *Peloponnesiorum*] Nihil hic dicunt interpretes; quasi haec bene sana forent, cum facile quis videat, saltem debere legi *Peloponnesiorum*, ut vocantur Peloponnesi incolae; siquidem exemplum hoc agat de eodem Pericle, de quo §. 5. Hunc enim contra Peloponnesios res gessisse tradunt omnes Historici. Immo idem hoc Strategema, sed ut evaderet ipse circumsessus, Pericli contra Peloponnesios tribuit noster l. I. c. 5. §. 10. Quare forsan huc ejus, & Peloponnesiorum nomen pro aliis irrepsit. Nam mire mei turbant MSS. & Edd. pp., in quibus est *Penoponnesorum*, *Ponomesorum*, *Penosorum*: unde nihil extrico. Vide ad notam seq. Tennulium. OUD.

47 *In quod*] MSS. quinque, & Edd. Italicae *in quo*.

48 *Intercluſit*] Male I. Reg. *Interduxit*. & male Voss. *Incluſit*. *Intercludebe* est supra *interſepire editum*. idem Strategema tribuitur a Polyaeno l. v., Himilconi c. 18. n. 3. TENN. *Incluſus* Palatin. haec verba *alt: fossa interci.* desunt in Leid. sec. dein *munivit* pro *m.* *Instituit* Edd. Rom. & Bonon. *ab* abest ab Hillensb. *eam* a Leid. sec. Mox pro *quam m.* Leidens. pr. Ed. Paris. & Wecll. *qua*, rectius, ut opinor. *inciudire* Hillensb. dein *a qua* perperam Ed. Wech. OUDENDO.

inſtituit. Caſtellani ſecuriores ab altera parte facti, eam ſolam, quam muniri videbant, cuſtodire coeperunt. Pericles, praeparatis pontibus, injectisque ſuper foſſam, qua non cavebatur, ſubiit caſtellum.

X. Antiochus, adverſus Epheſios, Rhodiis, quos in [49] auxilio habebat, praecepit, ut nocte portum cum magno ſtrepitu invaderent. Ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defenſore reliquis munitionibus, ipſe [50] ex adverſo [a] adgreſſus, civitatem cepit.

a Vulgo AGGRESSUS, EX ADVERSO C.

49 *Auxilio*] Leid. ſec. *auxilium*, ut alibi. *praecipiebat* Petrenſ. dein Medicei *cum tumultu omnium m. d.* pro *reliquis* Leidenſes, Vaticanus, & Medicei cum Edd. Rom. & Bonon. *aliis*. Hillensb. *altis*.

50 *Ex adverſo*] Tò *ex* non invenitur in 4. Reg. Voſſ. & uno Hill. Voſſ. *ipſe adverſo aggreſſus civitatem cepit*. TENN. Recte *aggreſſus* MSS. mei omnes rejiciunt poſt *ex adverſo*; ut reſcripſi: nam aliter *munitiones* debuiſſet dicere. *ex* deeſt quoque in Mediceis, Petrenſi, Gudiano, & utroque Leid. *a diverſo* Edd. Rom. & Bon. quod putem unice ab auctoris manu eſſe. *A diverſo* idem eſt, quod *ex adverſo*. *in diverſum* Apulej. l. XI. Metam. p. 252. Ed. Pr. & ſupra l. I. 5. 14. ubi vide. *ex diverſo* l. II. 4. 5. *a div.* ut *a tergo*, *a latere*, *a fronte* &c. millies. Idem Strategema adverſus Caſſandream tribuit Livius praetori C. Marcio l. XLIV. c. 11. OUD.

CAP. X.

[1] *De inſidiis, per quas eliciantur obſeſſi.*

EXEMPLUM I.

Cato in conſpectu Lacetanorum, quos obſidebat, reliquis [2] ſuorum ſubmotis, [3] Sueſſeta-

1 *De inſidiis*] Voſſ. 3. Hill. 3. Reg. & Rom. *De disponendis inſidiis*. *Per quas*. Voſſ. & 1. Hill. *In quas*. Hanc lectionem genui-

tanos [a] quosdam ex [4] auxiliaribus, maxime inbelles, adgredi moenia jussit: hos quum facta [5] eruptione [b] Lacetani facile avertissent, & fugientes avide insecuti essent, [6] illis, quas occultaverat, cohortibus oppidum cepit.

II.

[a] Vulgo SUESSANOS. [b] Vulgo IRRUPTIONE.

nam probant exempla. TERR. Palatinus quoque, Gudianus, & Leidens. pr. *de disponendis insidiis, in quas el.* Recte. quamquam vulgata satis stare potest. Exempla omnia agunt de dolis, per quos obsessi eliciantur in dispositas insidias. In elencho Capitum MSS. omnes vulgatum retinent. quare tutius est eo superfedere. OUD.

2 *Suorum*] *Sociorum* Leid. tert. deest haec vox in Mediceis, Vaticano, & Edd. Italicis.

3 *Suessanos*] Nemini interpretum haec vox de mendo suspecta est. Sed quis hic locus Suessanis, Latini nominis sociis, & Romanorum in Campania colonis celeberrimis, quorum mentionem tam ignobilem & vilem non feciisset? Mordicus tamen hanc scripturam retinent MSS. & Edd. sed ne multis te morer, lege mecum, lector; *Suessetanos* Hispaniae gentem, ubi bellum gerebat Cos. *M. Cato:* quod praenomen addit hic Hillensb.; & Lacetanorum urbem obsidebat, docente nos Livio l. XXXIV. c. 20. *Ibi delectarum* cohortium *stationem relinquens praecepit eis, ne se ex eo loco ante moverent, quam ipse ad eos venisset: ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxiliis numerum* Suessetanae *juventutis habebat. Eos ad murum obpugnandum subire jubet. Quorum ubi arma signaque Lacetani cognovere, memores, quam saepe ex agro eorum impune pervalus-sent, quoties ipsos signis collatis fudissent; patefacta repente porta universi in eos* erumpunt. *Vix clamorem eorum, nedum impetum Suessetani tulere: quod postea-quam, sicut futurum ratus erat, Consul fieri etiam vidit, equo citato subter murum hostium ad cohortes advehitur, atque eas ex-trepidas effusis omnibus ad sequendos Suessetanos, qua silentium ac solitudo erat, in urbem inducit &c.* Totum locum descripsi, quia commentarii vicem explet. Immo, ne quid dissimulem; postea deprehendi, animadversum etiam hoc a τῷ Σαΐῳ, quem nihil horum fugit, J. F. Gronovio: qui *Suessitanos* ex Liv. l. XXXIV. 20. ad marginem sui codicis adscripsit. OUD.

4 *Auxiliaribus*] Petrensis, Mediceі, & Edd. Italicae *Auxiliaribus*. Vide ad l. II. 7. 3. OUDEND.

5 *Irruptione*] Lege *eruptione*, ut 4. Reg. 3. Hill. & Stewechius. Sic n. 4. *Primam eruptionem oppidanorum.* TERR. *Eruptione* reposui jubente sana ratione, Livio, & MSS. meis octo cum Edd. Rom. Bon. Paris. & Wechelii. Corrupta haec vox legebatur quoque l. I. 5. 17. adde l. II. 6. 5. & passim. OUD.

6 *Illis*] 1. Reg. *Illo. Cohortibus.* Voss. 3. Hill. *Quas occultaverat, cohortis.* TERR. *Quas occultaverat, coortis* Palatin. & uterque Leidensis. *cohortis* Gudianus, & Ed. Paris. Vulgatam lectionem veriorem esse, docet Livius. OUD.

II. [7] L. Scipio, in Sardinia, cujusdam civitatis [8] per tumultum relicta obpugnatione, quam instruxerat, speciem fugientis [9] praestitit: insecutisque temere oppidanis, per eos, quos [10] in proximo occultaverat, oppidum invasit.

III. Hannibal, quum obsideret civitatem [11] Himeram [a], castra sua capi de industria passus est, jussis recedere Poenis, tamquam praevaleret hostis. Quo eventu Himeraeis ita deceptis, ut gaudio impulsi, relicta urbe, procurrerent ad Punicum vallum, Hannibal vacuam urbem, per eos, quos in insidiis ad hanc ipsam occasionem posuerat, cepit.

IV. [12] Idem, ut Saguntinos eliceret, rara acie

[a] Vulgo HYMERAM.

7 *L. Scipio*] Praenomen deest in Palatino, & Leid. sec. *Lelius* inepte Mediceus; nisi sit pro *L. Cornelius*. OUD.

8 *Per tumultum*] Omnes MSS. *parte militum*. TENN. *Parte militum* mel quoque, & Ed. Paris. Petrensis *in pugnando parte militum*. An *parti militum*? Vix puto. nec tamen me expedio. videtur auctor agere de expugnatione *Olbiae*. de qua Florus l. II. c. 2. *Per tumultum*, quod est in Edd. primis quoque, satis sanum adparet. OUD.

9 *Praestitit*] Medicei, & Edd. Italicae *finxit*, e Glossa. Adi, lector, notata libro I. 5. 23. OUDEND.

10 *In proximo occultaverat*] *In proximos* Leidens. pr. Petrensis vero, & MS. Susii, teste Pighio T. II. Ann. p. 28. *inter proximos colles*. Sanutus *proxime locaverat*. Unde non male conjecit Scriverius *in proximo collocaverat*. *Occultare* habuimus modo. *Locare* & *collocare* saepe in hac re noster. V. ad l. II. 3. 22. *In proximo* non videtur mutandum, ut *in abdito*, *in remoto* &c. V. l. II. 3. 21. OUD. Sic Florus l. II. C. 2. §. 1. *quum videret opulentissimam in proximo praedam*. IDEM *Cur. post.*

11 *Hymeram*] Voss. 3. Reg. 3. Hill. *Hyemeram* & *Hiemeram*, & statim *Hiemereis*. TENN. Mei quoque septem cum Ed. Paris. *Hiemeram*. Scribendum *Himeram* & *Himeraeis*. Graece Ἱμέρα, Ἱμεραῖοι. Mox *Hiemeraeis* MSS. tres. OUD.

12 *Idem, ut Saguntinos eliceret*] Non idem, qui in Sicilia. alia vox quaerenda pro *Saguntinos*. LIPSIUS ad libri sui marginem. Quis ille *idem*? Hannibal? certe is praecessit, sed alius ab eo, qui Saguntinos devicit. Nam Hannibal est, qui in Sicilia bellum gessit, & *Himeram urbem cepit*, ut superiore exemplo narratur. Quomodo ergo idem, qui cum Saguntinis manum conseruit? Certum est exscriptorum virtute & magisterio depravatam scripturam, atque adeo Criticam opem ad-

cie ad muros [13] accedens, ad primam eruptionem oppidanorum ſimulata fuga ceſſit, interpoſitoque exercitu, ab oppido intercluſos a ſuis hoſtes, in medio trucidavit.

V. [14] Himilco Carthaginienſis, apud Agrigentum, juxta oppidum partem copiarum in inſidiis poſuit; [15] praeçepitque his, ut, quum proceſſiſſent

advocandam. In duabus autem poſitus ſum ſententiis: una, quod legendum, *ut Segeſtanos eliceret*, notam Siciliae gentem: altera, *item, Hannibal ut Saguntinos el.* Ita repetendum Hannibalis nomen ſit, omiſſum quaſi ſupervacuum a temporum hominumque parum gnaris. PH. RUBENIUS. l. II. c. 29. Elector. At ego hanc quae in antiqua, & vulgata haeret lectione, *διεφθορεῖαι* librariis imputare non poſſum; verum ipſi imputo auctori, qui duo haec diverſorum ducum, ſed quibus una erat patria, & unum nomen, Strategemata e priſcis monumentis, non adſcripto, quo res geſtae anno collecta, non uni ſolum nomini, ſed etiam homini, & quidem, ut arbitror, poſteriori ac celebriori Hannibali attribuit. J. PERIZON. *Anim. Hiſt.* c. II. p. 82. Quo minus hic culpam in auctorem poſſim conjicere, & accedere Cl. Perizonio, tria faciunt argumenta. Primo enim mentio urbis *Himerae* non potuit non auctorem admonere, primum Strategema in Sicilia eſſe peractum; ubi Hannibal, qui Saguntinos obſedit, numquam res geſſit: dein Strategematis hujus in Saguntinos nusquam meminit Livius, qui tam accurate illam obſidionem deſcripſit. Tandem Veteres libri demonſtrant clare a Frontino *Segeſtanos* fuiſſe ſcriptum; nam in Mediceo primo & Edd. Romana, ac Bonon. legitur *Sagittarios*. De Segeſtae obſidione vide Pighium in Annal. T. II. p. 22. OUD. Si *Segeſtanos* vera ſit lectio, non agitur de ea obſidione, cujus meminit Pighius in Ann. T. II. p. 22. Nam in illa Poenorum dux terreſtris fuiſſe videtur *Hamilcar* ex Polyb. L. I. c. 24. Zonar. L. VIII. c. II. Nihilominus *Segeſtanos* praefero, & librarios vel ipſum Frontinum potius erraſſe in ducis nomine, opinor. *Hannibal* tum mari res agebat. IDEM *Cur. poſt.*

13 *Accedens*] Voſſ. & 3. Hill. *Aſcendens*. TENN. *Adſcendens* exhibent etiam MSS. mei ſex, bene; quippe Segeſta in edito loco poſita fuit: Luculenter hujus urbis ſitum illuſtrabit doctiſſimus D'Orvillius meus in Siculo itinere, brevi in lucem prodituro. De aſcenſione in muros per ſcalas capi non fas eſt. c. XV. 3. *In montem hoſtibus acceſſus nou erat.* MS. rectius *aſcenſus*: ubi plura. dein *intercluſi* Leid. ſec. & Palat. *intercluſosque* Medic. pr. & Hillensb. Omnes *a ſuis hoſtes* rectius vulgato *hoſtes a ſuis*. OUD.

14 *Himilco*] Leidenſ. ſec. perperam *Hamilcar*. V. Polyaen. L. V. c. 10. §. 4. Mox *in ſubſidiis* Medic. pr. OUD.

15 *Praecepitque his*] Voſſ. 2. Reg. 2. Hill. *Praecepitque iis*. Polyaenus lib. V. In Himilcone n. 4. idem Strategema deſcribit. Vide Joſuae librum c. 8. TENN. *Eis* Gudian. Medicei pr. *Iuſſ.* dein *interſederent* Palatin.

ſent oppidani, ligna humida incenderent. deinde cum reliqua parte exercitus prima[a] [16] luce ad eliciendos hoſtes progreſſus, ſimulata fuga perſequentes oppidanos longius cedendo protraxit. Inſidiatores prope moenia imperatum ignem [17] acervis ſubjecerunt, unde [18] obortum contemplati fumum Agrigentini, incenſam civitatem ſuam exiſtimaverunt: defendendaeque ejus gratia, dum trepide recurrunt, obviis eis, qui inſidiati juxta muros erant, & a tergo inſtantibus, quos perſequti fuerant, in medio trucidati ſunt.

VI. Viriathus, diſpoſito per occulta milite, paucos miſit, qui abigerent pecora [19] Segobrigenſium.

a Vulgo deeſt PRIMA.

16 *Luce*] Leidenſ. ſec. *prima luce*. vere, ni fallor, & ex ſolemni locutione. *lucum* Vaticanus. Oud.

17. *Ignem acervis*] Quid hac emendatione façilius? cum in aliis libris, *ignem acerbum*; in aliis, *ignem acerbis* inveniretur? & tamen nemo hactenus hoc aut vidit aut certe videre curavit. Mod. Poſt Modium *acervis* repoſuerunt editores omnes. *Acerbum* Edd. Pariſ. Hittorp. & Wechel. cum MS. Vaticano, Hillensbergii, & Leidenſ. pr. *acerbis* Palatin. & marg. Hitt. & Wechelii. Edit. Italicae hoc & ſeq. exemplum non agnoſcunt. Medicei *ignem lignis acerbis*. Quod valde mihi adridet. Poſtquam ſemel exciderat *ligni*, ex *acerbis* alii *acerbum*, alii *acervis* fecere. *Ligna* autem *acerba* ſunt humida, viridia, cruda: qua voce utitur Lucanus l. IV. 317.

Et ſi quos palmite crudo,
Arboris aut tenera ſucos preſſere medulla.

Ligna acerba ergo ſunt, quae multum faciunt fumi, ut contra praeſtabant *ligna cocta* ſeu *coctilia*: & *laurea*. de quibus vide Caſaub. & Salmaſ. ad J. Capitolini Pertinac. c. 3. *Pater ejus tabernam coctiliciam exercuerat*. ut & Oct. Ferrar. Elect. l. 1. p. 59. Modianam tamen emendationem plane damnare non auſim. *Lignorum acervus* in Cenot. Piſan. Oud.

18 *Obortum*] *Abortum* Medicei, & Leidenſ. ſec. tum *exiſtimarent* Leid. ſec. mox *recurrit obvius* Leid. pr. In fine Mediceus ſec. *in medium*.

19 *Segobrigenſium*] Reſtitui his populis ſuum hoc loco nomen, ex exemplo IV. c. ſeq. hic enim habebant libri omnes aut *Socobrigentium*, aut *Etobrigenſium*, quae nihili voces ſunt, etſi, ne exemplo quidem IV. quo dixi, recte legitur in quibusdam, imo omnibus recentibus libris, *Segobrienſes*, pro *Segobrigenſes*. Segobrigenſes populi Hiſpaniae Plinio c. 3. l. III. & Segobrica urbs eidem ejusdem Hiſpaniae c. 22. lib. XXXVI. quam opinor eandem

ſium. [20] Ad quae illi vindicanda, quum frequentes procucurriſſent[a], ſimulantesque fugam praedatores perſequerentur, deducti in inſidias, caeſique ſunt.

VII. Scordiſci equites, quum Heracleae [21] duarum partium praeſidio [22] praepoſitus eſſet Lucullus, pecora abigere ſimulantes, [23] provocarunt eruptionem: fugam deinde [24] mentiti, ſequentem Lu-

a Vulgo PROCURRISSENT.

dem eſſe cum ea, quae Straboni lib. III. Σηγόβριξα vocatur. Mox. Hill. *Sotobrogenſium*. 3. Reg. 1. Hill. *Secobrigenſium*. collocantur a Plinio l. III. c. 3. in Celtiberia & caput gentis *Segobriga* a Strabone. Plin. XXXVI. 22. Vide de his Bongarſium ad Juſtin. XLIII. c. 3. de Strategemate Freinshemium ad Curtium l. VIII. c. 1. n. 4. TENN. *Secobrigenſium* Petrenſ. quoque, bini Leidenſes, Voſſian. cum Ed. Pariſ. *Secobricenſium* Gudian. *Socobrigenſium* Vatican. Medic. pr. cum Edd. Hittorp. & Wech. *Sacrobrigenſium* Medic. ſec. per *c* placuit Keuchenio. Eosdem reſtituit Scriverius l. IV. c. 1. §. 22. ſed ibi vide, quae notavimus. OUDEND.

20 *Ad quae*] MSS. quatuor *atque illi ad vindicanda*. Dein repoſui rurſus, ut ſaepe ante, *procucurriſſent*. ex Gudiano, Leidenſi pr., Voſſiano, Hillensberg. & Ed. Pariſienſi. Mox *caeſi ſunt* ſine *que* Petrenſis, non ſine exemplo. OUD.

21 *Duarum partium*] 2. Hill. *Heduarum p.* Freinshemius *fuarum*, an *duarum cohortium*? TENN. Hic coecutio cum ignariſſimis: quare contentus ſis, quaeſo, Lector, variis lectionibus, & tu hinc veri quid elice. MS. Voſſ. *Eradee duarum p.* Petrenſis *Heracleanarum p.* Medic. prim. *aerecea eduarum p.* Medic. ſec. *acrecea eduorum*. Ambo Leidenſes *eraclea eduarum*. Hillensb. *Heraclea hed.* Ed. Romana *acrecia d.* Bononienſ. *a Graecia d.* Pariſ. *eraclea Hed.* An *Eordaeae ſuarum p.*? Eſt enim urbs *Eordaea* in illis finibus. Livius l. XLI. 54. XLV. 30. Sed ἐπέχω. Nam & *Heraclea Sintica* illic. Vide Freinsh. ad Curtium l. VIII. c. 1. OUD. Probo Tennulii conjecturam *cohortium*. IDEM *Cur. poſt.*

22 *Praepoſitus*] Edd. Italicae *oppoſitus*. Palatin. *potitus*. *erat* Medic. pr.

23 *Provocarunt*] MSS. quinque *provocaverunt*. Medic. pr. cum Edd. Rom. & Bonon. *procuraverunt*. dein *ducentos* Leid. ſec. *Cum eo* deſunt in eodem & Petrenſi.

24 *Mentiti fugam*] Simulantes. Seneca 1. natur. quaeſt. 15. *Nihil enim judicamus in ſpeculis niſi fallaciam eſſe, nihil aliud quam alienum corpus mentientibus*. Martialis III. epig. 43.

Mentiris juvenem tinctis, Lentiſce, capillis,
Tam ſubito corvus, qui modo cygnus eras.

Velleius II. 4. *Ariſtonicus mentitus regiae ſtirpis originem, armis Bithyniam occupat*. Prudentius l. II. in Symm. 643.

Lucullum in insidias deduxerunt, & octingentos cum eo milites occiderunt.

VIII. Chares, dux Athenienſium, civitatem adgreſſurus litori [25] adpoſitam, poſt [26] quaedam promontoria occulte [27] habita claſſe, e navibus velociſſimam praeter hoſtilia praeſidia ire juſſit. Qua viſa, quum omnia navigia, quae pro cuſtodia portus [28] agebant[a], ad perſequendam evolaſſent,

[a] Vulgo AGEBANTUR.

Mentitumque gravis perſonae inducere pondus.

Idem in Pſychomachia.

Latet & lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ovem ſub vellere molli.

Claudianus in hyſtrix. *Mentitae cornua ſetae ſumma fronte rigent.* Idem de Cryſtallo:

Non potuit toto mentiri corpore gemmam;
Sed medio manſit proditor orbe latex.

Lactantius VI. c. 20. *Hiſtrionum enervata corpora, & in muliebrem inceſſum habitumque mollita, impudicas foeminas inhoneſtis greſſibus mentiuntur.* Apulejus XI. Metam. *Inceſſu perfluo foeminam mentiuntur.* Ovidius lib. XI. f. 8.

Nec te decipiat centum mentita figuras.

Sic *mendacium* eſt aſſimulatio Quintiliano l. V. c. 12. *libidinem juvet ipſum effoeminati ſexus mendacium.* Seneca I. Natural c 6. *Non eſt propria in iſta nube ſub ſtantia nec corpus: ſed mendacium & ſimilitudo.* TERN.

25 *Adpoſitam*] Palatin. Medic. ſec. & Edd. Italicae *oppoſitam*. Solemni variatione. *Adpoſitam* tamen hic malim, i. e. juxta litus conditam. Adi omnino Ill. Heinſ. ad Ovid. l. III. Am. Ek 6. 7.

Nunc ruis oppoſito navibus de monte ſolutis.

& alibi. OUD.

26 *Quaedam*] Deeſt haec vox in Leid. ſec. dein pro *praeter* in Medic. ſec. *poſt*. Mox *ad perſequenda* Ed. Rom. *ad proſequendum* Medic. ſec. *ad proſequendam* Vatican. Petrenſis *ad perſ. eam, cum* deeſt in Edd. Italicis. *cepit* Petrenſis pro *occupavit*.

27 *Habita occulte*] Petrenſis *occulte abdita*, e Gloſſa, ut mihi quidem videtur. *occulte habita claſſe* dicitur pro *occulte claſſem habens*; vel occultata claſſe, abſcondita, abdita. ſed ultimo ſenſu potius amant participium. *Habere rem, occultam, tacitam, ſuſpectam, gratam*, & ſimilia paſſim. OUD.

28 *Agebantur*] Latinum eſſe ſcio *agere navem*. Graece ἄγειν ναῦν. Sed hoc locum non habet in navibus, quae ad portum vel in ipſo portu ſtant pro cuſtodia. Quare confidenter lego *agebant*, ut exhibent tres Cantabrigienſes, ambo Leidenſes, Palatin. Voſſian. Hillenb. & uterque Mediceus, id eſt *erant*, *degebant*.

OUD.

ſent, Chares [29] in indefenſum portum cum reliqua claſſe invectus, etiam civitatem occupavit.

IX. [30] Barca, dux Poenorum, in Sicilia Lilybaeum noſtris terra marique obſidentibus, partem claſſis ſuae [31] procul armatam juſſit oſtendi. Ad ejus conſpectum quum evolaſſent noſtri, ipſe reli-

Oud. Verbi hujus, de inanimis uſurpati, exempla vide ſis apud Cort. ad Plin. L. II. Ep. II. *quid ſegetes agant.* Idem *Cur. poſt.*

29 *In indefenſum p. invectus*] Voſſ. 3. Hill. 1. Reg. carent τὸ *in.* Tenn. Abeſt quoque τὸ *in* a Palatino, Gudiano, Petrenſi, Mediceo, Leidenſi ſec. & Ed. Pariſienſi. Eleganter autem dicitur *invectus portum.* Plinius l. VI. c. 22. *Ilippuros portum ejus invectus.* Sic *invectus moenia, mare, arces, Capitolium* apud Virgilium, Ovidium, Lucanum, aliosque. *Fugientem invectus* apud Florum l IV. c. 2. 84. MSSti, in quibus quatuor Leidenſes. Alterum tamen, quaſi minus Latinum eſſet, non damno, ſed non amat Frontinus iterare praepoſitiones. Oud.

30 *Barca*] Hinc Gujeto creditur venire *Barcina factio*, de qua apud Livium XXI. c. 2. & 3. *Barcinis nitentibus, ut aſſueſceret militiae Annibal, atque in paternas ſuccederet opes. Hanno alterius factionis Princeps.* Servius quoque ad IV. Aeneid. 632.

Barcen nutricem affata Sichaei.

Hoc cognomen familiae Annibalis fuit. Qui loci ſole clarius docent, Hannonem non fuiſſe Barcinae factionis; ut ſcribitur ad Hannonis periplum. Tenn. *Larta* & *Lartha* Medicei, & Edd. Italicae. *Parca* Palatin. *Barcas*, ut Graece audit, Arcerianus, & ſic vulgo apud Nepotem, ſed & illic MSS., in quibus Leidd. *Barca*, ubi Boſius jam emendavit Porphyrium, quod ſibi adſcribit hic Keuchenius. Vide omnino, quae de hac Graecorum *as*, & Latinorum *a* terminatione eruditiſſime diſſeruit ſummus Bentlejus ad Malelam p. 76. &c. item p. 88. *Barca* autem fuit cognomen Hamilcaris, claſſis in Sicilia praefecti. Vide Polyb. l. I. c. 56. 62. Appian. Iberic. p. m. 428. Nepot. in ejus vita. Sed & alii hoc cognomento uſi ſunt. nam Plutarchus in Fabio p. 184. Βάρκαν vocat Mahabalem Himilconis filium, ſive, ut alii, Adherbalem Bomilcaris, qui Hannibalem uti victoria non poſſe dixerat. Ceterum quod noſter Barcae, Polybius diſerte adſcribit Hannibali l. I. c. 41. conlato cum c. 56. Oud. De hoc Hannibalicae familiae cognomine, quod plurimi geſſerunt, vide etiam commentarios ad Diodor. Sic. T. II. p. 567. Miſc. Nov. Lipſ. Vol. II. T. I. p. 138. Geterum in nota mea dele verba *ubi Boſius* &c. usque ad *Vide.* Idem *Cur. poſt.*

31 *Procul*] Deeſt in Vatican. & Leid. ſec. Mox *abſcondi* prave Hillensb. *ad cujus* Leid. ſec. *aſpectum* Medic. pr. *convolaſſent* Petrenſ. *Lilybaeum portum* Leid. ſec.

liquis, quas in occulto tenuerat, navibus Lilybaei portum occupavit.

CAP. XI.

De ſimulatione regreſſus.

EXEMPLUM I.

[1] Phormion, dux Athenienſium, quum depopulatus eſſet agros [2] Chalcidenſium, legatis eorum, [3] de ea re querentibus[a], benigne reſpondit: & nocte, qua [4] dimiſſurus illos erat, finxit, litteras ſibi ſuperveniſſe civium ſuorum, propter quas redeundum haberet, ac paullum regreſſus dimiſit legatos. His omnia tuta, & abiſſe Phormionem renuntiantibus, Chalcidenſes ſpe &

[a] Edd. Keuch. & Tenn. QUAERENTIBUS.

1 *Phormion*] Voſſ. & 3. Hill. 2. Reg. *Formio*. tertius Reg. *Phormio*, & ſic apud Terentium pleraque Graecorum in *ων* deſinentia cum Latinam formam induunt, abjiciunt *ν*. non omnia. ut *Solon*, *Timolcon*, *Conon*, *Theron*. TENN. *Phormio* quoque hic & infra Mediceus vetuſtior, Gudianus, & Leid. tert. Adi l. II. 5. 18. OUD.

2 *Chalcidenſium*] Male Voſſ. 3. Hill. 1. Reg. *Calchidenſium*; ſi tanti eſt, vide, quae ſcripſi ad *Chalcidem* Jamblichi patriam. TENN. In omnium auctorum MSS. obvio errore *Calchidenſium*, quidam ex noſtris quoque. OUDEND.

3 *De ea re quaerentibus*] Voſſ. 3. Hill. 1. Reg. *requirentibus*: Hinc Ortwinius. *De cauſa requirentibus*; quia ex contracta ſcriptura *cāā* videtur ortum *ea*. TENN. *De ea requirentibus* etiam Leidenſ. prim. & Edd. Pariſ. ac Wechel. ſed Medicei *eorumdem eos requirentibus*. Edd. Romana, & Bonon. *eorumdem ea requirentibus*. Polyaenus ita hac in re l. III. c. 4. Φορμίων ἀνεχώρει ἐς τὴν Χαλκιδέων ἐρημίαν ἐκ ὀλίγα τῶν ἐν τῇ χώρᾳ Κίῤῥῳ προσέχε Χαλκιδεῖς ἐπροσεύχοντο ἀπιέναι. &c. Verum Latini amant, ut notum eſt, tum dicere *res repetere*, quare placet omnino MS. Voſſiani lectio *de cauſa requirentibus*: nam ſic plane, ſeu *de cāā*, ex eo notatum ab Iſ. Voſſio invenio. Male autem Keuchenius, & Tenn. edidere *quaerentibus* pro *querentibus*, ut ceteri MSS. & Edd. habent. Queſtum de ea re & de cauſſa injuriae quaeſitum legati veniebant. OUDEND.

4 Di-

& oblatae humanitatis, & abducti exercitus, remissa urbis custodia, quum confestim Phormion revertisset, prohibere inexspectatam vim non potuerunt.

II. Agesilaus, dux Lacedaemoniorum, quum Phocenses obsideret, & intellexisset, [5] eos, qui tunc praesidio illis erant, jam [6] gravari belli incommodo, [7] paullulum regressus tamquam ad alios actus, liberam recedendi occasionem his dedit. Non multo post, milite reducto, destitutos Phocenses superavit.

III. [8] Alcibiades, adversus [9] Byzantios, qui se moenibus continebant, insidias [10] disposuit, & simu-

4 *Dimissurus*] Medicei, & Edd. primae *admissurus*. dein *ingressus* Leid. sec. Mox *his omnia firma tutaque* Petrensis, ut & *nunciantibus*. Tum *obaucti* ex. Leid. sec. *adducti* Palat. qui & *ablatae* contra sensum. *Redisset* pro *revertisset* Petrens. *reversus fuisset* Leid. sec. OUDEND.

5 *Eos*] Leid. sec. *prope eos*. Dein *in praesidia* Petrensis. *illius* Medic. sec. In Leid. sec. deest *illis*.

6 *Gravari belli incommodo*] Petrensis, & Vossian. *bello*. Ed. Romana *bellum*. Scribendum scilicet est *belli incommoda*. semper obsessi incommodo belli gravantur; sed hi gravabantur incommoda i. e. diutius ferre recusabant. *Incommoda* hic legendum esse monui quoque ad Lucan. l. v. 258.

injusta gravantur.

ubi plura legere potes. Nunc vidi, *incommoda* a Lipsio exemplaris sui margini etiam adscriptum esse. Livius ex Gronovii emendatione l. XXI. 23. *gravari militiam*. Adde Markland. ad Stat. Silv. III. 1. 69. *adsuetaque tecta gravati*. vulgo *gravamus*. *gravatis* cum aliis MSS. Orvilii mei codex. Vulgato favet Polyaenus hoc Strategema referens l. II. c. 1. §. 16. Τῷ χρόνῳ τὴν τριβὴν ἐκ ἴσφερε: πολλῷ γὰρ μᾶλλον ἐταλαιπώρουν οἱ τῶν φωκέων σύμμαχοι. Nihilominus alterum praefero. OUD. *Incommoda* omnino praestat. Plura congessi ad Sueton. Tib. c. 50. *matrem Liviam gravatus*. IDEM *Cur. post.*

7 *Paululum*] MSS. septem *paullum*, ut superiore exemplo. dein *illos a*. Edd. pp. tum cum scriptis edidi *rec. occas.* pro *occ. reced.* Mox *nec multo* Cantabr. non male.

8 *Alcibiades*] Videtur hoc Strategema idem esse, quod Polyaenus in Alcibiade n. 2. l. I. c. 40. refert. TENN.

9 *Byzantios*] *Tzantios* Gudianus, Palatin. & Hillensb. *Tzantis* Ed. Paris. *Byzanticos* Edd. Rom. & Bonon. *Prorancios* Leidens. pr. *Byzantium* Alcibiades proditione civium quorumdam cepit, teste Diodoro Siculo l. XIII. p. 366. OUD.

10 *Disposuit*] Edd. Rom. & Po-

simulato regressu, incautos eos obpressit.

IV. Viriathus, quum tridui iter [11] discedens confeciſſet, idem illud uno die remensus, securos Segobrigenses, & sacrificio [12] tum quum maxime occupatos obpressit.

V. Epaminondas, [13] in [a] Mantinia, quum Lacedaemonios in subsidium hosti venisse [14] animadverteret, ratus, posse Lacedaemonem occupari, si clam [15] illo profectus esset, nocte crebros ignes fieri jussit, ut specie remanendi occultaret profectionem: sed a transfuga proditus, adsecuto exer-

[a] Vulgo APUD MANTINAEAM & infra MANTINAEAM.

Paris. *deposuit*. Mox *eos* deest in Leid. sec.

11 *Discedens*] *Decedens* Leid. sec. *descendens* Edd. pp. Paullo ante *dux* addit Palatin. Tum *id uno d.* Vatican. *in uno die* Medicei, Cantabr. tert. & Edd. Italicae. pro *remensus* Medic. pr. *regressus*. *Securo* Palat. *securus* Gudian. *Segobrienses* Edd. primae. *Secobrigenses* Medic. pr. ut supra.

12 *Tum cum maxime*] Alii rursus *tum m.*, alii *cum m.* alii *quam m.* Vulgatum recte servant Palatin. & Cantabr. sec. vide ad l. II. 9. 5. *Concilium, quod tum quum maxime habebant barbari.* Utroque tamen loco facile *tum* carere possemus. ut l. IV. 5. 2. *cum maxime tumentibus animis.* OUD.

13 *Apud Mantinaeam*] 2. Hill. *Mantinia*. Voss. *In Mantinia*. tertius Hill. 1. Reg. *Mantiniam*. statim *Mantiniam revenit*. & sic Reg. TENN. Vaticanus etiam cum Leidens. secundo, *in Mantinia*. MSS quinque *Mantiniam* cum Edd. Rom. Bonon. Wechel Ceteri *Mantinia* cum Edd. Paris & infra omnes *Mantiniam*. Nullus nec scriptus, nec vetus Editio *apud Mantinaeam*. Et primo *Mantinia*, non *Mantinea*, multo minus *Mantinaea* scribendum esse patet, quia a Μαντίνεια possessivum venit Μαντινικὸς penultima brevi, teste Stephano de urbibus. Sic supra *Decelia*, *Chaeronia*, in vulgatis antea quoque corrupte scripta. Vide ad l. I. 3. 9. 11. 19. Dein *in Mantinia* idem est, quod *apud Mantiniam, circa Mantiniam; in agro Mantinienſi*. Adi notata ad J. Obsequent. c. 85. *In Numantia res male gestae:* ubi Heinsius malebat *Numantiae*. non autem sic habebat ejus MS. ut perperam ex notis meis colligebat Cortius ad Sallust. B. Cat. c. 15. Expressit Frontinus ipsum, quod Graece invenit, ἐν Μαντινείᾳ, ut discere AElianus l. XII. c. 3. de ipsa re vide Polyaen. l. II. c. 3. §. 10. OUD.

14 *Animadverteret*] *Animadvertisset*. SCRIV.

15 *Illo*] Deest in Hillens. Mox *productis* Ed. Rom *secuto* Petrens. *portam* pro *Spartam* inepte MSS. duo, & Ed. Paris. atque aliarum margo *Mantinienses* Medicei. *per* deest in Edd. Italicis, & Medic. sec. *LX. m. p.* Leid. sec.

16 *Re-*

exercitu Lacedaemoniorum, itinere quidem, quo Spartam petebat, deſtitit: idem tamen conſilium convertit ad Mantinienſes: aeque enim ignibus factis Lacedaemonios, quaſi maneret, fruſtratus, per quadraginta millia paſſuum Mantiniam [16] revertit [a], eamque auxilio deſtitutam occupavit.

a Vulgo REVERTITUR.

16 *Revertitur*] Praeter Tennulii Codices, etiam ambo Leidenſes, duo Cantabrigienſes, Palatinus, & Voſſianus *reverſit*; in praeterito recte: quod a librariis proficiſci nequit. Alibi tamen auctor *reverſus eſt*. OUDEND.

CAP. XII.

Ex contrario circa tutelam obſeſſorum [a]

[1] *De excitanda cura ſuorum.*

EXEMPLUM I.

Alcibiades [2] Athenienſis, civitate [3] ſua a Lacedaemoniis obſeſſa, veritus negligentiam [4] vi-

a Ex c. &c. haec deſunt vulgo.

1 *De excitanda*] 3. Reg. 9. Hill. *Ex contrario velo* (*l. vero*) *circa tutelam obſeſſorum, de excitanda cura ſuorum.* Voſſ. *Ex contrario velo de excitanda cura ſuorum circa tutelam hoſtium.* TENN. Addidi ex capitum elencho, auctoribus MSS. meis, & Edd. prioribus *ex contrario circa tutelam obſeſſorum. Vero* in meis non video, *vèlo* tamen in Gudiano. *exercitanda* Medic. ſec. Vatican. & Edd. Bonon. Pariſ. Wechel. & Modii. *exercenda* Leidenſ. pr. & Medic. ſec. ſed vide ad c. 14. §. 1. pro *ſuorum* Leid. pr. *ſociorum*. OUD.

2 *Athenienſis*] Voſſ. 3. Hill. *Athenis*, quae lectio vera probatur ex Polyaeno l. 1. in Alcibiade n. 3. συλλογίσασθαι τὰς Ἀθήνας τῶν Λακεδαιμονίων. *Cum Lacedaemonii Athenas oppugnarent.* TENN. Quaſi vero minus intelligi poſſet, Athenas hic innui, ſi auctor dediſſet *Athenienſis*: quod tamen ſatis clarum foret. Immo Keuchenius, quum inveniſſet in Pariſ. Edit. *Athenis*, fruſtra id factum putat, quia auctori nihil tam ſolenne eſt, quam cujusque ducis Strategema vel a patria vel imperio exordiri. Non damnem tamen *Athenis*, quod eſt etiam

in

[4] vigilum, denuntiavit his, qui in ſtationibus erant, [5] obſervarent [a] lumen, quod nocte [6] oſtenſurus eſſet ex arce, & ad conſpectum ejus ipſi quoque lumina adtollerent: in quo munere, qui ceſſaſſet, poenam paſſurum. Dum ſollicite exſpectatur ſignum ducis, [7] pervigilatum ab omnibus, & ſuſpectae noctis periculum evitatum eſt.

II. Iphicrates, [8] dux Athenienſium, quum praeſidio Corinthum teneret, & ſub adventum hoſtium ipſe vigilias circuiret, vigilem, quem dormientem viderat, transfixit cuſpide: quod [9] fa-

[a] Vulgo UT O.

In Palatino, Gudiano, Leidenſi pr. & Cantabrig. tert. OUDEND.

3 *Sua a Lat.*] Deeſt *ſua* in Vaticano, & Voſſ. *a* non reperitur in Leidd. nec Hillensb.

4 *Vigilum*] *Vigilium* MSS. SCRIV. Nullus meorum *vigilium*. Nec talia ubique intrudenda reor. OUD.

5 *Ut obſervarent*] De ſuo conjunctionem rurſus addiderunt ardeliones quidam. Abeſt ea ex noſtri more a ſeptem, vel octo MSS. recte. ut ſupra aliquoties monitum. OUD.

6 *Oſtenſurus*] Leidenſ. pr. Hillensb., & Voſſ. *oſtenturus*. Mox *in quo m.* non habet praepoſitionem Medic. pr. *ceſſaſſent*, p. *paſſuros* Petrenſ. *paſſurus* Medic. ſec. dein *pervigilatum omnibus* Petrenſ.

7 *Pervigilatum*] H. e. tota nocte vigilatum. *Per* in compoſitione auget ſignificationem. Martialis IX. 70.

Vicini ſomnum non tota nocte rogamus;
Nam vigilare leve eſt, pervigilare grave.

Juſtinus XXIV. c. 8. *Super haec maximum pervigiliae malum miſeras belli reliquias obterebant.* h. e. *continuae vigiliae.* 1. Aen. 506.

Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.

Suetonius Julio 58. *Exercitum neque per infidioſa itinera duxit unquam, niſi perſpeculatus locorum ſitus* h. e. penitus ſpeculatus. Terent. Eun. I. 2. 74. *Tandem perdoluit, vir es.* Mela I. 8. *Ut nox praecedit, ita fons calidior; rurſus cum eſt media, perfervet.* Hirtius Afric. bell. c. 58. *Erat locus quidam perimpeditus ante aciem caſtrorum.* pro, valde impeditus, fervet, doluit. TENN.

8 *Dux Athenienſium*] Leidenſ. ſec. *Athenienſis*. dein *ſub adventu* Palatin. Mox *videret* Leid. ſec. & *interpretantibus* Hillensberg. De ſevera Iphicratis diſciplina militari ad Corinthum vide Corn. Nepot. in ejus vita. OUD.

9 *Invenit*] Nimirum, dormientem, plenum ſomno, quo mortem continuavit. Somnus autem mortis imago paſſim fertur. Imo fre-

factum quibusdam, tamquam saevum, increpantibus; Qualem [9] inveni, inquit, talem reliqui.

III. Epaminondas Thebanus idem fecisse dicitur.

frater mortis Homero Iliad. Ξ. vs. 281. Hinc apud AElianum l. 11. c. 35. excitatus Gorgias Leontinus dixit. Ἥδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παραλαμβάνειν τῷ ἀδελφῷ. Quod verbum & Diogeni Cynico asscribit Plutar. consol. ad Apoll. Seneca, Hercule Furente. vs. 1065. *Frater durae languide mortis.* Xen. Cyrop. l. VIII. Τῷ ὕπνῳ ἐστὶ ἐγγύτερον τοῦ ἀνθρωπίνου θανάτου. VI. AEneid. 277.

Et consanguineus lethi sopor,
& mala mentis
Gaudia.

Hinc nox fingitur Hesiodo habens ὕπνον μετὰ χερσὶ κασιγνήτον θανάτοιο. Vide Dausqueum ad Silium Ital. fol. 516. Inter sententias Demophili, quas edidit Lucas Holstenius, secunda est. Ἄγρυπνος ἴσο κατὰ νῦν. Συγγενὴς γὰρ τῷ ἀϊδίῳ θανάτῳ ὁ περὶ τῶνδε ὕπνος. *Mente pervigili esto: nam animi veternus vere morti affinis est.* Non autem solum tribuni, & centuriones, sed & duces, ut hic Iphicrates, circuisse vigilias feruntur. Sic Imperator Titus in obsidione Hierosolymorum primam noctis vigiliam ipse per castra, & castellorum spatia circumiens explorasse: secundam secundo a se Principi commisisse, tertiam agminum ducibus, Josepho dicitur. TERR. Vide ad Lucan. l. IX. 841.

Stygias somno descendis ad umbras.

& Comm. ad Petron. c. 79. *Ego dubitavi, an utrumque trajicerem gladio, somnumque morti jungerem.* c. 89.

Hic graves alius mero
Obtruncat & continuat in mortem ultimam
Somnos.

Ceterum in Vaticano, Cantabr. tert. Hillensb. Leid. sec. & Ed. Paris. pro *reliqui* legitur *dimisi*, me non adprobante. Oud.

CAP.

CAP. XIII.

De emittendo & recipiendo nuntio.

EXEMPLUM I.

Romani obſeſſi in Capitolio ad Camillum [1] ab exſilio inplorandum miſerunt [2] Pontium Cominium[a], qui, ut ſtationes Gallorum falleret, per ſaxa Tarpeja [3] demiſſus[b], tranſnato Tiberi, [4] Vejos pervenit, & perpetrata legatione ſimiliter ad ſuos rediit.

II.

a Vulgo COMINUM. *b* Vulgo DIMISSUS.

1 *Ab exſilio inplorandum*] Mira locutio, in qua deeſſe quid videtur. Leidenſis ſec. *ad auxilia*. Medic. prim. *ad auxilium*. Medic. ſec. *auxilium*. Num fuit *ab exſilio ad auxilium inplorandum?* quod a Romanis factum eſt, eum ex exſule Dictatorem facientibus. OUD.

2 *Pontium Cominum*] *Comitium* MSS. SCRIV. *Cominum*. Sic Reg. ſed duo Hill. *Cominium*, & ſic Livius l. v. c. 46. *Cominium* vocat, verum non Roma miſſum Vejos, ſed a Vejente exercitu miſſum in Capitolium, ut conſuleret Senatum, qui Romae eſſet, de Camillo ab Ardea revocando. TENN. *Cominium* legi debere, monuit etiam recte Keuchenius; quomodo hujus viri nomen ſcribitur quoque apud Plutarch. in Camillo p. 141. 142. Diod. Sicul. l. XIV. p. m. 224. qui cum Livio ceterisque in hac hiſtoria conſentiunt. Auctor noſter videtur hunc confudiſſe cum C. Fabio Dorſone, qui Gabino cinctu ad ſacrificium ſtatum ex arce demiſſus per ſtationes Gallorum evaſit, & incolumis rediit ex teſtimonio hiſtoricorum, quos adductos vide ad Flori l. I. 13. Ceterum nomen hoc deeſt in Edd. primis. OUD. Cave, ne credas, haec tum duo gentilia fuiſſe nomina; ut videtur ſtatuere Celeb. Dukerus ad Liv. L. V. c. 46. *Pontius* tunc fuit praenomen, quod poſterioribus temporibus nomen gentile evaſit. Italis enim praenomina fuere, quae Romanis facta ſunt gentilia; uti *Octavius Manilius*, *Octavius Metius*, *Decius Magius*, *Marius Bloſius*, *Marius Statilius*. V. Gronov. & Drakenb. ad Livium L. I. c. 49. L. XXII. c 42. & L. XXIII. c. 7. In Plutarcho de Fort. R. p. 324. pro Γάϊος Πόντιος debet legi Κόμινιος Πόντιος, ut eidem in Camillo p. 141. 142. & eodem ordine Diodoro Siculo Lib. XIV. pag. 730. ubi vid. Weſſeling. IDEM *Cur. poſt.*

3 *Dimiſſus*] Edd. Rom. & Bonon. *demiſſus*, recte: quo deſcenſus ejus exprimitur: ut habuimus jam ſaepius. OUD.

4 *Vejos*] Sic loquitur Auctor, ut intelligeres, Camillum Vejis

II. Campani, diligenter Romanis, a quibus obſeſſi erant, cuſtodias agentibus, quemdam [5] pro transfuga ſubornatum miſerunt, qui occultatam balteo epiſtolam, [6] inventa effugiendi occaſione, ad Poenos pertulit.

III. [7] Venationi quoque & pecoribus quidam [8] inſuerunt litteras, membranis mandatas.

IV. Aliqui & [9] jumentum in averſam [a] partem infulſerunt, dum ſtationes tranſeunt.

V.

a Vulgo ADVERSAM.

habitaſſe, quod tradunt etiam Lucanus l. v. 27. & Flor. l. 1. c. 22. Nam ſi voluit indigitare, Pontium remiſſum modo eſſe ad exercitum, qui Vejis erat, cum mandato, ut ab Ardea Camillum revocarent, obſcuriſſime locutus eſt. Nihilominus ex ceterorum hiſtoricorum conſenſu id unice verum eſt. OUD.

5 *Pro transfuga*] *Transfugam* Ed. Bon. *per transfugam* Medic. ſec. & Ed. Romana.

6 *Inventa effugiendi occaſione*] Keuchenius in Arceriano, & Ed. Pariſ. invenit *inv. effugiendi cauſſae* vel *cauſſa occ.* ſed ait, id factum nullo operae pretio. In Edd. Italicis exaratur *effugiendo. cauſſae* additur quoque in Palatino, Petrenſi, Hillensb. & Coll. Voſſ. In Leidenſ. primo *de cauſe.* Vide, num ſub ea lateat *c. ſtris* vel *e caſtris.* Transfuga enim ille clam e caſtris Romanorum rurſus aufugere debebat, ſi epiſtolam ad Poenos perferret, & confer Livium l. XXVI. c. 4. 7. 12. In fine Medic. pr. *ad P. pervenit & pertulit.* OUD. E lectione MSS. *cauſſae occaſione* poſſet quis conjicere, ab auctore ſcriptum fuiſſe: *inventa effugiendi cauſſa & occaſione:* ut *cauſſa* ſignificet *praetextum:* ut millies: vel etiam, *& occaſione* e gloſſa vel varia lectione in textum irrepſiſſe. IDEM *Cur. poſt.*

7 *Venationi*] Ita lego. vulgo eſt *Venatione.* SCRIV. Sic lege; licet omnes MSS. *Venatione.* Gujetus explicat *ferarum carnem, corpora,* hinc Gallorum *Venaiſon.* ut & Keuchenius obſervavit. Auctor ſupra III. c. 3. n. 6. *Cum onuſti venatione, quam ferebant, recepti eſſent a cuſtodibus, protinus eos adorti occiderunt.* Corn. Celſus l. 1. c. 6. *Venatio durique piſces, & ex domeſticis animalibus caſa caro maxime juvant ſolutam alvum.* Sic *jactus* pro piſcibus lectis. Unde *emere jactum.* Harpagus autem epiſtolam exenterato lepori commiſit. Herodotus 1. c. 123. Polyaenus lib. VII. TENN. *Venationi* recte exhibent Palatinus, & Gudianus. Livius l. XXXV. 49. *Apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa, & varia venatio* &c. Adde Cl. Burmann. ad Quinctil. Decl. XIII. c. 8. *Tranſeunt in jus occupantium, ſicut venatio & aucupatio.* Hinc natum Gallorum *Venaiſon*, ad libri ſui marginem notaverat quoque Scriverius. OUD

8 *Inſuerunt*] Unus Hill. *inſeruerunt.* Sic Juſtin. 1. c. 5. *Epiſtola exenterato lepori inſeritur.* TENN. *Miſerunt* Medicei, & Edd. Italicae. *Inſeruerunt* etiam Leidenſ. ſec. Sed Ex. ſeq. *utribus literas inſutas habentibus.*

9 *Jumentum in adverſam partem*]

tem] De hoc loco mihi non liquere fateor. Tantum pono, alias hic legi, *averſam partem inflixerunt*. De qua re cogitabo per otium diligentius; interea videant etiam alii, quid ſrei putent. Mod. Facile ſit adferre verbum rei ſignificandae conveniens: ſed impudens plane ſit a libris discedere, ſi ſententia conſtitui poſſit ex iis, quae iſtinc ſuppeditantur. Ora Pariſienſis editionis habebat, *averſam partem inſtixerunt*. Miror, inde non potuiſſe emendari ab amico noſtro, qui fatetur ſibi N. L. Poterat enim ſic, *aliqui & jumento averſam partem inflixerunt*. Conjuncta nimirum cum verbo veteri *Fligo*, praepoſitione, quae tamen caſum praecedentem regat. Eadem hallucinatio & in Curtii lib. VII. *Idem Aſiam & Europam finis interfluit*. De Tanai fluvio illa dicuntur. Veram & genuinam ſcripturam eſſe praeſtabo, quam in membranis repererant alii, quamque male illi repudiarunt. Hanc ſcilicet. *Idem Aſiae & Europae finis interfluit*. Certe uſitata, imo & Curtiana phraſis; l. III. *Pinarum*, inquit, *amnem, qui duo agmina interfluebat*. Idem l. VI. *Viginti millia latronum erant: fundis ſagittisque pugnam invadunt*. Idem l. IX. *Ne infregeritis manibus meis palmam, qua Herculem, Liberumque patrem, ſi invidia abſuerit, aequabo*. Iterum lib. eodem. *quam procul abeſſent mari*. Pari phraſi ab illo ſcriptore dictum illud l. V. *Perſequi id ipſum iter, quo pridie pulſi fuerant, ne dubitaret*. Quo loco quam varient codices, quam aeſtuent correctores, non eſt nunc pretium operae referre. Redeo, unde diſceſſeram. Jumento in partem averſam litteras quandoque inſſixiſſe, id eſt per polticum commiſſe, ait noſter Frontinus, donec tranſiſſent ſtationes hoſtium. Idem innuit, quod proxime praemiſſum eſt, *pecoribus quidam inſuerunt litteras*. STEW. Voſſ. *averſam*. 2 Hill. *Averſam partem*. Amant naturalia ita appellari. Petronius. *Ne juvenilem mulier partem corporis abſtinuit, victumque miles utramque perveſit*. Sic legendum, docuit me nuper Virorum emendatiſſimus Nicolaus Heinſius. Declamatione Salluſtii in Cicer. *Cujus nulla pars corporis a turpitudine vacat*. Pro *inſulſerunt* unus Reg. *inflixerunt*. Stewechius *Jumento in averſam partem inflixerunt*. TENN. Fatetur Keuchenius, ſeſe hinc expedire non poſſe. Verum non dubium mihi eſt, quin legi debeat *jumento* vel *jumentis in averſam partem inſulſerunt* ſc. litteras cum ſummo Caſaubono ita citante ad AEneae Poliorcetica c. 31. & Lipſio, qui *jumento in ad* libri ſui marginem correxerat. Nam primo pro *jumentum* in Petreuſi eſt *jumenta* Dein *averſam* exhibet idem cum ora Hittorp. & Wechel. Edd. Per *partem* exprimi naturalia dudum docuerunt viri docti. Adi Comment. ad Petron. c. 112 & Phaedr. l. IV. c. 14. *Averſa* ergo *pars* eadem eſt, quam Obſequens c. 85. vocat *poſteriorem naturae partem*. Ex interpolatione Leid. tert. exhibet in *terga jumentorum*: unde cuis forſan *jumentum* contracte pro *jumentorum* capere velit. Dein pro *inſulſerunt* Edd. Italicae *inflixerunt*, Quod male praetulit Stewechius. *inpulerunt* Petrenſis; Gloſſa ſcilicet haec τῷ *inſulſerunt* i. e. ſtiparunt, intruſerunt in averſam partem ab *inſulcire*. Seneca Ep. XXIV. *Quaeris, quid huic epiſtolae inſulſerint*. Saxo Grammat. l. I. *canina cadavera corporibus inſulſerunt* ex emendatione J. F. Gronovii l. IV. Obſ. c. 22. ubi vide plura. Ceterum & deeſt hic in MSS. Mediceis, & Edd. primis. OUD. *Jumento in averſam partem inſulſerunt* emendavit quoque Salmaſius ad Jul. Capitol. in Macrino c. 5. *inſulſit praeterea in nomen Severi ſe*: quo exemplo hic *jumentum* in genitivo, vel *jumento-*

V. Nonnulli [10] interiora vaginarum inscripserunt.

VI. [11] L. Lucullus, [12] Cyzicenos obsessos a Mithridate ut certiores adventus sui faceret, quum praesidiis hostium teneretur introitus urbis, qui unus & angustus ponte modico insulam continenti jungit, militem e suis, [13] nandi [a], & nauticae artis peritum, jussit [14] insidentem duobus inflatis [15] utribus, litteras insutas habentibus, quos

[a] Vulgo SCIOLUM N.

torum e MS. tueri quis possit. Perperam Tennulius ad c. 15. §. 4. legit *jumento aversam p. inflixerunt.* IDEM. *Cur post.*

10 *Interiora*] Male Reg. *In interiora vaginarum.* Marcellinus LXVIII. c. 7. *In vaginae internis figuris notarum membranam reperimus scriptam.* De furtivis literarum notis scripsit Porta Neapolitanus l. II. c. 21. TENN. Utrumque citaverat jam ante Keuchenius, quem a Tennulio hic laudari oportuerat. OUD.

11 *L. Lucullus.*] Sine praenomine Palatin. & Leid. sec. Ineptissime Medicei addunt *Cornelius.*

12 *Cyzicenos.*] Nota res omnibus; & tamen hoc *Cyzicenos* ita turpiter corruptum in libris plerisque est, ut pigeat pudeatque ineptissimarum ineptiarum. MOD.

13 *Sciolum nandi*] Νὴ τὸν Δία quid *Sciolum* a sciolo est subjectum. Nam abest a 4. Reg. & Voss. τὸ *nandi* regitur ἐπὶ τῷ ἀπὸ τῆς *peritum.* Si aliquis febri traheretur, non posset continere risum, ubi legerit haec verba commentatoris. *Florus totum hoc factum non militi Lucilli, sed ipsi Lucullo attribuit; qui per medias hostium naves utre suspensus, &c.* Verba Flori sunt l. III. c. 5. *Dotentes adventare Lucullum. Qui* (horribile dictu.) *per medias*, &c. Quasi τὸ *Qui* referatur ad *Lucullum* & non ad *nuncium.* Quasi Lucullus docuerit, adventare Lucullum, & quasi marina pistrix evaserit. Has naenias sibi affictas Florus ne quidem per somnium viderat. Caeterum magnos Duces, inuixos inflatis utribus, nando trajecisse multa millia, testantur auctores, ut Caesarem Suetonius c. 57. c. 64. Hirtius de bello Alexand. TENN. Commentator, quem merito suo hic adeo deridet Tennulius, rursus est Keuchenius, a Cl. Dukero ideo quoque reprehensus. Militem fuisse cum ceteri auctores, tum etiam Sidonius Apollinaris refert Carm. 22. vs. 167. Ceterum τὸ *sciolum* posterioris aevi vocabulum delevi, auctoritate meorum etiam Codicum, Vaticani scilicet, omnium Mediceorum, Cantabrigiensium, Leidensium, & Gudiani. OUD.

14 *Insidentem*] Medicei *insidere.* Cantabr. tert. *insedentem.* Mox *millia* Petrens. pro *milliam.*

15 *Utribus, quos duabus regulis* &c.] Sallust. l. III. Hist. c. 6. *Duos quam maximos utres levi tabulae subjecit, qua super omni corpore quietus, in vicem tractu pedis quasi Gubernator existeret.* Florus: *Utre suspensus & pedibus*

quos ab inferiore parte duabus regulis inter se distantibus commiserat, ire septem millium passuum trajectum. Quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus, velut gubernaculis, [16] dimissis cursum dirigeret, & procul visentes, qui in statione erant, [17] marinae specie beluae deciperet.

VII. [18] Hirtius Cos. ad Decimum Brutum, qui Mutinae ab Antonio obsidebatur, litteras subinde misit [19] plumbo scriptas, quibus ad brachium [20] religatis, milites [21] Scultennam amnem transnabant.

VIII.

iter adgubernans videntibus procul quasi marina pistrix evaserat. ubi vide. OUD.

16 *Dimissis*] Scribe *Demissis.* STEW. *Demissis* rescribendum esse monuit etiam Salmasius ad dictum Flori locum, & hic Keuchenius. Recte, si quid judico. Non natabat hic homo; qua in arte brachia & crura dimittere seu potius *diducere* debuisset (vide Cl. Burm. ad Ovid. Art. Am. III. 350. & Markl ad Stat. Silv. p. 182.) sed insidebat utribus, & cruribus in mare demissis utebatur, velut gubernaculis, iisque cursum dirigebat & simul promovebat. MSS. tamen constanter retinent *amissis. Gubernantis*, quod Keuchenius ait in quibusdam legi, in nullo nec MS. nec Ed. inveni. OUD.

17 *Marinae*] *In arma* seu *marina* MSS. quatuor, & Ed. Paris. *beluae* non agnoscit Leid pr. *Decepit* Medic sec. & Cantabr. tert. *Deluderet* Petrensis, eleganter; an vere, nescio. OUD.

18 *Hirtius.*] Sic scribendum, non, ut vulgo, *Hircius*, nummi & inscriptiones auctoresque Graeci docent. OUD.

19 *Plumbo scriptas*] Dio Cassius p. 315. Ἐς ἱλασμὸν μολίβδου λεπτοῦ ἐγγράψαντες τινὰ ἐπέλιξαν αὐτόν. ἔστιν τι χρηστὸν. καὶ κολυμβητῇ νεκτὸς ὑφὸ ὄρφ ἐπιτυχεῖν ἔδοκαν, καὶ ἔτως ὁ Δέκιμος &c. Sic legendum, non ἐπέλιξαν. OUD.

20 *Religatis*] Unus Reg. & Voss. *Ligatis.* Justinus III. c. 5. *Tesseras, insculptis suis & patrum nominibus dextro brachio deligarent.* TENN. *Ligatis* mei duo cum Edd. primis, frustra, ut statim. OUD.

21 *Scultellam amnem.*] Alii *Sculte.am.* neutri recte. Tu lege *Scultennam amnem.* & consule Plinium l. III. c. 16. & Philip. Cic. v. Mod. Voss. 2. Reg. *Scultellam.* in marg. *Scuteriam.* 3. Hill. & duo reliqui Reg. *Scutellam.* videtur idem amnis, de quo infra c. 14. n. 3. AEneas in commentario poliorcetico capite 31. tractat de ratione mittendi literas occultas: & Julius Africanus c. 56. Περὶ κρυφίας ἐπιστολῆς ἐπιτομή. Ad Potidaeam Artabazus literas involvit sagittae, quam adaptatis desuper pennis, ad constitutum cum Timoxeno proditore locum emittebat. Herodotus l. VIII c. 128. Histiaeus servi capite, cui litteras inscripsit, pro tabellis usus fuit. Idem l. V. c. 35. Glandi inscriptum testatur Hirtius bell. Hisp. 13. &

18.

VIII. Idem columbis, quas incluſas ante [22] tenebris, & fame adfecerat, epiſtolas [23] ſeta ad collum [a] religabat, easque a propinquo, in quantum poterat, moenibus loco emittebat. Illae lucis cibique avidae altiſſima aedificiorum petentes excipiebantur a Bruto, qui eo modo de omnibus [24] rebus certior fiebat: utique poſtquam diſpoſito quibuſdam locis cibo columbas illuc devolare inſtituerat.

a Edd. qdd. A. C. SERA.

18. Talem glandem vidit ô ſuũa Gronovius, cui inſcriptum. *Fugitivi Periſtis.* TENN *Scutennam*, *Scultendm*, *Scutellam*, *Scultellam* &c. MSS. perverſe. Vide Livium l. XLI. c. 12. 18. ubi *Scultennae* ſimul, & *Mutinae* meminit. Adi omnino Cluverium Ital. Antiq. T. I. in f. Porro Medicei, & Edd. Italicae rectius *miles transnabat* vel *transnavit*. Unus, non plures ſimul hoc munus praeſtabat. *Amnem* deeſt in Leid. ſec. OUD.

22 *Tenebris*] Medic. ſec. *tenebat*. Dein uterque Medic. *epiſtolas miſit, & ad collum ſeta religavit. ligavit* Edd. primae.

23 *Sera*] Neceſſario l. *Seta*, & ſic omnes MSS. nam *Sera* volatum impedit. TENN. Ridiculum iſtud *Sera* profluxit ex errore typothetarum in ultima Scriverii Editione: quod tamen ſecure contra MSS & Edd. veteres admiſit Keuchenius. Has autem columbas a Bruto remiſſas, ſed epiſtolis ad pedes, non collum religatis, docet Plinius l. X. c. 37. *Quin & internunciae in rebus magnis fuere, epiſtolas annexas earum pedibus obſidione Mutinenſi in caſtra Conſulum mittente D. Bruto. Quid vallum & vigil obſidio atque etiam retia amne praetenta profuere Antonio per cursum euntem nuncio?* ubi viros DD. & hic Keuchenium de aliis, hoc Strategemate uſis, adi, ſi lubet. Ceterum cum pleriſque MSS. & Edd. prioribus repoſui *Seta ad collum r.* Petrenſis Cod. *in ſeta ad collum religabat*. OUD.

24 *Rebus*] Non agnoſcit hanc vocem Medic. pr. Dein Voſſian. a m. pr. *volare*. Medic. ſec. *illuc inde devolare*.

CAP. XIV.

De introducendis auxiliis, [1] *& commeatibus ſuggerendis.*

EXEMPLUM I.

Bello civili, quum [2] Ategua urbs in Hiſpania Pom-

1 *Et com. ſugg.*] Deſunt haec in Vaticano. A Medicco pr. & Ed. Rom. abeſt *ſuggerendis*.

2 *Ategua*] *Ategua* quidam

Pompejanarum partium obſideretur, [3] Munatius

peſſime. Hirtius, ſeu quis alius eſt, de bello Hiſpanienſi: *Caeſar munitionibus Ateguam obpugnare &c.* Item: *Ita firmiſſimum ejus* (Caeſaris puta) *praeſidium Ateguam proficiſcitur.* & ſexcentis aliis locis. MOD. *Ategua.* ſic lege. ſic MSS. ſic Hirtius de bello Hiſp. c. 8. & 22. male in Reg. uno *et Regua.* TENN. *Aregua* & *Aregua* etiam in meorum nonnullis, perperam. ubique urbs haec *Ategua* vocatur, vel *Attegua.* Cun.

3 *Maurus interrex*] Voſſ. *Maurus viceres* 2 Reg *Martius interim rex.* TENN. Vulgata hac lectione nihil eſt ineptius. Edd. Veteres *Martius inte im rex.* unde quidam vir doctus putabat, ſimpliciter eſſe reponendum *Marcius Rex.* Marciae enim gentis cognomen *rex* notiſſimum eſt. Quod ad margi em Ed. Stew. adſcripſit etiam Scriverius ex Plutarcho Ciceron. p. 875. & *Q. Marcii* Tribuni, qui a Pompejo ad Caeſarem transfugit, mentio eſt. in Bello Hiſpan. c. 11. Verum huic ego ſententiae accedere non poſſum; primo enim ſub τῷ *interim* aliud quid latere videtur, deia defectio Marcii illius diu ante accidit; denique Hiſtoriae hujus memoriam ſervavit nobis Dio l. XLIII. p. 230. diſerte hunc hominem nominans *Munatium Plancum.* Unde primo liquet, pro *Martius* reponendum *Munatius* vel *Minatius*, quam emendationem Ietiſſimus deinceps deprehendi factam quoque a Cel. Perizon in Epiſt. corpore T. IV. p. 738. In MSS. eſt *Marus, Marrius, Marrus, Himarius:* quod ultimum ſatis prope accedit ad *Munatium.* Verum quid tum fiet his vocibus *interim rex*, quod inveni quoque in MSS. meis quatuor, & in Petroni *jus terrae interrex.* Haec ſe non percipere teſtatur ibidem Perizonius. Dio autem ait, quod vigiles quoſdam juſſerit teſſeram ſibi dare, tamquam miſſo a Caeſare ad inſpiciendas excubias; qua accepta, & dein aliis data, eos delusit & urbem introiit, ſed ſolus, non vero cum praeſidio, ut Frontinus ſine ulla veri ſpecie narrat. Unde conjici poſſe videtur, ſub vocibus *interim rex* aliquid de tradenda teſſera, latere. Certi vero aliquid ſtatuere nequeo: ſi autem per MSS. liceret, cum Stewechio poſſes legere *excivit*, pro *excitavit.* Quas voces, ut & *concire* ac *conciture*, de quibus ſupra, crebro confundi, notum eſt. Verum contra MSStos opus non eſt. *Excitare vigiles*, non notat, dormientes ſollicitare, ut vigilent, ſed vigilantes admonere hoſtilis adventus, ſeu cujuſcumque nocturni caſus. Clare Curtius conſenſu omnium MSStorum l. IV. c. 5. 2. *Obſervatur a vigilibus cauſtrum, & qui proximi excubabant ab eisdem excitantur.* Hinc lemma c. 12. *De excitanda cura ſuorum.* Quare etiam Curtii loco l. VIII. c 6. 21. *excitatisque cuſtodibus* nihil mutari velim, licet aliter etiam viſum ſit Heinſio, & Scheffero, at pro eo, quod ſequitur, *excitaverunt*, placet *exciverunt.* Subjicit enim e continente *ſopitum excitant regem.* Nihil etiam mutandum in eodem l. IV. c. 13. 21. *Ubi eſt vigor ille animi tui? nempe excitare vigiles ſoles.* ubi Modio placebat *exercitare.* Ceterum pro *interrex* Gronovius orae libri ſui adlevit *interpres.* Porro *cornicularius Tribuni Militaris* quid fuerit, vide apud Pighium T. I Theſ. Critici p. 485. & quos laudat Voſſius ad Valer. Max. l. VI. c. 1. §. 12. *Tribuni militaris* &c. *quod cornicularium ſuum ſuperi*

cons-

tius interim rex [a], tamquam Caesarianus Tribuni cornicularius vigiles quosdam [4] excitavit, [5] equibus aliquos evitans, constantia fallaciae suae per medias Caesaris copias praesidium Pompeji transduxit.

II. Hannibale obsidente Casilinum, Romani farinam doliis secunda aqua [6] Volturni fluminis de-

a Vulgo MAURUS INTERREX.

causa adpellasset. OUD. Petrensis *ejus terrae interrex:* alii *inter ex.* Lego *Munatius miles tesserarius*; vel *in tesserariis*, qui & speculatorum vices obibant. V. Cujac. Observ. l. VI. c. 33. Stewech. ad Veget. l. II. c. 7. Gorii inscript. Florent. T. I. p. 67. & de *Tribuni cornicularii* quae congessit Cl. P. Burm. Sec. ad Valesii Emend. l. V. c. 19. IDEM. *Cur. post.*

4 *Excitavit.*] Legendum meo quidem judicio *excivit.* non hoc primum est, cum haec verba *excitare* & *excire* in mutuum locum immigrarunt. Deinde quis hoc toleret, cui vel mica salis insit, a tribuni cornicularii, vel a circatoribus vigiliarum vigiles excitari? Apulejus VIII. De Asino, extremo: *Tinnitu cymbalorum & sonitu tympanorum, cantusque Phrygii mulcentibus modulis exercitus, procurrit obviam.* non est per sententiam, ut aliter iste auctor scripserit, quam *moduiis excitus.* Cic. III. Officiorum: *sumne igitur insidiae, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus?* malim, *excituras.* Idem verbi vi debis restitutum auctori de viris illustribus a doctissimo adolescente Andrea Scotto. Lubet ad alios quoque scriptores excurrere; & Q. Curtio Rufo duo vulnera obligare: imprimis lib. VIII. *Itaque protinus injicit fratri manum, & in regiam pervenit; excitisque custodibus corpo-*

ris ad salutem regis pertinere, quae adferret, adfirmat. Iterum libro eodem, paucis admodum interpositis. *Ptolemaeum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt.* ubi vulgo legas, *excitatisque* & *excitaverunt.* STEW.

5 *E quibus*] MSS. quinque *ex quibus.* pro *aliquos* Edd. primae *aliquot.* Perizonius ibidem mallet *alios*, quod probo. Dein auctoribus MSS. & Edd. primis reposui *transduxit* pro *trad.* OUDEND.

6 *Volturni fluminis.*] Hoc reposui ex Livio, Plinio, aliis. Vulturius enim fluvius, Casilinum neque interfluit, neque praeterfluit: dubitandumque adeo relinquitur, sitne aliquis tali nomine fluvius. MOD. 4. Reg. 3. Hill. *Volturni.* Voss. *Volturi.* Mela l. II. c 4. *Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum.* Sic & Ptolemaeo vocatur amnis, qui Casilinum praeterfluit. *Vulturius* non est in natura. TENN. *Volturni* etiam Gudianus, & duo Leidenses, quod rescripsi. Adi l. II. c. 3. §. 7. *Vulturni* recte hic jam exhibuerunt Edd. veteres. Corruptum primo est in Ed. Wechelii: sed audiamus Livium l. XXIII. c. 19. *Excipiunt dolia, quae amnis deferret* &c. *Imbribus deinde continuis citatior solito amnis, transverso vertice dolia impulit ad ripam, quam hostes servabant. Ibi haerentia inter obnatas ripis salicta conspiciuntur; nuntia-*

demittebant, ut ab obſeſſis exciperetur: quibus quum objecta per medium amnem catena Hannibal obſtitiſſet, nuces ſparſere; quae quum, aqua ferente, ad oppidum defluerent, eo commeatu ſociorum neceſſitatem ſuſtentaverunt.

III. [7] Hirtius [a] Mutinenſibus obſeſſis ab Antonio, [8] ſalem, quo maxime indigebant, [9] cupis conditum, per amnem [10] Scultennam [b] intromiſit.

IV. Idem pecora ſecunda aqua [11] demiſit [c], quae excepta ſuſtentaverunt neceſſariorum inopiam.

a Vulgo H. Cos. *b* Vulgo SANITURNUM. *c* Vulgo DIMISIT.

tumque Hannibali eſt, & deinde intentiore cuſtodia cautum, ne quid falleret Volturno ad urbem miſſum. Nuces tamen ſuſae ab Romanis caſtris, quum medio amni ad Caſilinum (quod hic variis modis in MSS. depravatum exaratur) *defluerent, gravibus ex ipiebantur.* & ſaepius. Adde Cluver. Ital. Antiq. l. IV. c. 5. OUD.

7 *Hirtius Cos.*] In omnibus MSS. deeſt *ab Cos.* TENN. Addidit *ab Cos.* tacite Scriverius, ſine dubio ex praec. cap ſed nullius meorum MSS. agnoſcit. Edd. Italicae *in Mutinenſibus.* Licet tunc temporis Hirtius fuerit *Cos.* delevi tamen, ob MStorum conſenſum, praeſertim, quia non ſit ad ſenſum neceſſaria vox. OUDEND.

8 *Salem*] Duo Leidd. *ſal.*

9 *Cappis*] Omnes MSS. *cupis.* TENN. Etiam mei. V. Keuchen. & nos ad Lucan. l. IV. 420. *Lacuna cupae.* Arcerian. ſi Keuchenio fides, male tamen *cybeis.* OUDEND.

10 *Saniturnum*] *Samnnicorum* MSS. SCRIV. 2. Reg. Voſſ. 1. Hill. *Sumiuna.*, tertius Reg. *Saturnum.* Scriverius *Samninicorum.* 4. R. *Sannicorum.* TENN. Sic agit Keuchenius; quaſi rectum & notum eſſet *Saniturnum:* cum hoc nomine nullus ſit fluvius, & clare ex cap. praec. pateat, amnem hunc Ligurum dictum fuiſſe *Scultennam*: quare etiam Cluverius citato loco hic omnino *Scultennam* reponi jubet. Graeci hujus hiſtoriae memores non nominant fluvium. MSS. mei *Saturnum, Sampturnum, Samturnum, Saminitorum, Samnicorum, Samitorum, Sampnitorum, Sampinorum, Saminorum*, praeter Mediceum primum, in quo *Scaltennam*; quare non dubitavi reſtituere *Scultennam*, donec certius nomen reperiatur. Vide omnino cap. praec. OUD.

11 *Dimiſit*] *Dimittere pecora* notat, ſinere, ut libere abeant, ut cap. ſeq. §. 5. Quod ab noſtri ſenſu alieniſſimum eſt. quare repoſui cum Hillenberg & Leidenſi ſec. *demiſit*, ut §. 2. *farinam doliis ſecunda aqua demittebant*, ubi in MSS., ut ſemper, eadem confuſio. V. ad l. 1. v. 15. & paſſim. OUD.

CAP.

CAP. XV.

Quemadmodum efficiatur, ut, [1] quae decrunt, abundare videantur.

EXEMPLUM I.

Romani, quum [2] a Gallis Capitolium obsideretur, in extrema jam fame panem in hostem jactaverunt; consecutique, ut abundare commeatibus viderentur, obsidionem, donec Camillus [3] subveniret, toleraverunt.

II. Athenienses adversus Lacedaemonios idem feciſſe dicuntur.

III. [4] Hi, qui ab Hannibale [5] Casilini obsidebantur, ad extremam famem perveniſſe crediti, quum etiam herbas alimentis eorum Hannibal, [6] saepe arato loco, qui erat [7] inter castra ipsius &

1 *Quae deerunt*] 3. Reg. 3. Hill. Voss. *Ut abundare videantur, quae deerunt.* TENN. Et ita plerique mei, & Edd. VV. *desunt* Edd. Italicae.

2 *A Gallis*] 2. Reg. non agnoscunt praepositionem *A.* totam rem describit Ovidius VI. fast. v. 350. Hinc *Jovis Pistoris* nomen descendit. In simili fame Mygdonius spem vultu simulavit apud Polyaenum l. VII. TENN. MS. unus *in Capitolio obsiderentur. Jam* deest in Leid. pr. *in hostes* Ed. Par.

3 *Subveniret*] Eleganter Vaticanus *superveniret.* Livius l. v. 49. *Forte quadam dictator interyenit.* Adi notata ad l. I. c. I. 6. *Dōnec supervenirent legiones.* OUD.

4 *Hi*] Praenestini. Vide Livium l. XXIII. c. 17. Strabon. l. v. p. 249. Ed. Par. Valer. Max. l. VII. c. 6. §. 3. OUD.

5 *Casilini*] *Ad Casilinum* Edd. Italicae.

6 *Saepe arato loco*] Tò *Saepe* abest a Medic. Vaticano, Gudiano, & Leidd. Codd., Et, ut opinor, vere. Saepe hoc ab Hannibale esse factum, credibile non est: neque id etiam memorat Livius. Forsan, ut illic, hic *obarato loco* scribendum. Livii verba sunt. *Quum hostes obaravissent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt; ut Hannibal, Eone usque dum ea nascantur ad Casilinum sessurus sum, exclamaret.* OUDEND.

7 *Inter*] MSS. duo *intra.* Dein Voss. *jecere.* Pro *quo* Edd. primae *unde*, & *peryentum* Medicei.

& moenia, praeriperet, ſemina in praeparatum locum jecerunt: conſecuti, ut habere viderentur, quo [8] victum ſuſtentarent usque ad ſatorum proventum.

IV. [9] Reliqui ex Variana clade, quum obſiderentur, quia [10] defici frumento videbantur, [11] horrea tota nocte circumduxerunt captivos; deinde praeciſis manibus dimiſerunt. Hi [12] circumſedentibus ſuis perſuaſerunt, ne ſpem maturae expugnationis reponerent in fame Romanorum

8 *Victum ſ.*] Voſſ. & unus Hill. *Vitam.* TENN. Rectius. Maecenas apud Senec. Ep. 101. *Hinc vitam ſuſtine.* Lucan. l. IV. 307. *Corpora ſuſtentant epulis.* & ſaepius. Sed auctor noſter tam varie conſtruxit hoc nomen, ut mutare nihil auſim. Vide modo cap. praeced. Dein *victus* ſumi poteſt pro eo vitae genere, cui jam adſueverant, inopiam nempe & famem ſuſtinendo. Caeſ. B. Gall. II. 9. *commeatusque noſtros ſuſtinebant.* at illic legendum omnino videtur cum Cod. Lovan. & Ed. Vascoſ. aliisque *commeatuque*: uti hic §. 2. *commeatu ſociorum neceſſitatem ſuſtentaverunt*, & ſaepe. Poſſet & legi *victu*, ut *ſuſtentare* abſolute ponatur, de quo diximus ſupra. OUDEND.

9 *Reliqui*] Leid. ſec. *Reliquiae.* V. ad l. II. c. 7. §. 13. & alibi. OUD.

10 *Defici*] Unus Reg. *Deficere.* TENN. *Deſi ere* tres mei cum Edd. pp. male. Adi l. I. 7. 1. *uſu navium deficiebatur.* OUD.

11 *Horrea tota nocte circumduxerunt: captivos deinde praeciſis manibus dimiſerunt.*] Annemirum eſt, depravatiſſimam illam interpunctionem adhuc non mutatam? repono *horrea tota nocte circumduxerunt captivos; deinde* &c. Phraſim, ſcio, animadvertis; de qua nos paulo ante egimus. STEW. *Circumduxerunt:* haec vox ita dividenda eſt. *Duxerunt circum horrea.* Saepe amat praepoſitio jungi verbo, quae nominis regit caſum, ut ſupra c. 13. n. 4. *Aliqui & jumento averſam partem infixerunt.* Curtius L. IX. *Ne infregeritis manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque patrem, ſi invidia abſnerit, aequabo.* pro *fregeritis in manibus.* TENN. Mala interpunctio iſta Pariſienſibus debetur. Priores Edd. recte poſt *captivos* diſtinctionem poſuerant. Alii etiam viri docti perperam jungunt *defici frumento videbantur horrea*, ut facit Ill. Schelius ad Hygin. p. 218. OUD. Geminus plane locus eſt Caeſaris L. III. B. Civ. c. 61. *quos omnia praeſidia circumduxit.* IDEM *Cur. poſt.*

12 *Circumſidentibus*] Voſſ. 4. Reg. 3. Hill. *Circumſedentibus.* TENN. Meorum etiam multi, & Edd. Italicae per *e*, ut MSS. & Edd. omnes l. II. c. 9. 1. *Reliquias eorum circumſedens.* Nemo dubitare poteſt, quin utrumque ſit Latinum. per *e* tamen malo. In fine e MSS. verborum ordinem mutavi: vulgo *aliment. ingens.* OUD.

13 *Ac-*

rum, quibus ingens alimentorum copia ſuperesſet.

V. Thraces in arduo monte obſeſſi, in quem hoſtibus [13] acceſſus non erat, conlato [14] viritim exiguo tritico, [15] aut caſeo paverunt pecora, & in

13 *Acceſſus*] Cantabr. tert. *aſcenſus*. Recte. Vocem hanc paſſim uſurparunt, & cum *aditu* jungunt Cicero, Livius, aliique. Eadem confuſio, ut frequenter, eſt l. III. c. 10. §. 4 *Rara acie ad muros accedens*, ubi notavi e MSS. multis *aſcendens*. Caeſar l. VII. B. Gall. c. 46. *Oppidi murus ab planitie atque initio adſcenſus*, ſeu *eſcenſus*. Hirt. B. Afr. c. 5. *Oppidi egregia munitio, difficilisque ad oppugnandum erat acceſſus*. MS. Lovan. aliique multi cum Edd. pp. *adſcenſus*. OUD.

14 *Viritim*.] *Virili* MSS tres, & Edd. Italicae. *Intra* Leid. ſec. *in unum* Vatican.

15 *Aut caſeo* &c.] Turbant hic vehementer MSSti libri. Nam primo pro *aut caſeo* in Palatino eſt *aveſeo*. in Mediceo primo deſunt. Cantab. tert. *accaſeo*. dein vox *pecora* abeſt a Palatino, utroque Leidenſi, Gudiano, & Hillensb. In Voſſ. ponitur ante *conlato*; In Petrenſi ante *pav.* pro quo Leid. ſec. *paraverunt*. Dein *&* deeſt in MSS. ſupradictis. Petrenſ. *eaque*. Tum *diniſerunt* abeſt a MSS. iſdem. Petrenſ. *i. h. inpulerunt praeſidia*. Mox longe plurimi *exceptis & occiſis* cum Edd. pp. quod adeoque repoſui. Tandem pro *eorum* Palatin., uterque Leidd. Voſſian. Hillensb. Medic. ſec. & Edd. Rom. Bon. Pariſ. exhibent *earum*. Quae cauſſa eſt, cur opiner, praecedentia *aut caſeo paverunt pecora* eſſe corrupta, & pro iis reſcribenda ex Palatino Cod *oves eo p.* Quae cum in *caſeo* eſſent depravata, ſubſtituerunt ex ſeqq. *pecora*, non cogitantes *earum* in feminino obſtare, licet per Syntheſin, noſtro auctori frequentatam (vide loca in indice notarum) *pecora* & dein *earum* retineri poſſit. Modo tum oves intelligas. Lucret. l. IV. 115.

Primum animalia ſunt jam partim tantula, eorum
Tertia pars nulla ut poſſit ratione videri.
Harum inteſtinum:

ſic MSS. Ovid. l. XIII. Met. 823.

Hoc pecus omne meum eſt: multae quoque vallibus errant.

Adi praeter alios Voſſ. de Conſt. c. V. & Giphan. in Ind. Lucret. ad *Generis mutat.* quare etiam reſtitui τὸ *earum*, licet retinuerim τὸ *pecora*. *Caſei* certe mentio ſatis videtur inepta, neque illius veſtigia, ſicut tritici, in pecorum viſceribus inventa fuiſſe memorat Auctor. Forſan etiam ſeqq. hoc modo legenda ſunt *oves eo p. pepuleruntque* vel *easque inpulerunt in h. praeſidia*. Sed haec pro certis venditare nolim. *Inpulerunt* vel *deiiſerunt* legi malit etiam Cl. Waſſe. OUD Legendum omnino nunc opinor *oves eo*, deleta voce *pecora*. Saltem nihil ineſt τῶν *aut caſeo*: Sicut § ſeq. pro *compellere* e Petrenſi Cod. recipiendum eſt *comportari*. Adi Drakenb. ad Liv. L. XXXIV. c. 34. *ad comportandum ex longinquo*. Caeſ. L. II. B. Civ.

in hoſtium praeſidia dimiſerunt: quibus exceptis & occiſis[a], quum [16] frumenti veſtigia in viſceribus [17] earum[b] adparuiſſent, opinatus hoſtis, magnam vim tritici ſupereſſe eis, qui inde etiam pecora paſcerent, receſſit ab obſidione.

VI. [18] Thraſybulus, dux Mileſiorum, quum longa obſidione milites ſui angerentur ab Alyatte[c], qui ſperabat, eos ad deditionem fame poſſe compelli, [19] ſub adventum legatorum Alyattis frumentum omne in forum [20] compellere juſſit, & conviviis ſub id tempus [21] inſtitutis[d] per totam ur-

a Vulgo OCCISISQUE. b Vulgo EORUM. c Vulgo ALIATTE & ALIATTIS. d Vulgo INSTRUCTIS.

Civ. c. 5. *commeatus ad eum portari.* IDEM *Cur. poſt.*

16 *Frumenti veſtigia*] Signa & reliquias. Tacitus 1. Ann. 74. *Manebant etiam tunc veſtigia morientis libertatis.* In Germania c. 37. *Veterisque famae late veſtigia manent.* Cicero pro Caelio c. 22. *Non veſtigium maximi facinoris reperietur.* Nepos Timoleon c. 3. *Deditque operam, ut quam minime multa veſtigia ſervitutis remanerent.* Seneca vita beata c. 5. *Quis mortalium, cui ſupereſt hominis veſtigium, per diem noctemque titillari velit.* Apulejus Metam. l. 11. *Nullo quidem initio vel omnino veſtigio cupidinis meae reperto cuncta circuibam.* Juſtinus x. c. 2. *Conjuges quoque cum liberis, ne quod veſtigium tanti ſceleris extaret, interfectae.* Vide Tanaquillum Fabrum l. 1. epiſt. 35. Sic etiam interpretatur Quintilianus l v. c. 9. *Signum vocant ἐνάργειαν, quanquam id quidam indicium, quidam veſtigium nominaverunt.* TENN.

17 *Adparuiſſent*] Leid. ſec. *adparuerint.* Medic. ſec *aparuiſſent.* Dein ridicule Petrenſ. *Magnam vini tritiçique partem.*

18 *Thraſybulus*] Male Voſſ. 3. Reg. 2. Hill. *Thraſibius.* Nam & Graeci omnes *Thraſybulus.* Strategema eſt apud Polyaenum l. VI. (c 47.) TENN. Mei omnes fere variis modis corrupte. Rem hanc enarrat etiam Herodotus l. 1. c. 21. 22. Dein *Alyatte* & *Alyattis* per *y* reſcripſi pro *i.* Graecis eſt Ἀλυάττης, OUD.

19 *Sub adventum*] Reg. 3. & 1. Hill. *ſub adventu.* TENN. Pal. latin. item & Medic. ſec. *adventu.* V. ad l. 1. 5. 9. OUD.

20 *Compellere juſſit.*] Infinitivum activum ſine adjectione perſonae, quae juſſa eſt agere, defendere poſſis ex notatis ad l. 11. c. 5. §. 45. MSS. tamen Palatin. & Leid. ſec. exhibent *compelli.* At praecellit modo *compelli.* Dubito quoque, num Latine dicatur *compellere frumentum* pro *congerere* συγκομίζειν, ut Herodotus loquitur. Quare, ſi plures addicerent MSSti libri, multum praeferrem lectionem Codicis Petrenſis *comportari.* Cicero l. v. ad Att. Ep. 18. *Frumentum ex agris in loca tuta comportatur.* OUD.

21 *Inſtructis*] Alias *Inſtitutis.* SCRIV. 3 Reg. Voſſ. 3. Hill. *Inſtitutis.* TENN. *Inſtitutis* legas quo-

urbem epulas praeſtitit: atque ita perſuaſit hoſti, ſupereſſe [22] ipſis copias, quibus diuturnam ſuſtinerent obſidionem.

quoque in Palatino, utroque Leidenſi, Gudiano, Vaticano, Cantabrig. & Edd. Hittorp. ac Wechelii; quod idcirco recepi. Sueton. Tito c. 7. *Convivia inſtituit jucunda magis, quam profuſa.* Juſtin. l. XII. c. 13. *Intermiſſum olim convivium ſollemniter inſtituit.* OUD.

22 *Ipſis*] Medic. ſec. *ſibi* & mox Palatin. *ſuſtineret.*

CAP. XVI.

Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur.

EXEMPLUM I.

[1] Cl. Marcellus[a], cognito conſilio [2] Bantii[b] Nolani, qui corrumpere ad defectionem po-

a Vulgo L. MARC. *b* Vulgo BATTEI.

1 *L. Marcellus*] Voſſ. 2. Hill. *Cl. Marcellus.* Idem de Fabio Maximo Valerius Max. l. VII. c. 3. n. 7. TENN. Suſpicari nequeo, unde primum in Scriverianae Editionis contextum irrepſerit hoc *L. Marcellus:* nam Pariſ. Wech. & Stew. Edd. recte habent *Cl. Marcellus:* niſi vel Modiús, vel ipſe Scriverius e MSS. ſuis, quibuscum conſpirant meorum quidam, tacite ita repoſuerit. ſed bene, quod in poſtumis curis editionis ſuae margini adſcripſit legendum eſſe *Cl.* Eſt enim nobiliſſimus ille *M. Claudius Marcellus*, per quem hoc tempore praetorem vinci didicit Hannibal. Noſter autem adjuncto gentis *Claudiae* nomine ſic ejus meminit l. II. 3. 9. & alibi. Saepius tamen omittit hoc, uti & praenomen, ut hoc loco ſit in primis Editionibus. Aliter non male Palatin. & Medic. ſec. *M.* ſive *Marcus.* Quod & nonnumquam noſter addit. Vide Livium l. XXII. c. 57. XXIII. c. 14. Idem vitium in ejusdem M. Claudii Marcelli nomine vulgatas editiones l. IV. c. 5. §. 4. obſidet; ubi MSS. pro *L.* reponendum eſſe *Cl.* clamant. Immo ne Lucii praenomen quidem in tota Marcellorum exſtitiſſe familia opinor. OUD.

2 *Battei*] Voſſ. 2. Reg. 1. Hill. *Batae.* 2. Hill. *Battre molani.* TENN. *Barcei, Barthei. Battei* & *Bathei* noſtri quoque MSS. corrupte. Quod miratus quoque ſum a nullo doctorum virorum fuiſſe emendatum; antequam ſecundas Scriverii curas inſpexiſſem. Illic enim corrigendum veriſſime conjecit *Bantii Nolani*, ſed & in Edit. Bononienſi jam

populares ſtudebat, & Hannibali gratificabatur, quod illius beneficio curatus inter [3] Cannenſes faucius, & ex captivitate remiſſus ad ſuos erat, quia interficere eum, ne [4] ſupplicio ejus reliquos concitaret Nolanos, non audebat, arceſſitum ad ſe adlocutus eſt, dicens, fortiſſimum eum militem eſſe, [5] quod antea ignoraſſet; hortatusque eſt, ut ſecum moraretur; & ſuper verborum [6] honorem, [7] equo quoque donavit. Qua benignitate non illius tantum fidem, ſed etiam popularium, qui ex illo pendebant, ſibi obligavit.

II. Hamilcar, dux Poenorum, quum frequenter

exhibetur *L. Bancii Nolani*. Audi Livium l. XXIII. c. 15. *Nolam Marcellus* &c. *habebat. Plebs timebatur, & ante omnes L. Bantius.* &c. *Erat juvenis acer, & ſocio rum ea tempeſtate prope nobiliſſimus eques. ſeminecem eum ad Cannas in acervo caeſorum corporum inventum, curatumque benigne etiam cum donis Hannibal domum remiſerat. Ob ejus gratiam meriti rem Nolanam in jus ditionemque dare voluerat Poeno* &c. quae illic ſequuntur: unde ſua procul dubio excerpſit Frontinus: quare etiam nihil dubitans *Bantii* repoſui. Βάντιος vulgo legitur apud Plutarch. in vita M. Marcelli p. 303. ubi multis eamdem rem enarrat. Simile, & de quo Scriverius ambigit, an non ſit idem exemplum, refertur infra l. IV. c. 7. §. 36. ubi videbimus, quid de illo, & Valerii Maximi loco ſit ſtatuendum. OUDEND.

3 *Cannenſes*] Medic. ſec. *Captivos. Sanctius* Hillensb. Dein *ex ea capt.* Gudian. & Voſſ. & deeſt in Leid. ſec. Mox MSS. *militem eſſe eum* vel *militem eum e. eſſe* exſulat a Mediceis, & Edd. Italicis.

4 *Supplicio*] Exemplum Juſtin. XXI. c. 4. habet in Hannone. TENN.

5 *Quod a. ignoraſſet*] Leid. ſec. modo *ante ignoraſſe*. Dein Palat. *hortatus eſt*. Contra duo Cantabr. *hortatusque eſt eum*.

6 *Honorem verborum*] H. e. *Laudationem*, quam maxime in teſtamentis veteres requirebant. Suetonius Auguſto c. 65. *Neque dolore diſſimulato, ſi parcius aut citra honorem verborum: neque gaudio, ſi grate pieque quis ſe proſecutus ſuiſſet.* Imo ipſum teſtamentum appellaverunt *honorem*. Tacitus Agricola c. 43. *Satis conſtat leĝo teſtamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori & piiſſimae filiae Domitianum ſcripſit, laetatum eum velut honore judicioque.* Plinius VII. epiſt. 24. *Gaudeo etiam pietate defunctae, honore optimi juvenis*. TENN.

7 *Equo quoque donavit*] Medic. pr. *equo ei q. d.* Vatican. *equum q. ei d.* Edd. Ital. *equum ei q.* Medic. ſec. *equos* VI. *quoque d.* Livius *equum eximium dono dat. equo* deeſt in Palat. *eo* Leid. pr. Quidquid ſit, prononien excidiſſe videtur. *Ditavit* Leid. ſec. OUD.

ter auxiliares Galli ad Romanos transirent, [8] & jam ex consuetudine, ut socii, [9] exciperentur, [10] sibi fidelissimos subornavit, ad simulandam transitionem, qui Romanos, excipiendorum eorum caussa progressos, [11] cecidissent. Quae sollertia Hamilcari non tantum ad praesentem profuit successum, sed in posterum praestitit, ut Romanis veri quoque transfugae forent suspecti.

III. Hanno, Carthaginiensium Imperator in Sicilia, quum comperisset, Gallorum mercenariorum [12] circiter quatuor millia conspirasse ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquot mensium mercedes non receperant, animadvertere autem in eos non auderet metu seditionis, promisit, prolationis injuriam liberalitate pensaturum: quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum [13] datis pollicitis, fidelissimum [14] dispensa-

8 *Etiam ex c.*] Distractione prioris vocis sententiam juvo. *Et jam ex consuetudine.* STEW.

9 *Exciperentur.*] Vatic. *reciperentur.*

10 *Sibi fil.*] Ita meorum solus Vaticanus. Medic. pr. *sic.* sec. cum Ed. Rom. *sicut.* A ceteris omnibus τὸ *sibi* abest, sane non necessarium. OUD.

11 *Cecidissent.*] Alias *occidissent.* SCHW. 3. Reg. Voss. 1. Hill. *occiderunt.* TENN. Cum Gudiano, & Edd. Italicis. male: v. ad l. 11. 1. 6. & saepius. *profecit* statim Leid. sec. Ceterum auctor hic *Hamilcari* tribuit, quod Graeci *Hannoni*, & contra §. seq. *Hannoni*, quod iidem ad Hamilcarem referunt. Adi divinum Casaubonum ad Polyb. p. 189. Ed. Gron. OUD.

12 *Circiter*] Petr. *ex circum.* Leid. sec. *eo conspir.* Dein ante *liberalitate* addit Petrens. *se.* Mox *quorum nomine* Medic. sec.

13 *Datis pollicitis.*] Jam dia illa *pollicita data* erant: boni correctores, cum figuratam verbi *ducere* significationem non caperent, alio, nescio quo, nos abducere conati sunt. eos sequatur, qui volet: ego hic consisto; & reperi, qui ad meas partes accederent, scriptum videlicet a Frontino fuisse, *ductis pollicitis.* Ut liquidius de re judicare possis, eu in promptu testimonia. Caesar: *ducere diem ex die Haedui.* Cicero: *suadere institui, ut bellum ducerent.* Par phrasis illa Curtii: *Trahendi belli vix ullam esse rationem.* STEW. *Datis pollicitis.* sic omnes MSS. Stewechius tamen *Ductis pollicitis*, putatque dictum, ut *Ducere bellum.* de quo ad l. 11. c. 3. n. 23. egit. Verum *Ducere pollicita* pro differre

SEXTI JULII FRONTINI STRATEGEMATICON

LIBER QUARTUS.

PRAEFATIO.

Multa lectione conquisitis Strategematibus, & non exiguo scrupulo digestis, ut promissum trium librorum [1] inplerem, si modo inplevi; [2] in hoc exhibebo ea, quae parum apte [3] descriptioni priorum ad speciem adligata subjici videbantur, [4] & erant exempla potius [5] strategicon, quam [6] strategematicon. Quae

1 *Inplerem*] Medic. sec. *explerem.*

2 *In hoc exhibebo ea*] 4. Reg. 3. Hill. non agnoscunt ea *in*. Voss. *hic exhibebo*. TENN. *In* deest quoque ab utroque Leid. & Ed. Par. *Hic exhib*. Leid. sec. & Gudian. *Nunc exhibebo* Petrens. *exhibeo* Vaticanus Medicei, Leidens. pr. & Edd. primae. *Hic* placet mihi. Dein *inserte* Vatican. Medic, & Ed. Rom. Oud.

3 *Descriptioni*] 3. Reg. & Voss. & 1. Hill. *Discretioni*. Front. Praefat. l. 1. *discreta ad rerum varietatem apte collocarentur*. TENN. Gudian. etiam *discretionis*.

4 *Et erant*] *Haec* Medic. sec. Gud. & Voss. *erunt* Palatin. Leid. sec. & Gud.

5 *Strategi*[illegible]*n*] Leid. sec. *Strategematon* Medic. sec. *Strategematico*.

6 *Strategematicon*] 3. Reg. 3. Hill. *Strategemata*. Voss. *quia Strategemata*. TENN. Vulgata lectio a Scriverio inducta est. Ante eum *Strat gemata* legebatur, quod prae se ferunt MSS. mei quinque, unus perperam *Strategematon*. Exempla Strategematicon sunt Strategemata; unde patet, incertum esse, quid ex his eligendum sit. Cum Scriverio ceterisque tamen *Strategematicon* praetuli. Vide ad Praefat. l. pr. OUDEND.

2 *In*

Quae idcirco ſeparavi, quia, quamvis clara, diverſae tamen erant ſubſtantiae: ne, ſi qui forte in aliqua ex his incidiſſent, ſimilitudine [7] inducti [a] praetermiſſa opinarentur. & ſane velut reſidua [8] expedienda ſunt: in quo, ſicut antea, & ipſe ordinem per ſpecies ſervare conabor.

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De diſciplina.*
II. *De effectu diſciplinae.*
III. *De continentia.*
IV. *De juſtitia.*
V. *De conſtantia.*
VI. *De* [9] *adfectu & moderatione.*
VII. *De variis conſiliis.*

[a] Vulgo INDOCTE.

7 *Inducti*] Omnes MSS. *indocti.* Neceſſario lege *inducti.* TENN. Septem vel octo meorum cum Ed. Pariſ. *indocti.* Verum *inducti* diſerte exhibent Petrenſis, Cantabr. tert. & Leidenſ. ſec. quomodo legendum eſſe librorum ſuorum marginibus adſcripſerant jam Lipſius, Scriverius, Voſſius, & Waſſe. *Inducere* ſaepe notat falſa ſpecie decipere. Conſule Gebhard. ad Nepot. Alcib. c. 8. & Achill. Stat. ac Broukh. ad Tibull. l. 1. 7. 1.

Semper ut inducas, blandos offers mihi vultus. OUD.

8 *Expedienda*] 3. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Et ſana velut reſidua expediendi fuit, in qua & ipſe ordinem &c.* TENN. *Sana* Leid. pr. Petrenſ. Gudian. Medic. Pro *velut* in Petrenſ. *res. expediendi fuit* novem mei, & Ed. Pariſ. *expediendi cauſa fuit* Leid. ſec. *in qua* MSS. octo cum Ed. eadem. *Sicut antea* deeſt in quatuor. *Sicuti* Edd. primae. *Sicut in antea* Medicei. *in ordinem* Medic. ſec. *per ordinem* Palat. Quae lectionis varietas aperte indicat, locum male ſanum eſſe. Forſan *Et ſane res, velut reſidua, expediunda fuit, in qua &c.* OUD.

9 *Affectu*] Omnes MSS. *de effectu.* Male. TENN. Et plerique mei.

CAP.

CAP. I.

De Disciplina.

EXEMPLUM I.

P. Scipio ad Numantiam, corruptum superiorum ducum [2] socordia exercitum correxit, dimisso ingenti lixarum numero, redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus, quibus quum frequens injungeret iter, portare complurium dierum cibaria [3] imperabat [a], ita ut frigora & [4] imbres pati, vada fluminum pedibus trajicere adsuescerent miles; exprobrante subinde Imperatore timiditatem & ignaviam, [5] frangente delicatioris usus ac parum necessaria expeditioni vasa.

a Vulgo IMPERAVIT.

1 *Scipio*] De eo vide Vegetium l. 1. c. 15. & l. III. c. 10. & quae Stewechius illis opponit. Florum l. II. c. 18. & ad eum Freinshemii curas. TENN. Valer. Maxim. l. II. 7. 1. infra §. 3. Polyaen. l. VIII. c. 16. 2. Scipionis autem praenomen hic in Mediceis, Leid. sec. & Edd. Italicis non comparet. OUD.

2 *Socordia*] *Secordia* MSS. SCRIV. *Secordia* Palat. Medic. & J. Saresber. V. ad l. III. 2. 2. Pro *quotidiana exercitatione* margini exemplaris sui adposuit Lipsius *quotidianae exercitationis*. OUD.

3 *Imperavit*] Cur ita primum Parisienses ediderint, nescio. nam J. Saresberiens., omnes MSS. & Edd. Italicae *Imperabat*. quod idcirco, licet minimi rem momenti, revocavi. *ita* statim abest a Palatino. OUD.

4 *Imbres pati*] Petrensis *imbrem*; quod viro docto placet. Certe sic Ovid. l. II. Art. Am. 237.

Saepe feres imbrem coelesti nube solutum
Frigidus:

ubi itidem MSS. nonnulli *imbres solutos*. Quare nihil mutare tutius est. Idem l. XIV. Metam. 471.

Fulmina, noctem, imbres, iram coelique marisque
Perpetimur.

Columell. l. III. c. 1. *Imbres & ventos fortius patitur*. l. IV. c 29. *tempestates, & ventos & imbres pati*. Phaedrus l. III. F. 7. *nunc patior nives imbresque:* ubi vide notas. Accedit Claudian. l. III. Cons. Honor. 239.

Frigora saeva pati, gravibus non cedere nimbis. OUD.

5 *Frangente*] Intelligi hoc, & ferri potest. Lenius tamen auctoris sententia procederet; si scriptum extaret *frangentesque*;

fa. Quod maxime [6] notabiliter [a] accidit [7] C. Memmio [b] Tribuno, cui dixiſſe traditur Scipio: [8] Mihi paulliſper & Reipublicae, tibi [9] ſemper nequam eris.

II.

a Vulgo NOBILITER. *b* Vulgo C. Mevio. *c* Vulgo MIHI PAULLISPER, TIBI ET REIP.

atque ita relictum a J. Saresber. & conjectum a Scriverio ad libri ſui marginem. ſed ſupra etiam ſine copula *dimiſſo l. numero, redactis ad m. militibus.* Medic. ſec. habet *frangentem.* OUD.

6 *Nobiliter*] *Notabiliter* MSS. SCRIV. Scriverii MSS. & unus Reg. *Notabiliter* vox proba. Plinius l. 1. epiſt. 5. *Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper.* Apulejus Apolog. p. 352. *Animadverti ſatis notabiliter in medio foro tibi, AEmiliane, obructantem.* Ovid. 1. Metam. *candore notabilis ipſo.* Frontinus IV. 3. 13. *Notabilis continentia.* TENN. *Nobiliter* apud Saresber. Sed multum praeſtat *notabiliter*, ut conjecit jam olim Lipſius. neque enim Barthii conjectura l. XIV. Adverſ. c. 9. *intolerabiliter* eſt admittenda; rogantis, quomodo quid alicui *nobiliter* vel *notabiliter* accidere poſſit. Immo fane *notabiliter*, quod ex meis dant Medicei, & Leidenſ. ſec., accidit huic Tribuno: quia peculiari quaſi nota a Scipione reprehenſus eſt, qui totum quidem exercitum generaliter ſeveritate correxit, ſed ſingulari, & notabili locutione Tribunum iſtum notavit. Plin. l. v. Epiſt. 17. *Tam notabiliter pro fratre* &c. ubi itidem MSS. nonnulli *nobiliter.* Suet. Aug. c. 87. *Quotidiano ſermone quaedam notabiliter uſurpaſſe eum.* OUD.

7 *C. Mevio*] 2. Reg. 2. Hill. & Voſſ. *Gajo Nemio* 3. *Reg. Gajo Nemio.* TENN. *Nummio* apud Saresber. In nullo Codice *Nevio*. ſed in omnibus duae tresve literae *m.* unde patet in Gruteriano, ſive Palatino altero, Mediceis, Cantabr. tert. & Hillensberg. recte ſcribi *C. Memmio*, atque ita e ſuo codice jam emendavit Pighius in Annal. T. III. A. V. C. DCXXIV. uti & Glandorpius in Onomaſt. p. 597. *Mipuei* etiam vocat eum Plutarch. in Apophthegm. p. 201. OUD.

8 *Mihi paulliſper*] Palatin. *Vide paulliſper.* Leid. prim. *mihi qui p.* Barthius corrigit ibidem *Mevi, pauliſper tibi, at R. ſ. nequam eris.* putatque nullas Imperatoris eſſe partes. Secus ego cenſeo, & ſenſum eſſe. Te Memmi (ſic enim ſaltem debebat, ut ex praedictis liquet) ut Tribunum militum cum iſta tua nequitia tolerare debeo, ſed paulisper tantum &c. Quid multa? Conſule Plutarchum mox citatum. OUD.

9 *Semper nequam eris*] Alias. *ſemper neceſſarius nequaquam eris.* Ego, quomodo me hinc expediam, neſcio. MOD. Alias *ſ. neceſſarius nequaquam e.* & ſic MSS. SCRIV. *Neceſſarius nequaquam* in ſolis Mediceis, & Edd. Rom. Bon. ac Pariſ. occurrit. Sed *nequaquam* eſt in aliis quinque. Palat. *quia ſemper nequaquam eris.* Cum vulgatis facit Saresber., &, ni fallor, melius, licet Keuchenius putaret, omnino reſcribendum eſſe *neceſſarius nequam eris.* Nam Reip. certe *neceſſarius nequam* ſemper non deberet eſſe. Quia populus, & Cenſores eum removere, & damnare in perpetuum poterant, nec deinceps ad publica admittere munera, *tibi nec. nequam* non habet ido-

II. [10] Q. Metellus, bello Jugurthino, similiter lapsam militum disciplinam pari severitate restituit, quum insuper prohibuisset alia carne [11] quam assa [a] elixave milites uti.

III. Pyrrhus [12] delectori suo fertur dixisse; Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.

IV. L. [13] Flacco & C. Varrone Coss. milites pri-

[a] Edd. Scriv. & seqq. QUAM A SE A.

idoneum sensum. Sed *sibi & reip. semper nequam esset*, quia ineptus ad res laudabiles gerendas foret. Verum tamen non ita reliquit Frontinus, sed *Mihi paulisper & Reip., tibi semper*. Res patet e Plutarcho in Apophthegm. p. 201. Ἐμοὶ μὲν (ἔφη) ἀμέλησας τριάκοντα καὶ τῇ πατρίδι, σαυτῷ δὲ τὸν βίον ἅπαντα, τοῦτο μὲν. ἄρχειν προείλησας σαυτόν Certius ad haec bene constituenda argumentum ecquis adferre potest? OUD.

10 *Q. Metellus*] Praenomine carent Medic. & Leid. sec. dein *prohiberet* Saresber. & *elisa* male Leid. pr. cum Ed Par

11 *Quam a se assa*] Ita lego, insertis duabus illis voculis *a se*, quae nusquàm in libris vulgatis comparent SCRIV. Voculae *a se* in MSS nusquàm apparent, inventae sunt a Scriverio, sine quibus non constat ratio historiae. De hoc bello consule Valerium Max l. II c. 7. Florum III. c. 1. Sallustium Jugurtha c. 45. Livium, Plutarchum. TENN. Eodem plane modo supplevit locum hunc Lipsius l. v. de Mil. Rom. c. 16. Vendere enim cibum coctum vetabat Metellus, ipsi ergo soli sibi coquere vel assare debebant. Verum Barthius cit. loco judicat, hisce voculis non opus esse, & vetita esse omnia pretiosa juscula, concisiones item carnium, tucetaque, & mille condituras inpensis, & deliciis tantum natas; quas culinae artes milites illi jam callebant. Recte; licet alioquin ingeniosa emendatio Lipsii, & Scriverii multum arrideat. Sed eas voces etiam non agnoscit Saresber. Immo audi Plutarchum, qui tamen hoc Scipioni tribuit Apophthegm. p. 201. Περσεὺς δὲ ἀνδρῶν μὲν ἐσθίοντας ἄπυρον ἕψον, δυσπεῖ δὲ κατακαύσας ἄρτον ἢ πολτὸν ἀπλῶς καὶ χρῆσθαι ἐπέτρεψε ἑφθῷ. i. e. carnem assam vel elixam. Locus hic omnem dubitandi moram tollit, quem mirabar, uti etiam superiorem a nemine doctorum Virorum fuisse animadversum, nec etiam locum Polyaeni l. VIII. c. 16. e Plutarcho desumtum. At postea deprehendi Ill. Schelium, qui vulgata eodem modo, quo Barthius defendit. Polyaeni locum animadvertisse, uti & Appiani Τὰ τε ὀπτὰ αὐτῶν ὄψου χρῆν ξηρὰ καὶ ἑφθὰ τίνα ad Hygin. p. 269. Olim Lipsius conjecerat *ulla carne assa*. Palat. *assave elixa*. OUD. Aliquando Cel. Wasse conjecerat *venali carne assa el.* &c Sed praetulit tamen *alia carne, quam a se assa*, ad Sall. B. Jug. c. 49. Nulla correctione opus esse, docui in notis. IDEM *Cur. post.*

12 *Delectori*] Plinio l. X. Epist. 39. *Conquisitor* vocatur. Liv. XXIV. c. 42. *Conquisitio militum*. TENN. Adde l. XXIII. 32. XXV. 5. Cicer. pro Mil. c 25. & saepe. Mox *ego vero f.* MS. Hillenii. OUD.

13 *L. Flacco*] Puto legendum *L. Paulo*. Nam Livius l. XXII. Coss.

Coss. sub quibus milites jurejurando facti, laudat *L. Æmilium Paulum & Terentium Varronem*. Caeterum a sacramento differt jusjurandum: jurejurando in ipso delectu singuli, cum nominatim essent citati, adacti a tribunis spondebant, conventuros se jussu consulum, nec injussu eorum abituros. Sed sacramento, postquam delectus esset habitus, non singuli, sed generaliter omnes promittebant ducibus obedientiam, unumque socium praejurantem secuti, idem in se quisque jurabant: ut Frontinus, *ipsi conjurabant inter se*, &c. Praeterea sacramento miles rogatur, jurejurando adigitur; vel jusjurandum adigit, qui dictabat (non rogabat) qui *praeibat verbis*, ut ait Plautus in Rudente. Jusjurandum est necessitatis, sacramentum voluntatis. Nam qui rogat, non cogit, sed qui adigit. Jusjurandum accipientis stipendium, sacramentum est gratis militantis plurimum. Namque in Reip. incunabulis Romanum classicum & opibus (tanquam fidei & fortitudinis pignoribus) censum esse oportebat, cui Resp. crederetur; ambibat (nedum cogebatur) quilibet, & suis sumptibus suscipiebat militiam: Nonnihil praedae tamen profligato hoste accipiebat; deinde aestiva stipendia. Jurejurando autem cum adigeretur, etiam hiberna stipendia nanciscebatur. De qua re Schelius ad Polybium, & Lipsius de militia Rom. l. v. Neque obstat, quod *sacramentum* ponatur pro *necessitate*. Florus III. c. 10. *Hoc sacramentum fuit; ne redirent.* c. 18. *Hoc fuit impii belli sacramentum.* l. IV. c. 12. *Hoc velut sacramento simpserant bellum.* Nam in illis exemplis ad hanc necessitatem vel inceptum, a quo resilire non poterant, homines venêre sua sponte. Eandem naturam videre est in ejus Metaphora: Nemo enim invitus baptizatur, vel interest sacrae coenae. Sed postquam baptizatus est, cogitur sequi signa Christi, & ubi celebravit synaxin, meminisse passionis, nisi malit subire crimen perfidiae, & ingrati animi. Arnobius circa initium l. II. *Fidem rumpere Christianam, & salutaris militiae sacramenta detonare*; ad quem locum vide Elmenhorstium. TENN. *Paullo* pro *Flacco* legendum monuit jam Schelius ad Polybium de Castris Rom. p. 177. unde haec Tennulii pleraque & seqq. de *sacramento rogari* desumta sunt. Viderat etiam Keuchenius, qui animadversionem de abeundo metus causa totam ad verbum debet Casaubono ad Polybium p. 174. Ed Gron. Nam cetera unde furatus sit, reperire nondum potui. MSS. autem constanter retinent *Flacco*, nisi quod Leid. sec. habeat *Placto*. Gronovianus *Fracto*. *Paullo* vero reponere non ausus fui, quia J. Saresberiens. Policr. l. VI. c. 7. ubi totum hunc locum citat, *Flacco* etiam exhibet. Miror interim, Dempsterum in Paralip. ad Rosin. l. X. c. 30. putasse postrema, quae Saresber. citat verba, non esse Frontini, &. (sic ait) non exstare in operibus, quae ad nos pervenerunt: sed Livium cum hic videamus, contra sese rem habere. Quo nomine recius reprehensus etiam Dempsterus a Keucheniо est. OUD. Hunc L. Aemilio Paullo suffectum putat Almeloveenius Fast. Ed. sec. p. 84. Sed non post necem Paulli, verum ante pro sacramento & voluntaria conjuratione legitime jurejurando adacti sunt milites apud Livium L. XXX. c. 38. quem locum recte verborum ordinem invertendo constituere e Frontino Cll. Crevierius & Drakenborchius. IDEM *Cur. post.*

primo jurejurando [14] facti sunt; [15] ante ea [a] enim [16] sacramento tantummodo a tribunis rogabantur: ceterum ipsi inter se [17] conjurabant, se fugae atque formidinis caussa non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi feriendive hostis aut civis servandi caussa.

V. Scipio Africanus, quum ornatum scutum elegantius cujusdam vidisset, dixit, [18] non mirari se, [19] quod tanta cura ornasset, in quo

a Vulgo ANTE.

14 *Facti sunt*] Vir doctus mavult *adacti*, solenni scilicet locutione: ut in hac ipsa re Livius LXXII. c. 38. *Milites tunc, quod numquam antea factum erat, jurejurando ab tribunis militum adacti jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. nam ad eam diem nil praeter sacramentum fuerat, & ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, sese fugae atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi aut petendi, aut hostis feriendi, aut civis servandi caussa.* & sic *sacramento Cass. adegerunt juventutem* in actis Pontificum diurnis, non vero senatus, ut olim cum Graevio, & Pighio putabam, apud Pigh. T. II. Ann. p. 379. Contra MSS. tamen, & Saresberiensem nil muto. §. 12 *in legione militem fecit.* OUD.

15 *Ante*] Leid. sec. Hillensb. Gudian. & Saresber. *antea*. Leid. pr. Petrens. & Vossian. *ante ea*: inde *antea* contrahitur, ut *post ea*, *posthaec*, & similia sexcenta. OUD.

16 *Sacramento rogabantur*] Rogabantur, an vellent se devovere pro patria, haberi sacri, si non implerent numeros boni militis. Hinc *sacramento rogatus*, qui promisit, se in quacunque re, quam praestare tenetur, obligavit, sed sponte sua; cum nemo nisi coactus ad jusjurandum descendat. Seneca epistola 37. *Promisisti bonum virum. Sacramento rogatus es.* Quintil. l. XII. c. 2. *Sed haec inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti, nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere.* Seneca ep. 65. *Et velut sacramento rogatus, hoc quod vivit, stipendium putat.* Tribunus rogabat sacramento, miles dicebat sacramento. Livius l. XXIV. c. 8. *Quibus sacramento liberi vestri dicant; ad quorum edictum conveniant; sub quorum tutela atque cura militent.* Plinius l. X. ep. 38. *Ut jam dixerant sacramento militari, nondum distributi in numeros erant.* TENN.

17 *Conjurabant*] Addit Ed. Wech. *tantum conj.* & Bonon. *tantum jurabant. ac form.* Edd. Italicae, & Medic. sec.

18 *Non mirari se*] Ita rescripsi e Codd. vulgo *non se mirari.* Respondit Scipio Ἀλλὰ τόγε Ῥωμαῖον ἄνδρα πρέπειν ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἀκτῖνας ἔχειν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀριστερᾷ. Vide Aelian. l. XI. Var. Hist. c. 9. & ibi Cl. Perizon. OUD.

19 *Quod*] Medic. pr. *quando*; Med. sec. *quod id.*

to Cae

quo plus praesidii, quam in gladio haberet.

VI. Philippus, quum primum exercitum constitueret, vehiculorum usum omnibus interdixit; equitibus non amplius, quam singulos [20] calones habere permisit, peditibus autem denis singulos, qui molas & funes [21] ferrent. [a] In aestiva exeuntibus triginta dierum farinam collo [22] portare imperavit.

VII. C. Marius [23] recidendorum impedimento-

[a] Vulgo FERRENT IN AESTIVA &c.

20 *Calones*] Voss. 3. Reg. 2. Hill. *Laeones*. abest, ut Philippo servisse Graecorum generosissimos credamus rudibus lixariis. Neque eorum *helotes* intelligi possunt, quia nominari debuerunt. TERR. *Lacones* in meis etiam omnibus, Saresber. l. VI. c. 11. & Ed. Romana: nisi quod in Medic. pr. sit *lances*. in Leidensi sec. *Latones*. in Marg Saresberiens. *latores*. *Calones* autem sunt, armorum, & necessariarum militi rerum *latores*; quomodo passim ii describuntur Vide, quos la davi ad l. II. 1. 6. Eorum lixarumque frequens apud nostrum est mentio. In Leid. tert. ex interpolatione *obsequentes*, quales etiam *galearii* & *caculae* dicti. OUD.

21 *Ferrent. In aestiva exeuntibus* &c.] Ita dispunxi hunc locum ex J. Saresbet. l. VI. c. 11. cum vulgo inepte praecedentibus jungerentur: unde non adparebat, quibus illud imperaverit. Monuit hoc etiam Doct. P. Wesseling. l. II. Observ. c 8. & libri sui margini olim jam adscripserunt Lipsius. & Scriver. Palatin. turbate *singulosque molas & funes ferre*. De *molis* in exercitu vide Lipsium de Milit. l. V. Dial. II. OUD.

22 *Portare*] *Portari* Palatin. Vossens. uterque Leidens. Hilensb. cum Ed. Paris. & Saresberiensi. Cum ceteris activum retinere malim. Frequentissime est locutio *impero tibi facere*. Sic h. cap. §. 24 OUD.

23 *Recidendorum*] Optimum verbum pro minuere, removere. Vellejus l. II c. 89 *Ne in operis quidem justi materia, nedum hujus tam recisi diuae, exputari potest.* Seneca praefat. l. III Nat. *Occupationes recidantur*. Cicero II. Verr. c. 62. *Da mihi hoc, jam tibi maximam partem defensionis praecideris*. II. de oratore c. 82. *Incidatur omnis deliberatio; si intelligitur non posse fieri, aut si nec sitas affertur*. De senectute c. 16. *Brevi praecidam; agro bene culto, nihil potest esse, nec usu uberius, nec specie ornatius*. Sic Graeci κόπτειν uruntur. Xenophon fol. 22. de Cyro majore. Ἐπὶ δὲ τὸ πολὺ πρῆγμα τοῦτο τὸ ἐλόντας πυθέσθαι, ἄλλη σύντομος ὁδὸς ἐστι. Simpla ac Latini Seneca in Medea vs. 530. *Suspecta nimis, longa colonia amputa*. Justinus XXIV. 7. *Amputari moras jubent*. Lactantius IV. c. 24. *Qui dat praecepta vivendi, amputare debet omnium excusationum vias*. Plinius l. I. epist. 20 *Non enim amputata, oratio & abscissa, sed plana & magnifica & excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat.*

torum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa & [24] cibaria [25] militum in fascículos aptata [26] furcis inposuit, sub quibus & habile ónus & facilis requies esset: unde & in [a] [27] proverbium tractum est, [28] Muli Mariani.

VIII.

a Edd. Keuch. & Tenn. carent τῷ IN.

& miscet. Sic *circumcidere* & Seneca ad Helviam c. 12. *Circumcisae sunt peregrinantium sarcinae.* Phaedrus. *Qui circumcidis omnem impensam funeris.* TENN. V. & Keuchen.

24 *Cibaria*] Sallustius Jug. c. 45 *Miles cibum & arma portaret.* Egregie Cicero II. Tusc. quaestion. c. 16. *Deinde qui labor, quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre, si quid ad usum velint, ferre vallum. Nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma etiam membra milites esse ducunt. Quae quidem ita geruntur apte, ut, si usus foret, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris pugnare possint.* Silius l. XII. *Et pro membris arma fuere.* Tacitus Germ. c. 30. *Omne robur in pedite, quem super arma ferramentis quoque & copiis coönerant.* Marcellinus l. XVII. *Tutum ex annona decem & septem dierum, quam in expeditionem pergens vehebat cervicibus miles.* Hinc Virgilius III. Georg.

--Patriis acer Romanus in armis
Injusto sub fasce viam cum carpit.

Iisdem artibus Cyrus pacavit orbem teste Xenophonte l. II. fol. 37. ἐμοῦ δὲ γε, ἔφη, ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἀναγκάζεσθαι, ὅτε γε καὶ ἐμοὶ δοκεῖ τὰ τῶν ἄλλων φορήματα σώμασι μᾶλλον ἁρμόττειν, ἢ φορτίοις. His disciplinis si formaretur miles, felicius ageretur cum colonis; qui nunc ubique ab horridis centurionibus misere exercentur. TENN.

25 *Militum in fasciculos*] Pal. lat. *Militibus fasciculis aptatis. militis* Saresber. & MSS. tres. *Militi* Cantabrigienses, quod placet. *fasciculis* Hillensb. dein *praeposuit* male apud Saresber. De tota autem hac re, & proverbio consule Lipsium citato mox loco. OUD.

26 *Furcis*] Festus. *AErumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum usum quia C. Marius rettulit, muli Mariani postea appellabantur.* Ergo Furcae appellatae sunt aerumnulae. Glossae. Αἰρομνίδιον, *aerumina.* TENN. & KEUCH.

27 *Proverbium tractum est*] Sic Keuchenius, & Tennulius ediderunt, consultone, an operarum culpa, nescio. Nam in omnibus praecedentibus scribitur *in proverbium tractum est.* Recte quidem, ut *in proverbium venire, in dubium, in diversum trahere*, & similia passim. Verum MSS. non constant. Leidens. pr. Vossian. Hillensb. Gud. *unde et proverb.* Palatin. & Gruter. *unde & inde* vel *unde inde &.* Scriverius olim maluit *Inde & prov.* Saresber. *inde & proverb. natum est.* Si quid mutandum, praeferrem. *Unde & prov. tritum est*: qua locutione utitur saepissime Cicero. OUD.

28 *Muli*] Voss. 3. Reg. 3. Hill. *Multi.* TENN. Ridicule. Nihilominus ita quoque mei quatuor. Saresber. *Multi milites.* Medic. pr. *Multi Marii.*

VIII. [29] Theagenes Athenienſis, quum exercitum Megaram duceret, petentibus ordines reſpondit, ibi ſe daturum: [30] deinde clam equites praemiſit, eosque hoſtium ſpecie [31] impetum in ſocios retorquere juſſit: quo facto, [32] quum [a], quos habebat, tamquam ad hoſtium [33] incurſum

[a] Vulgo QUOS TUM.

29 *Theagenes*] Unus Reg. *Theogines*. Polyaeno l. v. Θεόγνις. Idemque Strategema narratur. TENN. Palatin. Leid. ſec. & Edd. Rom. Bonon. ac Wechel. *Theogenes*. Incertum duco, utrum Frontinus e Polyaeno c. 28. an Polyaenus e Frontino ſit emendandus; nam & Megarae & Athenis varii fuere *Theognidis*, & *Theagenis* nomine. V. Thucid. l. 1. p. 81. Pauſan. in Att. p. 96. Plutarch. T. II. p. 811. Suidam & alios. Erat & Thebanus *Theagenes* Plutarch. p. 671. Polyaen. l. VIII. 40. Polyaenus autem non *Athenienſem* hunc dicit, ſed Ἀθηναῖον στρατηγόν. OUD.

30 *Deinde.*] Edd. Wech. Stew. Scriv. prima, & MSS. nonnulli *dein.*

31 *Impetum in ſocios retorquere.*] Aliter Polyaenus; nempe παραγγείλας ἐπιφανῆναι ὡς πολεμίους κατ' ἄλλους χωρίου, ἀφ' ὧν μάλιστα ἤμελλον ἐφθήσεσθαι. Ἐπιφανέντων δὲ Θεάγους. &c. Sic interpungendus ille locus. vulgo ἐφθήσεσθαι ἐπιφανέντων δὲ &c. Plurima in eo Polyaeni capite ſunt operariorum φάλματα. ſed nos pergamus. Pro *impetum* Leid. pr. Cantabr. bibl. pub. Gudian. Hillensb. Voſſian. *Imperatum*. Leid. ſec. *Imperata*; Cantabr. tert. *Impetatae*; Palat. *ſperatum*. Unde, quid exſculpi debeat, vide in ſeq. nota. *ſuos* pro *ſocios* Ed. Wechel. OUDEND.

32 *Quos tum habebat.*] Locus dubio procul non integer, quem vide, ſi de conjectura recte emendarim *quos ſecum habebat*. STEW. In ſolo Hillensb. adeſt *quos*. Ceteri omnes illo pronomine carent, & pro *tum* praebent cuncti *cum* ſive *quum*; quae conjunctio ſalva conſtructione adeſſe debet, Leidenſi ſecundo excepto, in quo *tamen*. Saltem, ſi ſenſus conſtabit, legendum, ut interim reſcripſi *quo facto*, *quum*, *quos habebat*, &c. ut exhibet Hillensb. Verum *ajebat* in Medic. pr. pro *habebat*: immo Petrenſis, & Edd. Romana, ac Bonon. hoc quoque verbum expungunt, optime. Non tamen de nihilo eſt, ſuperius *imperatum* in MSS. & hic *habebat*. Nam inde omnino putem, reſcribendum eſſe totum hunc locum hoc modo: *eosque hoſtium ſpecie inſperata in ſocios retorquere juſſit habenas; quo facto, quum tamquam* &c. Simulac *inſperata* corruptum eſt, in *impetum*, neceſſario ex *habenas* aliud quid fingendum fuit. *Inſperata ſpecies* eſſet inexſpectata, inopinata. Vide ad l. III. c. 9. §. 7. vel etiam lege *inparatos*. aut potius, quod nunc unice praefero, *eisque h. ſ. imperat, in ſ. ret. habenas*: q. *Retorquere habenas* eſt, ut *retorquere currum* apud Lucan. l. VII. 3. Ovid. l. I. Art. Am. 329. & ſimilia alibi. Quidquid ſit, *quos habebat* e Gloſſa irrepſerunt in textum, & nequaquam Frontini ſunt: quare parum abfuit, quin ea delevisſem. QUDEND.

33 *Occurſum*] Supra l. I. c. 4. §. 10. *prohibitus hoſtium occurſu.*

ſum [a] praepararentur, permiſit ita [34] ordinari [b] aciem, ut, quo quis voluiſſet, loco conſiſteret; & quum inertiſſimus quisque retro ſe dediſſet, ſtrenui autem in fronte proſiluiſſent, ut quemque invenerat ſtantem, ita ad ordines militiae provexit.

IX. Lyſander Lacedaemonius egreſſum via quemdam caſtigabat; cui dicenti, [36] ad nullius rei rapinam ſe ab agmine receſſiſſe, reſpondit, ne ſpeciem quidem rapturi praebeas, volo.

X. Antigonus, quum filium ſuum [37] devertiſſe [c] audiſſet in ejus domum, cui tres filiae [38] inſignes ſpecie eſſent; Audio, inquit, fili, [39] angu-

a Vulgo occursum. b Vulgo ORDINARE. c Vulgo DIVERTISSE.

ſed Palatin. *ab h. incurſu. Incurſu* etiam Leid. ſec. *Incurſum* Vaticanus: procul dubio vere. *In urſi.* de impetu equeſtri ubique occurrit; ſexcenties apud ſolum Livium. Hinc emenda Hirtium l. VIII. B. G. c. 18. *In proximas turmas impetum facit. Noſtri conſtanter imp tum ſuſtinent adverſariorum.* at MS Lovanienſis, aliique cum Ed. principe optime *incid. ſum ſuſtinent*, ut l. 1. B. Civ. c. 71. *Quod vix aquitum incurſus ſuſtineren.* Oud.

34 *Ordinare*] MSS. ni fallor, omnes & Edd Stewechiana antiquiores *ordinari*, ut repoſui; adeoque tota haec periodus ita concipi debet, mea ſaltem opinione, *quites praemiſit, eisque hoſtium ſpecie imperat, in ſocios retorqueare habenas; quo facto, quum tumquam ad hoſtium incurſum praeparar ntur, permiſit ita ordinari aciem.* Sic etiam MSS. & Veteres Edd. non obſcure videntur poſtulare. Oud.

35 *Et cum inerti ſimus.*] *Et* deeſt in MSS. ſex, & Ed. Par. Petrenſis *Cum ergo inertiſſ.* Probe. Copula certe non opus hic eſt. *Segniſſimus* Leid. ſec. *inepti ſſimus* Palat. *Quisquis* Gudian. Dein *ad ordinem militem* Medic. ſec. *Milites* Medic. pr. Cantabr. vett. & Ed. Rom.

36 *Ad nullius rei rapinam*] *Nullius rei rapina* Medicei. Dein *agmine* Palat. *ex agmine* Petrenſ. Vulgatis conſonat Saresberienſis l. VI. c. 11. uti & in ſeqq. ubi Palatinus argute exhibet *ne ſpem q. rapici pr. v.* Oud.

37 *Divertiſſe.*] Scribe mecum *devertiſſ.* e Leid. pr. & Hillensb. ut paſſim MSS. meliores, *devertere & deverſorium.* V. ad l. 1 §. 3. *filium ſuum* e MSS. etiam repoſui pro *ſuum f.* Forſan *ſuum* rectius delereturr, ut plerumque in talibus ſolet abeſſe, & facile per ſe ſubintelligi. Non raro tamen additur. Vide ſeq. Ex Opdend.

38 *Inſignes*] Hillensb. pro var. lect. *inſigni.* Petrenſ. *erant.*

39 *Anguſte*] Sic omnino l. apage *et Anguſte.* Seneca contr.

guſte [40] habitare te, pluribus dominis domum poſſidentibus; hoſpitium [41] laxius accipe: juſſoque commigrare edixit, ne quis, [42] minor quinquaginta annos natus, hoſpitio matris familias uteretur.

XI. [43] Q. Metellus Cos. quamvis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen, eum [44] in ordine merere.

XII. [45] P. Rutilius Cos. quum ſecundum leges

38. *Recepiſſem te, niſi anguſte ſederem*, dicit Cicero, quia nimis multi novi ſenatores a Caeſare electi curiam & orcheſtram replebant. TENN.

40 *Habitare*] Significat & moram, ut diverti eſt tranſeuntis. Cato ad libidinoſum.

Hic te diverti, non habitare volebam.

TENN. V. Cl. Burm. ad Petron. Init. *In culina habitant*, uti & ad c. 7. *Illic debes habitare.* Arcer. *habere*, bene inprobante Keuchenio. OUD.

41 *Laxius*] Medicei, & Edd. Italicae *latius*. Ut apud Minuc. Felic. c. 32. *Et cum homo latius maneam, intra unam aediculam vim tantae majeſtatis includam.* ubi itidem alii edunt *laxius*. Heumannus etiam in Art. Crit. voluit *laxius habeam*. ſed Cyprianus adductus recte a Daviſio, itidem *cum homo latius maneat*. Deſcribere enim ille ſolet Minucium. *laxius* tamen & hic non mutem. cum ſciam, *laxe habitare* apud alios, & Ciceronem ipſum reperiri. Tum in iisdem, ut & Vaticano, ac Palatino, & Edit. Pariſ. *accipere*, quaſi id quoque ad *juſſo* pertineret. Non placet. Paullo aliter haec apud Plutarch. in Apophtheg. p. 184. *Dixit* mox Edd. pp. OUD.

42 *Minor* L. *annos natus*] Petrenſ. *minus*. *Annis* Medicei, Leid. ſec. & Edd. Italicae. *natu* Leid. ſec. Recte omnia. Quare nil temere muto. V. Lexica, & notas ad Nepot. Hannib. c. 3. *Minor quinque & viginti annis natus*, ubi alii *annos* & *natu*. OUD. In MSS. lectionem *minor quinquaginta annis natu* magis nunc inclino ob Ciceronis loca per Cel. Dukerum prolata ad Livium L. XLV. C. 32. *majoribus, quam quindecim annos natis.* IDEM *Cur. poſt.*

43 *Q. Metellus*.] Sine praenomine Leid. ſec. Dein *perpetuo* Petrenſ. *tamen* a Mediceis abeſt.

44 *In ordine merere.*] *In ordinem* Voſſ. Gudian. Cantabr. tert. & Ed. Pariſ. *in orientem* Petrenſ. Dein ſoli Leid. pr. & Cantabr. bibl. publ. *in ordine merere*. Ceteri omnes cum priscis Editionibus *habere* vel *haerere*; Petrenſ. *redigere*. *In ordine merere* eſt gregarium, & juſtum eſſe militem. Idemque quod ſtatim *in legione militem*. *Merere* militaris uſus vocem eſſe vel tirones ſciunt. v. ad. c. 2. 9. OUDEND.

45 *P. Rutilius*] Vir doctus conjicit *Rupilius*. Male. Intelligitur enim P. Rutilius Rufus, qui

ges in contubernio ſuo filium habere poſſet, in legione militem fecit.

XIII. [46] M. Scaurus [a] filium, [47] quod in ſaltu Tridentino [48] loco hoſtibus ceſſerat, [49] in conſpectum ſuum venire vetuit. Adoleſcens verecundia ignominiae preſſus, mortem ſibi conſcivit.

XIV. [50] Caſtra antiquitus Romani, [51] ceteraeque gentes paſſim per corpora cohortium velut mapalia conſtituere ſolīti erant, quum ſolos urbium muros noſſet antiquitas. Pyrrhus, Epirotarum rex, [52] primus totum exercitum ſub eodem val-

a Vulgo T. &c.

Conſul fuit cum Cn. Manlio Maximo A. V. C. DCXLVIII. De cuius diſciplina militari multa ſi quuntur ſcriptores Latini. Conſule Pighium Annal. T. III. *habere poſſet* pro *poſſ. hab.* repoſui e MSS. OUD.

46 *T. Scaurus*] 3. Reg. Voſſ. 3. Hill. *M. Scaurus*. TENN. Scribe *M. Scaurus*, ut hoc eodem libro capite tertio de continentia. De hac ſeveritate in filium Val. Max. l. v. c. 8. §. 4. Auctor de viris Illuſtribus c. 72. Ejus nomen *M. Æmilius Scaurus*. SCRIV. *Cur. poſt.* Sine haeſitatione recepi *M.* quod ex meis agnoſcunt MSS. ſeptem cum Ed. Pariſ. OUD.

47 *Quod*] *Qui* Leid. pr. & Edd. Italicae. *quem* Medic. ſec.

48 *Loco ceſſerat.*] Petrenſ. *locum*. Certe *cedere* cum accuſativo ſaepe invenias: ſed formula militaris potius videtur fuiſſe *loco cedere*, §. 26. *Quod loco fugitivis ceſſerat*. §. 34. 35. *Qui loco ceſſerant*. Confer Cl. Waſſe. & Cortium ad Salluſt B. Catil. c. 9. *Signa relinquere, aut pulſi loco cedere*, & ſexcenties apud Livium, Caeſarem, omnes. OUD.

49 *In conſpectum ſuum venire*] Uterque Mediceus *in conſpectu ſuo*. Vide ad l. 1. 10. 1. *In conſpectum produxit*. Statim Palatin. *verecundiae ignominia*. OUDEND.

50 *Caſtra.*] Haec male in Edd. Tenn. & Keuchenii praecedentibus annectebantur, quibus ſimile nil continent. Quare disjunxi, adeoque auxi hic exemplorum numerum, quem rurſus minui §. 21. contractis in unum duobus. Ceterum hinc usque ad Ex. 30. deficiunt Edd. Rom. & Bonon. OUD.

51 *Ceteraeque gentes*] *Ceteraque gens* Medic. pr. dein ineptiſſime *velut in Apulia* MSS. tres. *noſceret* Leid. ſec.

52 *Primus t. e. ſub eodem vallo*] Falſiſſimum hoc eſſe, & jam diu ante apud Romanos Graecosque exercitum intra idem vallum fuiſſe contentum, recte contra noſtrum auctorem diſputat Lipſius l. v. de Milit. Rom. c. 1. Verum quod dubitat, immo negat, Pyrrhum primum curioſius meliusque caſtra digeſſiſſe, in eo me non adſentientem habet, quippe qui Plutarchi teſtimonium, quod adducit, minoris fidei du-

cam,

vallo [53] continere inſtituit. Romani deinde, victo ei in campis [54] Aruſinis circa urbem [55] Beneventum, caſtris ejus potiti, & ordinatione notata, paullatim ad hanc usque metationem, quae [56] nunc effecta eſt, pervenerunt.

XV. [57] P. Naſica in hibernis, quamvis claſſis uſus

cam, quam ſummi ducis Hannibalis apud Livium lib XXXV. c. 14. Qui ab Scipione Africano rogatus, quem ſecundum Imperatorem poneret, *Pyrrhum*, dixit, *caſtra metari primum docuiſſe. ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe, praeſidia diſpoſuiſſe &c.* OUD.

53 *Continere*] Petrenſ. *continet*, ut alibi ſupra. *conſtituit* Medic ſec.

54 *Aruſinis*] *Auruſinis* legit Ortelius. *Arafinis* Salmaſ. & ita Le d. pr. & Arcer. teſte Keuchenio. *Taurafinis* Cluverius. ſed nil mutandum docet Cellarius. Adi notata ad notum Flori locum l. 1. c. 18. *Sub Aruſinis, ut vocant, campis. Paruſinis* Medic. ſec. OUD.

55 *Statuentum*] Ita plerique: quidam, *fatuentum*. ſed puto, utrosque falli; reponendumque *circa urbem Beneventum*. vide Plutarchum in Pyrrho. MOD. *Beneventum*. Ita lego, non, ut vulgo, *Statuentum*, aut *Fatuentum*. SCRIV. *Beneventum*. Sic lege. Male in Voſſ. 3. Hill. 3. Reg. *Statuentum*. Florus *Aruſinos campos* ponit in Lucania l. 1. c. 18. *Lucania ſuprema pugna, ſub Aruſinis, quos vocant, campis*. Sed Beneventum non eſt in Lucania, ut Salmaſius ad hunc locum. Verum a Ptolemaeo inter Samnitum urbes ponitur: Stephano dicitur χωρίον Δαυνίων in Italia. Diomedes autem in Apulia conſedit. Ager vero Lucanus Apuliae conterminus fuit juxta amnem Bradanum; ut vix referri lis poſſit de tam exigua diſtantia. TENN. In meis MSS. *Statuentum*: & *Statucntem*. unde vix adduci poſſum, ut credam, a Frontino eſſe *Beneventum*, licet ita quoque ex Plutarcho Bongarſius voluerit ad Juſtin. l. XXIII. 3. Acciederem tum magis conjecturae Scaligeri, qui volebat *Maluentum*, antiquo, & tunc adhuc durante ejus urbis nomine. Μαλεβέντον Graecis dicitur. *Beneventum* certe in Samnio, ut eſt, bene ponit Plutarchus pag. 399. ſed & *Aruſinos campos* in Samnio locat Cluverius. Mediceus prim. *Surrentum* exhibet, quae Campaniae eſt urbs. *Fatuentum* Ed. Wech. Placet, ut dixi, omnium maxime *Maluentum*, non *Maleventum*, quod voluit Cluver. pag. 1201. Ital. Ant. Fines autem horum populorum, teſte Strabone a Freinshemio ad Florum adducto, ſunt confuſiſſimi. Quae autem ſcribit hic Keuchenius, ad verbum ex Salmaſio ibidem deſumta ſunt. OUDEND.

56 *Nunc effecta eſt*] *Numero effecta e.* Medic. ſec. *nunc non effeta eſt* Mediceus pr. *nunc efficitur* Petrenſ. ſupra *apud urbem* Medic. pr.

57 *P. Naſica*] Deeſt praenomen in Leid. ſec. pro *tamen* Medic. pr. *inde*. Palat. *vel per o*, Leid. ſec. perperam *milites corrumperentur*. Idem melius *Inferrent*, cum Voſſiano, & Gudiano. A ſingulari ad plurale ita ſaepe tranſitur. Vide ad l. 11. 3. 1. Tandem *aedificari* Vatican. ut

ipsus non esset necessarius, ne tamen desidia mi-
les corrumperetur, aut per otii licentiam so-
ciis injuriam inferret, naves aedificare insti-
tuit.

XVI. [58] M. Cato memoriae tradidit, in furto comprehensis inter commilitones [59] dextras esse praecisas; [60] aut, si levius[a] animadvertere vo-
luis-

a Vulgo LENTIUS.

modo *contineri instituit*. Sed a-
di l. 11. 1 18. Cum volgatis
consonat J. Saresberiensf. l. VI.
c. 11. Oud.

58 *M. Cato*] Leid. sec. rur-
sus sine *M*. Deest *memoriae* in
Palatino, & J. Saresber. l. VI.
c. 12. Idem Saresb. *deprehensis*.
Palat. *comprehensi*. *Concisas* dein
perperam Medic. pr.

59 *Dextras*] Hanc poenam ex-
ercuit & Q. Fabius Max. Front.
n. 42. hujus c. Valer. Max. II.
7. 11. *Omnium enim, qui ex prae-
sidiis Romanis ad hostes transfuge-
sant, captique erant, manus ab-
scidit*. Marcellinus l. 29. *Sagit-
tariorum vero primoribus manus
incidit* Livius XXXV. *Cum trans-
fugis novis mulcati virgis, man-
busque praecisis Capuam redigun-
tur*. KEUCH & TENN.

60 *Aut si* &c.] Magnum de
hoc exemplo certamen, & in quo
perpurgando duos scio amicos
meos operam posuisse. in libris
vulgatis ita editur, M. Cato *me-
moriae tradidit in furto compre-
hensis, inter commilitones dextras
esse praecisas, aut si lentius ani-
madvertere voluissent in Principes,
sanguinem missum*. Fuit, qui
abjectis primum verbis illis. *inter
commilitones*, reliqua sic legeret,
& interstingueret: *aut si lentius
animadvertere voluissent, in prin-
cipiis sanguinem missum*: quod
praeter alias notiones, *principia*
locum in castris denotent, ubi
& aperta vena hanc animadver-
sionem in milites exercuerint.
eam opinionem alter quoque ap-
probavit. Attamen alia mihi sua
sententia, & quod liberum sem-
per fuit, ab amicis hic dissentio.
Nam ab eo, quod editiones vul-
gatae expressum habent, nihil
abjicio: & quod amplius est, ni-
hil immuto; nisi forte legi mavis,
*at si lenius animadvertere vo-
luissent in principes*. Sic enim
exemplum totum accipio, ut
principes seu principales milites,
qui privilegiis muniuntur, oppo-
nantur gregariis, contubernalibus,
quos hic a Catone Commilitones
appellatos reor. Praeterea acer-
bior poena, ac subita magis,
praecisio dextrae; lentior, vel
(si aliam lectionem hactenus
amplecteris) lenior animadversio,
quae sanguinis missione infertur.
de qua poena nos ad Vegetium,
& multis vir clarissimus Antonius
Muretus in suis Variis. STRAW. *aut
an silentius* Palat. *aut si licentius*
Voss. pro Var. l. *ut sic l.* Gu-
dian. *aut ut solertius* Medic. sec.
aut ut simile ejus Hillensb. &
Paris. Ed. *ut si l.* Leid. pr. &
Cantabr. Bibl. pub. *Aut si beni-
gnius* Saresber. Unde patet,
recte *lenius* emendatum esse a
Lipsio l. v. Mil. Rom. d. 18.
Cupero l. IV. Obs. c. 19. & P.
Wesselingo l. II. c. 8. Verum
tamen certius quid exhibet ipse
liber scriptus, nam in Leid. sec.
est *levius*. *Gravi* sive atroci
poenae opponitur *levis*: unde
passim *poena levis* occurrit. Hinc
levior nota Livio l. XXIV. 16. &

Va-

luiſſent, [61] in principiis [a] [62] ſanguinem miſſum.

XVII. [63] Clearchus, dux Lacedaemoniorum, exer-

a Vulgo PRINCIPES.

Valerio Maximo l. VII. c. 3. §. 8. ſed hoc pluribus teſtimoniis non eget. Ducunt nos eo quoque illa e MSS. *ſimile ejus*. Ceterum pro *aut* malim quoque *at*. Oud.

61 *In Principes*] Nemo dicitur mittere ſanguinem in aliquem, Stewechii conjectura, *animadvertere voluiſſent in principes*, non placet. Neque enim probat *Principes* eſſe milites principales, qui privilegiis muniuntur. MSS. *In Principis*. L. *In principiis*. Principia locus in caſtris ante Imperatoris tentoria ſpatioſus, in quo tribuni jus dicebant, Imperator e tribunali concionabatur ad exercitum, denique ſupplicia exigebantur. ut hic n. 26. & 27 & 28. apparet. Livius XXXVIII. *Jura reddere in principiis*. Sueton. Oth. c. 1. *Capite punire, & quidem ante principia ſe coram*. L. officium ff de re militari. L. prima Cod. de Veteranis. In illis teſtamenta ſcripta. Florus l. III. c. 10. *Itaque tantus terror novae gentis in caſtris, ut teſtamenta paſſim in principiis ſcriberentur*. Nepos in Eumene. *In principiis nomine Alexandri ſtatuit taberna ulum*. Florus IV. 2. *Et mane cum pullo (nefas!) apud principia conſpectus*. Quia in iis Tribuni, decurionum & centurionum honeſtiſſimi verſabantur, ponuntur pro conſilio militari. Juſtinus l. XI. c. 6. *Si principia caſtrorum cerneres, ſenatum te alicujus priſcae Reipubl. videre diceres*. Hinc *mitti principia* auctori l. II. c. 5. cum praeſidere deſinunt tribuni ſub occaſum ſolis, & milites ad contubernia diſcedunt. Significant & aciei locum, quem *Principes* occupabant. Vegetius l. I. c. 20. *Inter principia legionum recipi ſolebant*. Terentius Eun. IV. 7. 11. *Hic ero poſt principia; inde omnibus ſignum dabo*. Livius II, c. 65. *A tergo clivi erant, in quos poſt principia integris ordinibus turus receptus fuit*. TENN. Non dubium eſt, quin cum laudatis ſupra viris doctis, & Gronovio, qui ita ad marginem editionis ſuae emendavit legendum ſit *in principiis*, ut clare exhibet cum Saresberienſi Palatinus. *principis* mei quatuor. *principio* Medic. ſec. Poenas autem in principiis fuiſſe exactas, nec tantum ignominiae notam ibi inuſtam, cum Lipſio contra Cuperum recte ſtatuit, & probat Cel. Perizon. Diſſ. I. de Praetorio c. 23 *Voluiſſet* hic Medic ſec. OUD. Adde Gruterum in Miſcell. Nov. Lipſ. Vol. III. P. 3. pag. 506. IDEM *Cur. poſt.*

62 *Sanguinem miſſum*] Fuſius Gellius 10. cap. 8. TENN. Recte Lipſius cenſet, hoc fuiſſe notam meritae mortis, ſed clementer condonatae, ac in poenam leviorem mutatae. OUD.

63 *Clearchus*] Male 3. Reg. *Clearcus*. Vide Valer Max. l. 2. c. 7 n 2. extremo. TENN. Sine aſpiratione MSS. plerique & Saresber. *Elearcus* margo ibid. & Vatic. *Clearchi* mentionem habuimus quoque l. III. 5. 1. ubi vide. Porro *ab exercitu* Petrenſ. *exercitum metuere* Vatican *exercitui Imp. timendum eſſe* Saresber. Utrumque Valerius *exercitus ſui auribus inculcando, a militibus imperatorem potius, quam hoſtem metui debere*. Pro *timuiſſent* Leid. ſec. *vitaviſſent*. Mox *remanere* Palat. & ante *in eos* Voſſian. OUD.

64 *Clean-*

exercitui dicebat, Imperatorem potius, quam hoſtem metui debere: ſignificans, eos, qui in proelio dubiam mortem timuiſſent, certum, ſi deſeruiſſent, manere ſupplicium.

XVIII. Appii [64] Claudii ſententiâ Senatus eos, qui a Pyrrho, rege Epirotarum, capti, & poſtea remiſſi erant, equites ad peditem redegit, [65] pedites ad levem armaturam, omnibus [66] extra vallum juſſis [67] tendere, donec [67*] bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent.

XIX.

64 *Claudii*] Perperam in Keuch. & Tenn. Edd. *Claudi* ſcribitur. Mox *eos* deeſt in Palat. & Voſſ. Apud Saresberienſem male ita haec concipiuntur *ſententia ſenatusque conſultum omnes* &c. *ad pedites* MSS. tres. Oud.

65 *Pedites ad*] Τῷ *Pedites* carent 4. Reg. 2. Hill. Voſſ Val. Max. II. 7. n. 15. eandem poenam refert. Tenn. Abeſt quoque inepte a ſeptem meis, & J. Saresberienſi, & Ed. Pariſ. *ac lev. arm.* Medicei. Sed bene Vatican. duo Cantabrig. & Leid. ſec. agnoſcunt. Oud.

66 *Extra vallum*] Samuel Petitus, inductus auctoris noſtri opinione, quod Romani a Pyrrho victo demum didicerint, *caſtra ſub eodem vallo continere*, hic vocem *vallum* minime quadrare putat, & pro eo reponit *paullum*; ſive paullum extra caſtra, ſeu cohortium illa corpora velut mapalia. Adi illum l. 1. Obſerv. c. 11. Acutum ſane commentum. ſed falſum omnino, quod vel evincunt ſequentia. In eo autem hujus poenae ratio fuit, *ut inmuniti adſueſcerent periculis, & adverſus hoſtem audentiores eſſent*, uti bene ſeq. exemplo ſubdit noſter. Praeterea magnus eorum erat numerus, unde patet, aeque tutos illos fuiſſe, ſive intra, ſive paullum extra illa mapalia fixa tenderent. At contra, ne tam tuti eſſent, bene proviſerat ſenatus, decreveratque non ſolum, ne intra caſtra tenderent, ſed etiam *ne locum extra aſſignatum vallo aut foſſa cingerent*: quod diſerte addit Valerius Maximus. Unde liquido adparet, auctorem ſuae ſententiae oblitum hic rurſus agnoviſſe, *vallum* ante victum Pyrrhum apud Romanos in uſu fuiſſe. Quod facile accidere Frontino potuit, qui undique modo deſcripſit exempla: ut ab auctoribus, quos tum legebat, memoriae prodita reperit. Oud.

67 *Tendere*] Eſt figere *tentorium*, quod a *tendere* venit. Lucanus l. VII. v. 328.

——— *Valla tendetis in illo,*
Unde acies peritura venit.

II. AEneid. 29.

Hic Dolopum manus, hic ſaevus tendebat Achilles.

VIII. AEn. 602.

——— *Et latis tendebat in arvis.*

Ovidius epiſt. Penelopes.

M

XIX. [68] Otacilius Craſſus Cos. eos, qui ab Han-

Illic Æacides, illic tendebat Ulyſſes.

Silius l. XII. in fine.

Atque ubi atrox Garamas, ſaevusque tetenderit Hanno.

Hyginus de caſtrametatione. *Si legiones impares, hoc eſt tres acceptae fuerint, duae primae lateribus Praetorii per rigorem viae ſagularis tendere debebunt.* Suetonius de Germanorum cohorte, in Galba c. 12. *Juxta C. Dolabellae hortos tendebat.* TENN. Adde §. 19. ubi male in Palat. *cedere*; & §. 21. Livium l. XXXI. 34. Curt. l. VII. 2. §. 37. Vorſt. ad cit. Valer. locum: *neve quis eorum intra vallum tenderet* & paſſim. Adi Lipſ. l. v. M. R. D. 8. Sichtermann. de poenis milit. c. 14. OUD.

67* *Bina hoſtium ſpolia*] Sic ait quoque Valer. Max. de iisdem captivis remiſſis L. II. c. 7. §. 15. *ſi quis bina ſpolia ex hoſtibus retuliſſet.* Hinc clariſſime patet, emendandum eſſe Eutropium L. II. c. 13. de iisdem; *quam ſi bina notorum hoſtium occiſorum ſpolia retuliſſent.* Mercerus e MS. Leid. *ſi binorum hoſt.* vulgo *ſibi notorum*, e Graeco τῶν δηωσαμένων ἀνδρῶν πολεμίων λάφυρα κομίσωνται. Sed illic littera β facile excidiſſe potuit. Quantum vero illic Glareanus & Hearnius errent, ex Valerio Frontinoque, nec non Zonara L. VIII. c. 4. liquet. OUD. *Cur. poſt.*

68 *Otacilius Craſſus Co.*] *Stasilius, Catilius, M. Attilius. A. Craſſus* MSS. nonnulli. Doctiſſimus Vir P. Weſſelingius l. II. Obſerv. c. 8. hanc hiſtoriam refert ad tempus belli Punici ſecundi, militesque ſub jugum miſſos ad cladem Cannenſem: adeoque, quum eo tempore Otacilius non fuerit Conſul, ſed Praetor, & pro praetore cum claſſis imperio, uti bene illic obſervat, & nos monuimus ad l. III. c. 16. putat, in honoris nomine hic errorem eſſe vel auctoris, vel librarii. Verum ego in alia ſum ſententia. ſuſpicorque, hanc rem accidiſſe anno IV. B. Punici primi, quo Otacilius alter in Sicilia ſummum imperium in conſulatu adminiſtravit, resque omnino proſperas contra alium Hannibalem, Giſconis filium, & Hannonem geſſit. De hoc Otacilio mentionem etiam facit noſter loco ſupra citato. Nec opinioni meae refragatur, quod tunc temporis Romanorum res proſpere fluerent, ut teſtes ſunt Polybius l. I. c. 19. & ſeqq. (ubi vide Caſaubonum) Zonaras, aliique. Facile enim quodam caſu, licet in ſumma belli inferior fuerit Hannibal iſte, neque eo anno in terra, ſed mari rem geſſerit, antea quidam Romani milites turpiſſime ſeſe ei dedere potuerunt, & ſub jugum miſſi in captivitate apud Carthaginienſes manſiſſe; donec hoc anno, rebus tam bene ſuccedentibus, in libertatem reſtituti ad Otacilii exercituum redierint. Neque ſemper Hannibalem iſtum male rem geſſiſſe, patet vel ex noſtro l. III. c. 10. ubi Himeram cepit, & Segeſtanos vicit. Praeterea de militibus Cannenſi proelio captis ſumi non poteſt: quippe tam notabilis actionis, qualis eſt illa *Romanos ſub jugum mittendi*, nusquam meminit Livius, qui etiam minimi momenti res de Cannenſi exercitu, ejusque reliquiis tam accurate enarrat. Adhaec Otacilius, cui claſſis cura eo tempore mandata erat, imperium habere non potuit in exercitum terreſtrem, qui, ut plurimum tunc conſtabat ex militibus, qui

Hannibale ſub jugum miſſi redierant; tendere extra vallum juſſit, ut immuniti adſueſcerent periculis, & adverſus hoſtem [69] audentiores fierent.

XX. P. Cornelio Naſica, D. Junio Coss. [70] qui exer-

ani ad Cannas fugerant, vel deinceps remp. deſerere voluerant, adeoque in Siciliam relegati erant. Hic videtur agi de paucioribus hominibus extra vallum tendere juſſis. Fateor. neminem alium ex ſcriptoribus aliquid de hoc Otacilii Coſ. facto tradere: verum quum Livius hic deperditus ſit, & ſaepe a noſtro narrentur res, quas fruſtra apud alios reperias, id meam opinionem nihil infirmat. Immo ſi de praetore hoc caperemus, aeque diceret auctor rem, de qua ceteri, & ipſe Livius tacent. His etiam argumentis ſic ſatis permotus in litteris invicem miſis Vir ille humaniſſimus litem ſecundum me dare incepit, vel ſaltem ulterius ſe non repugnare paſſus eſt Oud.

69 *Audentiores*] Sic lege; licet in Voſſ. 2 Reg. *Audaciores*. Eſt enim probae monetae. Virgil.

Contra audentior ito. TENN.

Quatuor mei, & Ed. Pariſ. *audaciores*, ſolemni mutatione. quae facile e ſenſu diſcerni poteſt. *Audax* enim eſt temerarius, & vitio ducitur ita eſſe. *Audens* eſt fortis, conſtans, animoſus, & ducitur laudi. unde patet hic retinendum omnino *Audentior*. Docet hoc egregie Cel. Burmann. ad Ovid. l. 1. Art. Am. 608.

audentem Forsque Venusque juvant.

& alibi. *Ardentiores* Leid. ſec. quod, licet adblandiatur, non temere tamen admittas. *hoſtes* male Medicei. Oud.

70 *Qui exercitum deſeruerant damnati*] Perlibenter nomen *exercitus* abjecerim, quod ſciam, apud antiquos fere abſolute *deſerendi* verbum, itidem *deſertorem* uſurpari; teſtes mihi Jureconſulti noſtri plus mille locis: eam phraſim ope veterum codicum, & apud Vegetium repoſui, & in quadam conſtitutione Codicis Juſtinianaei. Ceterum ne longius abeamus, ipſum potius Frontinum in cauſa propria advocandum puto, hoc eodem capite, exemplo XVIII. *certum* (inquit) *ſi deſeruiſſent, manere ſupplicium.* STEW. *Exercitum deſeruerant*, Sic omnes MSS Stewechius ex *exercitum* inducit. Quia *deſerere* abſolute ponitur. ut hic n. 16. *Certum, ſi deſeruiſſent manere ſupplicium.* ut & *deſertorem* apud Quintil. decl. 375. Calpurnium Flaccum decl. 35. & 15. Front IV 1. 29. de hoc vide Stewechium ad Vegetium l. II. c. 3. & c. 5 TENN. Vide & Tacit. l. XIII. Ann c. 35. *Militiae abnuebant deſerebantque*, & plura ad Lucan l. II. 7-8. In Vegetii illo loco *militiam* non agnoſcunt ſex MSS a me conſulti; hic vero omnes *exercitum* retinent; quae vox cum ab aliis ſaepe addatur, rationem non video eam ubivis ejiciendi. Rem hanc refert Epit. Livii LV. *P. Cornelio Naſica, cui cognomen Serapioni fuit, & D. Junio Bruto dilectum habentibus in conſectu tironum res ſaluberrimi exempli facta eſt. Nam C Matienus accuſatus eſt apud tribunos plebis, quod exercitum in Hiſpania*

&c.

exercitum deseruerant, [71] damnati, virgis caesi publice venierunt.

XXI. Domitius Corbulo in Armenia, duas alas & tres cohortes, quae ad castellum [72] initio hostis

deserviſſet: damnatusque ſub furca diu virgis caeſus eſt, & ſeſtertio nummo venit &c. Oud.

71 *Damnati*] Petrenſ. *damnati* &. Leidenſ. pr. Gudian. Cantabr. tert. & Ed. Pariſ. *damnato*. quaſi *damnatum* pro *damnatione* vel *damnatu*, (quo uſus creditur Plinius l. VII. c. 44. ſed vide illic Harduinum) poneretur, uti *deſtinatum* pro *deſtinatione*, *reſponſum* pro *reſponſione* apud noſtrum, & ſimilia plurima apud alios, de quibus egimus ad Praefat. l. 1. *Damnato virgis caedi* foret, virgis caedi publica populi, & Conſulum condemnatione. Verum *damnati* cur ſperneremus, nulla cauſſa eſt. *Venerunt* rurſus MSS. aliquot. Oud.

72 *Initio hoſtibus ceſſerant*] Quid hoc refert, num *initio*, an deinceps hoſtibus ceſſerint, ſi tamen ceſſerunt prae turpi metu. Non dubium eſt mihi, quin hoc ſit vitioſum, licet ſicco pede tranſiliant interpretes praeter Scriverium, qui locum ſtellula, tamquam corruptum in ſua editione inſignivit. Palatin. pro *initio* habet *Micon*. Scriverii unus *Inicon*. Mediceus uterque *quae* (*qui* pr.) *Secum a. c. initio*. Ineptiſſime; Hinc tamen videor veriſſime eruere *quae ad caſtellum cum Pactio &c.* Confirmat hanc emendationem Tacitus l. XIII. Ann. c. 36. *Corbulo curam praeſidiorum Pactio Orphito mandat. Is &c. rupto imperio poſtquam paucae e proximis caſtellis turmae advenerant, pugnamque imperitia poſcebant, congreſſus cum hoſte funditur. Et damno ejus exterſi, qui ſubſidium ferre debuerant, ſua quisque in caſtra trepida fuga rediere. Quod graviter Corbulo accepit; increpitumque Pactium, & praefectos militesque tendere omnes extra vallum juſſit; inque ea contumelia detenti, &c.* Vides, lector, plane unam eamdemque narrari rem, adeoque unum, idemque ductoris debere eſſe nomen. Quod ſi *Pactii*, vel *Paccii* nomen apud Tacitum, ut nonnullis videtur, corruptum eſt, & hic aliud foret quaerendum, cum illo conſonum. *Mutius*, vel *Numitius* prope ad vulgatae apud noſtrum lectionis litteras accedit. aut propius magis *cum Icio*, ſeu *Iccio*: ut dictus fuerit *P. Iccius Orphitus*. *Icciorum* gens nota in Rep. jam Romana. V. Glandorp. Onomaſt. *Iccius Soterichus* apud Gruter. p. 420. n. 4. Eſt & alia gens *Itia* in nummis. Oud. Lego nunc *cum Itio*, & in Tacito P. Itio. Ubique id Romanum nomen in *Itium*, *Iccium* &c. eſt corruptum. Cauſſam vide in notis meis ad Sueton. Aug. c. 4. licet non negem, *Iccios* quoque fuiſſe, ut in inſcriptionibus, & apud Caeſar. L. II. B. G. ſaepius. Sed *Itius* videtur legendum in Horatio L. 1. Od. 29. & L. 1. Ep. 12. ubi vide, & Maſſon. in vita Horatii p. 298. Miſc. Obſ. Vol. VI. p. 385. *Portus Itius* Caeſar L. V. B. G. c. 2. & 5. ubi etiam pro *Itium* in MS. & Bd. Ven. *initium*; in aliis *mittium*. Adi Edm. Gibſoni diſſ. de portu Itio, p. 8. ſeqq. *L. Itius* in Sueton. Aug. c. 43. *M. Itius*, non *Iccius*, Ciceroni III. Phil. c. 10. IDEM *Cur. poſt.*

73 *Pro*

ſtibus ceſſerant, extra vallum juſſit tendere, donec aſſiduo labore & 73 proſperis excurſionibus redimerent ignominiam.

XXII. Aurelius Cotta Cos. quum ad opus equites, 74 neceſſitate cogente, juſſiſſet accedere, eorumque pars 75 detractaſſet [a] imperium, queſtus apud Cenſores, effecit, ut 76 notarentur. A patribus deinde obtinuit, 77 ne eis praeterita aera procederent. [b] Tribuni quoque plebis de eadem

[a] Vulgo DETRECTASSET. [b] Vulgo hic novum exemplum incipit.

73 *Proſperis*] Hillensberg. *crebris*. dein *adimerent* Medic. ſec.

74 *Neceſſitate*] Leid. ſec. *ex neceſſ.* dein *eoque* Palatin. ſed recte vulgatis conſonat Saresber. OUD.

75 *Detractaſſet*] Medicei *detraxiſſet imperio*. Sed uterque Leidd. Hillensberg. Cantabr. tert. & Ed. Pariſ. *detruſtaſſet*, ut aliquoties ſupra habuimus. Vide §. 25. & ad l. 1. c. 1. 9. *Detractaturo certamen*. OUD.

76 *Ut notarentur. A patribus &c.*] *Ut notarentur a patribus. Deinde* MS. SCRIV. 3. Reg. 3. Hill. ita diſtinguunt. *Ut notarentur a Patribus. Deinde*. TENN. Poſt *patribus* diſtinguunt etiam Leidenſes, & Vatican. cum Edd. Pariſ. & Wech. Immo Medicei, & J. Saresber. *ut a patribus notarentur*. Palat. *ut notarentur patribus*. Omnes perperam. Cenſores enim notabant, non patres, qui ſtipendia dabant. Hinc eamdem rem ſine Conſulis mentione ſimpliciter ad Cenſores refert Valer. Maximus l. II. c. 9. §. 7. *Equeſtris quoque ordinis bona magnaque pars*, CD. *juvenes Cenſoriam notam patiente animo ſuſtinuerunt, quos M'. Valerius, & P. Sempronius, quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire juſſi facere id neglexerant, equis publicis ſpoliatos in numerum aerariorum retulerunt*. Ceterum mirari debeo ſtultam Keuchenii gloriam, notantis ad *notarentur*. *Ita lego. vulgo* VOCARENTUR. quum iſtud *vocarentur* nusquam invenerit, niſi in Ed. Pariſienſi, cui accedit MS. Hillensb. Ceterae cum MSS. Edd. Hittorp. Wech. Mod. Stew. Scriv. quas inſpicere debuit, recte *notarentur*. Mox *dein* Palatin. & *ejus*. OUD.

77 *Ne aera procederent*] Juſtinus l. XII. c. 4. *Stipendia trahi deſinerent*. Auſonius alluſit epiſtola ad Paulum. *Et quia ſub Imperatore meo tam merui; procedere mihi inter frequentes ſtipendium jubebis*. Valer. Max. II. c. 7. n. 15. *Legioni neque ſtipendium anni procedere, neque aera dari voluit*. TENN. Liviusl. XXV. c. 5. *Iis perinde ſtipendia procederent*. l. XXVII. c. 11. *Ne praeterita ſtipendia procederent iis*. Quae explicat ſummus Gronovius ad l. v. 48. *Quum ſtationes procederent*. Porro male vulgo ſeqq. *Tribuni* &c. hinc divellunt, & novum faciunt exemplum; quum per ſe pateat ad idem factum pertinere, quare auctoribus MSS. & Edd. VV. ut & Saresberienſi haec eidem exem-

plo

dem re ad populum pertulerunt, omniumque conſenſu ſtabilita diſciplina eſt.

XXIII. [78] Q. Metellus Macedonicus, in Hiſpania, quinque cohortes, quae hoſtibus ceſſerant, [79] teſtamentum facere juſſas, ad locum recuperandum remiſit; minatus non niſi poſt victoriam [80] receptum iri.

XXIV. P. Valerio Cos. Senatus praecepit exercitum [81] ad Sirim victum ducere [82] Firmum [a], ibi

[a] Vulgo SERINUM.

plo annexui, & continuavi, OUDEND.

78 *Q. Metellus Macedonicus*] Sine praenomine Palatin. & Leid. ſec. *Macedonius* idem cum Mediceo pr.

79 *Teſtamentum facere*] Erat militis ob magnitudinem hoſtilium copiarum mori perſuaſi, & pugnaturi non ſpe victoriae, ſed in mortis ultionem: Caeſar lib. 1. Bell. Gall. c. 39. *Vulgo totis caſtris teſtamenta obſignabantur.* Florus III. c. 10. de eodem bello. *Itaque tantus novae gentis terror in caſtris, ut teſtamenta paſſim etiam in principiis ſcriberentur.* Vellejus l. II. c. 5. *Facientibus omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum foret.* Sic apud Juſtinum l. III. c. 5. Lacedaemonii pugnaturi, *teſſeras inſculptis ſuis & patrum nominibus dextro brachio deligaverunt; ut ſi omnes adverſum praelium conſumpſiſſet, & temporis ſpatio confuſa corporum lineamenta eſſent, ex indicio titulorum tradi ſepulturae poſſent.* Ex quibus conſtat, teſtamentum ſine ſpe redeundi factum. TENN.

80 *Receptum iri*] Mediceï, & Vaticanus *recepturus*. deeſt *receptum* in Palatino. Res acta eſt ad Contrebiam. V. Aurel. Vict. c. 61. Valer. Max. l. II. 7. 19. & illic notas. OUD.

81 *Ad Sirim*] Sic lege. unus Reg. *Suum*. Stephanus. Σίρις πόλις Ἰταλίας, πλησίον τῆ Μητροπόλεως, καὶ ποταμός. TENN. *Suum*, & *Si im* MSS. quidam perperam. *Sirim* recte, non vero *Lirim*, ut Florus l. 1. 18. ubi omnino conſulendi Viri docti. OUD.

82 *Serinum*] *Firmum* MS. SCRIV. 2 Hill. *Servium*. 1. Reg. *Sirinum*. Scriverius *Firmum*. lego *Firmium*, quod in Piceni ponitur a Ptolemaeo propter Aſculum. TENN. *Servum*, & *Servium* MSS. mei quinque. *Sirinum* Vatican. Sed *Firmum* diſerte Palatin. quo facit, quod Gudian. *Firmi* pro *Lirim* habeat. *duci ad Sirinum* Petronſ. *Serinum* nihili eſt: quare *Firmum*, (quomodo haec urbs in Piceni vocatur frequentius, quam *Firmium*,) repoſui; donec certius quid reperiatur. Nam poſſet videri, Firmum nimis longe diſtare ab Heraclea, & Siri fluvio in Lucania, ubi P. Valerio Laevino Coſ. primum factum eſt proelium, quam ut credibile ſit, Senatum voluiſſe exercitum tam procul revocare vel amandare, quo Pyrrhus majorem depopulandi Italiam haberet occaſionem. Quamquam Romani cauſſas potuerunt habere nobis ignotas, cur ibi ſub pellibus manere exer-

ibique castra munire, & hiemem sub tentoriis exigere. 83 Senatus [a], quum turpiter fugati ejus milites essent, decrevit, ne auxilia 84 ei [b] submit-

a Vulgo hic novum exemplum. b Vulgo eis.

citum voluerint. praesertim cum circa hoc tempus res actae sint contra Hetruscos. Non multum alioquin abeunt *Surentum*, *Grumentum* &c. Illustriss. Schelius ad Hygin. pag. 112. citat *Setinum*. quod, quid velit, nescio. *In Setinum* intelligo scilicet agrum, ita dictum a *Setio*, vel *Setia*, vel *Setina* colonia, in Campania, vel, ut aliis placet, in Latio. Vide Ortelium, & Cluver. pag. 1021. *Setina* est apud Vell. l. 1. c. 14. unde *vinum Setinum*. Oud.

83 *Senatus*] Voss. 1. Reg. & optimus Hill. haec iungunt praecedentibus, sine paragrapho noto. Tenn. MSS. quoque mei nonnulli; ut fieri debet: sine dubio enim agitur de eodem exercitu. Bis enim fugatos Valerii milites esse nusquam traditur. De ejus autem exercitu hic agi, patet ex J. Saresber. l. VI. c. 12. *Senatus cum milites P. Valerii fugati essent, decrevit, ne ei auxilia submitterentur*. Immo MS. Petrensis totum hunc locum ita concipit *duci ad Sirinum, ibique hiemem sub tentoriis agere, & ne auxilia eis submitterentur legionibus*. Ceteris omissis. Unde patet, auctorem nostrum hic vehementer luxatum, & misere per librarios tractatum esse. quod clarius videbimus statim. Forsan fuerit *exigere, & quia t*. Quidquid sit, *Senatus* abundat. Sal tem cum praecedentibus nos junximus, ut contra statim *captis ejus legionibus* disjungenda esse docebimus. Oud.

84 *Ei submitterentur*] Exemplum istud assis persanandum reliquo. Verba illa *ne auxilia ei submittantur*, *s* litera geminata sic repono *ne auxilia eis submittantur*. e reliquis vix ipse Frontinus, si proponantur, ut nunc sunt, se expedierit. Consulendi Historiographi, & ipse Frontinus Libro eodem Capite eodem exemplo tertio a fine. Item Livius, & Valerius Maximus lib. II. cap. 7. Stew. *Eis*. ita Stewechius. Vulgo est *ei*. MS. *ejus*. idem statim *eis* pro *ejus*. Scriv. Voss. & 3. Reg. *ei*. Tenn. Omnes praeter Ed. Vesal. receperunt Stewechianum *eis*. quod tamen ex meis modo habent Palatin. Mediceus sec. & Petrens. Ceteri omnes cum Saresber. *ei* scil. Valerio, ejusve exercitui quare non video, cur id mutari debuerit. Oudend. Si agitur de eodem P. Valerii Laevini exercitu, ut cum J. Saresber. existimavi, Frontinus etiam hic erravit. Nam Laevino jussu Senatus supplementa omnino sunt missa. V. Plutarch. in Pyrrho p. 394. 395. Flor. L. 1. C. 18. §. 19. Aurel. Vict. Vir. Illustr. C. 35. § 7. Quare ampliandum censeo de loco hoc corruptissimo; quem non ausim, plurimis resectis, cum Cl. Wasseo ad Sallust. B. Jug. C. 110 sic refingere e Cod. Petrensi: *& hiemem sub tentoriis exigere, & ne auxilia eis submitterentur legionibus, quae Punico bello militiam detractaverant*. Quamvis sic Annalium fidei conveniret Frontinus. Mallem nunc novum rursus exemplum incipere, ut in Vett. Edd. est a voce *Senatus*, & pro *ejus* tentare *Cannis*. At si junctim legas, *ne auxilia eis sub-*

mitterentur, [85] niſi captis [a] & victis hoſtibus.

XXV. [86] Eis [b] legionibus, quae Punico bello militiam [87] detractaverant [c], [88] in Siciliam [d] velut relegatis per ſeptem annos [89] hordeum ex Senatusconſulto datum eſt.

XXVI. L. Piſo [90] C. Titium [e], Praefectum co-

a Vulgo ET VICTIS HOSTIBUS deſunt. & cum ſeqq. ſine diſtinctione junguntur. *b* Vulgo EJUS. *c* Vulgo DETRECTAVERANT. *d* Vulgo AT IN S. *e* Vulgo ſine praenomine.

ſubmitterentur legionibus, *quae*, tum rurſus *ex Senatusconſulto* abundare videtur. Sed ei incommodo ſuccurrit Petrenſis, qui habet *decrevit hordeum dari.* IDEM *Cur. poſt.*

85 *Niſi captis*] Voſſ. & 1. Reg. *Niſi captis, & victis hoſtibus: iis vero legionibus, q. P. b. m. d. in Siciliam*, qui integrior ſenſus. TENN. Optime ſane: cum in vulgatis nec ſenſus, nec ratio conſtant. Facit huc etiam Voſſian. ſec. *captis* ..... *His legionibus*, & Saresber. *victis hoſtibus. His vero legionibus.* Monuit hoc etiam Cl. Weſſeling l. II. c. 8. Obſerv. OUD.

86 *Eius legionibus*] Ut vidimus ſtatim, novum eſt hinc exemplum incipiendum. Agitur quippe nunc de illis, qui poſt Cannenſem cladem remp. deſeruiſſe, Italiaque exceſſiſſe velle dicebantur, itemque Cannenſis pugnae reliquiis. Pro *ejus* itaque reſcripſi *eis*, ut, ſive *iis* modo vidimus in duobus Tennulii, uno Scriverii, & Voſſ. ſec. ac Saresber. legi; quibus nunc accedat Vaticanus. *Vero* autem, ut addatur nequaquam opus eſt: nec ſolet eas transitionis ad nova exempla particulas adhibere Frontinus. OUD.

87 *Detrectaverant*] Rurſus *detractaverant* dedi ex MSS. quatuor vel quinque, & Ed. Pariſ. *pugnam* & tres Cantabr. *militiam* *det.* Palatin. OUD.

88 *At in Siciliam*] In nullo meorum ſcribitur iſtud *at*, quod ex praecedentibus etiam clariſſime patet locum hic nullum habere: *aut* tamen eſt in duobus, & Ed. Pariſ. Ceteri cum Saresberienſi non agnoſcunt. quare ſenſu poſtulante ejeci. *velut* abeſt a Mediceis. OUD.

89 *Hordeum*] Suetoni. Aug. 24. *cohortes, ſi quae ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pavit.* Frontin. n. 37. non tantum datum legionario militi pro frumento in poenam ignaviae, ſed etiam tyronis, qui male armaturam didicerat. Vegetius l. I. c. 13. *Milites, qui parum in illa praeluſione profeceraut, pro frumento hordeum cogerentur accipere.* Ad quem locum videndus Stewechius, quem ut deſcribam, non tantum otii abs re mea eſt mihi. TENN. Petrenſ. *decrevit hordeum dari.*

90 *Titium*] 4. Reg. & Voſſ. *C. Titium.* & ſic vocatur Valerio Max. l. II. c. 7. n. 9. TENN. *Cum Titium* Libri Vulgg. putabam legendum. *L. Piſo Cos. Titium praefectum* &c. Fuit L. Calpurnius L. F. C. N. Piſo Frugi Conſul A. V. C. DCXX. At, cum mendoſe ita in vulgatis legeretur *Cum Titium*, reſcripſit in annalibus Romanis Stephanus Pighius *C. Titium*, & in ora notat, ſe hoc praenomen ex Veteri MSto valde correcto reſtituiſ-

cohortis, [91] quod loco fugitivis cesserat, [92] cinctu [a] togae praeciso, soluta tunica, nudis pedibus in principiis quotidie stare, dum vigiles venirent, jussit, [93] conviviisque & balneo abstinere.

XXVII.

[a] Vulgo CINCTO.

se. Vide Annalium T. III. l. XIII. initio. SCRIV. *Cur. post.* *Cum* est in Edd. Paris. & Wech. ac MSS. Vatic. Cantabr. tert. & Hillensb. *Cos.* ut conjecerat Scriverius non male Leid. pr. *Claudium* Medic. pr. verum *C.* sive *Cajum* Gruterian. Gudianus, & Leid. sec. quare id ex consensu virorum doctorum reposui. *Equitum praefectum* vocat eum Valer. Maximus; si vero *cohortis praefectus* fuerit, tum *peditum* debuisset dicere Valerius. Verum praeterquam quod non ita loqui soleant, sed tum *cohortis praefectos* vocent eos idonei auctores, expresse addit idem, eos sociis illis equitibus ademptos esse, & in funditorum alas eos transscriptos. Erraverit ergo noster, vel alium scriptorem secutus sit, oportet. Nam vix persuadere mihi possum, ut putem *cohortem καταχρηστικῶς* dictam ab ipso de equitibus: etsi ipsius tempore jam fuerint *cohortes equestres* seu *equitatae*. De quibus agit eruditissime Nobil. Schelius ad Hygin. p. 85. &c. quasque intelligit Valesius in Ammiano Marcell. l. XXIV. c. 5. *Reliquos ea cohorte ad pedestrem compegit militiam.* Hae cohortes sub Imperatoribus inductae constabant peditibus, equitibusque commixtis. OUD.

91 *Quod loco.*] *Eo quod l.* Cantabr. tert. *qui* Medic. *quae* Leid. pr. dein *fugitivus* Ed. Wech. cum MSS. duobus male. *Cum in Sicilia bellum adversus fugitivos gereret* &c. Valerius, qui tamen in ceteris aliquantum discrepat, & rem omnem latius enarrat. OUD.

92 *Cincto*] Sic omnes MSS. quos vidi. Gujetus tamen conjecit *Cinctu*. Valerius: *Discincta tunica indutum.* Suetonius Augusto c. 24. *Tunicatos distinctosque stare per totum diem ante praetorium.* TENN. Atqui *Cinctu* in Arceriano invenit Keuchenius, & ego in Petrensi. In Glossis *Cinctus διάζωμα. ζῶμα cinctum*, adductis a Keuchenio: *sine cinctu* Sueton. a Stewechio infra citatus. Sed & notissimus ex Virgilio, Livio, aliisque *cinctus Gabinus.* Consule Noris. ad Cenot. Pisan. p. 406. *cinctum* an apud idoneos auctores reperias, dubito. Quapropter *cinctu* cum Pighio l. cit. p. 3. reposui. *cingulo* e Glossa Palatinus. OUD. Forsan quis *cincto* probari posse crederet ex Appulejo *L.* XI. Met. p. 245. *cinctum pectorale*: ubi hinc male Pricaeus tentavit Onomasticon: nam sciendum, fallere ibi Edd. Colv. & seqq. in MSS. sex & Edd. Vett. est *pectoralem.* Adde N. Heins. ad Claudiani Cons. Prob. & Olybr. vs 179. IDEM *Cur. post.*

93 *Conviviisque & balneo.*] Valerius *Interdixit etiam ei convictum hominum, usumque balnearum*, seu *balneorum*, ut MSS. alii, de quo vide illic socerum meum. Hic autem *que* abest a novem MSS. & Edd. Par. ac Wech. Pigh. *Convivii item & b.* OUDEND.

94

XXVII. Sulla [94] cohortem & centuriones, quorum ſtationem hoſtis perruperat, [95] galeatos & diſcinctos perſtare in principiis juſſit.

XXVIII. Domitius Corbulo in Armenia, AEmilio Rufo, Praefecto equitum, [96] quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructam armis alam ha-

94 *Cohortem*] Medic. pr. *cohortes*. dein recte, ut mihi videtur, idem Cantabr. tert. & Palatin. cum Vaticano, & Hillensb. *ſtationes*. mox *praerupe-rat* Medic. pr. Voſſ. & Leid. ſec. *perrumpere ſtationes, aciem*, ſupra habuimus ſaepiſſime, & mox §. 36. *praeſtare* quoque hic, & §. ſeq. Leid. ſec. & Hillensb. male. *perſtare* eſt totum diem ſtare. *praeſtare* eſt ante ſtare. Deeſt hoc exemplum in Medic. ſecundo. OUD.

95 *Galeatos & diſcinctos perſtare in principiis juſſit.*] Aliud profecto latet in his verbis *galeatos & diſcinctos*, quam arbitrere. Anne galeam Frontinus illi reliquerit, qui jam ante militari cingulo a Sylla privatus eſt? nunquam inducar, ut credam. mutanda ſorte vulgata lectio, *diſcalceatos & diſcinctos perſtare in principiis juſſit.* Frontinus exemplo ſuperiori: *cinctu togae praeciſo, ſoluta tunica, nudis pedibus, in principiis quotidie ſtare, dum vigiles venirent, juſſit.* Paribus fere verbis Valerius Maximus l. II. c. 7. *Juſſit eum toga laciniis abſciſſis amictum, decinctaque tunica, nudis pedibus a mane in noctem usque ad principia, per omne tempus militiae adeſſe.* Suetonius Nerone: *prodierit in publicum, ſine cinctu, & diſcalceatus.* STEW. Galea canicum premere erat laus, non poena. Stewechius *Diſcalceatos.* Verum cur non aſſeras *Exgaleatos?* ut *exarmatus.* Attius. *Pavorem hunc meum expectora.* Ennius. *Tum pavor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat.* Petronius. *Frons expudorata.* De quo Statilejus p. 33. fragmenti: Sic *excalceare* Suetonius Vitell. c. 2. *Exoculare* privare oculis. Apulejus. *Caecam & prorſus exoculatam eſſe fortunam.* TENN. *Galeatos* MSS. quidam. Stewechii *diſcalceatos* probat omnino Keuchenius. Sed vide, num ex *galeatos & d.* legi poſſit *gladio ſtricto d.* Nam & hoc inter ignominioſas poenas erat. Livius lib. XXVII. c. 13. & quidem ut hic de centurionibus. *Cohortibus, quae ſigna omiſerant, hordeum dari juſſit: centurionesque manipulorum, quorum ſigna amiſſa fuerant, deſtrictis gladiis* (ſic bene Gronovius, non *dd.*) *diſcinctos deſtituit.* Si *gladiatus* diceretur, ut *calceatus, galeatus* &c. minima mutatione locus poſſet perſonari. OUDEND. Nihil hic mutandum cenſuit Gruterus, exiſtimans, Sullam voluiſſe pudendo habitu ignavioribus iſtis incutere pudorem. Quid enim, ait, ridiculum magis, quam ut quis, ab aliis armis nudus, galeato viſatur capite? in Miſc. Lipſ. Nov. Vol. III. p. 506. Nimis ſingulare mihi apparet. In nota praecedente 94. dele verba *recte, ut mihi videtur*, & confer Ex. 36. IDEM *Cur. poſt.*

96 *Quia*] MSS. & Edd. VV. *qui*, vel *qui ab h.* male.

habebat, vestimenta per lictorem [97] scidit [a], [98] eidemque, ut erat, foedato habitu, perstare in principiis, donec mitterentur, imperavit.

XXIX. [99] Atilius [b] Regulus, quum ex Samnio in [100] Luceriam [c] transgrederetur, exercitusque

[a] Vulgo SCINDI. [b] Vulgo ATTILIUS. [c] Vulgo LUCERNAM.

97 *Scidit*] *Scindi* MS. SCRIV. *Scindi* sec. Scriverii Editio, & deinceps ceteri, quomodo Palatin. habet cum Voss. Reliqui omnes *Scidit*, vel, ut est in Voss. sec., *Scindit*: quod mutari temere non debuerat. Vide, quae notavimus ad l. II. 5. 45. OUDEND.

98 *Eidemque*] Distingue. *Eidemque, ut erat, foedato h.* Nam *ut erat* eleganti ellipsi dicitur, pro, *in quo habitu erat*. Statius l. VII. Thebaid. vs. 820.

Sicut erat, rectos defert in Tartara currus.

Claudianus III. Cons. Honorii 162.

Sicut erat, liquido signavit tramite nubes.

Graeci ὡσπερ ἦεν. Xenoph. Cyrop. l. III. c. 43. Τυγχάνει δὲ ὁδὸς παρεῖσα πρὸς τὸν Κύρον, ὥσπερ ἦεν. Latini. *Qualis erat*. Statius l. X. Theb. 204.

Qualis erat (solos infecerat umbra jugales)
Amphiaraus adit.

TENN. Recte Tennulius. Adi notata ad Lucan. l. II. 365.

Sicut erat, moesti servans lugubria cultus.

Eundemque Medicei. *Praestare principibus* prave Hillensb. OUD.

99 *Atilius.*] Sic rescripsi rursus cum Gudiano, ex Fastis, nummis, aliisque monumentis, atque ita deinceps semper. OUDEND.

100 *Lucernam*] 1. Hill. *Lucrinam*. alter Hill. 4. Reg. & Voss. *Luceriam*. Sic Dionysio scribi testatur Stephanus, verum Polybio Ἀυκανία, cujus incolae Αὐκανῖται. Ego legerim *Nuceriam*, quae proxime Samnium in Apulis. TENN. Valde miror, interpretes in historia tam clara non vidisse, praeeuntibus MSS., scribendum esse *Luceriam*, ut ex meis quoque exhibent Leidenses, Mediceus, Vaticanus, Gudii, Palatin. Gruterianus, alii *Lucariam*, alii *Lucernam*. Sic enim aperte Livius l. I. c. 35. *Alteri Consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. Quum ad Luceriam duceret legiones, quam obpugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit.* & quae illic sequuntur. Ejusdem rei mentionem fecit noster l. II. c. 8. §. 11. Quamquam & in *Lucerinum* scil. agrum (ut supra *in Sentinate* l. I. 8. 3. ubi vide) facile admitti posset, utpote quod facilius non intelligi, atque adeo corrumpi potuit: sed malo illud ipsum, quod MSS. totidem litteris habent; ut *Luceria* non pro ipsa urbe, sed agro vicino sumatur. Vide ad l. III. II. 5. *In Manlinia*. Quidquid

que ejus obviis hoſtibus [101] averſus eſſet, obpoſita cohorte, juſſit fugientes pro [102] deſertoribus [a] caedi.

XXX. Cotta Cos. in Sicilia, in Valerium, [103] nobilem Tribunum militum ex gente Valeria, virgis animadvertit.

XXXI. Idem [103*] P. Aurelium, ſanguine ſibi junctum, quem [104] obſidioni Liparārum ipſe, ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus, praefe-

[a] Vulgo DEFECTORIBUS.

quid eligas, lector, mihi perinde eſt. Ego tamen malim hic *Luceriam*. De *Luceria* & *Nuceria* conſule, quae congeſſi ad Lucan. l. II. 473. OUD.

101 *Averſus*] MSS. octo, & Edd. VV. inepte *adverſus*. V. ad l. II. 3. 3. *aciem hoſtium avertit*, i. e. pedem referre coëgit. Mox *fugientibus* depravate Hillensb. & Ed. Par. & *occidi* Leid. ſec. OUD.

102 *Defectoribus*] *Deſertoribus* MS. SRIV. Vox adulterina. Scriverii MSS. 1 Reg. Voſſ. *deſertoribus*. TENN. Palatin. Vatican. & Leidenſ. ſec. *deſertoribus*. Proba quidem vox eſt *defector*; ſed quae hic locum non habet. *Defector* enim eſt, qui deficit ab alicujus imperio, & rebellat, *deſertor*, qui ſigna ſine commeatu deſerit, & Remp. deſtituit. quocirca *deſertoribus* revocavi. OUD.

103 *Nobilem*] Perperam vulgo edunt *in Valerium Nobilem*. Quaſi ille *Valerius* cognomento dictus fuerit *Nobilis*: Non ſane. Valerius ille erat Tribunus nobilis, quia ex gente nobili Valeria erat. Diſtinxi itaque poſt *Valerium*, & *nobilem* minuſcula littera exarari juſſi. Paullo ante in Leid. ſec. *P. Cotta* etiam male ſcribitur. Fuit enim *Cajus* & idem, quem habuimus §. 21. Adi, ſi plura vis. Pighium Ann. T. II. p. 44. OUD.

103* *P. Aurelium*] Perperam Zonaras L. VIII. Annal. C. 14. eum vocat *Quintum Caſſium*. OUDEND. *Cur. poſt.*

104 *Obſidioni Liparārum.*] *Liparitanae* Valer. Maxim. l. II. c. 7. §. 4. Obſervandum autem, Frontinum multitudinis numero, unam AEoliarum inſularum appellare pro *Lipara*. Quod & feciſſe alios notavimus ad J. Obſeq. c. 89. *Inſulam Liparas*. Saepe tamen incertum eſt, an ſcriptores per *Liparas* intelligant omnes inſulas, an vero unam. Vide ibid. N. 9. & Doctiſſ. Duker. ad Florum l. II. c. 2. *Victor apud Liparas*. His adde Valer. Maxim. l. VI. 9. §. II. *Cornelius Cos. a Poenis apud Liparas captus*. Pro *tranſiturus* Cantabr. tert. & Medic. ſec. *transmiſſus*. An *transmiſſurus*? i. e. transferaturus, trajecturus, ſeu *tranſiturus*. Quo ſenſu notum eſt, ſaepe id verbum neutraliter ſumi. Verum ceteri MSS. & omnes apud Valerium Max. ſervant *ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus*, & crebro ita *tranſire* uſurpatur. OUDEND.

fecerat, quum [105] agger incenſus, & [106] capta Ce-

105 *Agger incenſus*] *Inceſſus*, & ſic Ex. 37. *agger*. Scriv. Val. Max. l. 11 c. 7. n. 4. *Quod ejus culpa agger incenſus, & pene caſtra fuerant capta.* Male in Veneta edit. duobus Reg & Menagiano MSS. erat *Ager*. Lipſius & ex eo Colerus *Agger inſcenſus*. Quia agger conſtat ex terra, incendi non poteſt. Vepia tantorum manium, agger & vallum, quibus muniebantur caſtra, ex quavis materia. trabibus, lapidibus, terra, faſcibus fuerunt aggeſta. Frontinus l. 1. c. 5. n. 1. *Vallum oneratum materiis incendit.* ibidem n. 8. *Vallum materia exſtructum incendit.* hujus c. n. 37. *Cum agger ab hoſtibus incenſus eſſet.* Valer. l. VII. c. 6. n. 5. *Aggerem a Caeſare congeries hoſtilium cadaverum inſtructum* narrat. Omnes MSS. retinent *incenſus*. Praeterea *Agger inſcenſus eſt*, vel *inceſſus* pro *Hoſtes inſcenderunt*, vel *aſcenderunt aggerem*, dictio eſt magis Poëtica, quam Frontiniana. Finge quoque terra exſtructum aggerem: Sed Sicilia, in qua haec res eſt geſta, habet materiam in ſolo generandis & nutriendis ignibus naturalem. Tenn. Scribe *inſeſſus*. Scriv. *Cur. poſt.* Lege *inſcenſus*, & ita quoque lege ſtatim Ex. 37. Voss. Mireris, tot viros doctos hic, & § 37. uti & in Valerio Maximo eamdem hiſtoriam narrante offendiſſe ad voces *agger incenſus*, quas conſtanter retinent, vel vitioſe *ager* omnes MSS. & bene defenderunt cum Tennulius, tum Doctiſſ. meus Socer ad Valerii locum. Non tamen cum Tennulio co. ſtruendum eſt de materia tenac, incendio apta; ſed de vero Romanorum aggere, qui non terra magis, quam lignis exſtruebatur. De quo ut nemo amplius dubitet, ſolito longiori mihi placuit adducere exempla. Caeſar l. 11. de B. Civ. in obſidione Maſſiliae cap. 14. *Secundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc ſic diſſulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, teſtudo, turris, tormentaque flammam conciperent, & prius haec omnia conſumerentur, quam quemadmodum accidiſſet, animadverti poſſet.* Et paullo poſt: *Majori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnaverunt, malumque ignem intulerunt.* Cum eo conſentit Lucanus, qui cum *excisum nemus* cantaſſet, & *ſellatis axibus aggerem erectum* l. III. vſ. 455. (ubi vide notas) dixiſſet, de Maſſilienſibus erumpentibus ſubnectit vſ. 504.

Telum flamma fuit; rapiensque incendia ventus
Per Romana tulit celeri mandata cursu.
Nec, quamvis viridi luſtetur robore, lentas
Ignis agit vires;
Nec ſolum ſilvas, ſed ſaxa ingentia ſolvit.
Procubuit majorque jacens adparuit agger.

Verum audiamus porro cap. ſeq. Caeſarem, &, vulgaris aggeris materia quae fuerit, videamus. *Quod unde agger omnino comportari poſſet, nihil erat reliquum, omnibus arboribus in finibus Maſſilienſium exciſis & convectis, aggerem novi generis atque inaudi tum ex lateritiis duobus muris &c. facere inſtituerunt, aequa fere latitudine, atque ille congeſtus ex materia fuerat agger.* Rurſus Caeſar l. VII. B. G. c. 24. *Fumare aggerem, quem cuniculo hoſtes ſuccenderant,*

caſtra eſſent, virgis caeſum in numerum [107] gregalium peditum referri, & muneribus fungi juſſit.

XXXII.

bant, & ſeq. Ex ligno maximam partem conſtitiſſe aggerem, patet quoque ex eodem Caeſare l. 1. B. Civ. c. 40. ubi pontem eſſe interruptum cognoverunt *ex aggere & cratibus, quae flumine vehebantur.* Vegetius l. IV. c. 15. *Agger autem ex terra lignisque extollitur contra murum*, & c. 28. *Arietes, machinas ipſosque aggeres ignibus concremant.* Hiſce omnibus denique adde ſimpliciſſimum Livii locum l. XXXVI. c. 23. *Sed armati frequentes, quidam ignes etiam, quos aggeribus injicerent, ferebant.* Hinc ad differentiam talis aggeris, qui pro magna parte e materia fiebat, dixit Varro l. 1. de R. Ruſt. c. 14. *foſſ. & terreus agger.* ubi nequaquam reſcribas *terrenus*, ut alii volunt. Idem enim l. IV. de L. Lat. p. 15. Ed. Dord. *Subura, quod ſub muro terreo Carinatum, in ea eſt Argeorum Sacellum ſextum.* & paullo poſt *quod ſubeſt ei loco, qui terreus murus vocatur.* J. Caeſar l. 1. B. Gal. c. 49. *Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis.* quamquam, ut verum fatear, illic MSS. plerique, & Ed. prima exhibent *terrenus.* Virgil. lib. II. Georg. 341.

virumque
Terrea progenies duris caput extulit arvis.

uti omnino (non *ferrea*, quod vulgo legas) cum viris doctis ſcribendum eſt, ut Philargyrius, Lactantius l. II. c. 11. & ipſa docent ratio. Loquitur enim Maro de recens natis hominibus, quibus epitheton *terrea* magis conveniſſet, quam *ferrea.* Pompon Mela l. 1. c. 9. *Animalia ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea viſuntur.* Saepius denique hac voce uſus eſt Prudentius, ut Cathem. IX. 25, XII. 90. Pſychom. vſ. 773. aliique ſcriptores Eccleſiaſtici. Adi J. F. Gronov. Obſerv. Eccleſ. p. 101. ſed de deverticulo in viam revertamur. OUD. Quae hic diſſerui de voce *terreus*, iis opponantur notata a me ad Sueton. Calig. c. 19. *Superjecto aggere terreno.* IDEM *Cur. poſt.*

106 *Capta caſtra*] Immo pene capta erant, non capta. Valerius ibid. OUD.

107 *Gregalium*] Val. Max. *Gregalis militiae munere inter peditès fungi coëgit.* Bene Pighius ex Frontino notat, τὸ *Gregalis*, quo carent 2. Regii, & 2. Leidenſes MSS. facere rotundiorem ſenſum. Quia gregales erant obnoxii quibuſcunque militiae operibus, & tanquam viliſſimi ex centuriarum ultimis decuriis. Unde per contemtum Catilinae, Clodii & Antonii aſſeclae a Cicerone eorum gregales appellantur. TENN. Atſecte jam notarunt viri docti, per voces *militiae munere inter peditès* ſatis exprimi *gregalem* militem. Praeterea Valerius tum non *gregalis*, ſed *gregariae*, ut alibi facit cum ceteris ſcriptoribus, dixiſſet. Hic etiam Petrenſis *gregariorum*, attamen contra noſtri ſtylum, qui ab aliis ſcriptoribus hic diverſus ſemper *gregalis* uſus eſt, pro *gregario* milite. V. lib. III. 2. 13. 6 l. IV. 3, 12 6. 2. & ſaepius, uti ex Indice quivis videre poſſet. OUD.

XXXII. Fulvius Flaccus [108] Censor [108*] Fulvium fratrem suum, quia legionem, in qua Tribunus militum erat, injussu Consulis [109] dimiserat *a*, [110] Senatu *b* movit.

XXXIII. [111] M. Cato ab hostili litore, in quo per aliquot dies manserat, quum [112] cer dato *c* profe-

a Vulgo DEMISERAT. *b* Vulgo A SENATU. *c* Vulgo TRADITO.

108 *Censor*] Scriv. unus. Vossian. Hillensb. & Ed. Paris. *Consul* perperam, ut statim liquebit, & ipsa dictat ratio antiquitatis. Iidem non bene *in quam Tr. m.* OUD.

108* *Fulvium*] Hunc *Cneum* praenomine a Vellejo dictum Cel. Dukerus ad Livium L. XL. C. 41. ab illo nominari *M.* censet, quia adoptatus erat a M. Fulvio Nobiliore, cujus idcirco nomen gesserit. OUDEND. *Cur. post.*

109 *Dimiserat.*] Sic lege e MSS. & §. 37. Inepte in sec. Scriverii. Keuchenii, Tennulii, aliisque Edd. legas utrobique *demiserat.* Senatu est motus Fulvius a fratre, quia missionem dederat legioni, eamque dissolverat. quod Latinis semper *dimittere* dici notissimum est. Valerius Maximus l. II. c. 7. §. 5. *Q. Fulvius Flaccus Censor, Fulvium fratrem consortem, legionem, in qua tribunus militum erat, injussu consulis domum dimittere ausum Senatu movit.* uti pro *cohortem legionis* bene emendavit Perizonius. Nam nullus dubito, quin hanc historiam tangat Livius l XL. c. 41. *Priusquam hi consules venirent ad exercitum, praeerant A. Postumius, & frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior. Secundae legionis Fulvius Tribunus militum erat. Is mensibus suis dimisit legionem.* Verum nota, illic *M.* male vocari, qui aliis dicatur *Cneus*, ut Vellejo l. I. c. 10. *Cn. Fulvius Senatu motus est*, &, quomodo ex Sigonii ac Glandorpii placito nunc legas illic, Livio l. XLI. c. 27. *Notae Cn. Fulvii, qui frater germanus, & ut Valerius Antias tradit, consors etiam Censoris erat.* Antea ibi fuit *L.* OUD.

110 *A Senatu movit*] Dele praepositionem. TENN. Recte praepositionem delendam jussit Tennulius. Nam nec comparet in MSS. meis septem melioribus, nec solent eam addere in hac formula antiqui scriptores. quod vel liquet ex praecedentis notae exemplis. Ejeci igitur. OUDEND.

111 *M. Cato.*] Caret praenomine, ut solet, Leid. sec. pro *ab host.* Keuchenius ait, in nonnullis libris esse *in h.* sed jungenda *ad h. l. profectionis signo dato. per* statim in Leid. sec. non comparet. OUD.

112 *Tradito*] Voss. 4. Reg. 3. Hillensb. & Rom. *tardato.* TENN. *Tardato* exaratur quoque in MSS. meis undecim, & Ed. Paris. Ex quorum consensu suspicatus dudum sum, reliquisse Frontinum *ter dato.* Haec enim dati signi triplex repetitio vehementius aggravat militis peccatum, quod vel semel dato signo, non autem tardato, puniendum erat. Morem autem fuisse in re navali, ter signum dari,

fectionis ſigno, claſſem ſolviſſet, & relictus a militibus quidam [113] a terra [a] voce & geſtu expoſtularet, [114] uti tolleretur, circumacta ad litus uni-

a Vulgo ALTA.

dari, cum ſolverent naves, docet nos huc alludens Valerius Flaccus l. I. vſ. 351.

Et jam finis erat: Zephyrumque ratemque morantes
Solverat amplexus triſti tuba tertia ſigno.

Immo de veritate conjecturae meae nunc amplius non dubito. nam perſpicue *ter dato* ſcriptum deinceps reperi in Leidenſi ſec. Codice. OUD. Certiſſimam hanc emendationem confirmat & mos Romanus in terreſtri militia. Conſule Polyb. L. VI. c. 38. & ill. R. H. Schelium ad Hygin. Grom. Cap. de itinere p. 273. IDEM *Cur. poſt.*

113 *Alta voce.*] Hic locus, ſi indubiae ſanitatis eſſet, ut etiam interpretes huc usque de eo nihil monuerunt, vehementius confirmaret eorum opinionem, qui *altam vocem* Latinam ſatis judicant pro *clara* contra Voſſium, cui adſentitur Cel. Burmann. ad Ovid. l. IV. Tr. El. 9. 24. Nec opus iis eſſet, *altum v.* defendere Catulli loco *conclamate altiore voce*, aut Quinctil. l. XI. Inſt. Orat. c. 3. *Attollitur, deſcendit vox altius & inferius*; quae loca nihil certi probant, uti nec Senecae in Troaſin vſ. 197.

Haec fatus alta voce, dimiſit diem.

Nam veterrimus Florentinus optime illic exhibet

Haec fatus, alta nocte diviſit d.

Quin etiam hic nullus liber ſcriptus, eorum ſaltem, quos ego inſpexi, *alta* habet. Palatinus hic in mendo cubat. Medicei, & Edd. Rom. ac Bonon. *acerrima.* i. e. intenta & vehementi. Quamvis & hoc non placeat. Leid. ſec. *qui cum v.* ſed Gudianus, Gruterianus, Voſſian. Leidenſis pr. Cantabrigienſes tres *a terra.* optime. *expoſtulabat a terra* ſive ſtans in terra, & forſan altiore quodam loco *voce & geſtu.* Vim hanc praepoſitionis *a* vide in notis ad Lucan. l. V. vſ. 640.

videre trementes
Fluctibus a ſummis praeceps mare.

Virgil. l. II. AEn. 2.

Inde toro pater AEneas ſic orſus ab alto. OUD.

Si MSS. juvarent, vel *alta* non mutarem: nam etiam in Silio Italico inveni L. XVI. 398.

percuſſus vocibus altis
Spectantum circus.

Sed cum aliud dent Codd. unice verum eſt *a terra.* Virg. Eclog. VIII. 40. a terra *contingere ramos.* Xenoph. Epheſ. p. 13. ἀπὸ τῆς γῆς πολλά. IDEM *Cur. poſt.*

114 *Uti tolleretur*] Aſſumeretur in navem. III. AEneid. 601.

Tollite me, Teucri, quascumque abducite terras.

Hinc Juliae dictum Macrobius l II. Satur. c. 5.

Nam

universa classe, comprehensum supplicio adfici jussit; & quem occisuri per [115] ignominiam [a] hostes fuerant, exemplo potius inpendit.

XXXIV. Appius Claudius ex his, qui loco cesserant, [116] decimum quemque militem, sorte ductum, [117] fusti [b] percussit.

XXXV. [118] Fabius Rullus Cos. ex duabus legio-

[a] Ed. Tenn. IGNORANTIAM.

[b] Vulgo FUSTE.

Numquam nisi navi plena tello vectorem. TENN.

115 *Per ignorantiam*] Sic edidit Tennulius, consulto, an errore typothetarum, nescio, quamvis ultimum credere malim. Nam MSS. & Edd. omnes *per ignominiam*, i. e. ignominia illi & populo Romano illata. *Per ignorantiam* non occiderent, cum viderent hostes, eum esse Romanum & hostem suum. OUD.

116 *Decimum*] *Decanum* Palat. forsan voluit *Decumum*. OUDEND.

117 *Fuste*] Erat iste mos talis, auctore Polybio. *Accepto fuste tribunus vix tantum attingebat damnatum, quod ubi factum erat, omnes, qui in castris erant, credendo fustibus lapidibusque, plerosque in ipsis castris conficiebant. Ac si qui evasissent, nec sic quidem servari poterant: quippe qui neque in patriam redire auderent, neque a propinquis domum recipi possent.* Non tantum extra ordinem (ut & Livii epitome l. LVII. testatur) verum in alio delicto quoque deprehensus adsiciebatur hoc supplicio. Hirtius bel. Hisp. c. 27. *Milesque, qui fratrem suum in castris jugulasset, interceptus est a nostris & fusti percussus.* Paulus Diaconus l. XII. hist. testatur, latam legem ab Imperatore Valente, ut monachi militarent; nolentes autem per tribunos & milites fustibus interficerentur. Nocens dicitur *Fustuarium mereri.* Livius l. V. *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut praesidio decedit.* Similis, sed mitior poena Germanis, *durch die Spiesse lauffen.* Tarquinius auctor castigationis Eutropio l. II. & Suidae in Σάτυρος dicitur votante Stewechio. Solebant etiam ad palum ligari nocentes, & sagittis confici. Rufus in L. L. militaribus. μαλώσιν τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τῷ τάγματος, τὸν πρῶτον φεύγοντος καὶ ὑποστρεψάντος ἐπὶ τὰ τάξεις, δεκατεύεσθαι (decimari) καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν τυπτόμενον κατατοξεύεσθαι. TENN. Vossian. Cantabr. B. Publ. & Hillensberg. *fusti.* Recte, & ex formula. Adi omnino notas virorum doctorum ad Vellej. l. II. c. 78. *Quippe primipili centurionem nomine Vibullium ob turpem ex acie fugam fusti percussit.* ubi & de ablativo *fusti*, & de more fustibus interimendi invenies multa. Adde Apulej. l. IV. Metam. circa principium. *fiste* etiam in Saresber. Ceterum discrepat hic Livius l. II. c. 59. & securi percussos ait ab Appio Claudio. *Ad hoc centuriones, duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis caesos securi percussit. Cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.* OUDEND.

118 *Fabius Rullus*] *Fabius Rutilius Cos.* SCALIG. unus Reg. Pau-

gionibus, quae loco cesserant, vicenos [a] 119 sorte ductos in conspectu militum securi percussit.

XXXVI. 120 Aquillius [b] 121 ternos ex centuriis, quorum statio ab hoste perrupta erat, securi 122 percussit.

XXXVII.

[a] Vulgo sine VICENOS. [b] Vulgo AQUIRIUS.

Paulus Julius. Scriverius *Fabius Rutilius.* TENN. Non voluit scribere Scriver. *Rutilius*, sed monere tantum ita esse in aliis, sc. Palatino, Petrensi, & J. Saresber. In Mediceis, & Vaticano *Paulus Julius. Paulus Lucius* Edd. Italicae. *Fabius Tullius* Cantabr. tert. *Rullianus* placet Cl. Wesselingio l. II. Obs. c. 8. qui ita cum aliis reponit quoque §. 39. sed ego *Rullum* retinere malo. Vide omnino, quae notavi ad l. II. 4. 2. & statim §. 39. OUD.

119 *Sorte ductos*] *Ductum* Palat. *Ductas* Hillensb. unus Scriv. & Ed. Par. male. Verum locum mutilum esse patet, quod auctor aliis exemplis addat, quot sorte ducti puniti sint. Hunc numerum tamen servarunt nobis J. Saresber. l. VI. c. 12. & Petrus Blesens. Epist. LXIX. e Frontino citantes *Vicenos sorte ductos.* Quare sine haesitatione eam vocem addidi. Monuit & hoc. cit. loco Cl. Wesselingius. OUD.

120 *Aquirius.*] Forte *Aquilius*, qui in Sicilia bellum servile compescuit. Hieronymus in Chron. numero Eusebiano MDCCCCXX. ad quem num. vid. Scal. SCRIV. *Cur. post. Aulus Quinctius* Medicei. *Idem* Saresber. *Fabius Rutilius* Edd. Rom & Bonon. *Aquillius* cum Lipsio, sive potius *Aquillius* omnino legendum existimo, quomodo etiam se malle ad me perscripsit Cl. Wesseling. & cum Scriverio Manium Aquillium, qui servile bellum confecit, intelligo; de quo plura vide apud Ursinum in Num. Consul. & Pigh. T. III. Ann. p. 177. Cic. l. v. in Verr. c. 1. 2. Quidquid sit, *Aquirius* corruptissimum est. Nulli enim fuere *Aquirii.* OUDEND.

121 *Ternos*] Palat. *trinus*, Medic. pr. *trinos*. Edd. Ital. *ternas*, & statim *quarum*: quia non ceperunt, inesse Synthesin. *ab hostibus p. fuerat* Cantabr. *praerupta* Medic. pr. OUD.

122 *Percussit.*] J. Saresberiensis, vel quia ita in Frontino forsan invenit, vel quia variare orationem voluit, citat *addixit securi.* Quod si vel in uno Cod. reperissem, facile admiserim. Notum est enim *addicere* a praetorio jure & ejus voce *addico* translatum esse ad quamvis damnationem, unde apud Ciceronem *Addicere morti.* Valer. Max. l. VII. c. 3. §. 1. *Inmerentem capitali supplicio addici.* plura si vis, adi paralipomena Dempsteri ad Rosini Antiq. l. X. c. 9. OUD. Quod apud J. Sarisber. legitur *securi addixit*, nunc τὸ πρωτότυπον censeo, quam ut Frontini simplex stilus patiatur, pro *addixit morti*, vel *mortis poenae per securim exigendae.* Horat. Ep. XVII. 11.

addictum feris
Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.

quod nec ipsum adeo figuratum est, quam *securi addictus*; sicut nec

XXXVII. M. Antonius, quum agger ab hostibus [123] incensus esset, ex his, qui in opere fuerant, duarum cohortium [124] militem decimavit, & in singulos ex his centuriones animadvertit, legatum cum ignominia [125] dimisit [a], reliquis ex legione hordeum dari jussit.

XXXVIII. In legionem, quae [126] Rhegium oppidum [127] jussu [b] ducis [128] diruerat, animadver-

a Vulgo DEMISIT. b Vulgo INJUSSU.

nec illud Appulei, Poëtam prosaicum agentis, L. IV. Metam. p. 87. *ducite me*, & cui *fors* addixit, *scopulo figite*. ubi male in MS. *edixit*. At geminus locus est L. II. Metam. p. 40. *malis novae nuptae peremtus artibus*, & addictus noxio poculo *torum tepentem adultero mancipavi*. Verum illic aliud quid latere, MSS. docent. Sed de eo ad ipsum locum sententiam dicam. IDEM *Cur. post.*

123 *Incensus*] *Incessus* MS. SCRIV. V. §. 31. F. *inscensus*. IDEM *Cur. post.* Lege *inscensus*, ut supra paulo. Voss. At tu, lector, illic meliora vide.

124 *Militem*] Palat. *militum*.

125 *Dimisit*] Notae sunt tres missiones. I. Honesta, ob peracta stipendia, vel egregia facinora. II. Causaria, ob morbum. III. Ignominiosa ob dedecus. Sed legatum affici hac ignominia rarius est. Suetonius Calig. c. 44. *Legatos, qui auxilia serius ex diversis locis adduxerant, cum ignominia dimisit.* l. 11. ff. de his, qui notantur infamia. Praefectum cohortis, vel alae, vel legionis, vel tribunum sive cohortis, sive legionis; & secundum Pomponium etiam eum, qui exercitui praeest, licet consularibus insignibus utatur, ignominiae causa ab Imperatore missum, notari infamia docet. Vide Stewechium ad Veget. II. c. 3. TENN. V. ad §. 32.

126 *Rhegium*] Ubi, ut habent excerpta Appiani f. 553. Ἐπὶ στρατιᾷ καὶ φυλακῇ τῆς πόλεως, μή τι πάθοιεν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. παρῆσαν αὐτοῖς καὶ Λέντλος ὁ ἡγεμὼν αὐτῶν. *Pro salute & custodia Rheginorum adversus hostium excursiones praesidium agebant, simul cum praefecto Decio.* Hic Decius a Valer. Max II. 7. 13. vocatur *Jubelius*. MSS. 2. Reg. *Bubelius*. Leidensis unus habet *Budellius*, alter *Budelius*. Rhegium autem alias quoque a praesidiario vexatum Justinus l. IV. 3. TENN. *Decius Jubellius* erat dux. Vide Soceri mei notas ad Valerium. OUD.

127 *Iniussu*] Lege secundum 4. Reg. & optimum Hill. *Jussu Ducis*. Nam Decius, autore Appiano, ex praefecto tyrannus evasit. Ἀντὶ ἐπάρχου τύραννος ἦν, in cujus locum milites M. Caesium scribam ejus elegerunt imperatorem. TENN. Rescripsi *jussu* auctoribus MSS. Palatino, Gruteriano, Leidensi primo, Gudiano, & Medic. & historia id flagitante. Vide praeter citatos hic auctores Polyb. l. IX. c. 31. Livium l. XXVIII. c. 28. XXXI. 31. & Epit. XII. ac demum Fabric. ad Oros. l. IV. c. 3. alioque. OUD.

128 *Diruerat*] Lege *Diripuerat*. TENN. *Diruerat* MSS. con-

fatis

verſum eſt, ita ut [129] quatuor millia, tradita cuſtodiae, necarentur. Praeterea [130] Senatusconſulto cautum eſt, ne quem ex eis [131] ſepelire vel lugere fas eſſet.

XXXIX. L. Papirius Curſor Dictator [131*] Fabium [132] Rullum[a], Magiſtrum equitum, quod ad-

[a] Vulgo RUTILIUM.

ſtanter ſervant refragantibus omnibus hiſtoricis, qui occupatum, & direptum modo Rhegium narrant. quare *diripuerat* jam legit Caſaubonus ad Polybium p. 121. Ed. Gr. & Keuchenius. quod & ego praeferrem. Non raro autem haec verba confunduntur. Caeſar B. G. l. VII. c. 11. *Oppidum diripit atque incendit.* MSS. quidam, & Edd. VV. *diruit.* OUD.

129 *Quatuor millia*] Inauditus publico ſupplicio necatorum ſub legibus numerus civium; affirmatur tamen a Valerio. *Quo minore cum invidia id peragerentur, quinquagenos per ſingulos dies virgis caeſos ſecuri percuti juſſit.* Et a Liv. l. XXVIII. Sed Polybius, notante viro ſummo Henrico Valeſio, aſſerit trecentos in foro necatos, caeteros fortiter pugnantes in obſidione cecidiſſe: Appianus tantum defectionis autores, *altrinc*, in medio foro virgis caeſos, & capite truncatos eſſe. TENN. Clare docet Caſaubonus l. cit. probante Simſono in Chronico p. 1129. Ed. ult. & Voſſio ad Valer. CCC, modo milites vivos capros eſſe, & Romae ſupplicio adfectos, reliquis in praeſidio VIII. annorum. & gravi obſidione mortuis. Tragicis ampullis hoc ergo exaggerant Livius, & ex eo ceteri. Leidenſ. ſec. hic habet tantum *ita ut tradita cuſtodiae necaretur.* OUDEND.

130 *Senatus conſulto*] Leid. ſec. *Senatu.* Palat. *tum.*

131 *Sepelire*] 4. Reg. optimus Hill. *Sepeliri.* L. *Sepeliri vel lugeri.* TENN. *Sepeliri* ſex etiam mei cum Ed. Par. *Sepeliri, aut* duo. ſed vulgatum, quod Vaticano, Palatino, Mediceo, Gruteriano, Voſſiano, Cantabrig. aliisque confirmatur, ſollicitandum non eſt. Valer. *eorumque corpora ſepulturae mandari, mortemque lugeri vetuit.* OUD.

131* *Fabium* &c. *virgis popoſcit caeſum, ſecuri percuſſurus.*] Sana haec eſſe, nullus credo. Forſan *in Fabium* &c. *virgas popoſcit, caeſum ſecuri percuſſurus.* nam *accedere lictorem & virgas ſecuresque expediri* e formula jusſerat, ut eſt apud Livium L. VIII. c. 32. immo forſan excidit quoque *animadverſurus in Fab.* Porro Cel. Drakenb. ad Liv. L. XXII. c. 25. praefert *adverſus edictum* pro *dictum* hic, & in Gellio L. XVII. c. 21. OUD. *Cur. poſt.*

132 *Rutilium*] Sic MSS & Saresber. Edd. Bon & Pariſ. *Rutilianum*, uti Livio l. VIII. c. 29. Valer. Max. l. II. c 7 §. 8. vulgo in hac hiſtoria etiam audit, & alibi. ſed ad l. II 4. 2. jam monuimus vel *Rullianum*, vel *Rullum* cum viris doctis ubique ſcribendum eſſe Praetuli ego ſaltem in noſtro *Rullum*, quod facillus in *Rutilius* depravari potuit, quam *Rullianus.* Adhaec a Dione Cocceiano cum mentione hujus magiſterii equitum clare Ῥύλλος vocatur, in excerpt. Peireſcian. p. 585. Stewe-

adverſus [133] dictum [a] ejus, quamvis proſpere, pugnaverat, virgis [134] popoſcit caeſum, ſecuri percuſſurus: nec contentioni aut precibus militum conceſſit [135] animadverſionem, eumque profugientem Romam perſecutus eſt: [136] nec ibi quidem

[a] Vulgo EDICTUM.

wechianae quoque editionis margini *Rullum* calamo adleverat Scriverius. OUD.

133 *E dictum*] 4. Reg. Voſſ. 3. Hill. & Rom. *Dictum*. quam lectionem genuinam puto, quia Papirius fuit Dictator, cujus ſunt dictata, vel dicta. Hinc frequentiſſima phraſis, *Imperatori dicto audientem eſſe*. Plautus Menaechm. II. 3. 39. *Dicto me emit audientem, haud Imperatorem ſibi*. Nepos Iphicrate c. 2. *Apud Corinthum tanta ſeveritate exercitui praefuit, ut nullae unquam in Graecia neque exercitatiores copiae, neque magis dicto audientes fuerint Duci*. TENN. *Edictum* per ſe non damnem. proba enim vox eſt, & huic rei ſatis conveniens. Livius l. VIII. c. 35. *qui contra edictum Imperatoris pugnavit*. ſtatim *edictum patris Manlii*. Livius rurſus l. XXIII. c. 14. *Dictator deſcendit edixitque*. Verum in Palatino, utroque Leidenſi, Mediceis, Vaticano, & Edd. Rom. Bon. Pariſ. Wechel. atque ipſo Saresberienſi legas quoque *dictum*. quod proprium maxime dictatori. Livius l. II. c. 18. *Creato dictatore primum Romae, ut intentiores eſſent ad dicto parendum*. Gellius l. XVII. c. 21. *Dictator filium ſuum, quod contra ſuum dictum in hoſtem pugnaverat, ſecuri necavit*. ubi male Oiſel. tentat *edictum*. In Livii loco ſuperius citato ante Gronovium legebatur quoque *deſcendit equo, dixitque*. *Decretum* Gudian. quod ex *dicto* corruptum. Ceterum *qui* Medicei, & *advetſum* MSS. 7. cum Edd. VV. OUD.

134 *Popoſcit caeſum*] Petrenſ. *cecidit*. Leid. ſec. *v. per caeſum*. Excidiſſe videtur *iri*, vel *caeſum & ſecuri percuſſum iri*. OUDEND.

135 *Animadverſionem*] Cantabr. tert. eleganter *aliquid animadverſionis*. Paullo ante *concinni* Medic. pr. & pro var. lect. ſec. OUD.

136 *Nec ibi quidem remiſſo p. ſ. metu*] *Remiſſionem*, & *meruit* MSS. SCRIV. *Nec ibi*. 3. Hill. *Ne ibi*. *Remiſſo*. 3. Reg 2. Hill. *Remiſſio*. Scriverii MSS. *Remiſſionem p. ſ. meruit*. Vulgata praeſtat lectio, ſi quidem ad Papyrium omnia referuntur. TENN. *Ne ibi* Palat. Gudian. Leid. pr. & duo Cantabr. *Remiſſio* Gudian. Leid. pr. & Saresberienſis. *remiſſionem meruit* Vatican. Medicei, & Edd. Rom. Bon. ac Pariſ. *prius* ponitur poſt *meruit* in Medic. pr. In ſec. & Vaticano *ſupplicii prius*. Placet omnino *nec ibi quidem remiſſionem ſupplicii prius meruit* ſc. Fabius; quae nominativi omiſſio anſam loci corrumpendi dedit; ut factum eſt ſaepiſſime. Vide omnino, quae congeſſi ad Lucan. l. II. 218. & l. VI. 728.

Perque cavas terrae, quas egit carmine, rimas
Manibus inlatrat.

Metus ſupplicii non remiſſus eſt, ſed ipſum ſupplicium. Livius l. VIII. c. 35. *liberavit onere conſenſus populi Romani ad preces & obteſtationem verſus, ut ſibi pe-*

dem remiſſionem [a] ſupplicii prius meruit, quam ad genua ejus, & Fabius cum patre provolveretur, & [b] pariter Senatus ac populus rogarent.

XL. Manlius, cui Imperioſo [137] poſtea cognomen fuit, filium, quod is contra edictum patris cum hoſte pugnaverat, quamvis victorem, in conſpectu exercitus virgis caeſum ſecuri percuſſit.

XLI. Manlius filius, [138] exercitu pro ſe adverſus patrem ſeditionem parante, negavit tantî eſſe quemquam, ut propter illum diſciplina corrumperetur; & obtinuit, ut ipſum puniri paterentur.

XLII. [139] Q. Fabius Maximus transfugarum dexteras praecidit.

XLIII.

[a] Vulgo REMISSO PRIUS S. ANTE. [b] AC vulgo.

poenam magiſtri equitum dictator remitteret &c. praeterea *remiſſionem* leg. patet ex ſeq. *rogarent*; quod non habet, quo referatur, niſi *remiſſionem*. dein *& pariter* dedi pro *ac*, ut vitetur concurſus repetiti *et ac* e MSS. octo. vel novem, Edd. vetuſtis omnibus, & Saresb. *pariter ſ. pro eo* Vatican. ut *rogare pro vita*, & ſimilia. vide ad Phaedr. l. III. F. 2. *Rogaret* Leid. ſec. OUD.

137 *Poſtea*] Sic & alii ſcriptores: quaſi T. Manlius Imperioſi nomen ex hoc facto acceperit, uti inde etiam dicta *Manliana imperia*. Verum recte docuit Cel. Perizonius, hujus Titi patrem Lucium Manlium Imperioſi cognomen jam habuiſſe, adeoque ejus filio quaſi hereditarium adhaeſiſſe, ut contigit fere omnibus cognominibus. Adi eum Anim. Hiſt. cap. VIII. p. 350. & ſeqq. Ceterum *ab imperioſo loco* Pallat. *pugnavit* Medicei, & Edd. Italicae. *virgis caeſum* deeſt in Leid. ſec. *virgis* abeſt a Vaticano. OUD.

138 *Exercitu*] Leid. ſec. *militi*; elegantter, ſed dubito, an vere. dein in Ed. Pariſ. *adverſus virgis patrem*. unde Keuchenius non male conjecit, *virgis* deinitendum eſſe ad extremum Ex. *ut ipſum virgis pun. p. quempiam* mox Saresb. *per illum* Leid. ſec. *diſciplina militiae* Saresb. OUDEND.

139 *Q. Fabius Maximus*] Servilianus ſcilicet in Luſitania Proconſ. Adi Pigh. Ann. T. II. p. 482. & notas ad Valer. Max. l. II. 7. 11. Oroſ. l. VI. 6. 4. Praenomen hic deeſt in Palat. & Leidenſi ſec. *dextras* MSS & Edd. nonnulli cum Saresb. Totum exemplum abeſt a Medicea pr. OUD.

XLIII. [140] C. Curio Cos. bello Dardanico, circa Dyrrachium, quum ex quinque legionibus una, seditione facta, militiam [141] detractasset, secuturamque se temeritatem ducis in expeditionem asperam & [142] insidiosam negasset, quatuor legiones eduxit armatas, & [143] consistere ordinibus [a], detectis armis velut in acie, jussit. Post [144] haec seditiosam legionem inermem procedere, discinctamque in conspectu armati exercitus, stramenta coëgit secare; postero autem die similiter fossam discinctos milites facere, nullisque precibus [145] legionis impetrari ab eo potuit, ne signa ejus.

a Vulgo OMNIBUS.

140 *C. Curio*] Ita lego. Vulgo est *M. Curio*. SCRIV. Recte scriverius pro *M.* reposuit *Cajum*: quomodo est in Gruteriano, Leid. pr. Medic sec. Gudiano., & Hilensb. ac J. Saresber. l. VI. Polycr. c. 19. & Ed. Paris. *Minucius* Medic. pr. Verum notandum etiam fuerat, hoc a C. Scribonio Curione non factum esse, cum erat *Consul*, sed *Proconsul*, ut praeter alios patet ex Livii Epitom. 93. & 95. Adde, quos laudant viri docti, ad Flori l. III. 4 6. Sallust. Fragm. Hist. 2 Non agnoscunt quoque vocem *Cos.* Leidensis sec. neque J. Saresberiensis: quare delendam censeo. OUD.

141 *Detrectasset*] Palat. *decertasset*. Sed quinque vel sex, & Ed. Par. rursus bene *detrusasset*.

142 *Insidiosam*] *Seditiosam* MS. f. *Sepiuosam*. SCRIV. *Cur. post. Seditiosam* etiam Vaticanus. *Insidiosa* expeditio est insidiis hostium plena, & apta Passive vox est sumta. de quibus adjectivis adi Cl. Drakenb. ad Silium l. II. 99. alibi *loca insidiosa*. OUD.

143 *Consistere omnibus*] 4. Reg. Voss. 9. Hill. *Ordinibus*. TERR. *Jussit omnibus consistere* constructio soloeca est, & non, nisi depravata jam Latinitate, a Scriptoribus adhibita; quidquid etiam alii defendere eam conentur. Consule Gronov. ad Liv. I XXVII. 24. & Burm. ad Ovid. Metam. l. VIII. 752 ac quos illic laudat. Hic autem MSS. mei omnes, numero tredecim, & Edd. Modium vel Stewechium praecedentes habent *ordinibus* optime. Quemque suo in ordine consistere jussit, velut in acie. *omnibus* apparet primum in margine Ed. Hittorpianae, forsan pro varia lectione Editionis, mihi non visae. OUD.

144 *Haec*] *Hoc* uterque Leidd. dein *distinctum*, & *distractam*, *distinctos*, & *distractos* prave MSS. multi. *Postremo die* Leid. sec. dein *nullis pr.* Medic & Edd. Ital. Verborum ordinem mutavi e MSS. omnibus, & Saresb. vulgo *ab eo imp. ejus* deest in Leid. sec. *ceterarum* carent Edd. Italicae. OUD.

145 *Legionis &c.*] *Legio ab eo impetrare p.* & *aboleretur* ac *distribuerentur* MS. SCRIV Sic solus Palatin. Cum vulgatis facit

ejus ſubmitteret, nomenque aboleret, milites autem in ſupplementum cæterarum legionum diſtribuerét.

XLIV. [146] Q. Fulvio, Appio Claudio Coss. milites ex pugna Cannenſi in Siciliam ab Senatu relegati poſtulaverunt a Cos. M. Marcello, ut [147] in proelium ducerentur. Ille Senatum conſuluit: Senatus negavit, ſibi placere [148] committi his Rempublicam, [149] quam deſeruiſſent; Marcello tamen permiſit facere, quod videretur; dum ne quis eorum munere vacaret, neve donaretur, neve quod praemium ferret, aut in Italiam reportaretur, dum Poeni in ea eſſent.

XLV. [150] M. Salinator Conſularis damnatus eſt a populo, [151] quod praedam non aequaliter [154] diviſerat militibus.

XLVI.

cle etiam Sarisberiensis, quare conſtet non eſt, utcum Keuchenio illam Palatini Codd. lectionem recipias. Oud.

146 *Q. Fulvio*] Perperam MSS. multi *A.* vel *Cn.*: haec ex Livio ſere ad verbum LXXXIV. in f. & XXV. 3. 6 7. De, noſtrum hac re qui ſcripſere praeterea, vide hic apud Keuchenium. Deinde poſt *militos ex pugna Cannenſi* excidiſſe quid videtur, ut *reliqui* vel *cadentes*. quomodo eſt apud Sarisber. l. VI. c. 13. Oud.

147 *In proelium ducerentur*] Sarisber. & Medic. ſec. *in proelio*. Pohl. *in proelium conſtituerentur*. Vide, num quid ſimile Paullo ante pro *e* vel *ab ſe*, ut dedi e Medicco. Edd. Italicae *ex Senatuſc.* Oud.

148 *Committi Rempublicam*] Non tantum ducibus, & magiſtratibus, verum & militibus dicuntur committi. Liv. 23. *Militibus, qui ad Cannas commiſiſſent ſuos, deſeciſſent, ſenatui nihil videri reſp. committendam eſſe.* Turneb. C. 7. ubi vid. Gronov.

149 *Quam deſeruiſſent*] *Qui* MSS. Mox *ferrent*, & *reportarent* Sarisb. *Eis r. qui cam* Sarisber. Medicei. *c. praeſuiſſent*, vel *iis, qui Remp. deſeruiſſent*. Interpolate. dein lidem *committi ſi.* Mox *eorum* deeſt in Hiſpanſi. Idem *aut. ferrent*, & *reportarent* Palatin. *donaret, ferret, portaretur* MS. Scotti. ſed vide Biſſon. de Form. l. II. P. 269. *quod Poeni in ea eſſent* Pottenſ. Oud.

Palatin. *Leſt praeno-* Leid. ſec. *Livius Sa- s l. XXVII. nullis ante bili judicio* Ann. A.

151 *Quod*] Eo quod Medicei & Edd. Italicae. dein *a Ligurib-*

XLVI. Quum ab Liguribus in proelio Q. Petillius Cos. interfectus esset, decrevit Senatus, uti ea legio, in cujus [153] acie Cos. erat occisus, tota [154] infrequens referretur, stipendium [155] ei annuum non daretur, [156] aeraque rescinderentur.

CAP.

bus Med. Leid. sec. & Edd. Ital.

152 *Diviserat*] 1. Reg. & Voss. *dimiserat*. TENN.

153 *Acie*] Pighius T. II. Ann. p. 349. ubi hanc refert e Livio, Valerio, aliisque historiam, ait, in MSS. se invenisse *facie*. Mei rectius nihil variant, nisi quod Leid. sec. habeat *in qua*. Rescripsi autem *Petillius* per *ll* e Fastis, aliisque certissimis monumentis. OUD.

154 *Infrequens referretur*] Supra n. 49. *Legionis signa submitterentur*. Legioni adimerentur signa, ejus milites in supplementum aliarum legionum distribuerentur. Nam secundum Festum, *Infrequens appellabatur miles, qui abest, abfuitque a signis*. Cornificius ad Herennium l. IV. *Praeterea, quod militiae te infrequentem tradidisti*. Ausonius ad Paulum. *Et quia sub Imperatore meo merui: procedere mihi inter frequentes stipendium jubebis. Seu aliter, aere dirutum facies*. AERE dirutus est, cujus aera rescinduntur. Festus: *Dirutum aere, militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiae causa non erat datum: quod aes diruebatur in fiscum, non in militis saeculum*. Quo alludit Ausonius dicto loco. *Ut cumulo carminis in fiscum suum redacto, redeant versus, unde venerunt*. Varro l. II. Vita P. R. *Stipendium appellatur, quod aes militi semestre aut annuum dabatur. Cui datum non sit propter ignominiam, aere dirutus est*. TENN. Inepte Medi-

cei, & Palat. *in sequens*. Cantabr. *tert. & frequen.* vide hic etiam Keuch. & notas ad Festum, & supra ad §. 21. OUDEND.

155 *Ei annuum* &c.] MSS. *ei non detretur, annua aera rescinderentur*. SCRIV. *Annuum* abest a Mediceo sec. & Edd. Italicis.

156 *Aeraque rescinderentur*] Recte, & hi aere diruti vocabantur, auctore Varrone. pugnatur igitur, qui pro his *numeroque rescinderetur* reponi postulant. MOD. Ora libri Parisiensis habebat, *numeroque rescinderentur*. Id si recipiamus, de vi Frontinus agere possit. qui enim numero rescindebantur, milites innumeri e matricula sublati dicebantur, & militis esse desinebant. at de his nihil minus, quam somniavit hoc loco Frontinus: agit enim de iis, quos alii *Aere diruios* vocarunt; de quibus nos in Commentario ad Vegetium. Tum pro vulgata scriptura testimonium, praeter alios, dicet Valerius Maximus dicto cap. 7. *neque stipendium anni procedere a neque aera duri voluit*. STEW. Alius *numeroque rescinderetur*. SCRIV. *Aeraque rescinderentur*. Esse hanc sinceram lectionem apparet ex dictis superioribus a Festum unius Reg. *A numero rescinderentur*. TENN. *A numeroque rescinderentur* Medicei, & Edd. Italicae: *quae* deest etiam in decem aliis meis. unde adducor, ut credam, rectum esse *stipendium ei non detur annuaque aera rescinderentur*. Por-

ro *reciderentur*. iidem MSS omnes cum Ed. Paris. praeter Vaticanum, de quo dubito. Nihilominus *rescinderentur* praefero. *Rescindere* est irritum facere, abolere. *Recidere* est minuere, abradere: adeoque per *aera recinderentur* innueretur, aliquod tamen stipendii praetereriti iis fuisse concessum. Adi Gronovium ad Liv. l. XLIV. c. 5. & Observ. l. II. c. 22. l. IV. c. 16. Graev. ad Sueton. Calig. c. 44. Est, qui legit *resignarentur*. OUD.

CAP. II.

De effectu disciplinae.

EXEMPLUM I.

Bruti & Cassii exercitus, memoriae proditum est, [1] bello civili, quum una per Macedoniam iter facerent, priorque Brutus ad fluvium, in quo pontem jungi oportebat, perveniſſet, [2] Cassii tamen exercitum & in efficiendo ponte, & in transitu maturando praecessisse. Qui vigor disciplinae effecit, [3] ne [a] solum in operibus, verum & [b] [4] in summa belli praestarent Cassiani [5] Eru-

a Vulgo NE NON SOLUM. *b* Vulgo ETIAM.

1 *Bello civili*] *In b.* Edd. Italicae. Dein *priorque Bruti exercitus* Vatican. *Bruti* sc. exercitus Palatin. contra *Cassium cum exercitu* idem. *tum Cassi e.* Leid. sec. *in eff.* deest praepositio in Gruteriano, & Gudiano. *pontem* Mediceus, & Leid. sec. *in tr.* rursus sine *in* Gruter. Mox *vigore* Medic. sec.

2 *Cassii tamen*] *Cassium cum exercitu* MSS. SCRIV.

3 *Ne non solum*] Recte vidit Celeb. Perizonius, delendam esse vocem *non*, & *ne* poni more frequenti pro *ut non*. Nullus enim meorum Codicum, immo ne ulla quidem Editio ante Modium agnoscit τὸ *non*, praeter Cantabr. tert. qui non habet *ne*. quare confidenter delevi. Petrens. *ut non*. Verum quod ait Frontinus, in summa belli, quae maxime consistit in proeliis decretoriis, Cassianos praestitisse Brutianis, in eo vehementer errat. Quippe omnes Historici memoriae prodiderunt, in summa belli Cassianos victos, & castris exutos fuisse, Bruti vero cornu vicisse, & adversariorum castra cepisse: quod pluribus ostendit Perizon. Animadvers. Histor. c. 2. p. 81. OUD.

4 *In summa belli*] Rara significatio, pro ἐν ἀκμῇ, in acerrimis proeliis. Alias *summae belli* praeesse dicitur Imperator. Nepos Pelopida c. 5. *Cujus belli cum ei summa esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simulac conspexit hostem, confligere.* TENN. *Summa belli* non simpliciter notat proe-

[g] Brutianos [a].

II. C. Marius, quum facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus, qui sub Rutilio, & qui sub Metello, ac postea sub se ipso [b] meruerant, Rutilianum, [7] minorem [b] quidem, [8] quia [9] cer-

[a] Vulgo BRUTIANOS. [b] Vulgo QUENDAM M., QUI.

ta, sed omne id, in quo plurimum conflixit momentum, & quale eventu rerum quasi vertitur. Quo sensu saepe haec vox apud Livium occurrit. l. XXIX. 4. *Summae belli molem adhuc in Sicilia esse.* XXXII. 17. *Nec eam ignominiam ad unius modo expugnandae turrem urbis, sed ad summam universi belli pertinere satus, quod ex momentis parvis saepe plerumque rerum penderet.* XLIX. 3. *Postquam summam belli, ac regias omnes copias, terrorem que hostilem tam e propinquo conspexerunt.* Atque sic etiam alii. Vide ad Lucan. l. v. 696. ubi quidam legunt:

Sufficit ad summam belli.

Summam belli committere, tradere duci, frequentissimum est. Ceterum & pro *etiam* reseripsi fide plurimorum Codicum, & Ed. Paris. OUD.

5 *Brutianis*] Voss. 3. Reg. 3. Hill. *Brutianos*. Vulgata constructio est in Sall. Cat. c. 1. *Qui se student praestare caeteris animantibus.* TERR. *Brutianos* reposui; quorum in MSS. mei novem meliores, & Ed. Paris. exhibent; eamque constructionem optimi quique scriptorum non refugerunt. Vide, si vis, exempla plena manu congesta a Celeb. Viris Heinsio, & Burmanno ad Ovid. Metam. l. IV. 630.

Ille hominum cunctos ingenti corpore praestans.

Livius l. XLIV. 34. *Quantum numero non praestant.* Nepos de Regibus in fine, *omnes in Africa natos praeditiores*, & in Hannib. c. 1. *praestitisse ceteros.* & saepe. OUD.

6 *Meruerat*] Unus Reg. *enituerant*. TERR. *Enituerat* m. pr. Mediceus. Leid. pr., & Hillensb. *erant*, inepte. Vide ad c. 1. §. 11. 3. 13. Supra C. deest in Medic. pr. Q. Med. sec. *Marcello* idem prave, & qui sub *ipsum* Leid. sec. OUD.

7 *Quendam minorem*] Res periculosa est, fateor, absque veterum codicum adjumento in emendatione scriptorum versari: pergam tamen, ut coepi, quod felix faustumque sit, reponamque *quanquam minorem*. Cui optio dabetur duorum exercituum, cum elegit, quem disciplina praevalere intellexit, etsi numero inferiorem. STEW. *Quendam*. Unus Reg. in margine, & Voss. *Conventum*. meliorem exhibet conjectura Stewechii *Quanquam*. TERR. Barthius l. XIV. Adversar. c. 9. *quadam* se. parte *minorem*, non me probante. Scaliger rectius ad oram codicis sui scribendum monuit *quidem*; idque in Sulpitio MS. inveniisse se ait Pighius Annal. T. III. p. 151. Unde, & ita scribi vult: quo facit, quod in Mediceo pr. mox *quem quidam*; Immo discrte Petrens. R. *minorem quidem*; Optime, & verissime. OUD.

8 *Qui certioris*] Voss. 1. Reg. 2. Hill. *Quia certioris*. Legentes *Qui*, sectum ab *arbitrabatur* passivae significationis. Gellius l. 2. c. 13. *Antequ quaestio, & in utrum*

9 certioris disciplinae arbitrabatur, 10 praeoptavit.

III. Domitius Corbulo, 11 duabus legionibus &

utramque partem a prudentibus viris arbitrata est. Caelius apud Priscianum. *Ex scriptis eorum, qui veri arbitrantur.* h. e. putantur. Ita Virgilius *dignor* passive protulit.

Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Macrobius l. 1. c. 24. *Hora nos admonet, ut honore vestro haec mensa dignetur.* TENN. Verbum *arbitrabatur* de Glossemate suspectum habet Barthius ibid. Sed videamus MSS. *Quem* Medic. sec. & Leid. sec. *Sed qui* Petrens. *qui ab eo c.* Cantabr. tert. *quia c.* Palatin. Gruterian. Leid pr. & Ed. Paris. *qui acrioris* Vatican. *quia* etiam in Sussano: unde patet clarissime, rescribendum esse *Rutilianum, minorem quidem, quia c. d. arbitrabatur.* Active, Sc. Marius. Non enim audiendi sunt, qui vel delent ultimam vocem, vel passive contra auctoris & Livii, unde haec sine dubio desumta sunt, stilum capiunt. Rectius sane Scaliger, & Pighius legunt *sed quod*, vel *sed quia.* Verum *sed* sexcentics in talibus omitti, nemo nescit. *quod* est in Commel. per Scriverium inspecto Cod. *Quia* legendum esse viderunt etiam Lipsius, & Gronovius, quorum hic *quamquam*, ille *quondam* conjeceranat. OUDEND.

9 *Certioris disciplinae*] *Acriotis*, ut dixi, Vatican. *acerbioribus* unus Scriverii, unde pro conjectura margini adleverat *acerbioris.* Leid. pr. *exercoris:* unde facere possis *exertioris*, vel *exercitioris:* Vide ad Lib. II. 1. 9. Sed, si quid mutandum, malim *exercitatioris.* Quippe novo invento milites exercitari in armis per lanistas curaverat Rutilius, ut docet inter alios Valerius Maximus l. II. c. 3. Consule Pighium de ejus disciplina ibid. p. 146. OUD.

10 *Praeoptavit*] Alii, *a. punctavit.* quod si Latinum est, castrense, & militare est, natum a punctis sive puncturis, de quibus Vegetius c. 8. lib. 1. & c. 5. lib. II. MOD. *Praeoptavit.* Novem MSS. ita exhibent; ut Codd. inspexisse non videatur, qui *Pontavit, pontavit, punctavit* somniavit. TENN. *Punctavit* invenias in Editionibus primis, sed contra omnes MSS., Latinitatem & auctoris mentem. Non enim agit de singulis militibus, sed de toto exercitu Rutilii, quem Marius *praeoptavit.* quod verbum tam apud alios, quam Caesarem, & Livium est frequentissimum. Infra c. 5. §. 24. *Praeoptaverunt spectare.* Medic. sec. *praeoccupavit.* Uterque addunt *concivem.* Tennulius autem hic respicit Keuchenii animadversionem. OUDEND.

11 *Duabus legionibus*] Hillensb. *Cum duabus:* Immo vero tribus, qui error videtur esse ipsius auctoris. nam initio duae legiones Corbuloni adsignatae erant, ut docet Tacit l. XIII. Ann. c. 8 sed deinceps adjecta est ex Germania legio cum equitibus alariis, & peditatu cohortium, teste eodem c. 35. ubi omnino vide, quam rigidissime disciplinam militarem quae erat corruptissima, correxerit Cneus ille Domitius Corbulo, tunc Proconsul Neronis in Armenia. Adde Dionem Cassium l. LXII. p. 710. Ὁ γάρ τοι Κορβίλων συχνά τε τὰ στρατιωτικὰ ἐπανώρθωσε καὶ

& pauciſſimis auxiliis, diſciplina [12] correcta, Parthos ſuſtinuit.

IV. Alexander Macedo [13] quadraginta millibus hominum, jam inde a Philippo patre diſciplinae adſuefactis, orbem terrarum adgreſſus, innumeras hoſtium copias vicit.

V. Cyrus, bello adverſus Perſas, [14] quatuordecim millibus armatorum inmenſas difficultates ſuperavit.

VI.

καὶ ἀκμὴν ἀμαλωτίνα, & noſtrum ſuperiore cap. §. 20. 28. Verum & jam ante in Germania legiones operum, & laboris ignavas veterem ad morem reduxit. Tacit. Ann. l. XI. c. 18. OUD.

12 *Correcta*] *Correptis (correctis) Parthos continuit* MSS. SCRIV. Hinc Keuchen. legit *auxiliis diſciplina correctis*. Palat. *correptis*. duo tresve *correpta* cum Edd. quibusdam. At bene ſe habet vulgatum, & utrumque paſſim occurrit. *Continuit* tamen, ſcilicet, ne ultra ſtatos terminos excurrerent, non temere ſpernendum. Agnoſcit id enim, & Medic. pr. *ſuperavit* Medic. ſec. OUD.

13 *Quadraginta*] Non convenit inter autores numerus copiarum Alexandri; teſte Plutarcho in ejus vita c. 23. quidam tribuere ei *peditum triginta millia*, & tot Diodorus l. XVII. c. 17. Arrianus l. 1. Alii *peditum quatuor & triginta millia*. Hi quatuor, illi quinque millia equitum tradunt. Juſtinus l. XI. c. 6. *peditum triginta duo millia, equitum quatuor millia quingentos. Naves centum octoginta duas*. Diodorus eundem numerum equitum, ſed naves longas ſexaginta refert. TENN. *Tantae diſcipl.* Medic. ſec. & Scriv. unus. unde margini adſcripſit *fort. Sanctae. terrarum* deeſt in Palat. & Leid. ſec. Pro *vicit* in Mediceis, & Edd. Italicis *ſuperavit*. Sed J. Saresber. l. VI. c. 14. e Frontino hic citat *fudit*. cuius gloſſa videntur hoc loco eſſe tam *vicit*, quam *ſuperavit*. Utrumque enim ſequentibus exemplis iteratur. Pro *innumeras* Cantabr. *univerſas*, quod efficacius eſſe opinatur Cl. Waſſe. OUD.

14 *Quatuordecim*] In Leid. ſec. XL. ſed quinam hic Cyrus? an idem, de quo §. 6. qui adverſus fratrem bellum geſſit? Ille certe debet intelligi. ſi hoc exemplum ſanum eſt. Atqui tum millia illa de Graecis ſolis ſunt intelligenda. Verum ineptus *fuerit* autor, ſi eumdem hic *intellexerit*, atque ita in eodem capite bis de una eademque re mentionem fecerit. Primus tamen Cyrus intelligi nequit. ille enim pro Perſis adverſus Medos bellavit. Nihil igitur reſtat, niſi ut dicamus, auctorem inepte voluiſſe exaggerare exempla, vel hoc eſſe expungendum, aut denique corruptum eſſe locum. Certe in Palatino pro *Cyrus* exaratur *Pyrrhus*. Vide ergo, num legi poſſet *Pyrrhus adv. Spartiatas*. De qua expeditione lege Juſtinum l. XXV. c. 4. & qui illic citantur. Mox pro *inmenſas* non bene *univerſas* Petrenſ. Hillensb. & Ed. Pariſ. OUD.

15 Ex

VI. Epaminondas, dux Thebanorum, quatuor millibus [15] hominum, ex quibus quadringenti tantum equites erant, Lacedaemoniorum exercitum viginti quatuor millium peditum, equitum mille fexcentorum vicit.

VII. A [16] quatuordecim millibus Graecorum, qui numerus in auxiliis Cyri adverſus [17] Artaxerxen fuit, centum millia barbarorum proelio [18] ſuperati [a] ſunt.

VIII. [19] Eadem Graecorum quatuordecim millia,

[a] Vulgo SUPERATA.

15 *Hominum*] Petrenſ. *armatorum*, ut praec. ex. *viginti quatuor* Leid. ſec. XIV. & ſtatim pro *ſexcentis* praebet *ducentos*.

16 *Quatuordecim*] Vix *tredecim millia* Xenophon ipſe numerat l. I. p. m. 261. *Decem millia* ait Juſtin. l. V. c. II. unde κατ' ἐξοχὴν οἱ μύριοι dicti ſunt. Vide Caſaubon. ad Polyaen. l. I. c. 49. de Xenophonte ἐκαγάγε τὸς μυρίους. Statim in Ed. Bonon. etiam *decem millia*. Rediere autem ſalvi tantum 8600., teſte Xenophonte l. III. p. m. 349. Nihil ſcilicet incertius eſt in auctoribus, quam militum in exercitu numerus, aut etiam occiſorum, & caprorum in proelio, qui conciliari numquam fere poteſt. OUD.

17 *Artaxerxen*] Ita edidi ex Leidenſi primo, non per *m*, ut vulgo fiebat. Saepe de hac terminatione Graeca jam ante monui. OUD.

18 *Superata ſunt*] MSS. *ſuperati*, & delent τὸ *proelio*. SCRIV. *Proelio* deeſt in unico Mediceo pr. ſed *ſuperati* exhibent Mediceus uterque, Petrenſis, & Edd. Rom. ac Bonon. Eleganter, & vere. Livius l. XXVII. c. 16. *Millia triginta ferè alium capitum dicuntur capti.* XXX. 18. *Duo millia & pars maxima ea legione* XII. *amiſſi.* XXVIII. 18. *Millia hominum quatuor in foro Romae ſecuri percuſſi ſunt.* Sic Edd. qdd. aliae *percuſſa.* XLIV. 42. *Vagi e fuga* V. *millia hominum capta.* ſupra l. II. 3. 21. in nonnullis *quinque millia deſiderati ſunt.* infra l. IV. c. 7. §. 23. *quatuor millia, qui ſegnius pugnaverant.* Plura ſi quis deſiderat, adeat Gronovium ad Livii l. XXXVII. 39. *duo millia relicti ſunt.* & notas ad Curtii l. IV. 4. 16. *duo millia crucibus adfixi:* itemque Sanctii Minerv. p. 716. aliosque Grammaticos. OUD.

19 *Eadem Graecorum q. m. proelio*] Turbant hic vehementer libri veteres. Palat. *Eadem G. proelia q. m. proelio* ante *c. m.* ponitur etiam in Vaticano, Mediceis, Leidenſibus, Cantabr. tert. Voſſiano, & Hillensberg. ac Edd. Rom. Bon. Pariſ. & Wech. Praetetea *Eodem* habent Medic. Hillensb. Cantabr. Edd. Rom. & Pariſ. poſt *Graecorum* inſerit Leid. ſec. *G?* Vide, num de eodem Cyro aliquid lateat. an *Eo dein caeſo in proelio, Graecorum* X. vel XIV. *millia, amiſſis ducibus?* Nam Graeci omnes duces in proelio non amiſerant. Conſer Xenophontem laud.

lia, proelio amiſſis ducibus, reditus ſui cura uni ex [20] corpore [21] ſuo Xenophonti Athenienſi demandata, per iniqua & [22] ignota [a] loca, incolumia [23] reverſa ſunt.

IX. Xerxes ab trecentis Lacedaemoniorum ad Thermopylas vexatus, quum vix eos confeciſſet, hoc ſe deceptum ajebat, quod [24] multos quidem homines haberet, [25] viros autem, diſciplinae tenaces, nullos.

[a] Vulgo INCOGNITA.

CAP.

libro. Cyrum in proelio occiſum eſſe, fatis conſtat. Oud.

20 *Corpore*] H. e. numero. Tacitus Germ. c. 39. *Magnoque corpore efficitur, ut ſe Suevorum ceteri credant.* Juſtinus l. XIV. c. 11. *Unum ex corpore ſuo eſſe velint.* l. XVIII. c. 3. *Regem ex ſuo corpore creari.* l. XXXIV. 1. *Ut corpus Achaeorum diſſolveret.* Ovid. 1. Metam. fab. 8.

Illud ab uno
Corpore, & ex una pendebat origine bellum.

Florus 1. cap. 1. *Ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum.* Tenn.

21 *Suo*] *Suorum* MSS. Scriv. *Suorum* Edd. Italicae. *corporum ſuorum* Medic. ſec. dein *demandati* Edd. eaedem.

22 *Incognita*] Alias *ignota.* Scriv. Voſſ. 4. Reg. 2. Hillensb. *Ignota.* Tenn. *Ignota* repoſui auctoritate MSStorum Palatini, Medic. Vaticani, Leidenſium, & Cantabrigienſium omnium; licet parum referat. Oud.

23 *Reverſa*] Lege cum uno Hill. *reverſi*, ut n. 7. *ſuperati* pro *ſuperata.* ſic dant Scriverianus, & Regius Tenn. Hic mei omnes *reverſa ſunt* ſervant; quare non tam audacter *reverſi* reponere volui, quam ſupra *ſuperati.* Quin & rectius tum etiam *incolumes* ſcribendum fuiſſe videtur. Oud.

24 *Multos*] Sic lege. Licet in 2. Reg. *Milites.* Vegetius l. 1. c. 3. *In omni conflictu non tam prodeſt multitudo, quam virtus.* idem l. III. c. 1. *Pluribus caſibus ſubjacet amplior multitudo.* Tenn. *Milites* etiam Gudian. dein *habebat* Medicei, & Edd. Italicae. Palatin. *faceret.* In Gudiano deeſt *autem.*

25 *Viros*] Tanquam non omnes viri, h. e. fortes fuiſſent. Juſtin. II. 9. *Pugnatum eſt enim tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes putares.* Ad hiſtoriam Seneca l. VI. benefic. c. 31. *Intellexit, quantum ab exercitu turba diſtaret.* Flor. II. 8. *Haec omnia praepedita magnitudine ſua.* vide Freinshem. Tenn. Cl. Weſſelingius *ea diſciplinae tenaces* delere, ſi vel unus addiceret codex, mallet. Certe acutior meliorque eſſet oratio; eoque ſenſu *Viros* pro fortes homines *ἐνδόξους* ſaepiſſime ſumi, notiſſimum eſt. At nunc, cum omnes id ſervent MSS., juvi locum diſtinctionibus, quae vulgo aberant, *Viros autem, diſciplinae tenaces, nullos.* ut duo dixerit Xerxes, nempe nec ſe fortes, nec exercitatos, & ad rarum

jun-

imperantis obedientes habere viros. Alioquin & ego inducere velim. OUD. Paullo aliter haec refert Herodotus L. VII. c. 210. ἐδόκεον δ' ἐκείνῳ κατὰ τὸν. εἶδε δὲ ἄλλα αὐτῷ βαρυά, ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνδρες εἶεν ἀλίζωνοι δ' ἄνδρες. Ut hic jungumtur *viri'* & *disciplinae tenaces*, sic Curtio L. IX. c. 10. §. 27. *viri & sobrii*. IDEM Cur. post.

CAP. III.

De continentia.

EXEMPLUM I.

1 M. Catonem 2 vino eodem, quo remiges, contentum 3 fuisse, traditur.

II. Fabricius, quum 4 Cineas a legatus Epirotarum grande pondus auri 5 dono ei daret, non ac-

a Vulgo CYNEAS.

1 *M. Catonem*] Sine praenomine Palatin. & Leid. sec. qui etiam *Cato contentus*. Post *remiges* addit Petrem. *die transirent*. quasi voluisset, *diem transisent*, i. e. transigerent. *vitam transire veluti pecora* Sallust. init. ubi vide. sed haec non a Frontini manu. OUD.

2 *Vino*] Plinius l. XIV. c. 13. *Cato quum in Hispaniam navigaret, unde cum triumpho rediit, non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges.* Valerius Max. IV. 3. 11. *Si quis hoc saeculo vir illustris pellibus hoedinis pro stragulis utatur, tribusque servis comitatus Hispaniam regat, & quingentorum assium sumptu transmarinam provinciam petat, eodem cibo eodemque vino, quo nautae* (*uti* delent MSS.) *contentus sit, nonne mirabilis existimetur? Atqui ista patientissime superior Cato toleravit.* Factum hoc est, cum Celtiberos domuit. Front. l. I. I. Festi mutilum locum ita supplevit Scaliger. *Navitae, quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum.* TENN.

3 *Fuisse*] Ita legendum. Vulgo est *esse*. SCRIV. Unde Lipsius, & Rubenius faciebant *egisse*. El. l. II. c. 82. Verum *esse* in solo Gruteriano, & Edd. Stew. ac Vesal. invenitur. in ceteris omnibus *fuisse*, uti etiam apud J. Saresber. l. V. c. 7. ubi pro *Plutarchi Strategematica*, necessario legendum *Jul. Frontini S.* In duobus tamen Cantabrig. deest *fuisse*. quod placet viro docto. OUD.

4 *Cineas*] Sic e MSS. reposui. quidquid renitatur Faber ad Justin. l. XVIII. 3. Graecis hic Pyrrhi legatus vocatur Κινέας, non Κυνέας *Cyneas*, ut vulgo. OUD.

5 *Dono*] Deest in Palat. Mox pro *non accepto eo* Medicei *si accepto ei esset*. dein *aurum imp.* *id* Leid. sec. τὸ χρυσίον ἴχνος in hoc responso Plutarchus, qui, ut ceteri, Curio tribuit in Apophthegm. p. 194. & Aurel. Victor. c. 33. Contra *id* deest in

Pal

accepto eo, dixit; Malle ſe habentibus id [6] imperare, quam habere.

III. Atilius Regulus, quum ſummis rebus praefuiſſet, adeo pauper fuit, ut ſe, conjugem [7] liberosque toleraret agello, qui colebatur [8] per unum villicum; cujus audita morte, ſcripſit Senatui de ſucceſſore, deſtitutis rebus obitu ſervi neceſſariam eſſe praeſentiam ſuam.

IV. [9] Cn. Scipio poſt res proſpere in Hiſpania geſtas, in ſumma paupertate deceſſit, ne ea quidem relicta pecunia, quae ſufficeret in dotem [10] filiarum, quas ob inopiam [11] publice dotavit Senatus.

V.

Palatino, & Medic. ſec. Forſan rectius. *Habere* ſine caſu notat divitem eſſe. Saepe *amor habendi*. Tritum illud *unde habeas, quaerit nemo*. Sed adi Cl. Burm. ad Phaedr. Prol. l. III. 21.

Curamque habendi penitus corde eraſerim. Ovid.

6 *Imperare*] Hoc reſponſum Samnitibus datum a M. Curio. Val. M. IV. 3. 5. Victor c. 33. aliud a Fabricio ibidem n. 6. & Gell. I. c. 14. TENN.

7 *Liberos tolerare*] Nutriret, ſuſtentaret. Caeſar l. III. Bell. Civ. c. 49. *Frequenter ex perfugis cognoſcebant, equos eorum vix tolerari, reliqua vero jumenta interiiſſe.* Ibidem c. 58. *Ut foliis ex arboribus ſtrictis; & teneris arundinum radicibus contuſis equos alerent; & cogerentur his rationibus equitatum tolerare.* Plautus Rudente IV 2. 14. *Paupertatem heri, qui & meam ſententiam tolerarem, opera haud fui parcus mea.* Salluſt. Catil. c. 37. *Juventus, quae in agris maxumam partem inopiam tolerabat.* Virgil. *Tolerare colo vitam tenuique Minerva.* Tacitus. *Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam.* TENN.

8 *Per unum villicum*] Vatican. *uno villico.*

9 *Cn. Scipio*] Inepte apud Saresber. & hic in Edd. quibusdam C. ſcribitur. ſed & errat cum Seneca, vel non diſtincte ſatis rem narrat auctor. Non *filias*, ſed *filiam* dotavit Senatus, non *poſtres in Hiſpania geſtas*, ejusque mortem, ſed dum illas gerebat Cn. Scipio, ut docent Zonaras, & Valer. Max. l. IV. c. 4. §. 10. Conſule Dempſter. in Paralip. ad Roſin. l. VII. Antiq. c. 31. Celeb. Perizonium de lege Voconia p. 137. & in Obſerv. Hiſt. p. 80. Apulej. Apol. p. 319. Ed. Colv. Ceterum vulgo contra MSS. edebatur *geſtas in Hiſp.* Ovid.

10 *Filiarum*] MSS. *feminarum.* SCRIV. *Feminarum* exaratur etiam in tribus Cantabrig. Palatino, Mediceis, Leid. pr. & Edd. Italicis. Ridicule. Leid. ſec. *filiarum feminarum. filiarum* cum ceteris MSS. ſervat Saresber. quare cum Reuchenio aliquid

V. Idem praestiterunt Athenienses filiis Aristidis, post amplissimarum rerum administrationem, [12] in maxima paupertate defuncti.

VI. Epaminondas, dux Thebanorum, tantae abstinentiae fuit, ut in suppellectili ejus [13] praeter

quid mutare temere nolui. Paullo ante *discessit* Petrens. solemni variatione. Item *nec ea* Edd. pp. & MSS. duo. Ovn.

11 *Publice*] Ex aerario populi. Victor c. 40. *Absente eo conjugi & liberis ob pauperiatem sumptus publice dati.* Hinc Plinius l. 1. ep. 1. *Publicum funus Virginii Rufi.* Quod suis sumtibus populus Virginio fecit. TENN.

12 *In maxima*] Alias *summa.* SCRIV. 4. Reg. Voss. 3. Hill. erant *in.* Caeterum optime Keuchenius *Filiis* pro *filiabus* vertit. Nam Nepos in Aristide. *Quo facto, ut filiae ejus publice alerentur, & de communi aerario dotibus datis collocarentur.* Sic Plautus Poenulo v. 3. 9. *Mihi istaque filiis salve.* Sticho IV. 1. 61. *Sed ego ibo intro, & gratulabor vestrum liberum filiis.* Quo loco filiae intelligendae. TENN. *Summa* apud Saresber. exstat. in nostris non agnoscunt MSS. quatuor, & Edd. Rom. Bon. ac Paris. *filiis* pro *filiabus*, & familia dici ante Keuchenium, & Tennulium hisce plurimisque exemplis docuit G. J. Vossius l. 12. de Analog. c. 14. aliique. QUEND.

13 *Praeter thenum*] Voss. 3. Reg. & 1. Hill. *Praetorea & unicum vero.* 2. Hill. *Praeterito reatu & unitum vero.* Unde Celeberrimus Graevius: *Praeter floreum & unicum veru.* Scorea est teges. *dare cubile.* sterno. TENN. Palat. *praeterito reatu* ..... n. Leid. pr. Cantabr. Bib. Pub. Gudian. & Voss. (nam male in nota Tenn. typothetarum, ut opinor, vitio) *praeterito reu &* *unicum vero.* Vatican. *praeter reo & vicum vero.* Medic. prim. *praeter id horeo & vero unicum.* Medic. sec. *praeterito reatu & ... n.* Petrensis denique *praeter unicum thoreuma n.* Ed. Rom. *praeter aevum.* Bonon. *praeter aenum.* In Leid. sec. & Saresber. hoc exemplum desideratur. *Praeter floreum & unicum vero* conjecerunt etiam Gronovius, & Vossius; & sane non male. Vide tamen, num simpliciter scribi debeat: *praeter aereum & minutum veru.* Plutarchus certe in vita Fabii p. 189. Ἐναμιπάσας μὲν Θηβαίοις ἀμφορέα δηναρίων, ἐπὶ σκηνὴν ὁ κύριος ἦλθεν. ἦσαν γὰρ οὔτε τραπεζοφόροι καὶ κρεάφαγοι, πλὴν ὀβελίσκοι σιδηροῖ, λίθοι. Vertunt *praeter veru minutum ferreum*; at Xylander intelligit illic nummum quemdam ferreum: cui tamen explicationi noster repugnare videtur, qui docet, aliquid fuisse, quod ad suppellectilem pertinet, non ad pecuniam; nisi statuamus, Latinos ipsos auctores male intellexisse vocem Κόλονος, quae vulgo *veruculum* notat. quod tamen mirum suppellectilis genus alicui videri posset apud hominem tam pauperem, ut etiam vivus unum tantum habuerit detritum pallium, quo fulloni dato domi desidere debebat, teste AElIano l. v. Hist. Var. c. 5. Sed sciendum est, ei, ut homini militari, opus fuisse veru; quia non minus, quam gregarii milites, cibum sibi ipse assare voluerit, ceteris in exemplum. Adi Plutarch. Apopht. 201. & Polyaen. l. VIII. c. 16. & supra ad lib. IV. c. 1. Quidquid sit pro *veru unicum* trans-

ter ahenum & unicum veru nihil invenirentur.

VII. Hannibal surgere [14] de nocte solitus, ante noctem non requiescebat; crepusculo demum ad coenam [15] vacabat: neque amplius quam duobus lectis [16] discumbebatur apud eum.

VIII. Idem, quum sub Hasdrubale Imperatore militaret, plerumque super nudam humum, [17] sagulo tectus, somnos capiebat.

IX.

transpositis Mstorum ductu vocabulis fecisse saltem *unicum verum*. sed & *unicum* sive dubio est vitiosum: nam homini coelibi, etiam divisi, satis esset unicum veru, quale illi vox nullum habet emphasin. Omnino verum puto *aereum & unicum verum*. Opp. Verissimam adhuc censeo meam emendationem *praeter aereum & unicum verum*. Caussa autem mutationis adjectivi *aereum* in substantivum *ahenum*, fuit perversus vocum ordo in MSS. nonnullis per librarios exaratus: *aerum & verum*. Hinc enim posteriores existimarunt, praecedere quoque debuisse vocem substantivam. Sed & ne forsan quis *denique* e Bonon. Ed. retinere; adjective velit, monendum mihi videtur, id nimis poëticum esse. Praeterea MSS. clare ad *aereum* ducunt. Alioquin *aenum* bene se haberet; ut pallim apud prosaicos quoque: *nōneus* vel *ācneus* apud poëtas. Ingrid *Cur post*.

14 *De nocte*] Somni parcissimi omnes Hannibalem ferunt. Silius l. xii.

——— *Vigil ille, nec ullam*
Ad requiem facilis; credensque
abscedere vitae,
Quod fopor eripiat, tempus

Tenn. *De nocte* est post mediam noctem. Adi Cl. Burm. ad Phaedr. l. iii. F. 10. 20. Oud.

15 *Vacabat*] Alii *ad c. vocabat*. Fungi, non homines, qui non videbat dictum a Frontino *vacare ad coenam* pro *vocare coenas*. Mod. Alias *vocabat*, & sic quidam ex MSS. Scriv. *Vacabat*. h. male in 3. Reg. Voss. *vocabat*. Tenn. *Vocabat* inveni in septem mss. & Ed. Wech. Marg. Junio. Saresberiens. *Socios ad coenam vocabat*. quae faciunt sequentia, quae convivium exprimunt. *Vocare ad coenam* vulgaris, & trita est formula. Nihil tamen mutarem. *Vacare* cum praepositione *ad* pro Dativo invenitur etiam apud Ovid. l. iii. ex Ponto El. 1. 42.

Corporis ad curam vix vacat
ille sui.

Terent. Andr. iv. 2. 23. *Vacuum me ad hariolandum credas*. Oudend.

16 *Discumbebatur*] Imo Justinus l. xxxii. negat, eum cubantem coenasse. Tenn.

17 *Sagulo tectus*] Plures, *saccolo tectus*. sed nesciunt illi. ista Livii: *multi saepe militares sagulo apertum* (Hannibalem scilicet) *dum jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt*. Mod. Alias *saccolo*. Scriv. *Saculo*. Sive omnes MSS. minus Scrioriatne, qui *Saccolo*. Aequi Livium l. xxi. c. 4. *Multi saepe militari sagulo apertum hu-*

mi

IX. AEmilianum Scipionem traditur in itinere, cum amicis ambulantem, accepto pane, vescisi solitum.

X. Idem & de Alexandro Macedone dicitur.

XI. Masinissam, nonagesimum [18] aetatis annum agentem, meridie ante tabernaculum stantem, vel ambulantem capere solitum cibos, legimus.

XII. [19] M'. Curius[a], quum, victis ab eo Sabinis, ex Senatusconsulto ampliaretur ei [20] modus agri, quem consummati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit; ingratum [21] civem

a Vulgo C. & M.

mi jacentem inter cuspidas statuasque militum conspexere. TENN. *Saccato* non est in MS. Scriverianus, sed Ed. Romana, margine Ed. Wechel. & Saresberiensis, prave; *Stragulo* e Glossa Arcerianus.

18 *AEtatis*] Deest in Medic. pri *ut dicitur* Edd. Rom. & Bonon.

19 *M'. Curius*] Ita lego, vulgo est *C. Curius*. SCRIV. *M. Curius*. sic lege. In 3. Reg. 3. Hill: *C. Curius*. Est hic *M. Curius Dentatus*. TENN. In multis MSS. deest praenomen. *C.* etiam perperam Saresber. & tres mei. Verum non melius Keuchenius, & Tennulius exhibent *M* seu *Marcus*, cum recte Scriverius monuerit *M'*. sive *Manium* esse scribendum: quod notavit etiam Scottus ad Aurelium Victorem c 33. plura vide ad l. 1. c. 8. §. 4. OUD.

20 *Modus agri*] Val. M. IV. 3. 5. quinquaginta jugera. Seneca VII. benef. c. 7. tantum agri Curio decretum, quantum arando uno die circuire potuisset. Victor c. 33. populo vivum quaterna dena jugera. Valerius septena tributa memorant. Sunt autem *consummati* (Turnebo interprete) cum in assignatione agrorum multi milites, verbi gratia vicéni contribuuntur in ducena jugera, & ex eo agrorum modo pro portione accipiunt, singuli dena jugera. Sic secundum Valerium septem milites fuerint in unam summam collati, necesse est, cum Senatus Curio quinquaginta millia septena jugera decreverit. TENN. *Manus* MSS. quatuor, de eo modo adli & Scott. ad Victorem. Male autem Keuchenius, & Tennulius adhentiuntur Turnebo in expositione *te consummati*. *Consummati milites* nihil notat, nisi emeritos: Sueton. in Calig. c. 44. *Is exercitu recensendo plerisque centurionum maturis jam, & non nullis anne paucissimos quam consto annuisse essent dies &c.* ubi omni no vide Gronov. Sic *consummatio* gladiatorum, cum missio iis daretur, apud Plinium l. VII. 11. c. 7. Confer etiam Cael. Rhodigin. Ant. Lect. l. XX. c. 11.

21 *Civem*] Seneca l. VII. benef.

vem dicens, cui non esset idem[a], quod ceteris, satis.

XIII. [22] Universi quoque exercitus notabilis saepe fuit continentia, sicuti ejus, qui sub M. Scauro meruit. Namque [23] memoriae tradidit Scaurus, pomiferam arborem, [24] quam [25] in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

XIV.

a Vulgo ipse

nef. c. 7. *Non est opus, inquit, vobis eo cive, cui plus opus sit, quam uni civi.* Valerius. *Parum honestum Reip. civem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non esset.* Idem responsum dedit Pittacus Sapiens Mitylenaeis, qui illi dabant muneri multa millia jugerum agri. *Nolite, rogo vos* (inquit) *mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quae & meam animi aequitatem & vestram voluntatem indicent. Nam parva munera divitina: locupletia non propria esse consueverunt.* Nepos Thrasybulo c. 4. TENN. *Idem* repossui, auctoribus MSS. Palatino, Gudiano, tribus Cantabrig. duobus Leidensibus, & J. Saresberiensi. De hoc dicto vide & Plin. l. XVIII. c. 3. Aurelium Victor. c. 33. aliosque. OUDEND.

22 *Universi*] Leid. sec. *universo exercitui. Sicut* MSS. & Edd. nonnulli. Sequentia non recte Saresb. interpolat *insignem gloriam meruit. Nam.* OUDEND.

23 *Memoriae prodidit*] In libris procul dubio, quos de vita sua reliquisse nobis ex Grammaticis constat. Apud quos haec fragmenta paulula praeclari operis leguntur. Servius, ubi de pilato exercitu, Diomedes aliique. Vide Indicem in Grammaticos Putschii. SCRIV *Cas. post.* Adi G. J. Voss. de Histor. Latin. l. 1. c. 9. OUD.

24 *Quam &c.*] Vaticanus, Medicei, & Edd. Italicae *quae in p. c. f. completa metatione.* Leid. sec. *complexus metator.* Non male scribi posset *complexa metatione* passive. quomodo hoc participium apud optimos auctores usurpatur. Vide Thesaurum Fabri, & N. Heins. ad Ovid. Ep. IV. 139. Sed non opus est. Saresberiensis haec tamquam ex ipso Scauri opere citat: *Memoriae tradidit continentiam militarem. pomiferam, inquit, arborem, quam in pede c. fuerat complexa metatio, postremo die concinentibus aeneatoribus & abeuntibus nobis, intactis fructibus exercitus reliquit indemnem. Postera* hic est in Petrensi, ut alibi saepius. OUD.

25 *In pede castrorum*] Esse *in limite* facilius quis affirmet, quam probet exemplis: ejusdem tamen significationis est inscriptio portae Noviomagensis. HIC PES IMPERII. de qua vide Pontanum hist. Gelr. Verum cum maximam partem castra metati sint in editis locis, puto dici, ut *Pedem montis.* TENN. *In limite* significari putat Keucheuius. Tennullo ego adsentior. Quaevis par-

XIV. Auſpiciis Imperatoris Caeſaris Domitiani Auguſti [26] Germanici [a] eo bello, quod [27] Julius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentiſſima civitas, quae ad Civilem deſciverat, quum adveniente exercitu Caeſaris populationem timeret, quod [28] contra exſpectationem [29] inviolata, nihil [30] ex rebus ſuis amiſerat, [31] ad obſequium redacta ſeptuaginta millia armatorum [32] tradidit mihi [b].

XV.

a Vulgo GERMANICO BELLO. *b* Vulgo EI TRADIDIT.

partes loci reive infimae *pedes* a veteribus vocantur. OUD.

26 *Germanico bello*] Medicei *Germanici eo bello*. Recte omnino. l. 1. c. 1. 8. *Imperator Caeſar Domitianus Auguſtus Germanicus*. l. 11. c. 3. 23. *Imperator Caeſar Auguſtus Germanicus*, & paſſim cum alibi, tum in nummis. Immo, ut hic, eodem plane modo l. 11. c. 11. §. 7. *Imperator Caeſar Auguſtus Germanicus eo bello, quo victis hoſtibus cognomen Germanici meruit*. OUDEND.

27 *Julius Civilis*] Vide, & de *Lingonum civitate* Tacit. l. 1. Hiſtor. c. 59. & alibi. Statim *abvenientem ab ex.* Saresber. *advenientem* etiam Voſſian. OUDEND.

28 *Contra exſpectationem*] Alias *praeter ſpem*. SCRIV. Saresberienſis lectionem indigitat Scriverius. OUD.

29 *Inviolata*] Continentia ducum maximum momentum ſemper victoriae fuit. Florus IV. c. 12. de Germanis. *Mores noſtros magis, quam arma ſub Imperatore Druſo ſuſpiciebant*. l. 11. c. 6. de Hiſpanis. *Certum eſt tamen, ad profligandam provinciam maxime profeciſſe ſingularem Ducis ſanctitatem*. Hinc apud Curtium l. IV. c. 10. Darii legati ad Alexandrum: *Darium, ut pacem a te jam hoc tertio peteret, nulla vis ſubegit; ſed juſtitia & continentia tua expreſſit*. Ubi videndus Freinshemius. TENN.

30 *Ex rebus*] Reg. *de rebus*. TENN.

31 *Ad obſequium*] *In obſequium* MSS. SCRIV. *In* Medicei, & Edd. Italicae.

32 *Ei tradidit*] *Mihi tradidit* MSS. tres, & in margine NOTA TEMPUS AUCTORIS. SCRIV. Voſſ. 3. Reg. 3. Hill. *Tradidit mihi*. Et ſic legit Gujetus, explicans, mihi Frontino, auſpiciis Domitiani Imperatoris accipienti. Nam & Scriverius, qui ex tribus MSS. eandem lectionem dedit, invenit in margine. *Nota tempus auctoris*. Omnes fere pedeſtres autores militiam ſunt ſecuti. Cicero fuit Syllae miles, auctore Plutarcho, ut alii, tyro in exercitu Cn. Pompeji conſulis. Suetonius tribunatum militum fuit adeptus. Valerius Maximus ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompejo navigaſſe, dicitur incerto auctori in ipſius vita. Vellejus in Germania ſub Tiberio praefectus equitum fuit. Plinius Major equeſtribus militiis induſtrie functus. Plinius Junior tribunus militum fuit. Ipſe Horatius meruit tribunus militum l. 11. Ode 7.

XV. [33] L. Mummius, qui, Corintho capta, [33*] non Italiam solum, sed etiam [34] provinciam ta-

Tecum Philippos & celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.

TENN. *Tradidit mihi* ex meis praeter Palatin. exhibent Leidens. pr. Petrens. Cantabrig. tert. Gudianus, & J. Saresberiensis. In Mediceo primo *tradidit inde*. Ed. Wech. *tradidit ei*. In ceteris MSS. & Edd. deest *ei*. quapropter *ei* secure ejeci, & *mihi* reposui; Quod & certis rationibus motus feciſſe mihi videor. Nam si ipsi praesenti Imperatori Lingonum civitas sese tradidisset, initio hujus exempli auctor non dixisset *Auspiciis imperatoris*, sed consilio, & ductu ejus, eique hanc de exercitus sui continentia gloriam apertius adtribuisset; ut fecit in praecedentibus libris quater, ubi non auspiciis Imperatoris, sed ab ipso Imperatore gestam fuisse rem narrat. Quod advertit etiam bene Guietus. Verisimile praeterea est, Frontinum hoc in bello cum Imperio contra Civilem missum esse, ut virum militiae bene peritum: quippe a quo jam ante Silurum gens in Britannia esset subacta. Qua de re consule Doctissimi Poleni prolegomena. Ex eo etiam, quod quinquies in hoc parvo libro mentionem faciat rerum, in Germania sub Domitiano gestarum, non leve argumentum videtur peti posse, auctorem ipsum hisce rebus agendis interfuisse, & non multo post hosce libros conscripsisse, certe vivo etiamnum Domitiano; nam neque Nervae, neque Trajano, quorum in libro de aquaeductibus honorificam saepe facit mentionem, hic ullum datum est exemplum: immo ne quidem Dacici belli postea a Domitiano gesti meminit; adeo ut inter Germanici, & Dacici belli tempus hoc opus editum fuisse clare adpareat. Vide ibidem Polenum. OUD.

33 *L. Mummius*] Sic bene MSS. praeter Mediceos, & Ed. Rom. in quibus *Lapinus* & *J. Lavinius*. Corrige hinc Saresber. l. v. c 7. apud quem mirifice *Lucilius Meromius*. OUD.

33* *Non Italiam solum, sed etiam provinciam*] Ita quum loquuntur veteres, intelligunt Narbonensem Galliam: ut Caesar L. VII. B. G. c. 65. *nulla re ex provincia, atque Italis sublevari poterat*. & saepe. Perplacet nunc *provincias*. Cic. II. Catil. c. 11. *cuncta Italia, provinciis omnibus*. Sueton. Jul. c. 54. *per Italiam provinciasque divideret*. OUDEND. *Cur. post*.

34 *Provinciam*] Quam? Achaiamne? Hoc certe a vero est alienissimum. An *provincias*, ut ad marginem libri sui correxit Lipsius, & probat Vir doctus quidam. leviſſima certe *mutatione*? Vellej. l. II. c. 15. *ex provinciis in Italiam*. Sic in Nepot. Dat. c. x. vulgo *regis provinciam vexat*. cum jam recte Bosius in 2. MSS. legendum monuerit *provincias*. Palat. *provincia*. Cantabr tert. *provinciam totam*. Adblanditur mihi conjectura, quam licet audaciorem, proponam tamen, *Sed & totam prope Europam*, per milites passim sparsis, & projectis, vel publicatis scilicet & venditis illis; unde & rex Attalus tabulas emerit, teste Plinio l. XXXV. c. 4. sed & ipse Mummius Graecorum in templis inde donaria dedicavit, ut refert Pausanias l. V. Eliac. p. 399. 439. &c. Ceterum pro *tantis manubiis* in quibusdam est *totis m.* solemni confusione, de qua etiam saepe monendum habui ad

Liv.

tabulis ſtatuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis [35] in ſuum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico dotaverit.

Lucanum. In eodem non adeo male, quamvis ego vulgatum praeferam, l. VIII. 447. in MSS. etiam nonnullis invenitur *in ſolo tota eſt fiducia Nilo* pro *tanta*. quod illic monere oblitus fui. Verum hac occaſione non poſſum non agnoſcere errorem ibidem a me commiſſum: dum feci, neſcio, qua mentis vertigine abreptus, Lepidum tutorem Ptolemaei Dionyſi ſive ultimi, cumque confudi cum Ptolemaeo Epiphane, cujus diu ante tutor fuit Lepidus, ſed Ptol. Dionyſi tutor re vera fuit Pompejus; quare tota illa de Pompeji tutela adnotatio mea deleatur, vel pro non ſcripta habeatur a te, benevole lector, enixe peto. OUD.

35 *In ſuum convertit*] Alias *in uſum ſuum*. SCRIV. Saresb. *in ſuum convertit uſum*. Petrenſ. *in ſuum uſum convertit*. Verum non raro *meum*, *tuum*, *ſuum* elliptice uſurpari, cuivis notum eſt. alii *in ſuam domum intulit*. Sic Aurel. Victor. c. 60. *Mummius Corinthum ſignis tabulisque ſpoliavit, quibus cum totam repleſſet Italiam, in domum ſuam nihil intulit*. Ita MS. Leid. vulgo non bene *contulit*. Epit. Liv. LII. *L. Mummius abſtinentiſſimum virum egit. Nec quidquam ex iis opibus ornamentisque in domum ejus pervenit*. Abſtinentiae ejus, quam ſimili fere modo deſcribit Cicero l. 1. in Verr. c. 20. non parvum momentum addidit ignorantia artificii. Vide auctores cit. ad Flor. l. II. c. 16. & Plinium l. adducto. OUD.

CAP. IV.

De Juſtitia.

EXEMPLUM I.

Camillo, Faliſcos obſidenti, ludi magiſter liberos Faliſcorum, tamquam ambulandi cauſſa extra [1] murum eductos, tradidit, dicens [2] repe-

1 *Murum*] *Muros* Medic. ſec. & Cantabr. tert. dein *deductos* quidam teſte Keuchenio. *tradit* Petrenſ.

2 *Repetendis*] Forte melius *retentis*. SCRIV. Nata haec eſt Scriverio conjectura e J. Saresber. l. V. c. 7. *retentis obſidibus*, quam probat Keuchenius. recte. Hortatus eſt Camillum, ut retineret eos quaſi obſides, donec civitas imperata faceret, quo eos recipere poſſent. nihil tamen temere mutatum vellim. *eis* deeſt quoque in Mediceo ſec. & Edd. Italicis. Paullo poſt Saresber. *Camillus vero*. dein *ſed etiam* Medic. & Edd. Ital. & caret Sa-

petendis eis obſidibus neceſſario civitatem imperata facturam. Camillus non ſolum ſprevit perfidiam, ſed & reſtrictis poſt terga manibus magiſtrum virgis agendum [3] ad parentes tradidit [4] pueris, [5] adeptus [a] beneficio victoriam, quam fraude non [6] concupierat. Nam Faliſci ob hanc juſtitiam ſponte ei ſe [7] dediderunt.

II. Ad Fabricium, ducem Romanorum, medicus Pyrrhi, Epirotarum regis, pervenit; [8] pollicitusque eſt, daturum ſe Pyrrho venenum, ſi merces ſibi, in qua operae [9] pretium foret, conſti-

[a] Vulgo ADEPTUSQUE EST.

resber. quomodo antea ſaepius habuimus *non ſolum*, *ſed* omiſſo τῷ & vel *etiam*. *Strictis* Petrenſ. OUD.

3 *Ad parentes*] Principum enim Faliſcorum complurium erant liberi, ut conſtanter tradunt omnes hiſtorici tum Graeci, tum Latini cum Livio l. v. c. 27. Idem tamen l. XLII. c. 47. ait, *Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitae ejus inſidiantem; eadem Faliſcis vinctum traditum proditorem liberorum regis. Haec Romana eſſe, non verſutiarum Punicarum, neque calliditatis Graecae.* Varie haec tentant viri docti. Mihi videtur illic ſcribendum *liberorum. Leges* aut *Romanas eſſe. Rex* & *lex* ſexcenties in MSS. confunduntur. OUDEND. Conjecturam, quam ſuper Livii loco propoſui, nunc ipſe damno. Vide Dukerum. IDEM *Cur. poſt.*

4 *Pueris*] Mirum, in tam ſimplici voce variare libros MSS. *pueris tradidit* Saresb. *puris* Medicei; *puero* Leid. ſec. *ptis* Edd. Italicae Forte exciderit *pio*, ut fuerit ſcriptum, *t. pueris. pio adeptus beneficio v.* nam illa *que eſt* non ſunt a Frontino, nec exſtant in Voſſ. Palat. Gudiano, Vaticano, Leidenſibus, Cantabrigienſibus, nec in J. Saresber. neque in ulla Editione ante Scriverium, qui haec de ſuo ſcitus adjecit. Juvat hanc conjecturam, quod & *beneficiis* idem ſcribant Medicei, & Edd. Italicae. *victoriam* Camilli hac in re laudat etiam Polyaenus l. VIII. Strat. c. 7. OUD.

5 *Adeptusque eſt*] 4. Reg. 3. Hill. ſine diſtinctione. *Trutinat pueris adeptus beneficio v. &* TENN.

6 *Concupierat*] *Cupierat* Petr. & Edd. Ital *concupiverat* Hillensb.

7 *Dediderunt*] 4. Reg. 1 Hill. *dederunt*. TENN. Medic. pr Petrenſ. Leid. pr. Gudian. & Edd. primae *dederunt*.

8 *Pollicitusque d.*] Saresber. *pollicitus d.* & *dum* pro *ſi*.

9 *Pretium foret*] Alias *eſſet*. SCRIV. Scriverius, & unus Reg. *p. ſſ t.* Fuit hic medicus Timochares Ambracienſis, regis Pyrrhi amicus. Gell. III. c. 8. ubi Claudio Quadrigario vocatur *Nicias*. Hinc Camillus *vir ſanctus* dicitur. TENN. *Eſſet* Medicei, & Edd Italicae. In Gellii verbis pro *Qui ſibi pretium a nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet*, conjicit legendum eſſe Scriverius

in

ſtitueretur. Quo facinore Fabricius egere victoriam ſuam non arbitratus, regi medicum detexit; atque ea fide meruit, ut ad [10] adpetendam amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.

in curis poſterioribus; *qui, ſi ſibi pretium a nobis operae ſit, te clam interficeret.* OUD.

10 *Adpetendam*] Alias *petendam.* SCRIV. Scriverius, & a Regii *petendam.* TENN. *Petendam* Medicei, Leidenſes, duo Cantabrigienſes, & Edd. Italicae, quod malim. OUD.

CAP. V.

De Conſtantia.

EXEMPLUM I.

Cn. Pompejus, minantibus [1] direpturos pecuniam militibus, quae in triumpho ferretur, [2] Servilio & Glaucia cohortantibus, ut divideret eam, ne ſeditio fieret, adfirmavit, non triumphaturum ſe, ſed potius moriturum, quam licentiae militum ſuccumberet; caſtigatisque oratione gravi laureatos faſces objecit, ut ab illorum inciperent direptione: eaque invidia [3] redegit eos ad modeſtiam.

II. [4] C. Caeſar, [5] ſeditione in tumultu civilium

1 *Direpturos*] *Se dir.* Petrenſ.

2 *Servilio & Glaucia*] Hac in re unius Servilii meminit Plutarchus, qui vocat eum ἀνδρα ἰπποκόμον in Pompejo p. 626. unde liquet ſatis, fuiſſe Servilium Vatiam, poſt dictum Iſauricum. Adde & Apophthegm. p. 203. Quis vero ille Glaucias fuerit, non facile dixerim. Glauciae nomen etiam Serviliorum eſt. quae mira videtur locutio *Servilio, & Glaucia:* cum uterque fuerint *Servilii.* Quod defendi tamen poteſt eo, quod ſcriptores ſaepe ſoleant quosdam nomine gentili, quosdam cognomine, prout vulgo magis cogniti erant, adpellare, ut luculente docuit Spanhem. T. 2. de num. praeſt. Palat. *Glaucio.* In re obſcura conjecturas perdere nolim. OUD

3 *Redegit*] *Recepit* MS. Scarv.

4 *C. Caeſar*] C. deeſt in Palat.

lium armorum facta [a], 6 quum maxime tumentibus animis, legionem totam exauctoravit, ducibus 7 seditionis fecuri percussis: mox eosdem [b], quos exauctoraverat, ignominiam deprecantes restituit, & optimos milites habuit.

III. Postumius Consularis 8 cohortatus suos, quum interrogatus esset a militibus, quid imperaret, dixit, ut se imitarentur; & arrepto signo hostes primus invasit: quem secuti, victoriam adepti sunt.

IV. 9 Cl. [c] Marcellus, quum in manus Gallorum inprudens incidisset, circumspiciendae regionis, qua evaderet, caussa equum in orbem 10 fle-

a Vulgo AC TUM. b Vulgo EOS. c Vulgo L. M.

lat. Leid. sec. Medic. & Edd. Italicis.

5 *Seditione in tumultu civilium armorum*] An retinendum sit, vel *seditione*, aliis considerandum relinquo. STRW. Tò *seditione* ejiciendum videtur Stewechio. At MSS. sic exemplum hoc concipiunt *C. C. i. tumultu c. seditione a. acta maxime tum tumentibus a.* SCRIV.

6 *Ac tum*] 4. Reg. Voss. *Actam*. 2. Hill. *Acta*. ut & Scriverii MSS. pro *Tumentibus* unus Reg. & Scriverii MSS. *Tum tumentibus*. TENN. *Seditione* retinent mei omnes. Voss. *seditionem*. Pro *armorum* in Medic. sec. & Hittorp. marg. *armatorum*. pro *ac tum* Medicei, Palatin. & Edd. Rom. ac Bonon. *acta*. Leid. pr. & Cantabr. tert. *actam*. Sed Petrensis *facta*. itemque Vossian. a m. pr. quod deletum erat. *ac tum* deest in Ed. Par. dein *maxime tum* Edd. Rom. Bon. & Paris. *animis tumentibus*, vel *timentibus*, vel *trementibus* MSS. septem. Quare lego *seditione in t. c. armorum facta, cum maxime tum. animis*. vel etiam *tum cum maxime animis tum. Seditione facta* Latinissimum est. Vide Cl. Wasse ad Sallust. B. Catil. c. 62. Immo ex nostri stilo. supra l. IV. c. 1. §. 43 *Cum ex v. legionibus una, seditione facta, militiam detractasset.* de quo *cum maxime* & *tum cum maxime* egimus ad l. III. c. 11. §. 4. Reposui, ut certius, *facta, quum m. t.* & ita in litteris ad me Cl. Wasse. OUD.

7 *Seditionis*] Deest haec vox in Ed. Paris. *percussis* abest a Leidensibus, & Gudiano *exauctoravit* Ed. Paris. *eosdem* autem pro *eos* scripsi fide novem MSS Storum. OUD.

8 *Cohortatus*] Cantabr. tert. *cohortans*.

9 *L. Marcellus*] *Cl. Marcellus* MSS. SCRIV. Voss. 4. Reg. 1. Hill. *Cl. Marcellus*, & sic Scriverii. TENN. *Claudius* habent ex meis Palat. Gudian. Leid. pr. Mediceus sec. Petrens. & Ed. Paris. *Consul. Mar.* Leid. sec. Non dubitavi recipere *Cl.* Vide ad l. III. c. 16. & Pigh. T. II. Ann. p. 126. & seqq. OUD. Aliter hanc rem narrant Polyb. L. II. C. 34. Plut. in Marc. p. 300, 301. Zonar. L. VIII. C. 20. aliique. Freinsh. Suppl. Liv. L. XX. c. 52. IDEM *Cur. post.*

10 *Flet*

[10] flexit: deinde, quum omnia esse infesta vidisset, [11] precatus Deos in medios hostes inrupit; quibus inopinata audacia perculsis, ducem quoque eorum trucidavit, atque, ubi spes salutis vix superfuerat, inde [12] opima retulit spolia.

V. [13] L. Paullus, amisso ad Cannas exercitu, obferente equum Lentulo, quo fugeret, superesse cladi, quamquam non per ipsum contractae, noluit; sed in eo saxo, cui se vulneratus adclinaverat, persedit, donec ab hostibus obpressus confoderetur.

VI. Varro, collega ejus, [14] vel majore constantia post eamdem cladem vixit, gratiaeque ei ab

10 *Flexit*] Arcerian. *flexit.*

11 *Precatus*] *Deprecatus* MSS. Scriv. *Depr.* duo Medicei. Ex Scriv. MSS. id placebat Keuchenio. dein ait in quibusdam esse *perrupit.* in quibus nescio, male certe. *percussis* statim Leid. pr. & Medic. sec. *saluti* Arcer. denique *inde* deest in Petrensi. Oud.

12 *Optima spolia retuli?*] Dii vobis malefaciant audaciissimi nebulones, qui bonis scriptoribus corrumpendis ita sedulam navatis operam. Emendo *opima spolia.* quorsum enim illa praecedentia, *ducem quoque eorum trucidavit?* Ea spolia opima, quae dux duci detrahebat. testes mihi Livius, Plutarchus, Festus, alii. Inter quos Varro: qui tamen illius vocis significationem ampliavit. Non absimile mendum in 11. Apuleji de Asino: *mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas.* scribo, *porcum opimum.* Apud eundem Apulejum paulo post, *non parvas stipes, imo vero mercedes optimas jam consecutus.* iterum legerim *opimas.* Stew. *Opima.* Ita Stewechius; cum antea esset *optima*, manifesto vitio, quod nullus MSS. agnoscit. Scriv. *Opima.* Sic omnes MSS. at *Optima* nusquam occurrit. Sunt autem opima spolia, quae dux occiso hostium duci sua manu detraxit; quorum tria a Ducibus suis relata vidit Respublica. Prima rettulit Jovi Feretrio Romulus de Acrone Caeninensium Rege. Secunda Cornelius Cossus de Larte Tolumnio Vejentum Rege. Tertia, de quibus hic agitur, Claudius Marcellus de Viridomaro Gallorum Rege. Tenn. *Optima* tamen est in Vaticano, perverse.

13 *L. Paulu*] L. AEmilius Paulus fuit pater L. AEmilii Pauli Macedonici, dissuaserat commissionem proelii. Tenn. Praenomen non agnoscunt Medicei, Leid. sec. & Edd. primae. Mox *inclinaverat* Leid. sec. *declinaverat* Medic. sec. & *compressus* Medic. pr.

14 *Vel majore*] Nullam emphasin hoc loco illud *vel* habet, nisi notet *saltem*, ut puto. Vide ad l. 11. 3. 16. *Si non infestarent, vel certe fatigarent.* Clare etiam apud Curtium pro *saltem*

ab Senatu & populo actae sunt, [15] quod non desperasset [16] Rempublicam [a]. [17] Non autem vitae cupiditate, sed Reipublicae amore, se superfuisse reliquo aetatis suae tempore adprobavit. [18] Nam & barbam capillumque [19] submisit, & po-

a Vulgo DE REPUBLICA.

ponitur l. VI. 10. 12. *Vel judicium tuum serva. Majori* Cantabrig. OUDEND.

15 *Quod*] MSS. tres, & Edd. primae *quia*.

16 *De Rep.*] Omnes MSS. *Desperasset Rem*. elegantius Cicero Attico. *Breviloquentem jam me tempus ipsum facit: pacem enim desperavi.* Sic *cogitare remp.* Seneca controv. 35. *Nemo fur Remp. cogitat; nihil non licet pro Rep. facere.* Cicero IV. fam. 4. *Qui fortasse arbitraretur, me hanc remp. non putare.* TENN. Livius l. XXII. in fine *Ut consuli ex tanta clade, cujus ipse causa maxima fuisset, redeunti, & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiae actae, quod de Republica non desperasset.* Nihilominus omnes MSS. constanter *rempublicam*. ut & Edd. Rom. Bon. Paris. Wech. quod non recipere superstitiosum duxi, praesertim probante summo Gronovio ad Plinium l. XXII. c. 24. *Ulcera desperantia cicatricem.* Lentulus ad Ciceron. l. XII. Ep. 14. *Nos & rempublicam desperaverint. Desperare rem* Cicero saepius. l. II. Ep. 16. III. Ep. 13. & alibi. Sueton. in Caes. c. 29. *Desperans consilii eventum.* Curt. l. V. c. 5. 17. *Desperare misericordiam.* & ita alii. OUD.

17 *Non autem*] Medic. sec. *neque a*, pro *aetatis* Petrens. *vitae*.

18 *Nam*] MSS. quidam istud *nam* non habent, & mox legunt *honoribus quoque.* SCRIV. τὸ *nam* caret Voss. & 2. Hill, & Scriverianus. TENN. Ex meis etiam *nam* non agnoscunt Medicei, Leidenses, & Palat. sed Petrens. *dum & capillum* Medicei, & Ed. Rom. dein *recumbens* Leid. pr. & Edd. Italicae.

19 *Submisit*] Sic MSS. quae vox male damnatur ab amico; neque enim injuria fiet Frontino ac bonis auctoribus, si retineatur. Sic optimi utuntur. Plinius lib. VII. epist. 27. *Quia reis moris est submittere capillum, recisos meorum capillos depulsi, quod imminebat, periculi signum fuisse.* Seneca pater contr. 27. *Graeci coeperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratum gereret. Illos autem barbam capillumque magistratui Cretensium submittere. Surrexit Sabinus, & silentium manu fecit, deinde ait. Hunc ego magistratum Romae bis gessi.* Sic & *immittere*. Pedo ad Liviam.

At comitum squalent immissis ora capillis.

Virgil. III. AEn. 593.

Dira illuvies immissaque barba.

Promitto ejusdem monetae est, sed non probioris; neque hic in ullis MSS. apparet. Pedo ad Liviam.

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem,
Pallida promissa flere per ora coma.

Nepos Datame c. 3. *Et niger &*

poſtea numquam recubans cibum cepit; [20] honoribus quoque [a], quum ei deferrentur a populo, renuntiavit, dicens, felicioribus Magiſtratibus Reipublicae opus eſſe.

VII. Sempronius Tuditanus, & [21] C. Octavius Tribuni [b] militum, omnibus fuſis ad Cannas, quum in minoribus caſtris [22] circumſederentur,

[a] Vulgo HONORIBUSQUE. [b] Vulgo TRIBUNUS.

capillo longo barbaque erat promiſſa. Itali, & Siculi in luctu crines nutriebant. Lycophron de Siculis.

Κρατὸς δ' ἄωρος νῶτα καλλυνῇ φόβῃ
Μνήμην παλαιῶν τημελῶς ὀδυρμάτων.
Intonſa per tergum fluet capitis coma,
Doloris antiqui memoriam refricans.

Graeci tondebant. Euripides Alceſtide 512.

Τί χρῆμα χρῇ τῇδ' συμφόρᾳ πρίσαντες;

vſ. 828. Cum Admeti uxorem mortuam tandem intelligeret Hercules, reſpondit:

Ἀλλ' ἀνθόμην μὲν ὅμως ἐσθλὴν δαμαρτῆρόν
Κεκτήσθαι, καὶ πρόσωπον.

TENN. Keuchenius e quibusdam editis, quales ego nullos vidi, volebat *promittere*, ſed *inmittere*, *promittere*, *ſubmittere* promiſcue hac in re uſurpatur. Exempla ubivis obvia. OUD.

20 *Honoribusque*] 2 Reg. Scriv. & 3. Hill *Honoribus quoque*. TENN. *Quoque* reſcripſi ex tribus Cantabrig. Gudiano, & Leid. utroque. *quos* Medic. pr. *honores* Medicei, & Leid. ſec. OUD.

20 *Honoribus — renunciavit*] Atqui non ſolum illo anno apud exercitum manſit, ſed etiam ſeqq. ut procoſ. V. Liv. L. XXIII. C. 25, 32. XXIV. 10, 11. XXV. 6. *cui poſt fugam ab Cannis per omnes annos prorogatum imperium.* Legationibus etiam aliisque functus eſt dein muneribus. OUDEND. *Cur. poſt.*

21 *C. Octavius Tribunus militum*] 2 Reg. Voſſ 2. Hill. *Tribuni militum* TENN. In Palatino, & Hillensb. *Cn.* vel *Gn.* Leid. ſec. *M.* In tribus MSS. & Edd. Italicis praenomen deeſt. *Tribuni* agnoſcunt Medicei, Leidenſes, Palatin. aliique cum Edd. Veteribus. quare ita legit quoque Ruben. l. 11. Elect. c. 32. vel potius, quia ignotus eſt ille Octavius, *Tuditanus e legione octava Tribunus.* Et certe *Sempronii* ſolius mentionem facit Livius l. XXII. c. 50. Appian. de B. Annib. p. m. 568. qui haec acta in majoribus caſtris & 10. millia evaſiſſe refert. & paullo poſt in nonnullis MSS. eſt *adfirmans.* Attamen *ſuaſerunt*, retinent conſtanter omnes, nemo *ſuaſit.* Mihi non videtur ablegandus *Octavius*, ſed ſcribendum ejus praenomen *Cn.*, ut fuerit idem, qui A. DXLI. fuit Quaeſtor, & dein Praetor, pater Cn. Octavii, qui navalem de rege Perſe triumphum egit. Cannenſis clades accidit A. DXXXVII. de eo conſule Pigh. Ann. T. II. p. 179. & Glandorp. in Onomaſt. OUD.

tur, ſuaſerunt commilitonibus, [23] ſtringerent [a] gladios, [24] & per hoſtium praeſidia erumperent ſecum; [25] id ſibi animi eſſe, etiamſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet, [26] adfirmantes. De cunctantibus [27] XII omnino [28] equitibus, L [b] pediti-

[a] Vulgo UT ST. [b] Vulgo VEL P.

22 *Circumſederentur*] 1. Reg. Voſſ. 2. Hill. *circumſiderentur*. TENN. Et tres mei cum Edd. prioribus. Clariſſimo Waſſe placet e 2. Cantabrig. *circum obſiderentur*. ut Edd. Vett. Plin. l. VIII. 33. *circum adſpicere*. l. II. 168. *circum obruere*. Tacit. l IV. 62. *circum adſtare*, & ſimilia. a librariis certe id non profectum videtur. *caſtris* in Ed. Par. deeſt. *commilitibus* Gudian. OUD.

23 *Ut ſtringerent*] Tὸ *ut* non agnoſcunt 2. Reg 2 Hill. & Voſſ. commode abeſt, ut ſaepe monui. TENN. Recte delent etiam Gudian. & duo Cantabrig. & Palatin. qui *ſtringere* habet. Notatum hoc ſaepius ſupra. OUDEND.

24 *Et per.*] Sic lego. vulgo *ut* SCRIV. *Cur. poſt. ut* perperam erat in Edd. Modii, Stew. & dein Ed. Veſal. Ad Modiuae Ed. oram Lipſius jam repoſuerat &. OUD.

25 *Id ſibi eſſe animi*] 2 Reg. 2. Hill. Voſſ. 1. *ſ. animi eſſe*. Terentius Eun. 5. 6. 14. *Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, ubi veſtem vidit illam eſſe eum indutum pater?* Caeſar l. VII. Bell. Gall. c. 77. *Quid hominum millibus* LXXX. *uno loco interfectis propinquis conſanguineisque noſtris, animi fore exiſtimatis?* Lucan. l. X. v. 68.

Quid mihi tunc animi miſeras fuit?

Libr. XIV. fab. 5.

Quid mihi tunc animi? niſi quod timor abſtulit omnem
Senſum animumque. TENN.

Animi eſſe MSS. fere omnes. dein *etſi* Petrenſ. *fuiſſet* a Gudiano abeſt. OUD.

26 *Affirmantes*] Tὸ *affirmantes* vulgo ignoratum hic ex fide membranarum a me repoſitum eſt. SCRIV. Deerat tantum operarum, credo, vitio in Editione Stew. nam in Bonon. & Pariſ. jam recte *affirmantes*. In Romana, & Wechel. ac Medic. pr. *affirmans*.

27 *Duodecim*] Livius. *ad ſexcentos evaſerunt, atque inde protinus, alio magno agmine adjuncto, Canuſium incolumes pervenere.* Lege *equites vel pedites reperti*. SCRIV. *Cur. poſt.*

28 *Equitibus vel peditibus*] Gujetus putat haec verba gloſſema, ut ſtatim *repertis*, Commentator τὸ *duodecim* ſubjectum a librariis. lege ex Voſſ. 2. Hill. 1. Reg. XII. *omnino equitibus, L. peditibus*. cui lectioni etiam ſubſcribit Celeberrimus Graevius. TENN. Rubenius e Livio pro *XII.* reponit *DC* quam conjecturam pro ſua venditavit Keuchenius. Locus ſine dubio vitioſus Petrenſ. *de cunctantibus reliquis* &c. omiſſo τῷ *repertis*. *vel peditibus* Leid. pr. *vel peditibus* abeſt a Mediceo pr. *equitibus, L. peditibus* etiam Palatin. & Leid. ſec. *equi-*

Hoc animi nox illa dedit, quae prima cubili
Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaïda noſtris.

Ovid. v. Metam. fab. 10.

tibus, qui comitari [29] ſuſtinuerant, repertis, incolumes Canuſium pervenerunt.

VIII. [30] T. [a] Fontejus Craſſus, in Hiſpania, cum tribus millibus hominum praedatum profectus, locoque iniquo circumventus ab Hasdrubale, ad [31] primos tantum ordines relato conſilio, incipiente nocte, quo tempore minime exſpectabatur, per ſtationes hoſtium erupit.

IX. P. Decius Tribunus militum, bello Samnitico, [32] Cornelio Coſſo Conſuli, iniquis locis deprehenſo ab hoſtibus, ſuaſit, ut ad occupandum collem, qui in propinquo erat, modicam manum mitteret, ſeque ducem iis, qui mittebantur, obtulit. Avocatus in [33] diverſum [b] hoſtis [34] emiſit Conſulem, Decium autem cinxit, ob-

a Vulgo C. F. *b* Vulgo DIVERSA.

quinquaginta p. ut non ſexcenti homines, ſed ſexaginta duo fuerint, & ipſe Livius hic ſit corruptus, vel ab eo diſſenſerit noſter. Certe id non dubitavi e tot MSS. cum Graevio & Voſſio recipere, quamvis, ſi MSS. addicerent, nominativum praeferrem. OUD. De hoc ablativo, pro quo vulgatior loquendi mos nominativum requirit, adi, quos laudavi ad Sueton. Tib. c. 31. *iterum conſente obtinere non potuit.* Similis in MSS. eſt c. 7. Ex. 17. *eisque obſecutis conditionibus, univerſos interfici juſſit.* IDEM *Cur. poſt.*

29 *Suſtinuerant*] Voſſ. 2 Hill. 2. Reg. *Suſtinerent.* TENN. *Suſtinerent* Petrenſ. Palat. Gudian.

30 *C. Fontejus*] Hoc & duo ſequentia exempla iisdem fere verbis recenſuit auctor l. 1. c. 5. quare eo ablegandus eſt lector, ne bis eadem repetantur. Deeſt praenomen in Leid. ſec. *Cecilius* Medic. pr. Erat autem *T. Fontejus legatus in Hiſpania.* OUD.

31 *Primos ordines*] Sic lege, ut l. 1. c. 5. ubi eadem exempla iisdem verbis narrantur. 2 Reg. 1 Hill. *Primos homines.* neſciebant librarii *primos ordines* eſſe τοὺς πρώτους τάξεως. Quint. decl. 3. *Enimvero auctorem habet. Hoc primi ordines jubent.* TENN. *Homines* Gudian. dein *noſtu* Cantabr. tert. antique. *Hoſtium* in Leid. ſec. deeſt.

32 *Cornelio Coſſo*] 4 Reg. Voſſ. 3 Hill. carent τῷ *Coſſo.* TENN. Item Palat. Vatic Medicei, Leid. pr. & Edd. primae, ac Wech. *Coſſo cos.* utrumque deeſt in Leid. ſec. nonnulli *conſule. comprehenſo* Petrenſ.

33 *In diverſa*] 4 Reg. Voſſ. 2 Hill. *diverſum* TENN. *Diverſum* etiam Palat. uterque Leidd. Cantabr. ſec. Gudian. Medicei, Vaticanus: ut ſupra reſcribendum eſſe docui. *diverſis* Ed. Rom. paullo ante *obtinuit* Vatican. & multi prave *advocatus.* OUD.

34 *Emiſit*] Alias *demiſit.* SCRIV. v. ſupra.

35 *Il-*

obſeditque. [35] Illas quoque anguſtias, nocte eruptione facta, quum eluctatus eſſet Decius, incolumis cum militibus Conſuli acceſſit.

X. Idem fecit ſub Atilio Calatino Cos. [36] is, cujus varie [37] traduntur nomina [a]. Alii [38] Laberium, nonnulli [39] Q. Caeditium, [40] plurimi Calpurnium Flammam vocitatum ſcripſerunt. Hic quum demiſſum in eam vallem videret exercitum, cujus latera, [41] omniaque [b] ſuperiora hoſtis inſederat, depopoſcit, & accepit ab Conſule [42] trecentos milites; quos hortatus, ut virtute ſua exercitum ſervarent, in mediam vallem [43] decucurrit [c]. Ad obprimendos eos undique deſcendit hoſtis, longoque & aſpero proelio retentus, oc-

a Vulgo TRADITUR NOMEN. b Vulgo OMNIA. c Vulgo DECUBRIT.

35 *Illas quoque anguſtias*] Petrenſ. ſimpliciter *ille nocte anguſtias eluctatus. facta* deeſt in Vaticano, Medic. pr. & Edd. primis. *eruptio* Medic. ſec. *eruptionem* Edd. Italicae. *evaſus eſſet* mox Leid. pr. Nondum poenitet conjecturae, quam ſupra propoſui. Oud.

36 *is*] Abeſt a duobus Leidd. Gudiano, & Edd. Rom. ac Bon.

37 *Traditur nomen*] Sic ſupra. Hic vero MSS. mei omnes, & Edd. Rom. Bon. Par Wech. *traduntur nomina*; quod repoſui idcirco. Oud.

38 *Laberium*] MSS. *Briaccum*, *Briarchum*, *Briachum*, *Dearum*, *Berarum*, *Verarum*. Sed *Laberium* ſervant Vatican. Gudian. & duo Cantabrig. cum Edd. Bonon. & Pariſ.

39 *Q. Caeditium*] Praenomen abeſt a MSS. decem, & Edd. primis. *Cedippum*, *Cedicum*, *Cepidum*, *Cedium* MSS. Sed *Caeditium* Vaticanus & Palatin. *Q. Caeditium* rectius Gudian. & duo Cantabr.

40 *Plurimi*] *Complurimi* Leid. ſec. & Medic. ſec. *Quamplurimi* Edd. Rom Bonon. Pariſ. Wech. & MS. Vatican. *Flammam* abeſt a Bonon. *fama* Medic. pr. & Ed. Rom.

41 *Omnia ſuperiora*] Tres Reg. Voſſ. 2 Hill. *Omniaque ſuperiora*. Tenn. Edd. Veteres *Omnia latera, quae erant ſuperiora*; *Omnia latera* etiam MSS. ſex, vel plures. *quae ſ. erant* Mediceі, Vaticanus, & Leid. ſec. *quae* vel *que* addunt omnes praeter duos Cantabrig. Quare omnino lego *cujus latera*, *omniaque ſuperiora* tam hic, quam ſupra. Vallis latera, & omnia editiora loca circa eam vallem occupaverat. Gell. L. III. c. 7. *Poenus colles locosque idoneos prior occupat*. Oud.

42 *Trecentos*] Medic. ſec. *cccc.* ſtatim idem *hortatus*, *in virtute* vide ſupra.

43 *Decurrit*] 1 Reg. 2 Hill. Voſſ. *decucurrit*. Tenn. & multi mei cum Ed. Pariſ. recte, ut ſupra. *Et* priore loco additur. Strien de-

occasionem Consuli ad extrahendum exercitum dedit.

XI. [44] C. Caesar adversus Germanos & regem Arioviſtum pugnaturus, [45] confusis suorum animis, pro concione dixit, nullius se eo die operâ, nisi decimae legionis, usurum: quo [46] adsecutus est, ut [47] & decimani, tamquam praecipuae fortitudinis testimonio, [48] concitarentur, & caeteri pudore, ne penes alios gloria virtutis esset.

XII. Lacedaemonius quidam nobilis, Philippo denuntiante, multa [a] se [49] prohibiturum, nisi civi-

a Vulgo MULTIS.

detentus Cantabr. tert. *Consuli etiam* Medicei.

44 *C. Caesar.*] Et hoc exemplum habuimus L. I. c. XI. §. 3. praenomen hic exsulat a 3 MSS. & Edd. primis.

45 *Confusis suorum animis.*] 3 Reg. 2 Hill. Voss. *confusior animis*. TRNN. Inepte Ita tamen exhibent meorum etiam septem. & Edd. Rom. Bon. Par. Wech. *e. eorum*. Ed Modii, & Stew. Recte supra. statim *illo d.* Leid. sec.

46 *Adsecutus*:] Alias *consecutus*. SCRIV. *Cons.* supra & hic Leid. sec. Sed vide ad l. II. c. 9. §. 1 *Ex eo adsecutus, ut* &c. OUDEND.

47 *Et decimani.*] *Et* non agnoscunt Voss. & Medic. sec. *decumani* Edd. VV. cum Vaticano.

48 *Concitarentur*] Alias *cogerentur*. Auctor ipse l. I. c. II. Exemp. I. SCRIV.

49 *Prohibiturum*] Voss ad marg. & 1 Reg. *offensurum*, cui ultimo opponitur ad marginem *prohibiturum*. TRNN. Adscripsit libri sui margini Scriverius. Quid est *multis prohibere? an iis civitatis?* Vitiosa haec sunt sine dubio, sed medicina facilis. nam in Petrensi Cod legitur *multa* i. e multum, non multis verbis, ut ex responso pateat, sed rebus, notante ad libri sui oram Cl Wasseo. Quo sensu *multis* retineri possit; *prohibere* enim sexcenties jungitur ablativo rei, ut notum. Hic tamen durius foret, obscuriusque. quare *multa* praetuli, quod clarius est Referunt huc viri docti exemplum Valerii Maximi lib. VI. cap IV. §. 4. *Illa vero qua legati Lacedaemoniorum apud patrem eius* (Alexandri) *miseram fortitudinis suae conditionem testati sunt gloriosior, quam optabilior. Intolerabilibus enim oneribus civitatem eorum implicanti*, si quid morte gravius imperare perseveraret, mortem se praelaturos *respondernnt*. Verum haec deinceps acciderunt, & rectius ad Antipatrum refert Plutarchus post locum mox citandum, cum ille obsides peteret. Hoc vero refero ad tempus, quo Lacedaemona sibi tradi voluit Philippus, negantibusque Lacedaemoniis minatus sit, se ita eos meclusurum, & tam multa iis prohibiturum, & vetiturum,

vitas [50] sibi traderetur; Num, inquit, & pro patria mori nos prohibebit?

XIII. Leonidas Lacedaemonius, quum dicerentur Persae sagittarum multitudine [51] nubes esse facturi, fertur dixisse; Melius in umbrâ [52] propugnabimus [a].

XIV.

a Ed. Tenn. PUGNABIMUS.

ut necesse haberent se illi tradere. *Prohibiturum* enim omnino hic retinendum esse clarissime patet ex responso *prohibebit*. Idem ergo intelligitur, quod refert Plutarchus in Apopht. Lacon. p. 225. Ed. Par. Φίλιππος ὅτι ἐπέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικὴν, καὶ ἐδόκουν ἅπαντες ἀπολεῖσθαι, εἶπε πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν, Τί νῦν ποιήσετε, ὦ Λάκωνες; Τί γὰρ (ἐὰν) ἄλλο, ἢ ἀνδρικῶς ἀποθανούμεθα, μίαν γὰρ ἡμῖν Ἑλλάνων ἐλευθέραν εἶναι καὶ μὴ ὑπηκόους ἄλλους ἐμάθομεν. Forsan voluit Philippus minari iis, se prohibiturum eos *commeatu* vel *victu*, ceterisque rebus ad sustinendam vitam necessariis. Oud.

50 *Sibi*] Deest in Medic. pr. Dein *non* pro *num* MSS. 6 & Ed. Paris. *pro* deest in Edd. Italicis.

51 *Nubes*] Tantam telorum multitudinem emissuri, ut Sol obnubilaretur. Claudianus 2 Rufin. v. 182.

Haud aliter Xerxen toto simul orbe secutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,
Et telis umbrasse diem.

Seneca l. VI. benef. c. 31. *Vix patere Coelum satis ad emittenda omni manu tela.* Frequens haec hyperbole. Macrobius 1. Saturn. 17. *Eoque tempore nubes sagittarum in adversos visa ferri, & hostem fugavit, & victores Romanos ad spectacula Dei hospitalis reduxit.* Lucanus l. VII. v. 519.

——. *Ferro subtexitur aether,*
Nexque super campos telis conferta pependit.

Silius l. 15.

—— *Tum vero effunditur ingens*
Telorum vis, & densa Sol vincitur umbra. Tenn.

52 *Pugnabimus.*] Sic MSS. quatuor; quomodo tacitus reposuit Tennulius: quum antea ederetur *propugnabimus*, quod Scriverianus, ceterique mei rectius servant. Bene autem dixit *propugnabimus*, quia praesidio *Thermopylarum* erant praepositi: qua in re *propugnare* proprium est, quod multis ostendit J. F. Gronov. Observ. L. IV. C. 19. quibus innumera addi possent alia. Ceterum ex hoc loco patet, vocem *melius* in Valerio Maximo non delendam esse, ut Cl. existimabat Perizonius l. III. c. 7. in f. *Spartanus, referente quodam sagittis Persarum solem obscurari solere; Bene narras, inquit; In umbra enim melius proeliabimur.* Nisi quis mallet hic ita distinguere. *Melius. In umbra pugnabimus.* pro tanto hoc melius est. ut fere apud Plutarch. in Lacon. Apophth. p. 225. Οἰνῶν, ἰχθύων, χάριν, εἰ ἐπὶ σοὶ ἐστὶν ἐνταῦθα μεγαλόψυχα. *Melius* & *tanto melius* in formulis de eo, quod optime opportunum est. Suidas in Leonida hoc

XIV. 53 L. AElius [a] Praetor Urbanus, quum ei 54 jus dicenti picus in capite insedisset, & haruspices respondissent, dimissâ ave, hostium victoriam fore; necatâ, populum Romanum superiorem, 55 at L. AElium [b] cum familiâ perituram, 56 avem occidit [c], nec dare poenam dubita-

a Vulgo CAELIUS. *b* Vulgo AC CAELIUM. *c* Vulgo AVEM OCCIDIT: QUA OCCISA, NOSTRO EXERCITU.

respondsum ita effert. Θαῤῥῶμεν, ἔφη, ὅτι ὑπὲρ σωτηρίας μαχούμεθα. Supra *esse* exsulat a Leid. sec. OUD.

53 *Caelius*] Keuchenius monuit in Paris. Ed. esse *L. Elius*, idque ineptum esse pronunciat, vere ideo a Cel. Perizonio reprehensus, ut corrector ignarus rerum & historiarum: nam nihil verius est lectione ea *L. Aelius*, ut idem abunde post Pighium, quem laudat T. II. Ann. p. 140., ex Valerio Maximo l. v. c. vi. §. 4. Plinio L. x. C. 18. e Varrone, probat; atque ita habet MS. Pighii, & diserte uterque Mediceus *Lelius*. i. e. L. Aelius. Adeoque pro *Caelio* & *Caelii* ubique rescripsi *L. AElius* & *AElios*. Quod autem alii non AElium, sed Laelium fuisse dixerint, aliunde non ortum est, nisi ex pravo intellectu scripturae librariorum, pro *L. AElius* scribentium *Laelius*, ut vere ibidem docent Pighius, & Cel. Perizonius, Animadv. scilicet Historicis p. 445. &c. In Ed. mea Paris. *C. Elius*, OUDEND.

54 *Jus dicenti*] Voss. 3. Hill. 1. Reg. carent τῷ *jus*: quod videtur haud falso abesse, & Caelius habuisse orationem ad milites. Agitur enim de auspiciis victoriae, & Caelio in acie occubituro. TENN. Atqui diserte Valerius Max. *AElio praetori jus dicenti*. Plin. L. x. C. 18. *In capite praetoris urbani AElii* (sic Hard. antea *L.*) *Tuberonis*, *in foro jura pro tribunali reddentis*. Varro apud Nonium C. XII. N. 3. *Aelius Paetus* (sic bene Perizon., & ex eo non nominato Harduinus) *cum esset praetor urbanus, & sedens in sella curuli jus diceret populo, picus Martius* &c. Male ergo abest τῷ *jus* etiam a Gudian. & Ed. Paris. *ejus dicentis* Leid. pr. OUD.

55 *Ac Caelium cum familia perituram.*] Desunt haec in Vaticano, Mediceo pr. & Edd. Rom. ac Bonon. male. Rectius omnino pro *ac* Petrens. Palatin. Vossian. & Leid. prim. habent *at*, & Medic. secund. *Lelium autem*. Pigh. MS. *AElium*. Rescripsi itaque, ni fallor, verissime *at L. AElium*. OUD.

56 *Avem occidit: qua occisa, n.*] MS. *non dubitavit dare pecuniam*: Quid si? *non dubitavit dare picum neci*. SCRIV. Vel *non dubitavit occidere picum*. Vel *non dubitavit avem perimere*. Post consultis Annalibus Pighii intellexi in MS. Susii esse *non dubitavit avem necare: nostro ergo e*. IDEM. *Cur. post.* 3. Reg Voss. 3 Hill. Scriv. Rom. *Non dubitavit dare pecuniam* (Voss. ad *pugnam*) *qua nostro*. Hinc Scriverius conjecit. *non dubitavit dare picum neci*. Beatus Gronovius *n. d. avem perimere*. TENN. Praeter Palatinum, quo Scriverius usus est, etiam Gudian. duo Leidenses, Cantabr. Bib. Publ. & Ed. Paris. *Non dubitavit dare pecuniam, qua n.* Unde ipse olim conjeceram

tavit. Noſtro ergo [57] exercitu vincente, *ipſe* cum [58] quatuordecim [59] AEliis[a] ex eâdem familiâ in proelio eſt occiſus. Hunc quidam non [60] AElium, ſed Laelium fuiſſe, & Laelios, non AElios periiſſe credunt.

XV. [61] P. Decius primo pater, poſtea filius [62] in Magiſtratu ſe pro Republica devoverunt, admiſſisque in hoſtem equis, [63] adepti mortem, vi-

[a] Vulgo CAELIIS & dein CAELIUM & CAELIOS.

tam *dare pico necem.* Vide ad Lucan. L. VI. 169. Petrenſis habet plane, ut Suſii codex, *non dubitavit avem necare. exercitu ergo nos.* ut etiam conjecerat Gronovius, vel *dare neci avem. Occiſa* deeſt in Gudiano. *quam occiſam* Medic. pr. qui codices cum Cantabr. tert. ſervant *avem occidit.* Omnia *avem occidit, qua occiſa* deſunt in Vaticano. Singularis autem plane eſt Mediceus ſec. in quo *avem occidit: nec dare penam dubitavit qua occiſa ex.* Quare jam bene perpenſis variis hiſce lectionibus, & ex tribus diverſis optima electa, non dubitavi reſcribere, ſi non vere, elegantер ſaltem & vero proxime, atque ipſa MSStorum verba *avem occidit, nec dare poenam dubitavit. noſtro ergo ex. Dare poenam* ſc. Marti, cujus avem picum occiderat, adeoque Deum ipſum laeſerat, cujus poenae exempla ſimilia in fabulis ſunt non pauca. In Martis tutela picum eſſe praeter Varronis locum docent & alii Conſule viros doctos ad Ovid. Faſt. III, 37.

Martia picus avis.

& Socerum meum ad Valerium, qui egregie pro *marſu ſuo* ibi conjicit *Marti ſuo.* Forſan poſſet reſcribi quoque *dare pico poenam qua* ſc. poena vel *quare.* Tu elige, lector. OUD.

57 *Exercitu vincente*] Falſiſſimum. nam periere in clade Cannenſi. Mens haruſpicum erat rem Romanam ſucceſſu temporis, bellique exitu fore ſuperiorem, ut ibidem recte advertit Cl. Perizonius. OUD.

58 *Quatuordecim*] Valer. Max. L. V. c. 6. non XIV. ſed XVII. Numeri fortaſſe corrupti. Totidem enim apices ſunt. SCRIV. *Cur. poſt.* Valerius alibi *ſexdecim AElios* uno tempore fuiſſe dicit. L. IV. 4. 8. In Gudiano hic XIII. OUD.

59 *Caeliis*] *Leliis* Medic. pr. vere MS. Suſii *AEliis*, ut ſtatim *AElium*, & *AElios.* pro *non* Leid. pr. & Hillensb. *numquam. quidem creditur* Leid. ſec.

60 *Caelium ſed Laelium*] 3 Reg. Voſſ. *Concelium ſed Laedium.* 1 Hill. *Landium.* THUM. *Ladium* & *Latios*, Gud. & Hillensb.

61 *P. Decius*] Elegantius e conjectura Gronovius *P. Decii.* OUDEND.

62 *In Magiſtratu*] Leidenſes, Hillensberg. Medic. ſec. & Ed. Pariſ. *in magiſtratus.* Adhaeſit ſ a ſeq. vocula *ſe. In magiſtratu eſſe* optimi quivis dicunt. Liv. I. 59. Nepos Chab. 4. & paſſim. *Adverſis* prave pro *admiſſis* Medic. ſec. OUD.

63 *Adepti victoriam patriae contulerunt*] Nihil hic monent viri docti; cum tamen hiulcam eſſe orationem, & excidiſſe vocem qui-

victoriam [a] patriae contulerunt.

XVI. [64] P. Craſſus, quum bellum adverſus Ariſtonicum in Aſia gerens inter [65] Elaeam [b] & Myrinam in hoſtium copias incidiſſet, vivusque [66] ab-

[a] Vulgo AD. VICT. [b] Vulgo AELIAM.

quivis attentius locum conſideraus animadvertet. Inconcinne enim *Victoriam* referri deberet ad utrumque verbum. Viderat id tamen Lipſius, nam ad oram libri ſui adſcripſit pro *adepti* ſcribendum ſibi placere *interempti*. Sed quid multa? Codices Medicei legunt *adepti Romani*, vel *fic a. Romani*. Corrupte. Latet tamen in iis vera lectio, quam ſervarunt nobis Leidenſis ſec. & Petrenſis, *adepti mortem vict. p. contulerunt*. Ideo enim, quod caeſi ſunt Decii, Romani victoriam, pretium devoti ipſorum ſanguinis, acceperunt. Conſule omnino Livium l. VIII. c 9. & l. X. c. 28. Valerius Maximus l. V. c. 6. §. 5. de patre. *Concitato equo, in medium hoſtium agmen, patriae ſalutem, ſibi mortem petens inrupit* &c. *Ex cujus vulneribus, & ſanguine inſperata victoria emerſit.* & de filio Ex. ſeq. *Mors fecit, ut Romana civitas vinceret. Adipiſci* autem *mortem* dicitur, ut *dare, accipere mortem*, quaſi munus. De qua locutione latius egi ad Lucan. l. VI. 169.

An plus, quam mortem, virtus daret.

Sumere mortem pro ſibi conſciſcere apud Tacitum ſaepius. OUDEND. Pluribus exemplis hanc emendationem confirmatam vide ad Sueton. Domit. c. 14. *in* adipiſcenda morte *manu ejus adjutus exiſtimabatur*. IDEM *Cur. poſt.*

64 *P. Craſſus*] Deeſt praenomen in Medic. ſec. *Fulvius* prim. *Lucius* Edd. Italicae: prave. *Ariſtonicum* Leid. ſec. an *Ariſtonicon*? OUD.

65 *AEliam*] Lege cum doctiſſimo Ortwinio *Elaeam*. Mela I. c. 18. Graecis Ἔλαια. Hinc *Zeno Eleates*. Valer. Max. III. 3. n. 2. & *Secta Eleatica*. Voſſius de Sectis Philoſophorum. TENN. MSS. *Eliam*. Lege omnino *Elaeam*, Ἔλαιαν, ut recte Gronovius, & Iſ. Voſſius ad codicis ſui oram correxerunt. Errat vehementer Tennulius, qui hanc Aeolidis urbem confundit cum Elea Lucaniae in Italia urbe; ubi natus eſt Zeno, ut clare docuit ſocer meus contra Vorſtium ad Valer. Max. l. III. c. 3. Ext 2. Stephanum ſi conſuluiſſent viri docti, in eum errorem non incidiſſent. Scribit enim ille Ἔλαια πόλις τῆς Ἀσίας Αἰολικὴ Παμφυλίων ἐπήκοος, ἣ Κιδάνις ὠνόμαζετο Μιλησίοις κτίσμα. ἔστι δὲ ἐπίκτητος Ἰταλίας διὰ τὸ ἐ ψιλὸν Ἐλέα. ἐξ ἧς Ἐλεάτης. τῆς δὲ πρότερον Ἐλαΐτης: ubi vide notas, & Pintian. ad Melam L. I. C. 18. Cellar. Geograp. L. III. C. 3. p. 38. Paſſim vero apud auctores hujus urbis nomen corrupte per ſimplex *e* ſcribitur. Sic apud Valer. Maximum in hac ipſa hiſtoria Lib. III. C. 2. §. 2. ubi in alterius quoque urbis nomine mendum eſt. *P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens, a Thracibus, quorum is magnum numerum in praeſidio habebat, inter Eleam & Smyrnam exceptus* &c. Scribe ex noſtro *Elaeam & Myrinam*. Longe enim hinc remota in Ionia eſt Smyrna. Finitimae ſunt *Myrina* & *Elaea*, AEolidis utraque. Adi Strabonem, (qui tamen ad Leu-

vem dicens, cui non esset idem[a], quod ceteris, satis.

XIII. [22] Universi quoque exercitus notabilis saepe fuit continentia, sicuti ejus, qui sub M. Scauro meruit. Namque [23] memoriae tradidit Scaurus, pomiferam arborem, [24] quam [25] in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

XIV.

a Vulgo ip.

nef. c. 7. *Non est opus, inquit, mihi eo cive, cui plus opus sit, quam uni civi.* Valerius. *Parum honestum Reip. civem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non esset.* Idem responsum dedit Pittacus Sapiens Mitylenaeis, qui illi dabant muneri multa millia jugerum agri. *Nolite, rogo vos* (inquit) *mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quae & meam animi aequitatem & vestram voluntatem indicent. Nam parva munera divitina: locupletia non propria esse consueverunt.* Nepos Thrasybulo c. 4. TENN. *Idem* reposui, auctoribus MSS. Palatino, Gudiano, tribus Cantabrig. duobus Leidensibus, & J. Saresberiensi. De hoc dicto vide & Plin. l. XVIII. c. 3. Aurelium Victor. c. 33. aliosque. OUDEND.

22 *Universi*] Leid. sec. *universo exercitui. Sicut* MSS. & Edd. nonnulli. Sequentia non recte Saresb. interpolat *insignem gloriam meruit. Nam.* OUDEND.

23 *Memoriae prodidit*] In libris procul dubio, quos de vita sua reliquisse nobis ex Grammaticis constat. Apud quos haec fragmenta paulula praeclari operis leguntur. Servius, ubi de pilato exercitu, Diomedes aliique. Vide Indicem in Grammaticos Putschii. SCRIV *Cur. post.* Adi G. J. Voss. de Histor. Latin. l. I. c. 9. OUD.

24 *Quam &c.*] Vaticanus, Medicei, & Edd. Italicae *quae in p. c. f. completa metatione.* Leid. sec. *complexus metator.* Non male scribi posset *complexa metatione* passive. quomodo hoc participium apud optimos auctores usurpatur. Vide Thesaurum Fabri, & N. Heins. ad Ovid. Epist. IV. 139. Sed non opus est. Saresberiensis haec tamquam ex ipso Scauri opere citat: *Memoriae tradidit continentiam militarem. pomiferam, inquit, arborem, quam in pede c. fuerat complexa metatio, postremo die concinentibus aeneatoribus & abeuntibus nobis, intactis fructibus exercitus reliquit indemnem. Postera* hic est in Petrensi, ut alibi saepius. OUD.

25 *In pede castrorum*] Esse *in limite* facilius quis affirmet, quam probet exemplis: ejusdem tamen significationis est inscriptio portae Noviomagensis. HIC PES IMPERII. de qua vide Pontanum hist. Gelr. Verum cum maximam partem castra metati sint in editis locis, puto dici, ut *Pedem montis.* TENN. *In limite* significari putat Keuchenius. Tennulio ego adsentior. Quaevis par-

XIV. Auſpiciis Imperatoris Caeſaris Domitiani Auguſti [25] Germanici [a] eo bello, quod [27] Julius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentiſſima civitas, quae ad Civilem deſciverat, quum adveniente exercitu Caeſaris populationem timeret, quod [28] contra exſpectationem [29] inviolata, nihil [30] ex rebus ſuis amiſerat, [31] ad obſequium redacta ſeptuaginta millia armatorum [32] tradidit mihi [b].

XV.

a Vulgo GERMANICO BELLO. *b* Vulgo EI TRADIDIT.

partes loci reive infimae *pedes* a veteribus vocantur. OUD.

26 *Germanico bello*] Medicei *Germanici eo bello*. Recte omnino. l. 1. c. 1. 8. *Imperator Caeſar Domitianus Auguſtus Germanicus*. l. 11. c. 3. 23. *Imperator Caeſar Auguſtus Germanicus*, & paſſim cum alibi, tum in nummis. Immo, ut hic, eodem plane modo l. 11. c. 11. §. 7. *Imperator Caeſar Auguſtus Germanicus eo bello, quo victis hoſtibus cognomen Germanici meruit*. OUDEND.

27 *Julius Civilis*] Vide, & de *Lingonum civitate* Tacit. l. 1. Hiſtor. c. 59. & alibi. Statim *abvenientem ab ex*. Saresber. *advenientem* etiam Voſſian. OUDEND.

28 *Contra exſpectationem*] Alias *praeter ſpem*. SCRIV. Saresberienſis lectionem indigitat Scriverius. OUD.

29 *Inviolata*] Continentia ducum maximum momentum ſemper victoriae fuit. Florus IV. c. 12. de Germanis. *Mores noſtros magis, quam arma ſub Imperatore Druſo ſuſpiciebant*. l. 11. c. 6. de Hiſpanis. *Certum eſt tamen, ad profligandam provinciam maxime profeciſſe ſingularem Ducis ſanctitatem*. Hinc apud Curtium l. IV. c. 10. Darii legati ad Alexandrum: *Darium, ut pacem a te jam hoc tertio peteret, nulla vis ſubegit; ſed juſtitia & continentia tua expreſſit*. Ubi videndus Freinshemius. TENN.

30 *Ex rebus*] Reg. *de rebus*. TENN.

31 *Ad obſequium*] *In obſequium* MSS. SCRIV. *In* Medicei, & Edd. Italicae.

32 *Ei tradidit*] *Mihi tradidit* MSS. tres, & in margine NOTA TEMPUS AUCTORIS. SCRIV. Voſſ. 3. Reg. 3. Hill. *Tradidit mihi*. Et ſic legit Gujerus, explicans, mihi Frontino, auſpiciis Domitiani Imperatoris accipienti. Nam & Scriverius, qui ex tribus MSS. eandem lectionem dedit, invenit in margine. *Nota tempus auctoris*. Omnes fere pedeſtres autores militiam ſunt ſecuti. Cicero fuit Syllae miles, auctore Plutarcho, ut alii, tyro in exercitu Cn. Pompeji conſulis. Suetonius tribunatum militum fuit adeptus. Valerius Maximus ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompejo navigaſſe, dicitur incerto auctori in ipſius vita. Vellejus in Germania ſub Tiberio praefectus equitum fuit. Plinius Major equeſtribus militiis induſtrie functus. Plinius Junior tribunus militum fuit. Ipſe Horatius meruit tribunus militum l. II. Ode 7.

XV. 33 L. Mummius, qui, Corintho capta, 33* non Italiam ſolum, ſed etiam 34 provinciam ta-

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula.

TERENT. *Tradidit mihi* ex meis praeter Palatin. exhibent Leidenſ. pr. Petrenſ. Cantabrig. tert. Gudianus, & J. Saresberienſis. In Mediceo primo *tradidit inde*. Ed. Wech. *tradidit ei*. In ceteris MSS. & Edd. deeſt *ei*. quapropter *ei* ſecure ejeci, & *mihi* repoſui; Quod & certis rationibus motus feciſſe mihi videor. Nam ſi ipſi praeſenti Imperatori Lingonum civitas ſeſe tradidiſſet, initio hujus exempli auctor non dixiſſet *Auſpiciis imperatoris*, ſed conſilio, & ductu ejus, eique hanc de exercitus ſui continentia gloriam apertius adtribuiſſet; ut fecit in praecedentibus libris quater, ubi non auſpiciis Imperatoris, ſed ab ipſo Imperatore geſtam ſuiſſe rem narrat. Quod advertit etiam bene Gujetus. Veriſimile praeterea eſt, Frontinum hoc in bello cum Imperio contra Civilem miſſum eſſe, ut virum militiae bene peritum: quippe a quo jam ante Silurum gens in Britannia eſſet ſubacta. Qua de re conſule Doctiſſimi Poleni prolegomena. Ex eo etiam, quod quinquies in hoc parvo libro mentionem faciat rerum, in Germania ſub Domitiano geſtarum, non leve argumentum videtur peti poſſe, auctorem ipſum hiſce rebus agendis interfuiſſe, & non multo poſt hoſce libros conſcripſiſſe, certe vivo etiamnum Domitiano; nam neque Nervae, neque Trajano, quorum in libro de aquaeductibus honorificam ſaepe facit mentionem, hic ullum datum eſt exemplum: immo ne quidem Dacici belli poſtea a Domitiano geſti meminit; adeo ut inter Germanici, & Dacici belli tempus hoc opus editum ſuiſſe clare adpareat. Vide ibidem Polenum. OUD.

33 *L. Mummius*] Sic bene MSS. praeter Mediceos, & Ed. Rom. in quibus *Lapinus & J. Lavinius*. Corrige hinc Saresber. l. v. c 7. apud quem mirifice *Lucilius Meromius*. OUD.

33* *Non Italiam ſolum, ſed etiam provinciam*] Ita quum loquuntur veteres, intelligunt Narbonenſem Galliam: ut Caeſar L. VII. B. G. c. 65. *nulla re ex provincia, atque Italia ſublevari poterat*. & ſaepe. Perplacet nunc *provincias*. Cic. II. Catil. c. II. *cuncta Italia, provinciis omnibus*. Sueton. Jul. c. 54. *per Italiam provinciasque divideret*. OUDEND. *Cur. poſt.*

34 *Provinciam*] Quam? Achaïamne? Hoc certe a vero eſt alieniſſimum. An *provincias*, ut ad marginem libri ſui correxit Lipſius, & probat Vir doctus quidam, leviſſima certe mutatione? Vellej. l. II. c. 15. *ex provinciis in Italiam*. Sic in Nepot. Dat. c. X. vulgo *regis provinciam vexet*. cum jam recte Boſius in 2. MSS. legendum monuerit *provincias*. Palat. *provincia*. Cantabr tert. *provinciam totam*. Adblanditur mihi conjectura, quam licet audaciorem, proponam tamen, *Sed & totam prope Europam*, per milites paſſim ſparſis, & projectis, vel publicatis ſcilicet & venditis illis; unde & rex Attalus tabulas emerit, teſte Plinio l. XXXV. c. 4. ſed & ipſe Mummius Graecorum in templis inde donaria dedicavit, ut refert Pauſanias l. V. Eliac. p. 399. 439. &c. Ceterum pro *tantis manubiis* in quibusdam eſt *totis m.* ſolemni confuſione, de qua etiam ſaepe monendum habui ad Li-

tabulis ſtatuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis [35] in ſuum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico dotaverit.

Lucanum. In eodem non adeo male, quamvis ego vulgatum praeferam, l. VIII. 447. in MSS. etiam nonnullis invenitur *in ſolo tota eſt fiducia Nilo* pro *tanta*. quod illic monere oblitus fui. Verum hac occaſione non poſſum non agnoſcere errorem ibidem a me commiſſum: dum feci, neſcio, qua mentis vertigine abreptus, Lepidum tutorem Ptolemaei Dionyſi ſive ultimi, eumque confudi cum Ptolemaeo Epiphane, cujus diu ante tutor fuit Lepidus, ſed Ptol. Dionyſi tutor re vera fuit Pompejus; quare tota illa de Pompeji tutela adnotatio mea deleatur, vel pro non ſcripta habeatur a te, benevole lector. enixe peto. OUD.

35 *In ſuum convertit*] Alias *in uſum ſuum*. SCRIV. Saresb. *in ſuum convertit uſum*. Petrenſ. *in ſuum uſum convertit*. Verum non raro *meum*, *tuum*, *ſuum* elliptice uſurpari, cuivis notum eſt. alii *in ſuam domum intulit*. Sic Aurel. Victor. c. 60. *Mummius Corinthum ſignis tabulisque ſpoliavit, quibus cum totam repleſſet Italiam, in domum ſuam nihil intulit*. Ita MS. Leid. vulgo non bene *contulit*. Epit. Liv. LII. *L. Mummius abſtinentiſſimum virum egit. Nec quidquam ex iis opibus ornamentisque in domum ejus pervenit*. Abſtinentiae ejus, quam ſimili fere modo deſcribit Cicero l. I. in Verr. c. 20. non parvum momentum addidit ignorantia artificii. Vide auctores cit. ad Flor. l. II. c. 16. & Plinium l. adducto. OUD.

CAP. IV.

De Juſtitia.

EXEMPLUM I.

Camillo, Faliſcos obſidenti, ludi magiſter liberos Faliſcorum, tamquam ambulandi cauſſa extra [1] murum eductos, tradidit, dicens [2] repe-

1 *Murum*] *Muros* Medic. ſec. & Cantabr. tert. dein *deductos* quidam teſte Keuchenio. *tradit* Petrenſ.

2 *Repetendis*] Forte melius *retentis*. SCRIV. Nata haec eſt Scriverio conjectura e J. Saresber. l. V. c. 7. *retentis obſidibus*, quam probat Keuchenius. recte. Hortatus eſt Camillum, ut retineret eos quaſi obſides, donec civitas imperata faceret, quo eos recipere poſſent. nihil tamen temere mutatum vellim. *eis* deeſt quoque in Mediceo ſec. & Edd. Italicis. Paullo poſt Saresber. *Camillus vero*. dein *ſed etiam* Medic. & Edd. Ital. & caret Sa-

petendis eis obsidibus necessario civitatem imperata facturam. Camillus non solum sprevit perfidiam, sed & restrictis post terga manibus magistrum virgis agendum [3] ad parentes tradidit [4] pueris, [5] adeptus [a] beneficio victoriam, quam fraude non [6] concupierat. Nam Falisci ob hanc justitiam sponte ei se [7] dediderunt.

II. Ad Fabricium, ducem Romanorum, medicus Pyrrhi, Epirotarum regis, pervenit; [8] pollicitusque est, daturum se Pyrrho venenum, si merces sibi, in qua operae [9] pretium foret, consti-

a Vulgo ADEPTUSQUE EST.

resber. quomodo antea saepius habuimus *non solum, sed* omisso τῷ & vel *etiam. Strictis* Petrens. OUD.

3 *Ad parentes*] Principum enim Falisc orum complurium erant liberi, ut constanter tradunt omnes historici tum Graeci, tum Latini cum Livio l. v. c. 27. Idem tamen l. XLII. c. 47. ait, *Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitae ejus insidiantem; eadem Falisc is vinctum traditum proditorem liberorum regis. Haec Romana esse, non versutiarum Punicarum, neque calliditatis Graecae.* Varie haec tentant viri docti. Mihi videtur illic scribendum *liberorum. Leges las Romanas esse. Rex* & *lex* saxcenties in MSS. confunduntur. OUDEND. Conjecturam, quam super Livii loco proposui, nunc ipse damno. Vide Dukerum. IDEM *Cur. post.*

4 *Pueris*] Mirum, in tam simplici voce variare libros MSS. *puris tradidit* Saresb. *puris* Medicei; *puero* Leid. sec. *piis* Edd. Italicae Forte exciderit *pio*, ut fuerit scriptum *t. pueris, pio adeptus beneficio v.* nam illa *quae est* non sunt a Frontino. nec exstant in Voss. Palat. Gudiano, Vaticano, Leidensibus, Cantabrigiensibus, nec in J. Saresber. neque in ulla Editione ante Scriverium, qui haec de suo ritus adjecit. Juvat hanc conjecturam, quod & *beneficiis* idem scribant Medicei, & Edd. Italicae. *scelere* Camilli hac in re laudat etiam Polyaenus l. VIII. Strat. c. 7. OUD.

5 *Adeptusque est*] 4. Reg. 3. Hill. sine distinctione. *Tradidit pueris adeptus beneficio v.* A TENN.

6 *Concupierat*] *Cupierat* Palat. & Edd. Ital. *concupiverat* Hillensb.

7 *Dediderunt*] 4. Reg. 1 Hill. *dederunt.* TENN. Medic. pr. Petrens. Leid. pr. Gudian. & Edd. primae *dederunt.*

8 *Pollicitusque est.*] Saresber. *pollicitus est.* & *dum* pro *si.*

9 *Pretium foret*] Alias *esset.* SCRIV. Scriverius, & unus Reg. *p. esset.* Fuit hic medicus Timochares Ambraciensis, regis Pyrrhi amicus. Gell. III. c. 8. ubi Claudio Quadrigario vocatur *Nicias.* Hinc Camillus *vir sanctus* dicitur. TENN. *Esset* Medicei, & Edd. Italicae. In Gellii verbis pro *Qui sibi pretium a nobis peteret, si te clam interfecisset*, conjicit legendum esse Scriverius

in

ſtitueretur. Quo facinore Fabricius egere victoriam ſuam non arbitratus, regi medicum detexit; atque ea fide meruit, ut ad [10] adpetendam amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.

in curis poſterioribus; *qui, ſi ſibi pretium a nobis operae ſit, te clam interficeret.* OUD.

10 *Adpetendam*] Alias *petendam.* SCRIV. Scriverius, & a. Regii *petendam.* TENN. *Petendam* Medicei, Leidenſes, duo Cantabrigienſes, & Edd. Italicae, quod malim. OUD.

CAP. V.

De Conſtantia.

EXEMPLUM I.

Cn. Pompejus, minantibus [1] direpturos pecuniam militibus, quae in triumpho ferretur, [2] Servilio & Glaucia cohortantibus, ut divideret eam, ne ſeditio fieret, adfirmavit, non triumphaturum ſe, ſed potius moriturum, quam licentiae militum ſuccumberet; caſtigatisque oratione gravi laureatos faſces objecit, ut ab illorum inciperent direptione: eaque invidia [3] redegit eos ad modeſtiam.

II. [4] C. Caeſar, [5] ſeditione in tumultu civilium

1 *Direpturos*] *Se dir.* Petrenſ.

2 *Servilio & Glaucia*] Hac in re unius Servilii meminit Plutarchus, qui vocat eum ἀνδρα ἰπποικὸν in Pompejo p. 626. unde liquet ſatis, fuiſſe Servilium Vatiam, poſt dictum Iſauricum. Adde & Apophthegm. p. 203. Quis vero ille Glaucias fuerit, non facile dixerim. Glauciae nomen etiam Serviliorum eſt. quare mira videtur locutio *Servilio, & Glaucia:* cum uterque fuerint *Servilii.* Quod defendi tamen poteſt eo, quod ſcriptores ſaepe ſoleant quosdam nomine gentili, quosdam cognomine, prout vulgo magis cogniti erant, adpellare, ut luculente docuit Spanhem. T. 2. de num. praeſt. Palat. *Glaucio.* In re obſcura conjecturas perdere nolim. OUD

3 *Redegit*] *Recepit* MS. SCRIV.

4 *C. Caeſar*] *C.* deeſt in Palat.

lium armorum facta [a], 6 quum maxime tumentibus animis, legionem totam exauctoravit, ducibus [7] seditionis secuti percussis: mox eosdem [b], quos exauctoraverat, ignominiam deprecantes restituit, & optimos milites habuit.

III. Postumius Consularis [8] cohortatus suos, quum interrogatus esset a militibus, quid imperaret, dixit, ut se imitarentur; & arrepto signo hostes primus invasit: quem secuti, victoriam adepti sunt.

IV. 9 Cl. [c] Marcellus, quum in manus Gallorum inprudens incidisset, circumspiciendae regionis, qua evaderet, caussa equum in orbem 10 fle-

a Vulgo AC TUM. *b* Vulgo EOS. *c* Vulgo L. M.

lat. Leid. sec. Medic. & Edd. Italicis.

5 *Seditione in tumultu civilium armorum*] An retinendum sit, vel *seditione*, aliis considerandum relinquo. STRW. Tò *seditione* ejiciendum videtur Stewechio. At MSS. sic exemplum hoc concipiunt *C. O. i. tumultu c. seditione a. acta maxime tum tumentibus a.* SCRIV.

6 *Ac tum*] 4. Reg. Voss. *Actam.* 2. Hill. *Acta.* ut & Scriverii MSS. pro *Tumentibus* unus Reg. & Scriverii MSS. *Tum tamentibus.* TENN. *Seditione* retinent mei omnes. Voss. *seditionem.* Pro *armorum* in Medic. sec. & Hittorp. marg. *armatorum.* pro *ac tum* Medicei, Palatin. & Edd. Rom. ac Bonon. *acta.* Leid. pr. & Cantabr. tert. *actam.* Sed Petrensis *facta.* itemque Vossian. a m. pr. quod deletum erat. *ac tum* deest in Ed. Par. dein *maxime tum* Edd. Rom. Bon. & Paris. *animis tumentibus*, vel *timentibus*, vel *trementibus* MSS. septem. Quare lego *seditione in t. c. armorum facta, cum maxime tum. animis.* vel etiam *tum cum maxime animis tum. Seditione facta* Latinissimum est. Vide Cl. Wasse ad Sallust. B. Catil. c. 62. Immo ex nostri stilo. supra l. IV. c. 1. §. 43 *Cum ex v. legionibus una, seditione facta, militiam detrectasset.* de quo *cum maxime* & *tum cum maxime* egimus ad l. III. c. 11. §. 4. Reposui, ut certius, *facta, quum m. t.* & ita in litteris ad me Cl. Wasse. OUD.

7 *Seditionis*] Deest haec vox in Ed. Paris. *percussis* abest a Leidensibus, & Gudiano *exauctoravit* Ed. Paris. *eosdem* autem pro *eos* scripsi fide novem MSStorum. OUD.

8 *Cohortatus*] Cantabr. tert. *cohortans.*

9 *L. Marcellus*] *Cl. Marcellus* MSS. SCRIV. Voss. 4. Reg. 1. Hill. *Cl. Marcellus*, & sic Scriverii. TENN. *Claudius* habent ex meis Palat. Gudian. Leid. pr. Mediceus sec. Petrens. & Ed. Paris. *Consul. Mar.* Leid. sec. Non dubitavi recipere *Cl.* Vide ad L. III. c. 16. & Pigh. T. II. Ann. p. 126. & seqq. OUD. Aliter hanc rem narrant Polyb. L. II. C. 34. Plut. in Marc. p. 300, 301. Zonar. L. VIII. C. 20. aliique. Freinsh. Suppl. Liv. L. XX. c. 52. IDEM *Cur. post.*

10 *Fle-*

10 flexit: deinde, quum omnia esse infesta vidisset, 11 precatus Deos in medios hostes inrupit; quibus inopinata audacia perculsis, ducem quoque eorum trucidavit, atque, ubi spes salutis vix superfuerat, inde 12 opima retulit spolia.

V. 13 L. Paullus, amisso ad Cannas exercitu, obferente equum Lentulo, quo fugeret, superesse cladi, quamquam non per ipsum contractae, noluit; sed in eo saxo, cui se vulneratus adclinaverat, persedit, donec ab hostibus obpressus confoderetur.

VI. Varro, collega ejus, 14 vel majore constantia post eamdem cladem vixit, gratiaeque ei ab

10 *Flexit*] Arcerian. *flectit*.

11 *Precatus*] *Deprecatus* MSS. Scriv. *Depr.* duo Medicei. Ex Scriv. MSS. id placebat Keuchenio. dein ait in quibusdam esse *perrupit*. in quibus nescio, male certe. *percussis* statim Leid. pr. & Medic. sec. *saluti* Arcer. denique *inde* deest in Petrensi. Oud.

12 *Optima spolia retulit*] Dii vobis malefaciant audacissimi nebulones, qui bonis scriptoribus corrumpendis ita sedulam navatis operam. Emendo *opima spolia*. quorsum enim illa praecedentia, *ducem quoque eorum trucidavit?* Ea spolia opima, quae dux duci detrahebat. testes mihi Livius, Plutarchus, Festus, alii. Inter quos Varro: qui tamen illius vocis significationem ampliavit. Non absimile mendum in 11. Apuleji de Asino: *mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas.* scribo, *porcum opimum*. Apud eundem Apulejum paulo post, *non parvas stipes, imo vero mercedes optimas jam consecutus.* iterum legerim *opimas*. STEW. *Opima*. Ita Stewechius; cum antea esset *optima*, manifesto vitio, quod nullus MSS. agnoscit. Scriv. *Opima*. Sic omnes MSS. at *Optima* nusquam occurrit. Sunt autem opima spolia, quae dux occiso hostium duci sua manu detraxit; quorum tria a Ducibus suis relata vidit Respublica. Prima rettulit Jovi Feretrio Romulus de Acrone Caeninensium Rege. Secunda Cornelius Cossus de Larte Tolumnio Vejentum Rege. Tertia, de quibus hic agitur, Claudius Marcellus de Viridomaro Gallorum Rege. TENN. *Optima* tamen est in Vaticano, perverse.

13 *L. Paulus*] L. AEmilius Paulus fuit pater L. AEmilii Pauli Macedonici, dissuaserat commissionem proelii. TENN. Praenomen non agnoscunt Medicei, Leid. sec. & Edd. primae. Mox *inclinaverat* Leid. sec. *declinaverat* Medic. sec. & *compressus* Medic. pr.

14 *Vel majore*] Nullam emphasin hoc loco illud *vel* habet, nisi notet *saltem*, ut puto. Vide ad l. 11. 3. 16. *Si non infestarent, vel certe fatigarent.* Clare etiam apud Curtium pro *saltem*

ab Senatu & populo actae sunt, [15] quod non desperasset [16] Rempublicam [a]. [17] Non autem vitae cupiditate, sed Reipublicae amore, se superfuisse reliquo aetatis suae tempore adprobavit. [18] Nam & barbam capillumque [19] submisit, & po-

[a] Vulgo DE REPUBLICA.

ponitur l. VI. 10. 12. *Vel judicium tuum serva.* *Majori* Cantabrig. OUDEND.

15 *Quod*] MSS. tres, & Edd. primae *quia.*

16 *De Rep.*] Omnes MSS. *Desperasset Rem.* elegantius Cicero Attico. *Breviloquentem jam me tempus ipsum facit: pacem enim desperavi.* Sic *cogitare remp* Seneca controv. 35. *Nemo fur Remp. cogitat; nihil non licet pro Rep. facere.* Cicero IV. fam. 4. *Qui fortasse arbitrare tui, me hanc remp. non putare.* TENN. Livius l. XXII. in fine *Ut consuli ex tanta clade, cujus ipse causa maxima fuisset, redeunti, & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiae actae, quod de Republica non desperasset.* Nihilominus omnes MSS. constanter *rempublicam.* ut & Edd. Rom. Bon. Paris. Wech. quod non recipere superstitiosum duxi, praesertim probante summo Gronovio ad Plinium l. XXII. c. 24. *Ulcera desperantia cicatricem.* Lentulus ad Ciceron. l. XII. Ep. 14. *Nos & rempublicam desperaverint.* *Desperare rem* Cicero saepius. l. II. Ep. 16. III. Ep. 13. & alibi. Sueton. in Caes. c. 29. *Desperans consilii eventum.* Curt. l. V. c. 5. 17. *Desperare misericordiam.* & ita alii. OUD.

17 *Non autem*] Medic. sec. *neque a,* pro *aetatis* Petreus. *vitae.*

18 *Nam*] MSS. quidam istud *nam* non habent, & mox legunt *hominibus quoque.* SCRIV. *tũ nam* caruit Voss. & 2. Hill, & Scriveriani. TENN. Ex meis etiam *nam* non agnoscunt Medicei, Leidenses, & Palat. sed Petreus. *dum & capillum* Medicei, & Ed. Rom. dein *recumbens* Leid. pr. & Edd. Italicae.

19 *Submisit*] Sic MSS. quae vox male damnatur ab amico; neque enim injuria fiet Frontino ac bonis auctoribus, si retineatur. Sic optimi utuntur. Plinius lib. VII. epist. 27. *Quia reis moris est submittere capillum, recisos meorum capillos depulsi, quod imminebat, periculi signum fuisse.* Seneca pater contr. 27. *Graeci coeperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratum gereret. Illos autem barbam capillumque magistratui Cretensium submittere. Surrexit Sabinus, & silentium manu fecit, deinde ait. Hunc ego magistratum Romae bis gessi.* Sic & *immittere.* Pedo ad Liviam.

At comitum squalent immissis ora capillis,

Virgil. III. AEn. 593.

Dira illuvies immissaque barba.

Pramitto ejusdem monetae est, sed non probioris; neque hic in ullis MSS. apparet. Pedo ad Liviam.

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem,
Pallida promissa flere per ora coma.

Nepos Datame c. 3. *Et niger &*

poſtea numquam recubans cibum cepit; [20] honoribus quoque [a], quum ei deferrentur a populo, renuntiavit, dicens, felicioribus Magiſtratibus Reipublicae opus eſſe.

VII. Sempronius Tuditanus, & [21] C. Octavius Tribuni [b] militum, omnibus fuſis ad Cannas, quum in minoribus caſtris [22] circumſederentur,

a Vulgo HONORIBUSQUE. b Vulgo TRIBUNUS.

capillo longo barbaque erat promiſſa. Itali, & Siculi in luctu crines nutriebant. Lycophron de Siculis.

Κρατὸς δ' ἄκαρπος πόντια καλλονῆ φύκη
Μνήμην παλαιᾶν τημελῶς ἐδηγμάτων.
Intonſa per tergum fluet capitis coma,
Doloris antiqui memoriam refricans.

Graeci tondebant. Euripides Alceſtide 512.

Τί χρῆμα καρᾷ τῇδε συνθίμῳ πρέπεις;

vſ. 828. Cum Admeti uxorem mortuam tandem intelligeret Hercules, reſpondit:

Ἀλλ' ἀσθόμην μὲν ὀμμ' ἰδὼν δακρυρρόου
Κυρήσας, καὶ πρόσωπον.

TENN. Keuchenius e quibusdam editis, quales ego nullos vidi, volebat *promittere*, ſed *inmittere*, *promittere*, *ſubmittere* promiſcue hac in re uſurpatur. Exempla ubivis obvia. OUD.

20 *Honoribusque*] 2 Reg. Scriv. & 3. Hill *Honoribus quoque*. TENN. *Quoque* reſcripſi ex tribus Cantabrig. Gudiano, & Leid. utroque. *quos* Medic. pr. *honores* Medicei, & Leid. ſec. OUD.

20 *Honoribus — renunciavit*] Atqui non ſolum illo anno apud exercitum manſit, ſed etiam ſeqq. ut procoſ. V. Liv. L. XXIII. C. 25, 32. XXIV. 10, 11. XXV. 6. *cui poſt fugam ab Cannis per omnes annos prorogatum imperium.* Legationibus etiam aliisque functus eſt dein muneribus. OUDEND. *Cur. poſt.*

21 *C. Octavius Tribunus militum*] 2 Reg. Voſſ 2. Hill. *Tribuni militum* TENN. In Palatino, & Hillensb. *Cn.* vel *Gn.* Leid. ſec. *M.* In tribus MSS. & Edd. Italicis praenomen deeſt. *Tribuni* agnoſcunt Medicei, Leidenſes, Palatin. aliique cum Edd. Veteribus. quare ita legit quoque Ruben. l. 11. Elect. c. 32. vel potius, quia ignotus eſt ille Octavius, *Tuditanus e legione octava Tribunus.* Et certe *Sempronii* ſolius mentionem facit Livius l. XXII. c. 50. Appian. de B. Annib. p. m. 568. qui haec acta in majoribus caſtris & 10. millia evaſiſſe refert. & paullo poſt in nonnullis MSS. eſt *adfirmans.* Attamen *ſuaſerunt*, retinent conſtanter omnes, nemo *ſuaſit.* Mihi non videtur ablegandus *Octavius*, ſed ſcribendum ejus praenomen *Cn.*, ut fuerit idem, qui A. DXLI. fuit Quaeſtor, & dein Praetor, pater Cn. Octavii, qui navalem de rege Perſe triumphum egit. Cannenſis clades accidit A. DXXXVII. de eo conſule Pigh. Ann. T II. p. 179. & Glandorp. in Onomaſt. OUD.

tur, ſuaſerunt commilitonibus, [23] ſtringerent [a] gladios, [24] & per hoſtium praeſidia erumperent ſecum; [25] id ſibi animi eſſe, etiamſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet, [26] adfirmantes. De cunctantibus [27] XII omnino [28] equitibus, L [b] pediti-

[a] Vulgo UT ST. [b] Vulgo VEL P.

22 *Circumſederentur*] 1. Reg. Voſſ. 2. Hill. *circumſiderentur*. TENN. Et tres mei cum Edd. prioribus. Clariſſimo Waſſe placet e 2. Cantabrig. *circum obſiderentur*. ut Edd. Vett. Plin. l. VIII. 33. *circum adſpicere*. l. II. 168. *circum obruere*. Tacit. l. IV. 62. *circum adſtare*, & ſimilia. a librariis certe id non profectum videtur. *caſtris* in Ed. Par. deeſt. *commilitibus* Gudian. OUD.

23 *Ut ſtringerent*] Tὸ *ut* non agnoſcunt 2. Reg 2 Hill. & Voſſ. commode abeſt, ut ſaepe monui. TENN. Recte delent etiam Gudian. & duo Cantabrig. & Palatin. qui *ſtringere* habet. Notatum hoc ſaepius ſupra. OUDEND.

24 *Et per.*] Sic lego. vulgo *ut* SCRIV. *Cur. poſt. ut* perperam erat in Edd. Modii, Stew. & dein Ed. Veſal. Ad Modianae Ed. oram Lipſius jam repoſuerat &. OUD.

25 *Id ſibi eſſe animi*] 2 Reg. 2. Hill. Voſſ. 1. *ſ. animi eſſe*. Terentius Eun. 5. 6. 14. *Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, ubi veſtem vidit illam eſſe eum indutum pater?* Caeſar l. VII. Bell. Gall. c. 77. *Quid hominum millibus* LXXX. *uno loco interfectis propinquis conſanguineisque noſtris, animi fore exiſtimatis?* Lucan. l. X. v. 68.

Hoc animi nox illa dedit, quae prima cubili
Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaïda noſtris.

Ovid. V. Metam. fab. 10.

Quid mihi tunc animi miſerae fuit?

Libr. XIV. fab. 5.

Quid mihi tunc animi? niſi quod timor abſtulit omnem
Senſum animumque. TENN.

Animi eſſe MSS. fere omnes. dein *etſi* Petrenſ. *fuiſſet* a Gudiano abeſt. OUD.

26 *Affirmantes*] Tὸ *affirmantes* vulgo ignoratum hic ex fide membranarum a me repoſitum eſt. SCRIV. Deerat tantum operarum, credo, vitio in Editione Stew. nam in Bonon. & Pariſ. jam recte *affirmantes*. In Romana, & Wechel. ac Medic. pr. *affirmans*.

27 *Duodecim*] Livius. *ad ſexcentos evaſerunt, atque inde protinus, alio magno agmine adjuncto, Canuſium incolumes pervenere*. Lege *equites vel pedites reperti*. SCRIV. *Cur. poſt.*

28 *Equitibus vel peditibus*] Gujetus putat haec verba gloſſema, ut ſtatim *repertis*, Commentator τὸ *duodecim* ſubjectum a libraris. lege ex Voſſ. 2. Hill. 1. Reg. XII. *omnino equitibus, L. peditibus*. cui lectioni etiam ſubſcribit Celeberrimus Graevius. TENN. Rubenius e Livio pro *XII.* reponit *DC* quam conjecturam pro ſua venditavit Keuchenius. Locus ſine dubio vitiosus Petrenſ. *de cunctantibus reliquis* &c. omiſſo τῷ *repertis*. *vel pedibus* Leid. pr. *vel peditibus* abeſt a Mediceo pr. *equitibus, L. peditibus* etiam Palatin. & Leid. ſec. *a-*

qua-

tibus, qui comitari [29] ſuſtinuerant, repertis, incolumes Canuſium pervenerunt.

VIII. [30] T. [a] Fontejus Craſſus, in Hiſpania, cum tribus millibus hominum praedatum profectus, locoque iniquo circumventus ab Hasdrubale, ad [31] primos tantum ordines relato conſilio, incipiente nocte, quo tempore minime exſpectabatur, per ſtationes hoſtium erupit.

IX. P. Decius Tribunus militum, bello Samnitico, [32] Cornelio Coſſo Conſuli, iniquis locis deprehenſo ab hoſtibus, ſuaſit, ut ad occupandum collem, qui in propinquo erat, modicam manum mitteret, ſeque ducem iis, qui mittebantur, obtulit. Avocatus in [33] diverſum [b] hoſtis [34] emiſit Conſulem, Decium autem cinxit, ob-

a Vulgo C. F. *b* Vulgo DIVERSA.

quinquaginta p. ut non ſexcenti homines, ſed ſexaginta duo fuerint, & ipſe Livius hic ſit corruptus, vel ab eo diſſenſerit noſter. Certe id non dubitavi e tot MSS. cum Graevio & Voſſio recipere, quamvis, ſi MSS. addicerent, nominativum praeferrem. OUD. De hoc ablativo, pro quo vulgatior loquendi mos nominativum requirit, adi, quos laudavi ad Sueton. Tib. c. 31. *iterum conſente obtinere non potuit.* Similis in MSS. eſt c. 7. EX. 17. *eisque obſecutis conditionibus, univerſos interfici juſſit.* IDEM *Cur. poſt.*

29 *Suſtinuerant*] Voſſ. 2 Hill. 2. Reg. *Suſtinerent.* TENN. *Suſtigerent* Petrenſ. Palat. Gudian.

30 *C. Fontejus*] Hoc & duo ſequentia exempla iisdem fere verbis recenſuit auctor l. 1. c. 5. quare eo ablegandus eſt lector, ne bis eadem repetantur. Deeſt praenomen in Leid. ſec. *Caecilius* Medic. pr. Erat autem *T. Fontejus legatus in Hiſpania.* OUD.

31 *Primos ordines*] Sic lege, ut l. 1. c. 5. ubi eadem exempla iisdem verbis narrantur. 2 Reg. 1 Hill. *Primos homines.* neſciebant librarii *primos ordines* eſſe τοὺς πρώτους τάξεως. Quint. decl. 3. *Enimvero auctor ei habet. Hoc primi ordines jubent.* TENN. *Homines* Gudian. dein *noſtra* Cantabr. tert. antique. *Hoſtium* in Leid. ſec. deeſt.

32 *Cornelio Coſſo*] 4 Reg. Voſſ. 3 Hill. carent τῷ *Coſſo.* TENN. Item Palat. Vatic Medicei, Leid. pr. & Edd. primae, ac Wech. *Coſſo cos.* utrumque deeſt in Leid. ſec. nonnulli *conſule. comprehenſo* Petrenſ.

33 *In diverſa*] 4 Reg. Voſſ. 2 Hill. *diverſum* TENN. *Diverſum* etiam Palat. uterque Leidd. Cantabr. ſec. Gudian. Medicei, Vaticanus: ut ſupra reſcribendum eſſe docui. *diverſis* Ed. Rom. paullo ante *obtinuit* Vatican. & multi prave *advocatus.* OUD.

34 *Emiſit*] Alias *demiſit.* SCRIV. v. ſupra.

35 *Il-*

obſeditque. [35] Illas quoque anguſtias, nocte eruptione facta, quum eluctatus eſſet Decius, incolumis cum militibus Conſuli acceſſit.

X. Idem fecit ſub Atilio Calatino Cos. [36] is, cujus varie [37] traduntur nomina [a]. Alii [38] Laberium, nonnulli [39] Q. Caeditium, [40] plurimi Calpurnium Flammam vocitatum ſcripſerunt. Hic quum demiſſum in eam vallem videret exercitum, cujus latera, [41] omniaque [b] ſuperiora hoſtis inſederat, depopoſcit, & accepit ab Conſule [42] trecentos milites; quos hortatus, ut virtute ſua exercitum ſervarent, in mediam vallem [43] decucurrit [c]. Ad obprimendos eos undique deſcendit hoſtis, longoque & aſpero proelio retentus, oc-

a Vulgo TRADITUR NOMEN. b Vulgo OMNIA. c Vulgo DECURRIT.

35 *Illas quoque anguſtias*] Petrenſ. ſimpliciter *illa nocte anguſtias eluctatus. facta* deeſt in Vaticano, Medic. pr. & Edd. primis. *eruptio* Medic. ſec. *eruptionem* Edd. Italicae. *evaſus eſſet* mox Leid. pr. Nondum poenitet conjecturae, quam ſupra propoſui. OUD.

36 *is*] Abeſt a duobus Leidd. Gudiano, & Edd. Rom. ac Bon.

37 *Traditur nomen*] Sic ſupra. Hic vero MSS. mei omnes, & Edd. Rom. Bon. Par Wech. *traduntur nomina*; quod repoſui idcirco. OUD.

38 *Laberium*] MSS. *Briaccum*, *Briarchum*, *Briachum*, *Dearum*, *Rerarum*, *Verarum*. Sed *Laberium* ſervant Vatican. Gudian. & duo Cantabrig. cum Edd. Bonon. & Pariſ.

39 *Q. Caeditium*] Praenomen abeſt a MSS. decem, & Edd. primis. *Cedippum*, *Cedicum*, *Cepidum*, *Cedium* MSS. Sed *Caeditium* Vaticanus & Palatin. *Q. Caeditium* rectius Gudian. & duo Cantabr.

40 *Plurimi*] *Complurimi* Leid. ſec. & Medic. ſec. *Quamplurimi* Edd. Rom. Bonon. Pariſ. Wech. & MS. Vatican. *Flammam* abeſt a Bonon. *fama* Medic. pr. & Ed. Rom.

41 *Omnia ſuperiora*] Tres Reg. Voſſ. 2 Hill. *Omniaque ſuperiora*. TENN. Edd. Veteres *Omnia latera, quae erant ſuperiora; Omnia latera* etiam MSS. ſex, vel plures. *quae ſ. erant* Medicei, Vaticanus, & Leid. ſec. *quae* vel *que* addunt omnes praeter duos Cantabrig. Quare omnino lego *cujus latera, omniaque ſuperiora* tam hic, quam ſupra. Vallis latera, & omnia editiora loca circa eam vallem occupaverat. Gell. L. III. c. 7. *Poenus colles locosque idoneos prior occupat*. OUD.

42 *Trecentos*] Medic. ſec. *cecc.* ſtatim idem *hortatus, in virtute* vide ſupra.

43 *Decurrit*] 1 Reg. 2 Hill. Voſſ. *decucurrit*. TENN. & multi mei cum Ed. Pariſ. recte, ut ſupra. *Et* priore loco additur. Statim de-

occasionem Consuli ad extrahendum exercitum dedit.

XI. 44 C. Caesar adversus Germanos & regem Arioviſtum pugnaturus, 45 confusis suorum animis, pro concione dixit, nullius se eo die operâ, nisi decimae legionis, usurum: quo 46 adsecutus est, ut 47 & decimani, tamquam praecipuae fortitudinis testimonio, 48 concitarentur, & caeteri pudore, ne penes alios gloria virtutis esset.

XII. Lacedaemonius quidam nobilis, Philippo denuntiante, multa[a] se 49 prohibiturum, nisi civi-

a Vulgo MULTIS.

detentus Cantabr. tert. *Consuli etiam* Medicei.

44 *C. Caesar.*] Et hoc exemplum habuimus L. I. c. XI. §. 3. praenomen hic exsulat a 3 MSS. & Edd. primis.

45 *Confusis suorum animis.*] 3 Reg. 2 Hill. Voss. *confusior animi*. TENN. Inepte Ita tamen exhibent meorum etiam septem. & Edd. Rom. Bon. Par. Wech. *e. eorum*. Ed Modii, & Stew. Recte supra. statim *illo d.* Leid. sec.

46 *Adsecutus:*] Alias *consecutus*. SCRIV. *Conf.* supra & hic Leid. sec. Sed vide ad l. II. c. 9. §. 1 *Ex eo adsecutus, ut* &c. OUDEND.

47 *Et decimani.*] *Et* non agnoscunt Voss. & Medic. sec. *decumani* Edd. VV. cum Vaticano.

48 *Concitarentur*] Alias *cogerentur*. Auctor ipse l. I. c. II. Exemp. I. SCRIV.

49 *Prohibiturum*] Voss ad marg. & 1 Reg. *offensurum*, cui ultimo opponitur ad marginem *prohibiturum*. TENN. Adscripsit libri sui margini Scriverius. Quid est *multis prohibere? an iis civitatis?* Vitiosa haec sunt sine dubio, sed medicina facilis. nam in Petrensi Cod legitur *multa* i. e multum, non multis verbis, ut ex responso pareat, sed rebus, notante ad libri sui oram Cl Wassco. Quo sensu *multis* retineri possit; *prohibere* enim sexcenties jungitur ablativo rei, ut notum. Hic tamen durius foret, obscuriusque. quare *multa* praetuli, quod clarius est. Referunt huc viri docti exemplum Valerii Maximi lib. VI. cap IV. §. 4. *Illa vero qua legati Lacedaemoniorum apud patrem eius* (Alexandri) *miseram fortitudinis suae conditionem testati sunt glorioſior, quam optabilior. Intolerabilibus enim oneribus civitatem eorum implicanti*, si quid, morte gravius imperare perseveraret, mortem se praelaturos *respondernnt*. Verum haec deinceps acciderunt, & rectius ad Antipatrum refert Plutarchus post locum mox citandum, cum ille obsides peteret. Hoc vero refero ad tempus, quo Lacedaemonii sibi tradi voluit Philippus, negantibusque Lacedaemoniis minatus sit, se ita eos meluſurum, & tam multa iis prohibiturum, & vetiturum.

vitas [50] sibi traderetur; Num, inquit, & pro patria mori nos prohibebit?

XIII. Leonidas Lacedaemonius, quum dicerentur Persae sagittarum multitudine [51] nubes esse facturi, fertur dixisse; Melius in umbrâ [52] propugnabimus [a].

XIV.

a Ed. Tenn. PUGNABIMUS.

ut necesse haberent se illi tradere. *Prohibiturum* enim omnino hic retinendum esse clarissime patet ex responso *prohibebit*. Idem ergo intelligitur, quod refert Plutarchus in Apopht. Lacon. p. 235. Ed. Par. Φίλιππος ὅτι ἐπέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικὴν, καὶ ἐδόκουν ἅπαντες ἀπολεῖσθαι. εἶπε πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν, Τί τὸν ποιήσετε, ὦ Λάκωνες; Τί γὰρ (ἄν) ἄλλο, ἢ ἀνδρίσασθαι ἀποθανούμεθα, μίσει γὰρ ἡμᾶς Ἑλλήνων ἱλεώτερα εἶναι καὶ μὴ ὑπαχθέντας ἄλλως ἡμάθημεν. Forsan voluit Philippus minari iis, se prohibiturum eos *commeatu* vel *victu*, ceterisque rebus ad sustinendam vitam necessariis. OUD.

50 *Sibi*] Deest in Medic. pr. Dein *non* pro *num* MSS. 6 & Ed. Paris. *pro* deest in Edd. Italicis.

51 *Nubes*] Tantam telorum multitudinem emissuri, ut Sol obnubilaretur. Claudianus 2 Rufin. v. 182.

Haud aliter Xerxen toto simul orbe secutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,
Et telis umbrasse diem.

Seneca l. VI. benef. c. 31. *Vix patere Coelum satis ad emittenda omni manu tela.* Frequens haec hyperbole. Macrobius 1. Saturn. 17. *Eoque tempore nubes sagittarum in adversos visa ferri, & hostem fugavit, & victores Romanos ad spectacula Dei sospitulis reduxit.* Lucanus l. VII. v. 519.

——. *Ferro subtexitur aether,*
Nexque super campos telis conferta pependit.

Silius l. 15.

—— *Tum vero effunditur ingens*
Telorum vis, & densa Sol tegitur umbra. TENN.

52 *Pugnabimus.*] Sic MSS. quatuor; quomodo tacitus reposuit Tennulius: quum antea ederetur *propugnabimus*, quod Scriverius, ceterique mei rectius servant. Bene autem dixit *propugnabimus*, quia praesidio Thermopylarum erant praepositi: qua in re *propugnare* proprium est, quod multis ostendit J. F. Gronov. Observ. L. IV. C. 19. quibus innumera addi possent alia. Ceterum ex hoc loco patet, vocem *melius* in Valerio Maximo non delendam esse, ut Cl. existimabat Perizonius l. III. c. 7. in f. *Spartanus, referente quodam sagittis Persarum solem obscurari solere; Bene narras, inquit; In umbra enim melius proeliabimur.* Nisi quis malet hic ita distinguere. *Melius. In umbra pugnabimus.* pro tanto hoc melius est. ut fere apud Plutarch. in Lacon. Apophth. p. 225. Οὐκοῦν, ἔφη, ἐν σκιᾷ μαχούμεθα. *Melius* & *tanto melius* in formulis de eo, quod optime opportunum est. Suidas in Leonida hoc

XIV. 53 L. AElius [a] Praetor Urbanus, quum ei 54 jus dicenti picus in capite insedisset, & haruspices respondissent, dimissâ ave, hostium victoriam fore; necatâ, populum Romanum superiorem, 5 at L. AElium [b] cum familiâ perituram, 56 avem occidit [c], nec dare poenam dubita-

a Vulgo CAELIUS. *b* Vulgo AC CAELIUM. *c* Vulgo AVEM OCCIDIT: QUA OCCISA, NOSTRO EXERCITU.

responsum ita effert. Θαῤῥῶμεν, ἔφη, ἐπὶ ὑπὲρ σωτηρίᾳ μαχούμενοι. Supra *esse* exsulat a Leid. sec. OUD.

53 *Caelius*] Reuchenius monuit in Paris. Ed. esse *L. Elius*, idque ineptum esse pronunciat, vere ideo a Cel. Perizonio reprehensus, ut corrector ignarus rerum & historiarum: nam nihil verius est lectione ea *L. Aelius*, ut idem abunde post Pighium, quem laudat T. II. Ann. p. 140., ex Valerio Maximo l. v. c. VI. §. 4. Plinio L. X. C. 18. e Varrone, probat; atque ita habet MS. Pighii, & diserte uterque Mediceus *Lelius*. i. e. L. Aelius. Adeoque pro *Caelio* & *Caelii* ubique rescripsi *L. AElius* & *AElios*. Quod autem alii non AElium, sed Laelium fuisse dixerint, aliunde non ortum est, nisi ex pravo intellectu scripturae librariorum, pro *L. AElius* scribentium *Laelius*, ut vere ibidem docent Pighius, & Cel. Perizonius, Animadv. scilicet Historicis p. 445. &c. In Ed. mea Paris. *C. Elius*, OUDEND.

54 *Jus dicenti*] Voss. 3. Hill. 1. Reg. carent τῷ *jus*: quod videtur haud falso abesse, & Caelius habuisse orationem ad milites. Agitur enim de auspiciis victoriae, & Caelio in acie occubituro. TENN. Atqui diserte Valerius Max. *AElio praetori jus dicenti*. Plin. L. X. C. 18. *In capite praetoris urbani AElii* (sic Hard. antea *L.*) *Tuberonis, in foro jura pro tribunali reddentis.* Varro apud Nonium C. XII. N. 3. *Aelius Paetus* (sic bene Perizon., & ex eo non nominato Harduinus) *cum esset praetor urbanus, & sedens in sella curuli jus diceret populo, picus Martius* &c. Male ergo abest τῷ *jus* etiam a Gudian. & Ed. Paris. *ejus dicentis* Leid. pr. OUD.

55 *Ac Caelium cum familia periturum.*] Desunt haec in Vaticano, Mediceo pr. & Edd. Rom. ac Bonon. male. Rectius omnino pro *ac* Petrens. Palatin. Vossian. & Leid. prim. habent *at*, & Medic. secund. *Lelium autem.* Pigh. MS. *AElium*. Rescripsi itaque, ni fallor, verissime *at L. AElium.* OUD.

56 *Avem occidit: qua occisa, n.*] MS. *non dubitavit dare pecuniam:* Quid si? *non dubitavit dare picum neci.* SCRIV. Vel *non dubitavit occidere picum.* Vel *non dubitavit avem perimere.* Post consultis Annalibus Pighii intellexi in MS. Susii esse *non dubitavit avem necare: nostro ergo e.* IDEM. *Cur. post.* 3. Reg Voss. 3 Hill. Scriv. Rom. *Non dubitavit dare pecuniam* (Voss. ad *pugnam*) *qua nostro.* Hinc Scriverius conjecit. *non dubitavit dare picum neci.* Beatus Gronovius *n. d. avem perimere.* TENN. Praeter Palatinum, quo Scriverius usus est, etiam Gudian. duo Leidenses, Cantabr. Bib. Publ. & Ed. Paris. *Non dubitavit dare pecuniam, qua n.* Unde ipse olim conjeceram

tavit. Noſtro ergo [57] exercitu vincente, *ipſe* cum [58] quatuordecim [59] AEliis[a] ex eâdem familiâ in proelio eſt occiſus. Hunc quidam non [60] AElium, ſed Laelium fuiſſe, & Laelios, non AElios periiſſe credunt.

XV. [61] P. Decius primo pater, poſtea filius [62] in Magiſtratu ſe pro Republica devoverunt, admiſſisque in hoſtem equis, [63] adepti mortem, vi-

[a] Vulgo CAELIIS & dein CAELIUM & CAELIOS.

ram *dare pico necem*. Vide ad Lucan. L. VI. 169. Petrenſis habet plane, ut Suſii codex, *non dubitavit avem necare. exercitu ergo nos*. ut etiam conjecerat Gronovius, vel *dare neci avem. Occiſa* deeſt in Gudiano. *quam occiſam* Medic. pr. qui codices cum Cantabr. tert. ſervant *avem occidit*. Omnia *avem occidit, qua occiſa* deſunt in Vaticano. Singularis autem plane eſt Mediceus ſec. in quo *avem occidit: nec dare penam dubitavit qua occiſa ex*. Quare jam bene perpenſis variis hisce lectionibus, & ex tribus diverſis optima electa, non dubitavi reſcribere, ſi non vere, elegantter ſaltem & vero proxime, atque ipſa MSStorum verba *avem occidit, nec dare poenam dubitavit. noſtro ergo ex. Dare poenam* ſc. Marti, cujus avem picum occiderat, adeoque Deum ipſum laeſerat, cujus poenae exempla ſimilia in fabulis ſunt non pauca. In Martis tutela picum eſſe praeter Varronis locum docent & alii Conſule viros doctos ad Ovid. Faſt. III, 37.

Martia picus avis.

& Socerum meum ad Valerium, qui egregie pro *marſu ſuo* ibi conjicit *Marti ſuo*. Forſan poſſet reſcribi quoque *dare pico poenam qua* ſc. poena vel *quare*. Tu elige, lector. OUD.

57 *Exercitu vincente*] Falſiſſimum. nam periere in clade Canenſi. Mens haruſpicum erat rem Romanam ſucceſſu temporis, bellique exitu fore ſuperiorem, ut ibidem recte advertit Cl. Perizonius. OUD.

58 *Quatuordecim*] Valer. Max. L. V. c. 6. non XIV. ſed XVII. Numeri fortaſſe corrupti. Totidem enim apices ſunt. SCRIV. *Cur. poſt.* Valerius alibi *ſexdecim AElios* uno tempore fuiſſe dicit. L. IV. 4. 8. In Gudiano hic XIII. OUD.

59 *Caeliis*] *Leliis* Medic. pr. vere MS. Suſii *AEliis*, ut ſtatim *AElium*, & *AElios*. pro *non* Leid. pr. & Hillensb. *nunquam. quidem creditur* Leid. ſec.

60 *Caelium ſed Laelium*] 3 Reg. Voſſ. *Concelium ſed Laedium*. 1 Hill. *Landium*. TERR. *Ladium* & *Laelios*, Gud. & Hillensb.

61 *P. Decius*] Elegantius e conjectura Gronovius *P. Decii*. OUDEND

62 *In Magiſtratu*] Leidenſes, Hillensberg. Medic. ſec. & Ed. Pariſ. *in magiſtratus*. Adhaeſit ſa ſeq. vocula *ſe*. *In magiſtratu eſſe* optimi quivis dicunt. Liv. I. 59. Nepos Chab. 4. & paſſim. *Adverſis* prave pro *admiſſis* Medic. ſec. OUD.

63 *Adepti victoriam patriae contulerunt*] Nihil hic monent viri docti; cum tamen hiulcam eſſe orationem, & excidiſſe vocem qui-

victoriam [a] patriae contulerunt.

XVI. [64] P. Craſſus, quum bellum adverſus Ariſtonicum in Aſia gerens inter [65] Elaeam [b] & Myrinam in hoſtium copias incidiſſet, vivusque [66] ab-

[a] Vulgo AD. VICT. [b] Vulgo AELIAM.

quivis attentius locum conſiderans animadvertet. Inconcinne enim *Victoriam* referri deberet ad utrumque verbum. Viderat id tamen Lipſius, nam ad oram libri ſui adſcripſit pro *adepti* ſcribendum ſibi placere *interempti*. Sed quid multa? Codices Medicei legunt *adepti Romani*, vel *fic a. Romani*. Corrupte. Latet tamen in iis vera lectio, quam ſervarunt nobis Leidenſis ſec. & Petrenſis, *adepti mortem vict. p. contulerunt*. Ideo enim, quod caeſi ſunt Decii, Romani victoriam, pretium devoti ipſorum ſanguinis, acceperunt. Conſule omnino Livium l. VIII. c 9. & l. X. c. 28. Valerius Maximus l. V. c. 6. §. 5. de patre. *Concitato equo, in medium hoſtium agmen, patriae ſalutem, ſibi mortem petens inrupit* &c. *Ex cujus vulneribus, & ſanguine inſperata victoria emerſit.* & de filio Ex. ſeq. *Mors fecit, ut Romana civitas vinceret. Adipiſci* autem *mortem* dicitur, ut *dare, accipere mortem*, quaſi munus. De qua locutione latius egi ad Lucan. l. VI. 169.

An plus, quam mortem, virtus daret.

Sumere mortem pro ſibi conſciſcere apud Tacitum ſaepius. OUDEND. Pluribus exemplis hanc emendationem confirmatam vide ad Sueton. Domit. c. 14. *in* adipiſcenda morte *manu ejus adjuvus exiſtimabatur*. IDEM *Cur. poſt.*

64 *P. Craſſus*] Deeſt praenomen in Medic. ſec. *Fulvius* prim. *Lucius* Edd. Italicae: prave. *Ariſtomon* Leid. ſec. an *Ariſtonicon*? OUD.

65 *AEliam*] Lege cum doctiſſimo Ortwinio *Elaeam*. Mela I. c. 18. Graecis Ἐλαία. Hinc *Zeno Eleates*. Valer. Max. III. 3. n. 2. & *Secta Eleatica*. Voſſius de Sectis Philoſophorum. TENN. MSS. *Eliam*. Lege omnino *Elaeam*. Ἐλαίαν, ut recte Gronovius, & II. Voſſius ad codicis ſui oram correxerunt. Errat vehementer Tennulius, qui hanc Aeolidis urbem confundit cum Elea Lucaniae in Italia urbe; ubi natus eſt Zeno, ut clare docuit ſocer meus contra Vorſtium ad Valer. Max. l. III. c. 3. Ext 2. Stephanum ſi conſuluiſſent viri docti, in eum errorem non incidiſſent. Scribit enim ille Ἐλαία πόλις τῆς Αἰολικῆς Μυρίνα παράκειται ἐπίνειον, ἣ Κίδασις ὠνόμαζετο Μενεσθέως κτίσμα. ἔστι δὲ ἑτέρα Ἰταλίας διὰ τοῦ ἱ ψιλοῦ Ἐλία. ἐξ ἧς Ἐλεάτης. τῆς δὲ πρώτης Ἐλαΐτης: ubi vide notas, & Pintian. ad Melam L. I. C. 18. Cellar. Geograp. L. III. C. 3. p. 38. Paſſim vero apud auctores hujus urbis nomen corrupte per ſimplex *e* ſcribitur. Sic apud Valer. Maximum in hac ipſa hiſtoria. Lib. III. C. 2. §. 2. ubi in alterius quoque urbis nomine mendum eſt. *P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens, a Thracibus, quorum is magnum numerum in praeſidio habebat, inter Eleam & Smyrnam exceptus* &c. Scribe ex noſtro *Elaeam & Myrinam*. Longe enim hinc remota in Ionia eſt Smyrna. Finitimae ſunt *Myrina* & *Elaea*, AEolidis utraque. Adi Straboněm, (qui tamen ad Let-

66 abduceretur[a], exsecratus 66* in Consule Romano captivitatem, virgâ, quâ ad equum erat usus, 67 Thraei, a quo tenebatur, oculum eruit, atque ab eo, per dolorem 68 concito[b], transverberatus, dedecus servitutis, ut voluerat, effugit.

XVII. 69 M. Cato Censorii filius in acie, deci-

a Vulgo ADDUC. b Vulgo CONCITATO.

cas, oppidulum inter Smyrnam, & Phocaeam situm, in pugna occisum esse Crassum, procul a vero narrat L. XIV. p. 646. Ed. Par. ubi eum quoque male vocat Consulem) Ptolemaeum, Melam, aliosque. OUD.

66 *Adduceretur.*] Sic perperam Keuchenii, & Tennulii Edd. ac MSS. nonnulli pro *abduceretur*, quod est in ceteris, ut debet. Captivi *abducuntur*, non *add.* V. ad L. I. II. 6. ubi eodem modo depravatus erat auctor. dein *& vivus* Medic. unde Edd. Italicae fecerunt *& invitus*. Quod facile credo, at non ita scripsit auctor. OUD.

66* *In Consule*] Immo Proconsule. Sic aliquoties erratur a Frontino, aliisque. V. supra. Consul in Asiam venit, sed Procos. captus est in proelio, non vero occisus in pugna: quod tamen vulgo etiam legas in Eutropio L. IV. C. 20. *Victus est tamen Crassus & in proelio interfectus*; quod aliquis forsan e Strabone, ac Metaphraste Graeco, vellet defendere. Sed antiquissimae membranae ibi praebent, ne de aliis Codd. loquar, *Crassus in praelio est interfectus*. Lege igitur *Crassus in proelio, & interfectus*: nempe a Thrace jam captivus; ut bene nostro aliisque. Vide ad Vell. L. II. C. 4. Freinsh. Suppl. ad Epit. Livii LIX. C. 48. seq. Duker. ad Flor. L. II. C. 20. Ceterum de urbe *Elaea*, ejusque cive *Elaite* vel *Elaeite* Latine, ac Graece Ἐλαΐτης vel Ἐλαείτης vide ill. Bouhier ad Cicer. Tusc. L. I. 48. (emendantem Quinctil. L. III. Inst. Orat. C. I. *Alcidamas Elaites*, vel *Elaeites*; quod miror, ibi e MSS. non vidisse Burmannum, nec Gesnerum;) uti & Mus. Helvet. Vol. IV. p. 377. OUD. *Cur. post.*

67 *Thraci*] Voss. 3. Reg. *Tragis*. 3. Hill. 1. Reg. *Thragis*. TENN. MSS. sex mei *Thracis* vel *Thraxis* praecedente τῷ *oculum*. Sed vulgatum elegantius. De hoc Dativo vide, quae congessi ad Lucan. l. I. 193. v. 481. VII. 319. 537. & alibi. OUD.

68 *Concitato*] Medic. sec. *concitatus*. Ed. Rom. *citato*. Petrensis Cod. *concito*. Optime, probante etiam Cl. Wasseo. *concitus* tam secundae, quam quartae conjugationis, eleganter pro irritato, commoto ponitur. Hinc saepe *concitus ira*, *concitus ad rixam*, & alia. adi rursus Lucan. l. IV. 688. de confusione vocum *concitare* & *concire* vide ad L. I. c. 10. §. 3. OUD.

69 *M. Cato.*] Praenomen in Leid. sec. deest. Distinxi autem, ut jussit socer ad Valerii Maxim. l. III. 2. 16. *in acie, decidente equo, prolapsus*. Inepte vulgo *in acie decidente, equo prolapsus*. De hac historia consule etiam Plutarch. in Paullo p. 266. OUDEND.

cidente equo, prolapsus, quum [70] se recollegisset, animadvertissetque, gladium [71] excidisse vaginâ, veritus ignominiam [72], rediit in hostem: [73] exceptisque [a] aliquot vulneribus recuperato demum gladio, reversus est ad suos.

XVIII. [74] Petilini, a Poenis obsessi, parentes &

[a] Vulgo ex eoque.

70 *Se recollegisset*] MSS. quidam *cum animadvertisset gladium*, reliquis omissis SCRIV. Tantaene homines esse dementiae, ut glossema putent, quae genuina sunt! Scriverius haec verba non invenerat in suis MSS, ergo subjecta creduntur imperito. Verum ego haec in decem MSS. inveni. *Colligere* vel *recolligere* est lapsum reponere, erigere. Hic Cato prolapsus erexit se, *corpore collecto*, ut ait Justinus l. XXXIII. c. 2. eandem historiam referens. l. XXIII. c. 4. *Parvulum recolligit.* Verum hic verte, *ad se rediisset a perturbatione.* Cicero IV. Tusc. *Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suum locum congerere?* lib. V. fam. ep. 18. *Pro amore nostro rogo atque oro, te colligas, virumque praebeas.* TENN. Vapulat hic a Tennulio Keuchenius. In Edd. Italicis concipitur, ut e MSS. suis praebet Scriverius. Ceterum, mei quoque omnes cum vulgatis recte conspirant. *Colligere se* hoc sensu pro ad se redire saepissime Cicero. Adi modo Manutium ad epist. 9. l. 1. Fam. *Collegi ipse me. Recolligere* non raro Plinius. Immo Ovidius l. IX. Metam. 744. *Quin animum firmas; teque ipsa recolligis, Iphi.* Seneca in Octav. VI. 754. *Recollige animum.* OUDEND.

71 *Excidisse vagina*] Ed Rom. *exisse. Vaginae* Palatin. Cantabr. B. Pub. Leid. pr. Medic. sec. Vossian. Hillensb. quod exquisitius videtur, quam ut librarii de eo somniare potuerint. *Excidit ferrum hastae* Ovidio Metam. l. XII. 105. quamvis ibi de hasta ceciderit, non e hasta, nec in ea fuerit, sed super ea ferrum, cum hic gladius fuerit in vagina. Atqui tamen *excidere* cum Dativo saepe occurrit figuratum de re, quam obliviscimur; & quae cadit quasi ex animo. *Excidit mihi* hoc sensu crebro invenias. Quare non est, quod *vaginae* damnem, nec vulgatae lectioni omnino praeferam. OUD.

72 *Rediit*] *Redit* Gudian. Statim *aliquibus* Medicei. & *deinde* cum Edd. Italicis. *gladio quoque* Cantabr. tert.

73 *Ex eoque*] Numquam potui concoquere ineptum istud *ex eo, que*, & haesi hic, donec inveni in Leidensi secundo scriptum *excepitisque al. vulneribus.* Vere omnino, & eleganter. Justin. in eadem re *recollectoque gladio multis vulneribus exceptis ad suos revertitur.* Idem l. XXIV. c. 3. *Vulneraque excipere, quae liberis intendebantur* (MSS. duo *intentabantur*) *voluit.* Sueton. Aug. c. 20. *Dalmatico bello etiam vulnera excepit.* Curt. l. IV. c. 16. *Vulnera, quae quisque exrepit.* Apulej. l. VII. Met. p. 111. Ed. Col. *vulnera corpore excipientem.* OUDEND.

74 *Petilini*] Id ipsum testatur Athenaeus l. XII. p. 523. quem vide, & diffusum Livium l. XXIII. c. 30. Silium Italic. l. XII. 431. Valer. Max. lib. VI. c. 6. Exr. 3.

& liberos propter inopiam ejecerunt; ipſi coriis madefactis, & igne ſiccatis, foliisque arborum & omni animalium genere vitam trahentes, [75] undecim menſes obſidionem toleraverunt,

XIX. Hiſpani [76] Conſaburenſes omnia eadem paſſi ſunt, nec oppidum Hirtulejo tradiderunt.

XX. [77] Caſilini, obſidente Hannibale, tantam in-

Petronius obiter in extremo Satyrico, ubi vulgo *Petavii*, rectius *Petilini*. SCRIV. *Cur. poſt.* Apud Petronium cum Scaligero malim *Peruſii*. *Perilini* hic Medicei, & Saresber. l. VI. c. 11. Polycr. *Pecilini*, ut Voſſ. male. *Petellini* Arcerian. *Petilia* in MSS. Valer. Max. Silio, Athenaeo, & Melae l. II. c. 2. aliisque vocatur. *Petellia*, & *Petellini* Livio. *Petelia* Straboni, Ptolemaeo, & aliis. OUD.

75 *Undecim menſes.*] Medic. pr. & Edd. Italicae *menſibus*. Male autem vulgo poſt *menſes* diſtinguebatur. Unde lector opinaretur eos, poſtquam undecim menſes vitam dictis rebus traxiſſent, obſidionem toleraſſe, donec ſoluti forent: cum contra XI. menſes toleraverint obſidionem, ſed dein dedere ſe debuerint. OUD.

76 *Arabricenſes*] Ita lego. Vulgo eſt *Hiſpani cum Fabreſcenſe* &c. Forte *Hiſpani Conſaburenſes*. Vide Plinium. SCRIV. *Conſabrum* Antonino ſcribitur inter Laminium, & Toletum. SCRIV. *Cur. poſt.* Voſſ. 3. Reg. I. Hill. *Cum Fabreſenſe.* I. Hill. I. Reg. *Cum Fabrenſe.* Scriv. *cum Fabreſcenſe.* Hinc illi. *Hiſpani Conſaburenſes.* TENN. *Cum Frabeſcenſe.* Leid. pr. & Vatic. *Cum Fabreſcenſe* vel per 2 ſ. MSS. quinque. *Cum Fabrienſe* Medic. ſec. *Fabreſcenſes* ſine τῷ *cum* Ed. Bonon. *Fabrenſes* Saresberienſis. Denique Petrenſis *Segebrigenſes*, de quibus ſupra & ſtatim §. 22. Placet mihi maxime *Conſaburenſes*, utpote proxime ad plerorumque Codicum ſcripturam accedens. de his vide ad Plinium l. III. c. 3. ubi plura invenies, quae hic conjici poſſent, nomina. Ceterum Saresber. *perpeſſi ſunt, nec tamen o.* Pro *oppidum* Petrenſis *ſe. Hirtulejo* pro vulgato *Hereulejo* reſcripſi rurſus, ut ſupra. *Crediderunt* Edd. primae. OUD. Recipias in textum *Conſaburenſes* ex feliciſſima Scriverii conjectura, quae merito etiam placuit Cl. Weſſelingio ad Anton. Itiner. p. 446. IDEM *Cur. poſt.*

77 *Caſilini.*] Sic e MSS. & Edd. VV. dedi, ut ſupra recte editum I. III. c. 14 & 15., pro vulgato *Caſſilini*. Mallem tamen *Caſilinum obſidente Hannibale*, ut ibidem, & Plinio l. XVIII. c. 57. ſed tamen *Caſilinus* poſſet eſſe gentile. nam Livius l. XXIII. c. 19. *Nuntium ad magiſtratum Caſilinum miſit*: quamquam & illic oppidum malim intelligere. *Caſilinates* Valerio Max. Erat autem praeſidium Praeneſtinorum, qui illic obſidebantur, & inter illos hoc accidiſſe referunt alii, nec inter urbis incolas. Vide ad l. III. c. 15. adeoque *Caſilini* cape in genitivo, & nil muta. OUDEND.

78 *Cen-*

inopiam perpeſſi ſunt, ut [78] centum denariis murem veniſſe, proditum memoriae ſit, ejusque venditorem fame periiſſe, emtorem autem vixiſſe: fidem tamen ſervare Romanis perſeveraverunt.

XXI. [79] Cyzicum quum obpugnaret Mithridates, captivos ejus [80] urbis produxit, oſtenditque obſeſſis, arbitratus futurum, ut miſeratione [81] ſuorum compelleret ad deditionem oppidanos. At illi cohortati ad [82] patiendum fortiter mortem cap-

78 *Centum denariis murem veniſſe proditum ſit.*] Ampliant, & addunt ad eam ſummam alterum tantum Plinius lib. VIII. Naturalis Hiſtoriae c. 57. & Valerius Maximus lib VII. c. 6. Verum enim vero, an iis accedendum ſit, reſtituendumque *ducentis denariis*, ipſi viderint. STEW. *Centum:* Hunc numerum agnoſcunt omnes MSS. Stew. ex Plin. l. VIII. c. 57. Val. Max. VII. c. 6. *Ducentis* conjectat. TENN. Harduinus quoque ad Plinium *cc* pro *c* hic legi vult. Certe ſolus Frontinus *centum* dixiſſet. nam & Strabo l v. p. 249. δυσωνίαν ἀρχαῖον παραδίδοντες μυός, non μυΐδιον, vide illic Caſaubon. *Centum* tamen omnes MSS. retinent & J. Saresber. Muribus obſeſſos non abſtinuiſſe ſimpliciter ait Livius l. XXIII. c. 19. *Mures* Medicei. *Memoriae* deeſt in Petrenſ. *periſſe* Leidenſes. *perſeveraruut* Medic. ſec. OUD.

79 *Cyzicum*] Voſſ. 2. Reg. 1. Hill. *Cyri cum opp.* male. TENN. *Cizium* Saresber. *Cyticum* Palat. *Citecum* Vatican. *Dracum* Medicei. Mirum, adeo turbare libros MSS. in tam nota hiſtoria. Quis neſcit, Cyzicum diutiſſime a Mithridate fuiſſe obſeſſum, & a Lucullo regis faucibus ereptum? De ea obſidione jam ſupra habuimus. OUD.

80 *Urbis*] Deeſt in Hillensb. *perduxit* Leid. pr.

81 *Suorum*] *Sociorum* MSS. SCRIV. 2. Reg. Voſſ. 1. Hill. *Eorum*. 1. Reg. & Scriv. *Sociorum*. TENN. *Sociorum* Leid. ſec. & Edd. Italicae. *Eorum* Gudian. *compellerentur oppidani* Petrenſ. Vulgatis conſentit Saresber. *exhortati* P. Bleſenſ.

82 *Patiendum*] Idem *patiendam*. SCRIV. 1. Reg. 1. Hill. Voſſ. *patiendam*. TENN. Ex meis ſoli Medic. ſec. & Leid. ſec. ac Petrenſ. *patiendum* cum Ed. Par. Ceteri *patiendam*, (de quo vide ad l. III. c. 6. §. 7. *ad liberandum remp.* ut in nonnullis) niſi quod Vaticanus exhibeat *faciendam*, at J. Saresber. & P. Bleſenſis *excipiendam*. Quod notandum utrumque, & conſulenda, quae §. 15. & 17. dixi de *adipiſci*, & *ſumere mortem*, atque *excipere vulnus*. Fors ſcripſerit Frontinus *ad capiendam fortiter m.* Quo refer ea, quae congeſſi ad Lucan. l. I. 461. *animaeque capaces Mortis*, & vide, num apud Statium quoque l. I. Silv. Kal. Dec. e MS. Orvilliano *capit* non ſit recipiendum. Mihi certe valde arridet:

Stat ſexus rudis, inſciusque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles,

captivos, servare Romanis fidem perseveravere sunt.

XXII. 83 Segovienses [a], quum a Viriatho liberi

[a] Vulgo SEGOBRIGENSES, AEGINENSES, & VIRIATO.

vulgo *cupit*, OUDEND. Frustra *patiendum* defendit Cl. Arntzen. ad Aurel. Vict. Vir. Illustr. c. 10. *ad recipiendum Tarquinios*, & male aliquot loca contra optimos MSS. ed. profert. Rectius produxisset Sueton. in Claud. c. 26. *ad ducendum eam uxorem.* ubi vide. Ob Codd. varietatem consieci *capiendam.* Huc faciunt, quae congessere J. Fr. Gronov. L. I. Obs. c. 17. p. 137. seqq. N. Heins. Adversar. p. 136, 137. Markl ad Stat. Silv. I, 2, 107. in cujus c. 6. vs. 54. Edd. vulgatae recte dant *capit* cum MSS. praeter Ed. Paris. 1600. in qua vitiose *cupit*. Aliam ibi emendationem praebent MSS. a me visi,

Ut *pugnas capit improbus virtiles!*

pro &. per admirationem. ut Terent. Phorm. IV. 5, 3. *ut cautus est!* & passim. Adi Cl. Burm. ad Catull. in Misc. Obs. Vol. V. p. 8. IDEM *Cur. post.*

83 *AEginenses, cum a Viatotis liberi, & conjuges caederentur.*] Qui illi *Viatoti*, sive ut in Parisiensi editione erat, *Viathoti* essent, ignorabam fateor: quare super eo nomine Janum Palmerium nostrum quoque consului, qui verbis scriptoris hujus lectis ac relectis, respondit legendum videri *cum a Boeotiis liberi.* neque Apollinis magis verum atque hoc responsum fuit. De Boeotiis Strabo lib. IX. Ptolemaeus lib. III. Pausanias, alii. Sunt etiam, qui *AEginenses* illos, *AEgienses* potius nuncupandos arbitrantur, ab AEgio oppido Peloponnesi. STEW. *Segobrigenses.* Ita lego. Vulgo est *AEginenses cum a Viatotis* &c. Posset & *Segoblenses* legi. SCRIV. Stewechius ambabus ulnis amplectitur, imo oraculo comparat Jani Palmerii conjecturam. *AEginenses cum a Boeotiis liberi.* De quibus Strabo lib. IX. Ptolemaeus l. III. In Parisiensi editione fuit. *AEginenses cum a Viathotis liberi.* Quidam fecere hinc *AEgienses* ab *AEgium*: urbs est Peloponnesi. Liv. l. XXXVIII. c. 29. & 30. Cum autem hic agatur de fide pro Romanis mortem obire parata, qualem vix in Graecis inveneris, quaerenda est in Hispania, quae fida, & properare facillima mortem. 2. Reg. 2. Hill. *Egovienses cum a Viriatho his.* Voss. *Agovivenses.* Tertius Reg. *Egoienses cum a Niatockis.* Quartus Reg. *Egovivenses cum a Viriatis.* Celeberrimus Graevius *Arcobrigenses.* Ego vulgatam retineo. *Segobriga* ponitur a Ptolemaeo in *Celtiberis*. vide supra l. III. c. 10. n. 6. TENN. *Segobrigenses*, quod primus ex l. III. c. 10. & 11. reposuit Scriverius, & perperam vulgatam lectionem nominat Tennulius, nimis recedit a MSS. lectione, quam ut veram esse auctoris vocem possim credere. Multo minus *Arcobrigenses. Eginenses* est in Editione Romana; in aliis *AEgin. Egovinenses*, vel *Egonihenses*, vel *Egomnenses* Leid. pr. Gudian. Hillensb. Cantabr. tert. & Scriverii unus. Quibus satis accederent *AEsonenses* Hispaniae populus. Petrens. *Gergonienses.* Medic. pr. *Segonivenses.* In J. Saresberiensis loco laudato

ri & conjuges [84] caederentur, praeoptaverunt ſpectare ſupplicia pignorum ſuorum, quam ab Romanis [85] deficere.

XXIII. Numantini, ne ſe dederent, [86] fame mori [86*] praefixis foribus domuum ſuarum [87] ma-

dato ſcribitur *Eglonienſes al*ᵗ *Egloninenſes*. Vaticanus & Mediceus ſec. cum Leidenſi ſec. *Segonienſes*, Optimus Palatinus *Segovienſes*. *Segoblenſes*, quomodo vellet etiam legi Scriverius, & ſecure arripit Keuchenius, nihili eſt. Puto autem, typothetarum erratum eſſe pro *Segobienſes*, quod ad marginem Editionis ſuae primae adſcripſit, & recte. Nullum enim mihi dubium eſt, quin ſcribi debeat *Segovienſes*, quo praeter Palatinum ducunt modo laudati Codd.; cives ſcilicet oppidi *Segoviae*, ut Plinio vocatur l. III. c. 3. vel Graece Σεγοβία Ptolemaeo l. II. c. 6. in Arevacis Celtiberiae adfinibus; in qua ſita fuit *Segobriga*. Aliud etiam incidit quidem homen, quod hic latere poſſe aliquis ſuſpicetur, nempe *Segedenſes*, Segedae Celtiberiae prope Numantiam urbis Incolae, de quibus vide ad Florum l. II. c. c. 18. At cum hi hoſtes potius Romanorum, & dein cauſſa belli cum Numantinis, quam ſocii, fuerint; nequaquam videntur hi locum hic habere poſſe. Haec autem accidiſſe credibile eſt eo tempore, quo Arevacos a Romanorum ſocietate abſtrahere conatus eſt Viriathus; quae de re Appian. de B. Hiſpan. p. m. 493. Nec enim ambigendum, quin in ſeqq. cum Scriverio & ſeqq. Editoribus legendum ſit *a Viriato*, ſive potius *Viriatho* (Graecis ſemper Οὐιριάθῳ) ut diſerte habent ex MSS. bene multi. Vulgo erat *Viatotis*, vel *Viathotis*. Et ſunt *iis*, vel *his*, *iis*, *hiis* addunt Codices ad unum omnes; & praeterea pro *caederentur* in Palatino, Gudiano, utroque Leidenſi, tribus Cantabrigienſibus, nec non J. Saresberienſi (ubi *a Juriaco his l. e. c.*) ſcribitur *redderentur*. Unde forſan videtur Frontinus reliquiſſe *Segovienſes c. a. Viriatho iis*, vel *his l. & conjuges eriperentur*, ad caedem nempe, vel *redderentur* captivi ea conditione, ut a Romanis deficerent. Verum haec poſteriora incerta ſunt, & facile quaedam excidiſſe potuerunt. Certe nihil in vulgato hic mutare volui. Lipſius hic margini adſcripſit *Boeotis Pulm. V. C. ab Nilotis*. Rubenius l. II. Elect. c. 29. legit *Aeginenſes cum ab AEtolis*, ut haec in Romanorum cum AEtolis bello acciderint, at longe alios hic intelligi, ſatis teſtantur MSti. De *Pinnenſibus* ſimile narrat Diodorus in Excerpt. Peireſc. p. 398. OUD.

84 *Caederentur*] 1. Reg. 3. Hill. Voſſ. *redderentur*. TENN.

85 *Deficere*] Medic. pr. *deficerent*.

86 *Fame mori*] Donec tamen tandem reliqui ſe ipſos ferro, veneno, igne, incenſis rebus ſuis, interfecere. Sed varie haec narrant auctores, quos citant viri docti ad Flor. l. II. 18. 15. *praefixi* hic conjecit Lipſius, intelligens ſine dubio, eos ante fores obſtinatos ſediſſe, Romanorum inſtar Gallici belli tempore. OUDEND.

86* *Praefixis foribus*] Videtur dictum pro *praeclusis*, quod quis conjiciat ſubſtituendum; vel

87 maluerunt.

obſixis, vel *praeſeptis*. Oud. *Cur. poſt.*

87 *Maluerunt.*] Sic etiam J. Saresber. ſed MSS. Scriver. uterque Leidd. Vatican. & Hillensb. *emaluerunt*. Edd. Rom. & Bonon. *praemaluerunt*, ut Apulejo l. III. Metam. p. 199. Ed. Elmenh. *me nullam aliam meae Petidi praemalle.* ubi tamen MSS. & Edd. alii habent quoque ſimplex *malle*. *Domorum* etiam Vaticanus, & Med. Oud.

CAP. VI.

1 *De adfectu & moderatione.*

EXEMPLUM I.

1 Q. Fabius, hortante filio, ut locum idoneum paucorum jacturâ caperet, Visne, inquit, tu ex illis paucis eſſe?

II. Xenophon, quum equo veheretur, & pedites jugum quoddam occupare juſſiſſet, 3 unusque

1 *De affectu*] Voſſ. 3. Reg. 2. Hill. *De effectu*. Trnn. Et multi mei cum Edd. primis, perperam.

2 *Q. Fabius*] *Q. Fabius Mutius* M. A. F. *Q. Fabius Maximus* aut *Rullus*. Scriv. *Cur. poſt. Q. Fabius Mutius* Medicei, & Vaticanus.. *Q. Fabius Minucius*. Edd. Rom. & Bonon. Simpliciter *Mucius* Leid. ſec. Sine dubio, vel *Maximus*, vel *Rullus* reponendum, ſi modò cognomen addendum ſit, & non librariorum ſimiles ſint ineptiae, quales vidimus l. 1. 5. 13. Simile Caecilii Metelli ad centurionem reſponſum refert Plutarchus in Apopht. p. 202. Ed. Par. ſtatim Leidenſ. pr. *paucorumque*. Oudend.

3 *Unum ex eis obmurmurantem, quod diceret.*] *Uno ex eis obmurmurante, ac dicente, facile* &c. Ita forte legendum ex veſtigiis MSS. Scriv. Dandum hic ſecundum Scriverium. *Uno ex eis obmurmurante ac dicente f.* Trnn. Keuchenius antiquum obtinet, & Scriverii conjecturam ſibi adſcribit. *Unus e. e. obmurmurando diceret.* Edd. Romana & Bonon. niſi quod in Bonon. *obmurmurandoque*, quod eſt & in Ed. Pariſ. *Diceret* exſulat ab Hillensberg. qui mox *imperaret*. Unde conjicio *unusque ex eis obmurmurando diceret. que* amiſit locum ſuum, & ab aliis poſt *obmurmurando*, ab aliis poſt *curſu*, ut vulgo, inepte additum, quod ſtatim videbimus. Alioquin, & abjectis tñ *quod dieeret*, legi poſſet *uno ex eis obmurmurante*. Sed ut nos dedimus, propius ad MSS. accedit, & cum primis Edd. convenit. In vulgato laborat ſyntaxis. Oudend.

4 *Tam.*]

que [a] ex eis obmurmurando diceret, facile [4] tam laborioſa ſedentem imperare, [5] deſiluit [b], & gregalem equo impoſuit, [6] curſu ipſe pedeſtri ad deſtinatum jugum [7] contendens. Cujus facti ruborem quum perpeti miles non poſſet, inridentibus commilitonibus, [8] ſponte deſcendit. Xenophontem vix univerſi perpulerunt, ut conſcenderet equum, & laborem ſuum in neceſſaria duci [9] munera reſervaret.

III.

a Vulgo UNUM E. E. OBMURMURANTEM QUOD D. *b* Vulgo DESILIIT. *c* Vulgo CURSUQUE &C. C. PERVENIT.

4 *Tam.*] Edd. Italicae *eum*. Hillensb. *inde*. *Sedente* Mediceus pr. deeſt a Leid. ſec. *Imperare* abeſt a Gudiano. Voſſ. a m. pr. *jubere*.

5 *Deſiliit*] *Siluit* MSS. duo Sed *Deſiluit* recte alii quatuor, & Edd. veteres. V. ad l. II. 4. 11. Mox unus Anglicorum *gregarium* contra noſtri auctoris ſtilum. OUD.

6 *Curſuque i. pedeſtri ad d. j. contendens pervenit.*] Omnes MSS. carent *que* & *pedeſtri*. Nemo enim currit niſi pedibus. etiam τὸ *pervenit* delent. pro *contendens* Scriv. *contendit*. TENN. Vere omnino τῷ *que* carent Leidenſes, Palatinus, Petrenſis, & Gudianus. *Pedeſtri* vero Gudianus quoque cum aliis meis retinet. Neque temere rejic.endum. Nam opponitur *curſui equeſtri*: & *equis*, non tantum *pedibus* curritur. Mox *contendens* abeſt ab Edd. Italicis male. Quippe rejiciendum erat *pervenit*; quod ab aliquo additum; poſtquam *que* ex *unusque* demiſſum eſt ad *curſu*; ut ſenſum ſuppleret. Verum *pervenit* non comparet in ullo meorum, niſi ſolo Leid. pr. Non habet quoque eam vocem Ed. Pariſ. Optime autem jam procedit loci totius ſenſus, & Latinitas *Unusque ex eis obmurmurando diceret &c. gregalem equo impoſuit, curſu ipſe pedeſtri ad d. j. contendens. in deſt.* Petrenſ. *locum* pro *jugum* Vatican. *aeſtimatum* Medic. pr. OUD.

7 *Contendens*] MSS. *contendit*. SCRIV.

8 *Sponte*] Deeſt in MS. Comm. Natum proculdubio ex *Xenophonte*. SCRIV. *Cur. poſt.* Carent 1. Reg. I. Hill. TENN. Poſt *deſcendit* Vaticanus addit *gregalis*. Mox Cantabr. tert. *pepulerunt*. OUD Nequaquam delerem τὸ *ſponte*. Hoc ait Auctor, quia a duce non juſſus eſt deſcendere, ſed id fecit prae rubore, non patiens amplius riſum & convicia commilitonum Soteridas Sicyonius. Hoc enim illi militi nomen dat ipſe Xenophon, hanc hiſtoriolam paullo aliter, ac noſter, narrans L. III. Ἀνάβ. Κύρ. p. 313. IDEM *Cur. poſt.*

9 *Munera reſervaret*] Cantabr. Bibl. Pub. *m. conferret*. Leidenſ. pr. Mediceus uterque, Edd. Italicae, & ora Wechel. *numerare vellet*. Videtur ergo Frontinus dediſſe *munera reſervare vellet*. quod ipſum in 2. Cantabr. MSS. eſſe teſtatur, & plenius ac elegantius putat Cl. Waſſe. Sed parum refert, & incertum eſt. OUDEND.

III. Alexander, quum hieme [10] duceret exercitum, reſidens ad ignem, recognoſcere praetereuntes copias coepit, quumque conſpexiſſet quemdam prope exanimatum frigore, conſidere [11] loco ſuo juſſit; dixitque ei, Si in Perſis natus eſſes, in regiâ ſella [12] reſediſſe tibi [13] capital [a] foret, in Macedoniâ nato conceditur.

IV.

a Vulgo CAPITALE.

10 *Duceret*] J. Saresber. l. v. c. 7. *Ducens ex. reſideret*, non bene. Statim *milites praet.* Petrenſ. *copias* deeſt in Hillensb. *proſpexiſſet* Palat. Pro *prope* in Vaticano, & Edd. Italicis *quoque*. In iisdem Edd. *exinanitum*.

11 *Loco*] Lege cum 3. Reg. 1. Hill. Voſſ. *In Loco*. Curtius l. VIII. c. 4. *Demptis armis in ſua ſede juſſit conſidere*. Spartianus in Severo c. 1. *Sedit & in ſella Imperatoria, temere a miniſtro poſita, ignarus, quod non liceret*. TENN. Atqui *conſidere loco* aeque Latinum eſt, ac *in loco*. Mei omnes ſine praepoſitione praeter Gudian. & J. Saresber. qui *ſedere eum in loco ſ. j. dicens, ſi. Sui* Petrenſ. OUD.

12 *Reſediſſe*] MSS. *reſidere*. Q. Curtius l. VIII. *Forte Macedo gregarius miles, ſeque & arma ſuſtentans, tandem in caſtra pervenerat. Quo viſo, Rex, quamquam ipſe tunc maxime almoto igne refovebat artus, ex ſella ſua exſiluit, torpentemque militem, & vix compotem mentis, demptis armis, in ſua ſede juſſit conſidere. Ille diu nec ubi requieſceret, nec a quo eſſet receptus, agnovit. Tandem recepto calore vitali, ut regiam ſedem regemque vidit, territus ſurgit. Quem intuens Alexander, Ecquid intelligis miles, inquit, quanto meliore ſorte, quam Perſae ſub rege vivatur: illis enim, in ſella regis conſediſſe capitale foret, tibi ſaluti fuit.* Luculentum regiae humanitatis exemplum, luculentius a Rufo, quam Frontino dilaudatum, non potui hoc loco praeterire: quamquam praeter modum caſtigationum, & hujusmodi Commentariis ſint reſervanda. SCRIV. Reg. 1. Hill. Voss. *Sediſſe*. Scriv. *reſedere*. Simile Sueton. de Caeſare c. 72. *C. Oppio comitanti ſe per ſylveſtre iter, correptoque ſubita valetudine & diverſoriolo, quod unum erat, ceſſerit, ac ipſe humi ac ſub Divo cubuerit.* Hanc hiſtoriam refert Valerius l. v. 4. p. 1. ext. TENN. *Reſediſſe* ſervant MSS. mei quinque cum J. Saresber. Leid. pr. & Gudian. *rediſſe*. *ſediſſe* Vatic. Medic. ſec. Cantabr. tert. & Edd. Veteres. *ſedere* Petrenſis. *tibi* non agnoſcit Saresb. OUD.

13 *Capitale*] Lege cum 2. Reg. *Capital.* & ſic reſtitue apud Curtium, ut & l. VIII. c. 9. *Deos putant, quicquid colere ceperunt; arbores maxime, quas violare capital eſt.* Juſtin. II. c. 7. *Capital eſſe apud Athenienſes coepit, ſi quis legem de vindicanda inſula tuliſſet.* Sueton. Calig. XXIV. *In quo riſiſſe, laviſſe, coenaſſe cum parentibus, aut coniuge, liberis capital fuit.* TENN. Utrumque Curtii locum l. VIII. 4. & 9. jam correxerant Modius & Gronovius; ac *capital* illic in MSS. eſſe nunc docuit accura-

tiſſi-

IV. Divus Auguſtus Veſpaſianus, quum quemdam adoleſcentem, honeſte natum, militiae inhabilem, anguſtiarum rei familiaris cauſſa [14] eductum

tiſſimus, doctiſſimusque cognatus meus Snakenburgius, neque aliter in MS. Scriverii. Ubique fere in vulgaris ſcribitur *capitale*; ubi Codices antiquiſſimi exarant *capital*; ut monitum a viris doctis ad Juſtinum & Suetonium; uti & a Salmaſio ad Vopiſci Tacit. c 9. *capital eſſet*, Gronovio ad Livium l. XXIV. c. 37. & ad Senec. l. III. Controv. 8. Quare non dubito, quin apud Valerium quoque Maximum reſtituendum ſit *capital*, de eodem Alexandri facto his verbis. *Id ei ſalutare futurum dicens, quod apud Perſas capitale exſtitiſſet, ſolium regium occupaſſe.* Ex meis autem hic *capital* exhibet Leidenſis prim. Audi inſuper, quae ſuper hoc loco ad me dedit Cl. Waſſe. Ita quidem & Curtius duobus locis, & Codex etiam D. Petri, ac Tertullian. Exhort. Caſtit. c. 7. & in plurali Livius *Capitalia auſi*. Verum elegantius *Capital*. Ita Plaut. Pandect. Sueton. Cal. 24. MSS. Vett. Juſt. II. 7. & Codex B. P. Cantabr. Gell. I. 3. *Amicus capitali perdendus*. Sic codex Pemb. ſed recte Gronov. *capitis*. Quando abſolute, fere *capital*, cum adjuncto *capitale* dixerunt. quod puto veriſſimum. OUD.

14 *Deductum ad longiorem*] Alii *edoctum ad l. o. rejeciſſet*. verum quid igitur ſequitur, *exauctoravit*? MOD. Alias *edoctum*, & *eductum*. SCRIV. Omnes MSS. *eductum*. TENN. *Deductum* eſt in ora Hittorp. & Wech. ſed ipſorum textus, & veteres Edd. cum MSS. meis quoque *eductum*, praeterquam forte in Palatino. Verum omnino videtur τὸ *eductum* i. e. evectum, elatum. Ea enim, quae in altum exſurgunt, *educi* dicuntur. Virgil. l. II. AEn. 189.

adtollere molem
Roboribus textis, coeloque educere juſſit.

Lucan. l. II. 428.

Longior educto qua ſurgit in aëra dorſo,
Gallica rura videt, devexasque aſpicit Alpes.

Tacit. l. II. Ann. c. 61. *Diſjectasque inter, & vix pervias arenas inſtar montium eductae pyramides.* Hiſtor. l. IV. c. 30. *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato.* Adeoque non video cauſſam, cur vocem *deductum*, quae a Modio intruſa eſſet, diutius retinerem prae antiquiore & prius vulgata voce *Eductum*. Hinc autem ſimul refellitur, & ad nihilum recidit doctiſſimi Lipſii opinio l. II. de Mil. Rom. Dial. 8. qui *ad longiorem ordinem deductum* exponit *ad infimos ſeu longinquiores ordines detruſum*, quaſi antea honoratiores ordines duxiſſet. Quomodo idem capit Lucani locum l. VI. 145.

ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

quaſi qui longinquus eſſet. Contra enim ſe res habere mihi videtur, quod vel ipſa Lucani verba *ſang. m. promotus* indicant. Scaeva octavi ordinis ſive octavae cohortis inter pilanos erat centurio. Hoc enim ſatis innuit Caeſar, cum dicit *ab octavis ordinibus ad primum pilum traduxit*. Si enim inter pilanos non jam fuiſſet, addi debuit vel *haſtatorum* vel

prin-

principum. Jam primus inter pilanos sive primi pili centurio praecerat centuriis omnibus: octavus ergo inter pilanos praecerat centuriis quinquaginta tribus ex doctorum quorumdam virorum opinione; quocirca *longus militum ordo* in agmine eum sequi debebat. Frequens est locutio apud poëtas *longo ordine* pro longa serie, ubi multi sequuntur. Nusquam vero *longus ordo*, notat inferiorem, posteriorem, vel simile. Multus est in hac phrasi Virgilius. De octo ejus locis en

l. VI. AEn. 754.

Et tumulum capit, unde omnis
longo ordine possit
Adversos legere & venientum
discere vultus.

l. VIII. 722.

Incedunt victae longo ordine
gentes.

Valer. Flacc. l. v. 217.

Viridesque premunt longo ordine
ripas.

Seneca OEdipo vs. 126.

Ducitur semper nova pompa
morti,
Longus ad manes properatur
ordo
Agminis moesti.

Stat. l. VII. Theb. 238.

longo docet agmine Grajos
Ire duces.

MSS. multi *ordine*. Nihilominus, ut dicam, quod sentio, in Lucano *longum ordinem* non tam exponi velim de ordine, quem gerebat inter centuriones Scaeva, quam de promotionis gradibus, & eum scilicet longo promotionis gradu ad quamcumque centurionis dignitatem evectum esse, sicut video, alios viros doctos capere, imo ipsum Lipsium, dum addit, *tardae promotionis*. Hoc autem loco *eductum*, ut dixi, sumendum est, pro eo, qui ex gregario milite provectus est ad centurionis gradum, sed a primo remotiorem. (Nam *longior ordo* pro uno ex primis vereor, ut Latine dici possit; alioquin hoc mallem.) De eo jam narrat auctor, quod a Vespasiano, militari disciplinae consulente, honeste e militia dimissus sit, censu ei certo adsignato, ne ad inopiam recideret, neque ignominia adfectus videretur. OUDEND. De hoc loco egit quoque Cl. Burmannus ad Lucan. VI. 145. male *deductum* servans, explicansque. Adolescens erat honeste natus, & ideo debuerat militiam auspicari a cohortis praefectura. Sed *militiae inhabilis erat*. Quia tamen angustiis rei familiaris premebatur, evectus erat, ut victum haberet, ad centurionatum, sed inferiorum ordinum, &, Ex. gr. *decimum ordinem hastatum*: ut erat in veteri sub Rep. militia apud Livium L. XLII. C. 34. *mihi decumum ordinem hastatum adsignavit*; quem locum male in *hastatorum* mutare tentat, & capit Ill. Maffejus in Museo Veron. p. 243. hinc colligens, *hastatos gregariis* militibus digniores esse. cum hastati, principes, pileni omnes erant gregarii, nisi quibus in illis ordines adsignati erant, hoc est, centuriones, seu ipsi *ordines* erant facti: unde mox eidem *primus hastatus prioris centuriae adsignatur*, id est, pro ultimo primus fit hastatorum centurio, & quidem prioris ejus manipuli centuriae: unde promovebantur ad *principum*, & hinc ad *pilanorum* ordines, quorum primus erat honoratissimus, seu *primus pilus*, sicut *hastatorum decimus* erat minimae dignitatis, & *longissimae*, seu lentissimae promotionis. Verum haec sunt tironibus nota. IDEM *Cur. post.*

ctum [a] ad longiorem ordinem [15] resciſſet, cenſu conſtituto, honeſta militone exauctoravit.

a Vulgo DEDUCTUM.

15 *Reſciſſet.*] Alias *rejeciſſet*, & *repſiſſet*. SCRIV. *Reſciſſet*. ſic lege. quamvis in Voſſ. & margine unius Reg. *Rejeciſſet*, ut Scriv. TENN. *Rejeciſſet* etiam duo mei, & Edd. Italicae. *Rexiſſet* Medicei.

CAP. VII.

De variis conſiliis.

EXEMPLUM I.

[1] Caeſar dicebat, idem ſibi eſſe conſilium adverſus hoſtem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius, quam ferro ſuperandi.

II. Domitius Corbulo [2] dolabra, [3] id eſt, operibus vincendum hoſtem ajebat Corbulo. Juven. Sat. VIII. v. 248.

Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. TENN.

pe-

1 *Caeſar*] *C. Caeſar* Leid. pr. Voſſ. *T. Caeſar* tres Cantabrig. *Tiberius Caeſar* Medic. pr. male. V. Caeſar. R. Civ. l. 1. c. 71. 72. In fine *ſperandi* Hittorp. & Wech. margo. *ſibi eſſe* pro *eſſe ſibi* e MSS.

2 *Dolabra*] Pro inſtrumento dedolandi Columella uſurpat. *Quae falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito.* Vegetius II. c. 25. *Habet quoque dolabras, ſecures, aſcias, ſerras, quibus materia ac puli dedolantur atque ſerrantur.* Fuiſſe inſtar ſecuris teſtatur Florus IV. c. 10. *cum argentum ejus dolabris concideretur.* Eo in proelio uſos milites Tacit. III. annal. 46. *Miles correptis ſecuribus & dolabris, ut ſi murum perrumperet, caedere teguminia & corpora.* & ff. de officio praef. vig. l. III. §. 3. ad exſtinguendum incendium. Ad muros diruendos frequentiſſime. Liv. L. XXX. *Cum muros defenſoribus nudaſſet, tum Hannibal occaſionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit.* Quia caſtra munichantur vallis, ligna autem laevigantur dolabra, ideo *operibus vincendum hoſtem* ajebat Corbulo. Juven. Sat. VIII. v. 248.

3 *Id eſt, operibus.*] MS. A. *ſenſu.* Forte *ſenſim.* Id eſt operibus. ſecuris ſtatim incidit. Dolabra paullatim idem efficit. SCRIV. *Cur. poſt. Senſu* exhibent quoque Vaticanus, Medicei, & Ed. Rom. ac Bonon. *primo* addit Leid. ſec. Verum Leidenſis pr. non agnoſcit *id eſt operibus*; quare

peribus hoſtem vincendum eſſe dicebat.

III. [4] L. Paullus Imperatorem ſenem moribus dicebat eſſe oportere, ſignificans moderatiora ſequenda conſilia.

IV. Scipio Africanus fertur dixiſſe, quum eum quidam parum [5] pugnacem dicerent, Imperatorem me mater, non bellatorem, peperit.

V. [6] C. Marius Teutono provocanti eum, & poſtulanti, ut prodiret, reſpondit, Si cupidus mortis eſſet, laqueo [7] eum vitam poſſe finire. [8] Quum [a] deinde inſtaret, gladiatorem contemtae ſta-

a Vulgo CUMQUE DEMONSTRARET EI.

quare omnino ſuſpicor eſſe gloſſam, & quosdam *dolabrâ* in margine explicuiſſe *id eſt operibus*. alios per *id eſt ſenſim*, & dein ea in textum inrepſiſſe. Simile fere Tacitus l. III. Hiſt. c. 20. *tormentisne, & telis, an operibus, & vineis adgredienda urbs foret. Mox converſus ad ſingulos; num ſecures dolabrasque ſecum adtuliſſent.* Tales gloſſae apud noſtrum alibi quoque occurrunt. *Id eſt legionarios* l. II. 34. *Id eſt Epiroticam* l. II. 5. 10. OUD.

4 *L. Paullus*] Hoc exemplum retrahendum videtur ad caput proxime praecedens, ubi de moderatione pauca. SCRIV. *Cur. poſt. L.* deeſt in Leid. ſec. & Edd. Italicis. *Aemilius P.* Medic. pr.

5 *Pugnacem*] Leid. ſec. *Pugnantem.* *Pugnatorem* Vatican. Medicei, & Edd. Italicae. *diceret* Mediceus ſec. *parum quidam* vulgo: aliter MSS.

6 *C. Marius*] *Gneus* Leid. ſec. *Lucius* Medicei, & Edd. Italicae. inepte. *Theotono* Medic. ſec. In fine *cum victoria* ridicule Ed. Pariſ.

7 *Eum vitam poſſe*] MSS. *Poſſe eum vitam.* Spendoſthlabus Scytha Imperatori Joanni Tzimiscae provocanti apud Cedrenum reſpondit. Εἰ μὴ ζῆν ἔχει σχολὴν, ἄλλας πολλὰς ὁδοὺς θανάτου ἴσθι. *Si vivere ei non vacet, alias plurimas eſſe vias moriendi.* Idem reſponſum dedit Antigonus Pyrrho apud Plutarchum. Τῷ Πύρρῳ πολλὰς ὁδοὺς ἀναφαίνει πρὸς θάνατον, εἰ ζῆν μὴ σχολάζει. Et Auguſtus ab Antonio provocatus, apud Eundem. Πολλὰς ὁδοὺς Ἀντωνίῳ φαίνει θανάτου. Similis jocus apud Plautum Amph. I. I. 167. cum Mercurius dixiſſet. *Geſtiunt pugni mihi.* Soſia reſpondet. *Si in me exercituru, quaeſo in parietem ut primum domes.* TENN. Medic. pr. *eſſem laq. v. p. f. poſſe eum v.* ſolus ex meis Gudian. *eum p. vit.* Voſſ. & Cantabr. Abundare videtur *vi eum*, & a ſciolis eſſe inſertum. OUD.

8 *Cumque demonſtraret ei*] *Cumque dein monſtraret.* SCRIV. Scriver. *Cumque dein monſtraret ei.* Lege cum 4. Reg. 8. Hill. Voſſ. Rom. *cum deinde ſtaret*: nimirum ut iterum provocaret. TENN. Arripuit temere Keuchenius lectionem, quam Scriverius in

ſtaturae, & prope exactae aetatis objecit ei, dixitque, Si eum ſuperaſſet, cum victore congreſſurum.

VI. [9] Q. Sertorius, [10] quod experimento didicerat, inparem ſe univerſo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque, inconſulte pugnam [11] depoſcentes, doceret, adductis [12] in conſpectum duobus equis, eorum praevalido alteri, alteri admodum exili, duos admovit juvenes ſimiliter [13] adfectos, robuſtum & gracilem; [14] ac

10-

a Vulgo deeſt AC.

ſti nonnullis eſſe monuit; cum in eo nullus idoneus ſit ſenſus. *Cumque demum monſtraret*, g. uterque Mediceus. *cum inde ſtaret*, g. Leidenſ. pr. *cum demonſtraret*, g. Gudian. *cum deinde ſtaret* g. tres Cantabrig. Palatin. Hinc bene Cl. Waſſe conjecit *cum deinde inſtaret, ei* g. ad Sallust. B. Jug. c. 6. *exacta ſua aetate*. Bene dico, quod conjecerit *inſtaret*, ut & margini Stew. Ed. adleverat Scriverius, & Scriverianae Editioni Gronovius. nam ita diſerte Leid. ſec. *cum demum inſtaret*; & melius Vatican. *Cum deinde inſtaret*. Male autem retinet *ei*: quod in nullo reperitur Codice, & ſtatim quoque ſequitur *objecit ei*, quae verba deſunt in Ed. Keuchenii. *Staret* quod Tennulius recipiebat, frigidum eſt. *Inſtare* ſine caſu frequenter reperitur pro urguere, non remittere a propoſito. Livius l. 11. 4. *Evincunt inſtando, ut litteras ſibi ad Tarquinium darentur*. Martial. l. 11. Ep. 24. *Cum tamen inſtaret*. Curt. l. VI. 7. 25. *Inſtitit quaerere*. Adde Heinſ. ad Sabin. Epiſt. Demoph. 82. *Inſtantes diſtulit arte procos* & ſaepiſſime. OUDEND.

9 *Q. Sertorius*] Exemplum hoc totidem fere verbis habuit jam l. 1. c. 10. §. 1. ubi vide, ne multa hic repetam. Hic vero non comparet in Leidenſi ſec. nec Mediceo pr., in quo tamen alia manu poſt finem libri quarti additur. OUD.

10 *Quod ex.*] 4. Reg. 3. Hill. Voſſ. non agnoſcunt *id quod*. TENN. Deeſt etiam in Mediceis, Vaticano, Palatino, Gudiano, Leid. pr. Edd. Rom. Pariſ. & Wech. ſupra tamen in omnibus fere rectius additur. Niſi malis demittere poſt *exercitui*, ut ſit relativum. *Imparem* abeſt etiam a Medic. pr. qui habet *R. e. non poſſe reſiſtere*, ex interpolatione. *exercitu*, ut alibi, Ed. Pariſ. OUD.

11 *Depoſcentes*] Alias *expoſcentes*. Ipſe Frontinus alibi idem exemplum commemorans. SCRIV.

12 *In conſpectum.*] *In conſpectu* Leid. pr. & Medic. ſec. vide ſupra. pro *eorum* Edd. Italicae *quorum*. Medic. pr. *in c. eorum duobus equis altero p. altero*, ut ſupra.

13 *Adfectos.*] 4.° Reg. 2. Hill. Voſſ. *electos*. TENN. Septem, vel octo mei cum Edd. Ital. Pariſ. & Wech. *electos*. ſed poſtulat ſenſus *adfectos*, ut ſupra. OUD.

14 *Robuſtiori*] Addidi copu-

lam.

robuſtiori imperavit, equi exilis univerſam caudam abrumpere; gracili autem [15] valentioris per ſingulos pilos vellere. [16] Quumque gracili ſucceſſiſſet, quod imperatum erat, validiſſimus cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaretur, [17] Naturam, [a] inquit Sertorius, [18] Romanarum virium per

[a] Vulgo JAM, l. S. NATURAM. R. COHORTIUM.

jam *ac* auctoritate Palatini, Cantabr. Bib. Pub. Medic. ſec. Gudianı, & Hillensb. ut ſupra. *robuſtiori vero* Medic. pr. Dein *equos ex illis* Leid. pr. forſan, ut ibidem *equo exili*. Medic. pr. *uno complexu abr. autem* exſulat ab Edd. Italicis. OUD.

15 *Valentioris p. ſ. pilos vellere*] Supra *valentiorem per ſingulos pilos vellere*; vel potius, ut illic MSS. praebent *per ſingula vellere*. Hic *valentiores* duo, *validioris* Cantabr. tert. *velaciori* Leid. pr. *evellere* uterque Medic. Praeſtat hic ſaltem *valentioris* ſc. caudam *p. ſ. pilos evellere*. Adi cit. locum. OUD.

16 *Quumque.*] *Cum* Edd. Italicae. *impreſſit* eaedem cum Medic. ſec.

17 *Jam, inquit S. &c.*] *Naturam, inquit Sertorius, Romanarum virium p. h. v. e. o. m.* MSS. SCRIV. Recte hoc monet Scriverius. Quare, ut ſupra ex MSS., hic quoque expunxi iſtud *jam* ex MSS. Tennulii & meis octo ac Edd. Rom. Bon. Par. Wech. OUD.

18 *Romanarum cohortium*] 4. Reg. 3. Hill. Voss. Scriv. *Naturam, inquit Sertorius, Romanarum virium*. Hanc in ſuis membranis quoque lectionem invenerat beatus Gronovius. Sic Juſtin. l. XII. 9. *Nec inventas illis toto orbe pares vires gloriatur*. Valer. Max. I. I. 15. *Majore pene Romanarum virium parte in execrabili ac diro ſolo jacente, nullius penates moeroris ex-*

pertes erant. Sic MSS. cum ſit vulgo. *Virorum*. Val. Max. v. 3. 1. *Virium Romanarum & Incrementum laetiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus*. III, 7. 6. *Galliarum & Ligurum vires redactas in ſuam poteſtatem*. TENN. *Cohortium* ſupra retinent MSS. omnes. Hic vero *virium* exhibent ex meis quoque Palatin. Vatican. Medic. pr. Gudian. Cantabr. tert., & Leid. pr. cum modo nominatis ed tionibus. Vere & eleganter. Adi Vorſt. & Socerum meum ad Valerii locum. Lucan. l. III. 171.

Proxima vicino vires dat Graecia bello,

& crebro ille aliique. ſed exemplis ipſe parco. Lubet hic potius adſcribere, quae vir doctus Gulielmus Vlamingius, in ineditis obſervationibus Criticis, quae beneficio fratris politiſſimi viri, & eximii poëtae P. Vlamingii penes me ſunt, ſuper ea voce olſervavit. Arbiter Satyr. c. 89. Ilii haloſi

Inter ſepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra, & effundunt vires.

Auratus legit *Viros*: quod hodie obtinet, neque tamen placet, etſi ſatis memori Virgil. AEn. l. II. VI. 18.

Hug

per hoc vobis exemplum oſtendi milites: inſuperabiles ſunt [19] univerſos [a] adgredienti; eosdem lacerabit & carpet, qui per partes adtentaverit.

VII. Valerius [20] Laevinus Cos. quum [21] intra caſtra ſua exploratorem hoſtium deprehendiſſet, magnamque copiarum ſuarum fiduciam haberet, circumduci eum juſſit; [22] terrendique hoſtis cauſſa,

a Vulgo UNIVERSAS & EOS.

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Ineludunt caeco lateri, penitusque cavernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.

Eleganter *Vires* pro *viris* & *militibus*. Thucydides l. I. Διὰ γὰρ ἀφορίαν γῆς αἵτε δυνάμεις τισὶ μείζους ἐγγινόμεναι τάσσω: ἐπαγαγεῖν. ubi vetus Scholiaſtes *δυνάμεις* exponit στρατεύματα. Pollux l. I. c. 10. §. 23. περὶ στρατῦ καὶ στρατιωτῶν δοκίμων καὶ μὴ τοιούτων. στρατιῶται &c. στρατόπεδον δύναμις τάγμα. Lucan. l. IV. 723.

Mittitur, exigua qui proelia prima laceſſat
Eliciatque manu.
Ipſe cava regni vires in valle retentat.

Juſtin. l. XXX. c. I. *Trepidare igitur Ptolemaeus, legationibus miſſis quoad vires pararet.* Haec ille. OUD. In Petronii loco Vlamingium contra metrum *vires* pro *viros* legere, quod hic monere oblitus eram, monui ad Caeſ. L. III. B Civ. c. 44. Sic tamen male in MSto eſſe, dein obſervavit Burmannus. IDEM *Cur. poſt.*

19 *Univerſas*] MSS. octo, & Edd. Veteres *univerſos*. Recte. Romanos ſcilicet per Syntheſin, ut ſaepe. Sic ſtatim ſequitur *eos*, vel *eosdem*, ut eſt in MSS. ſeptem melioribus ſupra *univerſas* & *easdem*. MSS. ſequor. *eosque* Edd. Ital. *Romanorum* paullo ante male in uno MS. & Edd. VV. *Adgredienti* hic retinent libri omnes. Alibi *adgredientibus*: quod aeque valet. OUD.

20 *Laevinus.*] Sic rurſus ſcripſi, ut l. II. 4. 9. vulgo *Levinus*. Conſilium autem, quod hic narrat, placuit Imperatoribus multis Graecis, Romanis, barbaris; ut cuivis hiſtorias perſcrutato notum. OUD.

21 *Intra*] Voſſ. *in*. Mox *hoſtem* Hillensb. pro *viſendos* Leid. ſec. *intentos*.

22 *Terrendique hoſtis cauſſa*] In Mediceo primo additur *adjecit*. Quod certe non ſpernendum. *juſſit* ſuos ſpeculatorem circumduci. ſed *adjecit* ad ipſum ſe convertens ſequentia. Non diſſimile eſt illud Livii de Scipione l. XXX. c. 29. *Juſſos* (ſpeculatores) *omiſſo metu viſere omnia, per caſtra, qua vellent, circumduci juſſit; percunctatusque, ſatin' per commodum omnia exploraſſent, retro ad Hannibalem dimiſit.* OUD. Rectior hic videretur fore accuſativus *hoſtes*, ob ſequens *eorum*. Foret enim minus elegans ſyntheſis, quam exemplo priore. Immo *hoſtis* fors a librariis pro accuſativo ſcriptum eſt IDEM *Cur. poſt.*

ſa, exercitus ſuos viſendos ſpeculatoribus eorum, quoties voluiſſent, patere.

VIII. [23] Caelius Primipilaris, qui in [24] Germania poſt [25] Varianam cladem obſeſſis noſtris pro duce fuit, veritus, ne barbari ligna, quae congeſta erant, vallo admoverent, & [26] caſtra ejus incenderent, ſimulata lignorum inopia, miſſis undique, qui ea furarentur, effecit, ut Germani univerſos truncos amolirentur.

IX. Cn. Scipio, bello navali, amphoras pice & [27] taeda plenas in hoſtium claſſem jaculatus eſt, quarum jactus & pondere foret noxius, [28] & diffundendo, quae continuerant, [29] alimentum praeſtaret incendio.

X.

23 *Caelius Primipilaris &c.*] De hiſce poſt Varianam cladem obſeſſis agit auctor etiam l. III. c. 15. 4. at non nominato duce. Pro *Caelius* hoc loco MSS. multi *Cedius* vel *Caedius*, *Ceclius* Ed. Rom. *Cecilius* Bonon. Fuit tunc temporis Coelius Caldus, qui captus in proelio, ſe ipſe mox interfecit. At vero hic intelligi omnino nequit: Quare mecum emenda *Caeditius*, & audi Vellej. Paterc. l. II. c. 20. *Lucii etiam Caeditii, praefecti caſtrorum, eorumque, qui una circumdati* (poſt Varianam cladem) *Aliſone inmenſis Germanorum copiis obſidebantur, laudanda virtus eſt; qui omnibus difficultatibus ſuperatis, quas inopia rerum intolerabiles, vis hoſtium faciebat inexſuperabiles, neq; temerario conſilio, nec ſegni providentia uſi, ſpeculatique opportunitatem, ferro ſibi ad ſuos peperere reditum Caeditii* nomen alibi apud noſtrum quoque in *Ceuium* eſt corruptum V. l. I. c. 5. l. IV. c. 5. OUD.

24 *Germania*] Medicei, ut alibi, *Germanium*. *Valerianam* etiam mei ſex, & Edd. Rom. ac Par.

25 *Varianam*] Omnes MSS. *Valerianam*. TENN.

26 *Caſtra ejus.*] *Caſtra ſua.* Gujetus. TENN. *Inciderent* Palat.

27 *Taeda*] Leid. ſec. male *cera*. Caeſ. l. III. 101. *Completas onerarias naves taeda & pice &c. quae ſunt ad incendia.* & ſaepe. pro *quarum jactus* idem & *quantum ictus*. OUD.

28 *Ut diffundendo quae continuerant alimentum praeſtarent incendio.*] Germana Frontino ſcriptura, atque diſtinctio reddenda, & *pondere foret noxius*, & *diffundendo quae continuerant*, *ali. p. incendio*. STREW. Ita Stewechius. Vulgo *ut*: mox ego *praeſtaret*: vulgo eſt *praeſtarent*. SCRIV.

29 *Alimentum praeſtaret*] Lectio haec non eſt ſollicitanda. Pedo Alb.

Tandem ubi complexa eſt ſylvas, alimentaque ſumſit,
AEthera ſubjectis lambit & aſtra comis.

X. Hannibal Regi Antiocho monſtravit, ut in hoſtium claſſem [30] vaſcula [31] jacularetur viperis plena, [32] quarum metu perterriti milites a dimicatione & nauticis miniſteriis inpedirentur.

XI. Idem fecit, jam cedente claſſe ſua, Pruſias.

XII. [33] M. Porcius inpetu [34] in [a] claſſem hoſtium

a Vulgo deeſt IN.

1. AEneid. 180.

Arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Ovid. Metam. l. VII. f. 1.

Ut ſolet a ventis alimenta reſumere.

de favilla. Ovid. III. rem. am.

Lenis alit flammas, grandior aura necat.

Tacit. Germ. XLV. *In modum tedae accenditur, alitque flammam pinguem & olentem.* TENN. Ita agit Tennulius, quaſi hic ſolliciaretur vox *alimentum*, quod de fomento ignis a noſtro ſupra ſaepius, & aliis paſſim adhibetur, ut cuivis notum; *Ut* quod correxit Stewechius, debuit eſſe in Modii editione; nam in ceteris omnibus, ut in MSS. recte *et. Praeſtaret* ſcilicet *jactus* habent etiam MSS. praeter Vaticanum, & Ed. Bononienſem. Quare hoc jam retineo. licet *praeſtarent* defendi poſſit ex iis, quae notavimus ad l. IV. 1. 39. Scilicet *amphorae incendiariae.* OUD.

30 *Vaſcula*] *Fictiles lagenas* vocat Juſtin. l. XXXII. c. 4. TENN. Adi Comm. ad Nepot. Hannib. c. 10. *Serpentes vivas colligi, easque in vaſa fictilia conjici.* OUD.

31 *Jacularetur*] *Jaculirrentur* MSS. SCRIV. Sic Palat. Petrenſ. Medicei, & Leid. ſec. Paſſive hac voce uſus eſt Apulejus de Mundo. *Horum pleraque jaculari credas. Ejaculare* Gellius l. XVI. in f. OUD.

32 *Quarum metu*] *Qua re perterriti* MSS. SCRIV. *Praeterriti* Leid. ſec. Pro *nauticis* Lipſius margini adlevit *nautici*, ut milites a dimicatione, & ſocios navales a miniſteriis inpeditos dixerit Frontinus. Certe non male. Paſſim enim nautas a militibus diſtinxerunt veteres. Vide Scheffer. de Mil. Nav. l. II. c. 3. 4. Livius l. XXXVII. 28. *egreſſi milites nautaeque ſunt.* ſupra l. III. 2. 2. *milites remigesque.* Mallem tamen repetere praepoſitionem, *nautici a miniſteriis.* OUD. Ultimam hanc lectionem unice veram exiſtimo. Vid. ad Liv. L. XXX. 26. *e nauticis unus.* item Veget. L. V. c. 7. & 15. IDEM *Cur. poſt.*

33 *M. Porcius Impetu*] 3. Reg. Voſſ. 3. Hill. *M. Porcius Dento.* TENN. *Dento* loco *impetu* exhibent Cantabrigienſes, Leidenſes, & Gudianus, ſed Medicei, & Edd. Italicae *de impetu*, Palatin. *detento.* Timide haec pronuntio, ſed vide. num ſcribendum *detentus*; ſcilicet a Poenorum navi, vel tale quid. Aut

ſtium quum tranſiluiſſet, deturbatis ex ea Poenis, eorumque armis & inſignibus inter ſuos diſtributis, multas naves hoſtium, quos ſociali habitu fefellerat, merſit.

XIII. Athenienſes, quum ſubinde a Lacedaemoniis infeſtarentur, diebus feſtis, quos ſacros Minervae extra urbem celebrabant, [35] omnem quidem colentium imitationem expreſſerunt, armis [36] tamen ſub veſte [a] celatis. Peracto [37] ritu ſuo, non ſtatim Athenas [38] reverſi, ſed protenus inde raptim acto Lacedaemonem verſus agmine, eo tempore, quo minime timebantur, agrum hoſtium,

a Vulgo TANTUM V.

potius, ut Cl. Weſſelingius etiam conjecit, *de lembo*. Per *claſſem* autem intellige magnam navem, & conſule notata ad Lucan. l. VIII. 575. *claſſemque relinquere juſſus*. OUD.

34 *In claſſem*] Sic lege ex MSS. & Edd. VV. male in Edd. Keuch. & Tennulii exſulat praepoſitio *in*. Statim etiam repoſui *tranſiluiſſet*, ex MSS. octo, & Edd. ante Keuch. V. ad l. II. 4. 11. Medicei *tranſiviſſet*. In fine *quas* Medic. ſec. OUD.

35 *Omnem quidem*] *Hominum* MS. unus, alii *omnium*. SCRIV. 4. Reg. Voſſ. 2. Hill. Scriv. *omnium*. unus Scriv. *hominum*. TENN. Quinque mei *omnium* cum Ed. Par. Cave autem, jungas *infeſtarentur diebus feſtis*. non enim tantum in Panathenaeis per ſingula quinquennia infeſtabantur, ſed ſaepius, & ſubinde. Quod cum toties fieret, Athenienſes tandem in hoc feſto hoc Strategema adhibuiſſe videntur. OUD.

36 *Tantum veſte*] 4. Reg. 2. Hill. Voſſ. *tantum & veſte*. Forte *armis tamen & veſte*. TENN. *Tamen & v.* exhibent meoruſn octo, & Edd. primae. Ceteri cum Pariſ. & Wech. Edd. *tantum* &. Sed Petrenſis vere, quod repoſui, *tamen ſub v.* Scilicet in Panathemaeis licitum erat viris arma gerere, quod docet Meurſius libro de Panath. c. 21. ex Thucydid. l. VI. p. 451. Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ, οὐχ ὑποπτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τὰς τῶν πομπὰν προπέμψαντας εὐθὺς γενέσθαι. Ea igitur, ut fallerent hoſtes, ſub veſte celaverunt. Si & legas, videretur hoc contra morem fuiſſe, ut arma in hoc feſto gererent. OUD.

37 *Ritu ſuo*] Mira haec locutio videri poſſet, & eſſe corrupta, ex *ritu ſacro*, verum cum judicio ſcripſit ita auctor: cum non ſuerit verus ſacer ritus, ſed fictus & ſimulatus. *Perauctoratus ſuos* Leid. pr. Ceterum per *Lacedaemonem verſus* non intellige ipſam urbem, ſed agrum Laconicae ditionis, qui proxime attingebat fines Atticos. Aliter in his nulla foret veriſimilitudo. OUD.

38 *Reverſi*] Petrenſis addit *ſunt*. Pro *acto* Gudian. *apto*. *Lacedaemonem verſus* non agnoſcunt Edd. Italicae. *Agros* Medicei.

39 *Me-*

ſtium, quibus ſubinde praedae fuerant, ultro depopulati ſunt.

XIV. Caſſius onerarias naves, non [39] magni ad alia uſus, accenſas obportuno vento in claſſem hoſtium miſit, & incendio [40] eam conſumſit.

XV. [41] M. Livius, fuſo Hasdrubale, hortantibus eum quibusdam, ut hoſtem ad [42] interneçionem perſequeretur, reſpondit: [43] Aliqui & ſuperſint, qui de victoria noſtra hoſtibus nuntient.

XVI. Scipio Africanus dicere ſolitus [44] eſt, hoſti non ſolum dandam eſſe viam [45] fugiendi, ſed etiam muniendam.

XVII.

39 *Magni ad alia uſus*] *Magis ad* vel *in alios uſus* Medicei, & Ed. Romana. *Magni ad alios u.* Leid. ſec. Hillensb. & Edd. Bon. ac Par. *ad alias* Leid. pr. Tandem *ad alias res u.* Petrenſis. i. e. *ad alia*, quod cum corrumpi coepit, *res* additum eſt. Dein *opportuno tempore* idem pro *vento*. Ne audias. Caeſar. l. III. B. Civ. c. 101. *Caſſius magno vento, & ſecundo completas onerarias naves taeda, & pice, & ſtupa reliquisque rebus, quae ſunt ad incendia, in Pomponianum claſſem inmiſit, atque omnes naves incendit.* OUD.

40 *Eam.*] Leid. pr. *eas*. Petrenſ. *& eam incendit*, interpolate. *Conſumi incendio* locutio eſt frequens. V. ad libertum alicujus ex Julia gente, unde nomen habet, J. Obſequentem c. 92. *AEtnae incendio Catina conſumta.* ut legendum eſſe ibi docui. OUD.

41 *M. Livius*] Cantabr. tert. *M. Lucinius Livius*. Petrenſ. *M. Livius Druſus*. perperam. Eſt enim *M. Livius Salinator*, qui frequentius tantum *M. Livius* audit. Cognomen tamen addit noſter l. I. c. 1. 9. & l. II. 3. 8. omiſſo praenomine. Idem reſponſum ejus refert Livius hiſtoricus l. XXVII. 49. *Superſint*, *inquit, aliqui nuntii & hoſtium cladis, & noſtrae virtutis.* OUDEND.

42 *Internecionem.*] *Internitionem* MSS. tres, & Edd. pp. *interemptionem* duo.

43 *Aliqui, & ſ.*] *Et aliqui ſuperſint* MS. Comm. Forte *Eia a. ſ.* SCRIV. *Cur. poſt. &* deeſt a tribus meis, ut in Livio. *etiam* Medic. ſec. Adridet Scriverii conjectura. OUD.

44 *Eſt.*] *Erat* Petrenſ. Statim inepte Cantabr. tert. *claudendam* pro *dandam*. Niſi quis inde legere vellet *non ſolum non cl.* ſed nihil hoc opus eſt. *dare viam, & munire* ſic jungit Livius l. XXXIX. 28. *Non iter tantum per regnum noſtrum dedi, ſed vias etiam munivi. eſſe* in Mediceo pr. deeſt. OUD.

45 *Fugiendi*] 4. Reg. 2 Hill. Voſſ. *ad fugiendum*. Veget. III. 21. *Ideoque Scipionis laudata ſententia eſt. Viam hoſtibus, qua*

XVII. [46] Paches [a] Athenienſis adfirmavit, incolumes futuros hoſtes, ſi deponerent ferrum; [47] ejusque obſecutos conditionibus, univerſos, qui in [48] ſagulis ferreas fibulas habuiſſent, interfici juſſit.

XVIII. Hasdrubal [49] ſubigendorum Numidarum cauſſa ingreſſus fines eorum, reſiſtere parantibus adfirmavit, [50] ad capiendos ſe veniſſe ele-

[a] Vulgo PERICLES.

fugiant, muniendam. TENN. *Ad fugiendum* exhibent noſtri ſeptem, & Ed. Pariſ. Abſunt autem a Mediceo pr. & Leid. ſec. *muniendum* etiam Codd. ſex, & eadem Ed. Hoc certe prave. *eſſe* addunt Medicei. In plerisque MSS. Vegetii etiam male *non eſſe muniendam.* OUD.

46 *Pericles*] *Paches* MS. Scriv. Voſſ. 2. Hill. 3. Reg. *Paces.* quartus Reg. *Pacon.* Scriv. *Paches.* Certe ſimilis circumventio, & verborum captio in pactis narratur apud Polyaenum l. III. de Pache. TENN. Adfirmat Keuchenius, verum hujus Athenienſis nomen eſſe *Pericles?* Quo auctore id dicat, ſcire pervelim. Non id erat Periclis, cujus ſaepe apud noſtrum fit mentio, ingenium, neque Codex ullus ita exhibet. cum tamen in ceteris locis recte Periclis nomen exhibeant. *Pacon* Medic. pr. *Pacon* Medic. ſec, & Vaticanus, qui addit *Dux. Paces* Cantabrig. tres, Leidenſ. pr. & Gudianus. *Paches* denique Palatin. & Leid. ſec. Nec dubito, quin vere. De Pachete (ſic enim declinandum, non *Pache*) conſule Polyaen. l. III. c. 2. Thucydid. l. III. Plutarch. in Ariſt. p. 335. & in Nicia p. 526. Diodor. Sicul. l. XII. p. m. 108, 109. OUDEND.

47 *Ejusque obſecutos*] 4. Reg. 8. IIII. Voſſ. *eisque obſecutis.* TENN. MSS. ad unum omnes, & Ed. Rom. ac Par. *eisque obſecutis* i. e. cum illi obſecuti eſſent. Vulgatam lectionem concinnavit Beroaldus; Mallem ad vitandam duriticm, *conditioni.* Num *obſignatis conditionibus?* Vix puto, pro *hoſtes* in Ed. Wech. perperam *teſtes.* OUD.

48 *Sagulis*] *Singulis* vel *cingulis* MSS. quinque, & Edd. primae. Perperam. In ſagis militaribus erat fibula, qua ſtringebantur. Conſule Salmaſium ad Trebell. Poll. Tyrannos n. 9. *Duo ſaga ad me velim mittas, ſed fibulatoria.* Livius l. XXX. c. 17. *Sagula purpurea duo cum fibulis aureis ſingulis.* OUD.

49 *Subigendorum Numidarum cauſſa*] Medicei *ſub ingens dolum Numidarum viam ing.* Edd. Rom. & Bonon. *ſubjiciens dolum Numidis ing. ſubigens dolum N. c. ing. eſt* Cantabr. tert. *ſubigens dolum* etiam Scriv. unus, Vaticanus, & Ed. Pariſ. *ſub ingens dolum* Palatin. & duo Leidd. Veram hinc Frontini mentem inveſtigent me acutiores. Num exciderunt *fic fingens dolum?* Nam *ſubigendorum N. cauſſa* cum aliis MSS. ſatis placet. *Fingens dolum* eſſet parans, ſtruens, moliens. Adi Graev. ad Juſtin. l. XXV. 3. *Repentinam fingit profectionem.* OUD.

50 *Ad capiendos*] *Ad capiendum* Medicei; ſine quo *elephan-*

elephantos, [51] quibus ferax eſt Numidia: [52] ut

tus, qui etiam non leguntur in Vaticano.

51 *Quibus ferax*] Gujetus. *Quorum f.* TENN. Fateor, *ferax* ſemper fere ſibi junctum habere Genitivum, non Ablativum, ut apud Ovid. l. VII. Met. 470.

Nitidaeque ferax Peparethos olivae.

Senec. Troad. 836.

An ferax varii lapidis Caryſtos.

Valer. Flacc. l. VI. 102.

Niveumque ferax Euarchus olorum.

Tacit. l. IV. Ann. c. 72. *Ingentium belluarum feraces ſaltus.* Qui locus maxime Gujeti opinionem firmat, & ſic apud alios paſſim. Pro multis conſule notas N. Heinſii ad Ovid. Am. II. 16. 7.

Terra ferax Cereris, multoque feracior uvae.

ubi vulgo erat *Cerere* & *uvis*, ac Cl. Burmanni ad Quinctil. Declam. XIII. c. 2. *Agellus non frumenti ferax:* vulgo illic quoque, & in MSS. plerisque *frumentis.* Immo, nam quid diſſimulem, in Petrenſi Codice clare exaratur *quorum*; quare, niſi is codex mihi de interpolatione eſſet ſuſpectus, manum lubens Gujeto darem. Nunc adhuc vulgatum retineo, praeſertim cum ex Plinio citent quoque l. V. Epiſt. 15. *ferax bonis artibus ſeculum.* Quod tamen ego illic reperire nequivi. OUD. Ablativum hunc Grammatici veteres & recentiores quidam cum aliquot MSS. obtrudunt Virgilio L. II. Georg. 222. *Illa ferax oleo eſt:* uti certe *fecundus frumenti*, & *frumento* &c. dicitur. In pluribus tamen & antiquioribus eſt *oleae.* V. Comment. Nam quod pro ablativo ex Plinio citent quidam L. IV. (non V.) Ep. 15. *Vellem tam* ferax ſeculum bonis artibus *haberemus.* nihil is locus probat. Ibi enim eſt dativus. Intelligit *ferax hominum, bonarum artium cultorum:* ut ferme exponit Catanaeus, ſive per quos bonae artes excolantur & augeantur. Idem enim Plinius aliis locis genitivum τῷ *ferax* jungit. ut L. II. Ep. 17. §. 15. quarum arborum *illa vel maxime* ferax *eſt terra.* L. VIII. Ep. 2. §. 2. miraculorum ferax *commendatrixque terra.* Quapropter etiam in Frontino e Cod. Petrenſi *quorum* reponendum arbitror. Dativo junxit, ut Plinius, etiam Lucanus L. II. 430.

Tunc Umbris Marſisque ferax.

hoc eſt, in uſum Umbrorum & Marſorum: quomodo Sever. in Aetna, vſ. 261.

Fertilis haec ſegetique feracior, *altera* viti.

In MSto Hulſ. Solini c. 21. *Ager opimus & ferax frugibus.* ubi in aliis gloſſa eſt *bonus frugibus.* Virgil. L. IV. Georg. 128. dixit;

nec fertilis *illa* juvencis
Nec pecori *opportuna ſeges.*

Eodemque modo *fecundus* dativum ejus perſonae vel rei, in cujus uſum eſt fertilitas, habet, ſed genitivum vel ablativum ejus rei, quam profert. Vide Waſſ. & Cort. ad Salluſt. B. Jugurt. c.

Theſſalis in fugam verſus, flumen, in quo tumultuarium fecerat pontem, 90 liberaſſet, ne ſequen-

ſto, vide in vita ejus a Nepote ſcripta, & illic Comment. ac ſupra l. I. 5. 2. III. 8. 2. Dein *in quo tumultu varium* Ed. Pariſ. ſed vide Keuchen. Ovd.

90 *Flumen liberaſſet*] L. I. c. 5. ex 3. Ad haec verba *Unam ſpem ſalutis habent, ſi flumen liberaſſet*, dixi, Stewechium legere *ſi flumen ſuperaſſet*, correctione non admodum neceſſaria. Similiter & abſtinendae ab hoc loco manus Criticae: nec legendum cum Stewechio, *ſuperaſſet*. Volo, inquam, ſarta tectaque vulgata maneat lectio. Quid ſit *flumen liberare* duobus his locis fatetur ſe neſcire Stewechius. Quare emendabat, *flumen ſuperaſſet*. Probem, ſi non membranarum optimas, ſaltem ullos adſtipulatores haberet libros ſcriptos, ſed nullos habet: ſane non meos tres, non Palatinos; in quibus omnibus diſertim exaratum eſt, *liberaſſet*. Nec aliter legitur exemplo 13. c. 4. l. I. ubi *Philippus nullo prohibente angustias freti liberavit*. Qui locus feſellit Stewechium; alias debuiſſet & ille ſubire ferreum acumen: dixiſſet legendum *angustias freti ſuperavit*. Malo exemplo, & adinſtar inperitorum librariorum ſciolorumque, qui, quod in veterum libris ſtatim non percepere, flagitioſe corruperunt, quod illi emendare vocabant. Sic Hyginus in Mythologicis etiam *liberare flumen* pro tranſire dixit, c. 257. *Qui cum ducerentur, vix tandem Moerus, liberato flumine, conſequitur carnificem*. Haec alibi capite ſingulari pluribus propugnavi. Scriv. Paſſus eſt ſuos manes Stewechius, cum potuit ab animo ſuo impetrare, ut *liberare flumen* Romana civitate ejiceret, ſed ubique ſubjiceret, *ſuperare*, & id verbi probaret exemplis, quae non quaerebantur. Atqui omnes MSS. retinent alterum l. I. c. 5. 2. 3. *Si flumen liberaſſet, cujus ripam hoſtes tenebant*. l. I. c. 4. n. 13. *Philippus nullo prohibente angustias freti liberavit*. Hyginus fab. 257. *Vix tandem Moerus liberato flumine, conſequitur carnificem*. Sic quoque cum Scriverio ibi legi cenſet Virorum elegantiſſimus Thomas Munckerus. Neque enim audiendus hic celeberrimus Schefferus, qui dedit *librato*. Nam tela & corpora librantur; ſed aqua librari alio ſenſu dicitur ab aquaeductoribus, nimirum cum aquae altitudo peraequatur velut ad libellam a loco, quo oritur, ad locum, quo deducenda eſt. Vitruv. VIII. c. 16. *Libratur a dioptris*. artifex, qui comparat altitudinem aquae, dicitur *librator*. Plin. X. epiſt. 50. *Supereſt, ut tu libratorem vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſine lacus altior mari*. epiſt. 51. *Poteris a Calpurnio Macro petere libratorem*. Frontin. de aquaeductibus. *Procurator calicem ejus moduli, qui fueris impetratus, adhibitis libratoribus, ſignari curet*. Libramentum dicitur conceptaculum, quo aqua librata excipitur. Plin. l. IV. epiſt. 30. *An neſcis, quod libramentum abditum & caecum, quod cum eximanitur eſt, ſuſcitat & elicit fontem: quum repletum, moratur & ſtrangulat*. Vitruvius l. VIII. c. 7. *Ut ſit libramentum quam longiſſimum: hoc autem erit venter, quod Graeci appellant κοιλίαν*. Frontin. de aquaeductibus. *Ductus enim habet longitudinem, ita exigente libramento, paſſuum*

quentibus hostibus idem transitus maneret, novissimo agmini praecepit, incenderent pontem.

XXIX. Romani, quum Campanis equitibus nullo modo pares essent, [91] Q. Naevius Centurio in exercitu Fulvii Flacci Procos. excogitavit, [92] ut [93] delectos ex toto exercitu, qui velocissimi videbantur, & [94] mediocris erant staturae, [95] parmu-

LXII. *millium.* Altitudo aquae aequalis vocatur *libra.* Frontin. ibidem. *Dehinc Martia, quae capite etiam Claudia libram aequat.* Ibidem. *Ordines, & longitudines rivorum, & ordinem librae persecutus sum.* Aliud agere inceperam, ut liberem fidem. *liberare flumen* Francorum linguae *Franchir une fosse* convenit. agmen claudat purissimae Latinitatis Arbiter. *Necdum liberaveram cellulae limen, cum animadverto Enotheam cum testa ignis plena venientem.* TENN. Medic. sec. *libasset.* Petrensis *tranasset*, e Glossa. vide supra. In fine perperam *ut* post *praecepit* addunt MSS. quatuor. quod saepe notatum praecedentibus libris. *Incideren*t p. Medic. pr. OUD.

91 *Q. Naevius*] *Nonius*, *Nevius* alii pauci. *Q. Naevius* vocatur etiam Valerio Maximo l. II. c. 3. §. 3. Ed. Bononiensis *Navius.* Quod sine dubio Beroaldo debetur, quia Livio l. XXVI. c. 4. appellatur *Q. Navius.* sed dubito, an vere: nam *Navius* cognomen potius est, ut in augure *Accio Navio.* Certe *Naevium* Valerii & Frontini non temere sollicitem. OUDEND. Potius Livium e nostro & Valerio Max. censeo emendandum, quam ex illo reponendum *Navius.* Notissima in historia populi Romani sunt *Q. Naevii*, aliorumque Naeviae gentis nomina. Sed augur ille Sabinus Numae vocabatur *Attus Navius:* ut bene docuit Drakenb. ad Liv. L. I. c. 35. & humanis. IDEM *Cur. post.*

92 *Ut delectos ex toto exercitu.*] Mirum, ni procul in suas terras hinc ableganda particula *ut:* ac paulo post legendum *jubere* pro *juberent.* quemadmodum reliqua verba infinite ponuntur subsequentia, *animare*, *incipere.* STEW. *ut* delet Stew. & l. *jubere.* SCRIV. *Excogitavit jubere*, & *incipere* Latinum non est. Vulgata lectio se recte habet. Naevius hoc excogitavit, ut Fulvius Procos. juberet &c. quod ratio militaris Romanorum disciplinae postulat. OUD.

93 *Delectos*] MSS. duo *electos*, frequentissima variatione. V. l. I. 1 9. supra *in exercitu* deest in Leid. pr. OUD.

94 *Mediocris staturae*] MSS. quidam hic *melioris*, alius *naturae* agnoscit. SCRIV. *Melioris* est in Edd. Italicis. *naturae* in Palatino. Nil muta. *expediti corporis* Valerius. *Vigore & levitate corporis veloces* Livius. quales sunt mediocris staturae homines. Mutavi verborum ordinem e MSS. plerisque. Vulgo *staturae erant.* OUD.

95 *Parmulis non amplis*] Pro *parmulis* scribi voluere Parisienses, *spathulis.* sed crassus ille error est. Audi, quae postea his velitibus arma auctor noster tribuit, *galericulis, gladiisque ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare.* Parmulam, id est, minorem clypeum, tripedalem scilicet, & breviorem, quam erat equitum, ve-

III. Alexander, quum hieme [10] duceret exercitum, reſidens ad ignem, recognoſcere praetereuntes copias coepit, quumque conſpexiſſet quemdam prope exanimatum frigore, conſidere [11] loco ſuo juſſit; dixitque ei, Si in Perſis natus eſſes, in regiâ ſella [12] reſediſſe tibi [13] capital [a] foret, in Macedoniâ nato conceditur.

IV.

[a] Vulgo CAPITALE.

10 *Duceret*] J. Saresber. l. v. c. 7. *Ducens ex. reſideret*, non bene. Statim *millites praet.* Petrenſ. *copias* deeſt in Hillensb. *proſpexiſſet* Palat. Pro *prope* in Vaticano, & Edd. Italicis *quoque*. In iisdem Edd. *exinanitum*.

11 *Loco*] Lege cum 3. Reg. 1. Hill. Voſſ. *In Loco*. Curtius l. VIII. c. 4. *Demptis armis in ſua ſede juſſit conſidere*. Spartianus in Severo c. 1. *Sedit & in ſella Imperatoria, temere a miniſtro poſita, ignarus, quod non liceret*. TENN. Atqui *conſidere loco* aeque Latinum eſt, ac *in loco*. Mei omnes ſine praepoſitione praeter Gudian. & J. Saresber. qui *ſedere eum in loco ſ. j. dicens, ſi*. *Sui* Petrenſ. OUD.

12 *Reſediſſe*] MSS. *reſidere*. Q. Curtius l. VIII. *Forte Macedo gregarius miles, ſeque & arma ſuſtentans, tandem in caſtra pervenerat. Quo viſo, Rex, quamquam ipſe tunc maxime admoto igne refovebat artus, ex ſella ſua exſiluit, torpentemque militem, & vix compotem mentis, demptis armis, in ſua ſede juſſit conſidere. Ille diu nec ubi requieſceret, nec a quo eſſet receptus, agnovit. Tandem recepto calore vitali, ut regiam ſedem regemque vidit, territus ſurgit. Quem intuens Alexander, Ecquid intelligis miles, inquit, quanto meliore ſorte, quam Perſae ſub rege vivatur: illis enim, in ſella regis conſediſſe capitale foret, tibi ſaluti fuit.* Luculentum regiae humanitatis exemplum, luculentius a Rufo, quam Frontino dilaudatum, non potui hoc loco praeterire: quamquam praeter modum caſtigationum, & hujusmodi Commentariis ſint reſervanda. SCRIV. Reg. 1. Hill. Voss. *Sediſſe*. Scriv. *reſedere*. Simile Sueton. de Caeſare c. 72. *C. Oppio comitanti ſe per ſylveſtre iter, correptoque ſubita valetudine & diverſoriolo, quod unum erat, ceſſerit, ac ipſe humi ac ſub Divo cubuerit*. Hanc hiſtoriam refert Valerius l. v. 4. p. 1. ext. TENN. *Reſediſſe* ſervant MSS. mei quinque cum J. Saresber. Leid. pr. & Gudian. *rediſſe*. *ſediſſe* Vatic. Medic. ſec. Cantabr. tert. & Edd. Veteres. *ſedere* Petrenſis. *tibi* non agnoſcit Saresb. OUD.

13 *Capitale*] Lege cum 2. Reg. *Capital*. & ſic reſtitue apud Curtium, ut & l. VIII. c. 9. *Deos putant, quicquid colere coeperunt; arbores maxime, quas violare capital eſt*. Juſtin. 11. c. 7. *Capital eſſe apud Athenienſes coepit, ſi quis legem de vindicanda inſula tuliſſet*. Sueton. Calig. XXIV. *In quo riſiſſe, laviſſe, coenaſſe cum parentibus, aut coniuge, liberis capital fuit*. TENN. Utrumque Curtii locum l. VIII. 4. & 9. jam correxerant Modius & Gronovius; ac *capital* illic in MSS. eſſe nunc docuit accuratiſſi-

IV. Divus Auguſtus Veſpaſianus, quum quemdam adoleſcentem, honeſte natum, militiae inhabilem, anguſtiarum rei familiaris cauſſa [14] eductum

tiſſimus, doctiſſimusque cognatus meus Snakenburgius, neque aliter in MS. Scriverii. Ubique fere in vulgaris ſcribitur *capitale*; ubi Codices antiquiſſimi exarant *capital*; ut monitum a viris doctis ad Juſtinum & Suetonium; uti & a Salmaſio ad Vopiſci Tacit. c 9. *capital eſſet*, Gronovio ad Livium l. XXIV. c. 37. & ad Senec. l. III. Controv. 8. Quare non dubito, quin apud Valerium quoque Maximum reſtituendum ſit *capital*, de eodem Alexandri facto his verbis. *Id ei ſalutare futurum dicens, quod apud Perſas capitale exſtitiſſet, ſolium regium occupaſſe.* Ex meis autem hic *capital* exhibet Leidenſis prim. Audi inſuper, quae ſuper hoc loco ad me dedit Cl. Waſſe. Ita quidem & Curtius duobus locis, & Codex etiam D. Petri, ac Tertullian. Exhort. Caſtit. c. 7. & in plurali Livius *Capitalia auſi.* Verum elegantius *Capital.* Ita Plaut. Pandect. Sueton. Cal. 24. MSS. Vett. Juſt. II. 7. & Codex B. P. Cantabr. Gell. I. 3. *Amicus capitali perdendus.* Sic codex Pemb. ſed recte Gronov. *capitis.* Quando abſolute, fere *capital*, cum adjuncto *capitale* dixerunt. quod puto veriſſimum. Oud.

14 *Deductum ad longiorem*] Alii *edoctum ad l. o. rejeciſſet.* verum quid igitur ſequitur, *exquoravit*? Mod. Alias *edoctum*, & *eductum.* Scriv. Omnes MSS. *eductum.* Tenn. *Deductum* eſt in ora Hittorp. & Wech. ſed ipſorum textus, & veteres Edd. cum MSS. meis quoque *eductum*, praeterquam forte in Palatino. Verum omnino videtur *ad eductum* i. e. evectum, elatum. Ea enim, quae in altum exſurgunt, *educi* dicuntur. Virgil. l. II. AEn. 189.

adtollere molem
Roboribus textis, coeloque educere juſſit.

Lucan. l. II. 428.

Longior eductu qua ſurgit in aëra dorſo,
Gallica rura videt, devexasque aſpicit Alpes.

Tacit. l. II. Ann. c. 61. *Disjectasque inter, & vix pervias arenas inſtar montium eductae pyramides.* Hiſtor. l. IV. c. 30. *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato.* Adeoque non video cauſſam, cur vocem *deductum*, quae a Modio intruſa eſſet, diutius retinerem prae antiquiore & prius vulgata voce *Eductum.* Hinc autem ſimul refellitur, & ad nihilum recidit doctiſſimi Lipſii opinio l. II. de Mil. Rom. Dial. 8. qui *ad longiorem ordinem deductum* exponit *ad infimos ſeu longinquiores ordines detruſum*, quaſi antea honoratiores ordines duxiſſet. Quomodo idem capit Lucani locum l. VI. 145.

ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

quaſi qui longinquus eſſet. Contra enim ſe res habere mihi videtur, quod vel ipſa Lucani verba *ſang. m. promotus* indicant. Scaeva octavi ordinis ſive octavae cohortis inter pilanos erat centurio. Hoc enim ſatis innuit Caeſar, cum dicit *ab octavis ordinibus ad primum pilum traduxit.* Si enim inter pilanos non jam fuiſſet, addi debuit vel *haſtatorum* vel

prin-

principum. Jam primus inter pilanos sive primi pili centurio praecerat centuriis omnibus: octavus ergo inter pilanos praecerat centuriis quinquaginta tribus ex doctorum quorumdam virorum opinione; quocirca *longus militum ordo* in agmine eum sequi debebat. Frequens est locutio apud poëtas *longo ordine* pro longa serie, ubi multi sequuntur. Numquam vero *longus ordo*, notat inferiorem, posteriorem, vel simile. Multus est in hac phrasi Virgilius. De octo ejus locis en L. VI. AEn. 754.

Et tumulum cepit, unde omnis longo ordine posset
Adversos legere & venientum discere vultus.

l. VIII. 722.

Incedunt victae longo ordine gentes.

Valer. Flacc. l. v. 217.

Viridesque premunt longo ordine ripas.

Seneca OEdipo vs. 126.

Ducitur semper nova pompa morti,
Longus ad manes properatur ordo
Agminis mesti.

Stat. l. VII. Theb. 238.

longo docet agmine Grajos
Ire duces.

MSS. multi *ordine*. Nihilominus, ut dicam, quod sentio, in Lucano *longum ordinem* non tam exponi velim de ordine, quem gerebat inter centuriones Scaeva, quam de promotionis gradibus, & eum scilicet longo promotionis gradu ad quamcumque centurionis dignitatem evectum esse, sicut video, alios viros doctos capere, imo ipsum Lipsium, dum addit, *tardae promotionis.* Hoc autem loco *eductum*, ut dixi, sumendum est, pro eo, qui ex gregario milite provectus est ad centurionis gradum, sed a primo remotiorem. (Nam *longior ordo* pro uno ex primis vereor, ut Latine dici possit; alioquin hoc mallem.) De eo jam narrat auctor, quod a Vespasiano, militari disciplinae consulente, honeste e militia dimissus sit, censu ei certo adsignato, ne ad inopiam recideret, neque ignominia adfectus videretur. OUDEND. De hoc loco egit quoque Cl. Burmannus ad Lucan. VI. 145. male *deductum* servans, explicansque. Adolescens erat honeste natus, & ideo debuerat militiam auspicari a cohortis praefectura. Sed *militiae inhabilis erat.* Quia tamen angustiis rei familiaris premebatur, evectus erat, ut victum haberet, ad centurionatum, sed inferiorum ordinum, &, Ex. gr. *decimum ordinem hastatum*: ut erat in veteri sub Rep. militia apud Livium L. XLII. C. 34. *mihi decumum ordinem hastatum adsignavit*; quem locum male in *hastatorum* mutare tentat, & capit Ill. Maffejus in Museo Veron. p. 243. hinc colligens, *hastatis gregariis* militibus digniores esse. cum hastati, principes, pileni omnes erant gregarii, nisi quibus in illis ordines adsignati erant, hoc est, centuriones, seu ipsi *ordines* erant facti: unde mox eidem *primus hastatus prioris centuriae adsignatur*, id est, pro ultimo primus fit hastatorum centurio, & quidem prioris ejus manipuli centuriae: unde promovebantur ad *principes*, & hinc ad *pilanorum* ordines, quorum primus erat honoratissimus, seu *primus pilus*, sicut *hastatorum decimus* erat minimae dignitatis, & *longissimae*, seu lentissimae promotionis. Verum haec sunt tironibus nota. IDEM *Cur. post.*

15 Re-

ctum [a] ad longiorem ordinem [15] resciſſet, cenſu conſtituto, honeſta militone exauctoravit.

a Vulgo DEDUCTUM.

15 *Reſciſſet.*] Alias *rejeciſſet*, & *repſiſſet*. SCRIV. *Reſciſſet*. ſic lege. quamvis in Voſſ. & margine unius Reg. *Rejeciſſet*, ut Scriv. TENN. *Rejediſſet* etiam duo mei, & Edd. Italicae. *Rexiſſet* Medicei.

CAP. VII.

De variis conſiliis.

EXEMPLUM I.

[1] Caeſar dicebat, idem ſibi eſſe conſilium adverſus hoſtem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius, quam ferro ſuperandi.

II. Domitius Corbulo [2] dolabra, [3] id eſt, operibus vincendum hoſtem ajebat.

1 *Caeſar*] *C. Caeſar* Leid. pr. Voſſ. *T. Caeſar* tres Cantabrig. *Tiberius Caeſar* Medic. pr. male. V. Caeſar. R. Civ. l. 1. c. 71. 72. In fine *ſperandi* Hittorp. & Wech. margo. *ſibi eſſe* pro *eſſe ſibi* e MSS.

2 *Dolabra*] Pro inſtrumento dedolandi Columella uſurpat. *Quae falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abraditō.* Vegetius II. c. 25. *Habet quoque dolabras, ſecures, aſcias, ſerras, quibus materia ac pali dedolantur atque ſerrantur.* Fuiſſe inſtar ſecuris teſtatur Florus IV. c. 10. *cum argentum ejus dolabris concideretur.* Eo in proelio uſos milites Tacit. III. annal. 46. *Miles correptis ſecuribus & dolabris, ut ſi murum perrumperet, caedere teſmina & corpora.* & ff. de officio praef. vig. l. III. §. 3. ad exſtinguendum incendium. Ad muros diruendos frequentiſſime. Liv. l. XXX. *Cum muros defenſoribus nudaſſet, tum Hannibal occaſionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit.* Quia caſtra munichantur vallis, ligna autem laevigantur dolabra, ideo *operibus vincendum hoſtem* ajebat Corbulo. Juven. Sat. VIII. v. 248.

Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. TENN.

3 *Id eſt, operibus.*] MS. A. *ſenſu.* Forte *ſenſim.* Id eſt operibus. ſecuris ſtatim incidit. Dolabra paullatim idem efficit. SCRIV. *Cur. poſt. Senſu* exhibent quoque Vaticanus, Medicei, & Ed. Rom. ac Bonon. *primo* addit Leid. ſec. Verum Leidenſis pr. non agnoſcit *id eſt operibus*; quare

peribus hoſtem vincendum eſſe dicebat.

III. [4] L. Paullus Imperatorem ſenem moribus dicebat eſſe oportere, ſignificans moderatiora ſequenda conſilia.

IV. Scipio Africanus fertur dixiſſe, quum eum quidam parum [5] pugnacem dicerent, Imperatorem me mater, non bellatorem, peperit.

V. [6] C. Marius Teutono provocanti eum, & poſtulanti, ut prodiret, reſpondit, Si cupidus mortis eſſet, laqueo [7] eum vitam poſſe finire.

VI. Quum [8] deinde inſtaret, gladiatorem contemtae ſta-

a Vulgo CUMQUE DEMONSTRARET EI.

quare omnino ſuſpicor eſſe gloſſam, & quosdam *dolabra* in margine explicuiſſe *id eſt operibus*. alios per *id eſt ſenſim*, & dein ea in textum inrepſiſſe. Simile fere Tacitus l. III. Hiſt. c. 20. *tormentisne, & telis, an operibus, & vineis adgredienda urbs foret. Mox converſus ad ſingulos; num ſecures dolabrasque ſecum adtuliſſent.* Tales gloſſae apud noſtrum alibi quoque occurrunt. *Id eſt legionarios* l. II. 34. *Id eſt Epiroticam* l. II. 5. 10. OUD.

4 *L. Paullus*] Hoc exemplum retrahendum videtur ad caput proxime praecedens, ubi de moderatione pauca. SCRIV. *Cur. poſt. L.* deeſt in Leid. ſec. & Edd. Italicis. *Aemilius P.* Medic. pr.

5 *Pugnacem*] Leid. ſec. *Pugnantem*. *Pugnatorem* Vatican. Medicei, & Edd. Italicae. *diceret* Mediceus ſec. *parum quidam* vulgo: aliter MSS.

6 *C. Marius*] *Gneus* Leid. ſec. *Lucius* Medicei, & Edd. Italicae. inepte. *Theotono* Medic. ſec. In fine *cum victoria* ridicule Ed. Pariſ.

7 *Eum vitam poſſe*] MSS. *Poſſe eum vitam.* Spendoſthlabus Scytha Imperatori Joanni Tzimiscae provocanti apud Cedrenum reſpondit. Εἰ μὴ ζῆν ἔχει σχολὴν, ἔστιν μυρίαι ἄλλαι θάνατου ὁδοί. *Si vivere ei non vacet, alias plurimas eſſe vias moriendi.* Idem reſponſum dedit Antigonus Pyrrho apud Plutarchum. Τῷ Πύρρῳ πολλαὶ ὁδοὶ ἀναγίγνωσι πρὸς θάνατον, εἰ ζῆν μὴ σχολάζει. Et Auguſtus ab Antonio provocatus, apud Eundem. Πολλαὶ ὁδοὶ Ἀντωνίῳ παρεῖσαι θανάτου. Similis jocus apud Plautum Amph. I. 1. 167. cum Mercurius diuiſſet. *Geſtiunt pugni mihi.* Soſia reſpondet. *Si in me exercituru, quaeſo in parietem ut primum domes.* TENN. Medic. pr. *eſſem laq. v. p. f. poſſe eum v.* ſolus ex meis Gudian. *eum p. vit.* Voſſ. & Cantabr. Abundare videtur *ei eum*, & a ſciolis eſſe inſertum. OUD.

8 *Cumque demonſtraret ei*] *Cumque dein monſtraret.* SCRIV. Scriver. *Cumque dein monſtraret ei.* Lege cum 4. Reg. 3. Hill. Voſſ. Rom. *cum deinde ſteret*: nimirum ut iterum provocaret. TENN. Arripuit temere Keuchenius lectionem, quam Scriverius in

ſtaturae, & prope exactae aetatis objecit ei, dixitque, Si eum ſuperaſſet, cum victore congreſſurum.

VI. [9] Q. Sertorius, [10] quod experimento didicerat, inparem ſe univerſo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque, inconſulte pugnam [11] depoſcentes, doceret, adductis [12] in conſpectum duobus equis, eorum praevalido alteri, alteri admodum exili, duos admovit juvenes ſimiliter [13] adfectos, robuſtum & gracilem; [14] ac [a] robu-

a Vulgo deeſt ac.

ſti nonnullis eſſe monuit; cum in eo nullus idoneus ſit ſenſus. *Cumque demum monſtraret*, g. uterque Mediceus. *cum inde ſtaret*, g. Leidenſ. pr. *cum demonſtraret*, g. Gudian. *cum deinde ſtaret* g. tres Cantabrig. Palatin. Hinc bene Cl. Waſſe conjecit *cum deinde inſtaret, ei* g. ad Salluſt. B. Jug. c. 6. *exacta ſua aetate*. Bene dico, quod conjecerit *inſtaret*, ut & margini Stew. Ed. adleverat Scriverius, & Scriverianae Editioni Gronovius. nam ita diſerte Leid. ſec. *cum demum inſtaret*; & melius Vatican. *Cum deinde inſtaret*. Male autem retinet *ei*: quod in nullo reperitur Codice, & ſtatim quoque ſequitur *objecit ei*, quae verba deſunt in Ed. Keuchenii. *Staret* quod Tennulius recipiebat, frigidum eſt. *Inſtare* ſine caſu frequenter reperitur pro urguere, non remittere a propoſito. Livius l. II. 4. *Evincunt inſtando, ut litterae ſibi ad Tarquinium darentur*. Martial. l. XI. Ep. 24. *Cum tamen inſtaret*. Curt. l. VI. 7. 25. *Inſtitit quaerere*. Adde Heinſ. ad Sabin. Epiſt. Demoph. 82. *Inſtantes diſtulit arte procos* & ſaepiſſime. OUDEND.

9 *Q. Sertorius*] Exemplum hoc totidem fere verbis habuimus jam l. I. c. 10. §. 1. ubi vide, ne multa hic repetam. Hic vero non comparet in Leidenſi ſec. nec Mediceo pr., in quo tamen alia manu poſt finem libri quarti additur. OUD.

10 *Quod ex.*] 4. Reg. 3. Hill. Voſſ. non agnoſcunt *το quod*. TENN. Deeſt etiam in Mediceis, Vaticano, Palatino, Gudiano, Leid. pr. Edd. Rom. Pariſ. & Wech. ſupra tamen in omnibus fere rectius additur. Niſi malis demittere poſt *exercitui*, ut ſit relativum. *Imparem* abeſt etiam a Medic. pr. qui habet *R. e. non poſſe reſiſtere*, ex interpolatione. *exercitu*, ut alibi, Ed. Pariſ. OUD.

11 *Depoſcentes*] Alias *expoſcentes*. Ipſe Frontinus alibi idem exemplum commemorans. SCRIV.

12 *In conſpectum.*] *In conſpectu* Leid. pr. & Medic. ſec. vide ſupra. pro *eorum* Edd. Italicae *quorum*. Medic. pr. *in c. eorum duobus equis altero p. altero*, ut ſupra.

13 *Adfectos.*] 4. Reg. 2. Hill. Voſſ. *electos*. TENN. Septem, vel octo mei cum Edd. Ital. Pariſ. & Wech. *electos*. ſed poſtulat ſenſus *adfectos*, ut ſupra. OUD.

14 *Robuſtiori*] Addidi copu-

lam

robuſtiori imperavit, equi exilis univerſam caudam abrumpere; gracili autem [15] valentioris per ſingulos pilos vellere. [16] Quumque gracili ſucceſſiſſet, quod imperatum erat, validiſſimus cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaretur, [17] Naturam, [a] inquit Sertorius, [18] Romanarum virium per

[a] Vulgo JAM, l. S. NATURAM. R. COHORTIUM.

jam *ac* auctoritate Palatini, Cantabr. Bib. Pub. Medic. ſec. Gudiani, & Hillensb. ut ſupra. *robuſtiori vero* Medic. pr. Dein *equos ex illis* Leid. pr. forſan, ut ibidem *equo exili*. Medic. pr. *uno complexu abr. autem* exſulat ab Edd. Italicis. OUD.

15 *Valentioris p. ſ. pilos vellere*] Supra *valentiorem per ſingulos pilos vellere*; vel potius, ut illic MSS. praebent *per ſingula vellere*. Hic *valentiores* duo, *validioris* Cantabr. tert. *velaciori* Leid. pr. *evellere* uterque Medic. Praeſtat hic ſaltem *valentioris* ſc. caudam *p. ſ. pilos evellere*. Adi cit. locum. OUD.

16 *Quumque.*] *Cum* Edd. Italicae. *impreſſit* eaedem cum Medic. ſec.

17 *Jam, inquit S. &c.*] *Naturam, inquit Sertorius, Romanarum virium p. h. v. e. o. m.* MSS. SCRIV. Recte hoc monet Scriverius. Quare, ut ſupra ex MSS., hic quoque expunxi iſtud *jam* ex MSS. Tennulii & meis octo ac Edd. Rom. Bon. Par. Wech. OUD.

18 *Romanarum cohortium*] 4. Reg. 3. Hill. Voss. Scriv. *Naturam, inquit Sertorius, Romanarum virium*. Hanc in ſuis membranis quoque lectionem invenerat beatus Gronovius. Sic Juſtin. l. XII. 9. *Nec inventas illis toto orbe pares vires gloriatur*. Valer. Max. I. I. 15. *Majore pene Romanarum virium parte in execrabili ac diro ſolo jacente, nullius penatis moeroris ex-*

pertes erant. Sic MSS. cum ſit vulgo. *Virorum*. Val. Max. v. 3. 1. *Virium Romanarum & incrementum laetiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus*. III. 7. 6. *Galliarum & Ligurum vires redactas in ſuam poteſtatem*. TRNN. *Cohortium* ſupra retinent MSS. omnes. Hic vero *virium* exhibent ex meis quoque Palatin. Vatican. Medic. pr. Gudian. Cantabr. tert., & Leid. pr. cum modo nominatis editionibus. Vere & eleganter. Adi Vorſt. & Socerum meum ad Valerii locum. Lucan. l. III. 171.

Proxima vicino vires dat Graecia bello,

& crebro ille alique. ſed exemplis ipſe parco. Lubet hic potius adſcribere, quae vir doctus Gulielmus Vlamingius, in inditis obſervationibus Criticis, quae beneficio fratris politiſſimi viri, & eximii poëtae P. Vlamingii penes me ſunt, ſuper ea voce obſervavit. Arbiter Satyr. c. 89. Ilii haloſi

Inter ſepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra, & effundunt vires.

Auratus legit *Viros*: quod hodie obtinet, neque tamen placet, etſi ſatis memori Virgil. AEn. l. II. VI. 18.

Hae

per hoc vobis exemplum oſtendi milites: inſuperabiles ſunt [19] univerſos [a] adgredienti; eosdem lacerabit & carpet, qui per partes adtentaverit.

VII. Valerius [20] Laevinus Cos. quum [21] intra caſtra ſua exploratorem hoſtium deprehendiſſet, magnamque copiarum ſuarum fiduciam haberet, circumduci eum juſſit; [22] terrendique hoſtis cauſſa,

a Vulgo UNIVERSAS & EOS.

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Ineluduni caeco lateri, penitusque cavernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.

Eleganter *Vires* pro *viris* & *milite*. Thucydides l. I. Διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς οὐκ ἀνδράσι τοῖς μείζοσι ἐγγινόμενοι σῶοι; interpres. ubi vetus Scholiaſtes *δυνάμεις* exponit *στρατεύματα*. Pollux l. I. c. 10. §. 21. περὶ στρατοῦ καὶ στρατιωτῶν δοκίμων καὶ μὴ τοιούτων. στρατιῶται &c. στρατόπεδον δύναμις τάγμα. Lucan. l. IV. 723.

Mittitur, exigua qui proelia prima laceſſat
Eliciatque manu.
Ipſe cava regni vires in valle retentat.

Juſtin. l. XXX. c. I. *Trepidare igitur Ptolemaeus, legationibus miſſis quoad vires pararet.* Haec ille. OUD. In Petronii loco Vlaningium contra metrum *vires* pro *viros* legere, quod hic monere oblitus eram, monui ad Caeſ. L. III. B Civ. c. 44. Sic tamen male in MSto eſſe, dein obſervavit Burmannus. IDEM *Cur. poſt.*

19 *Univerſas*] MSS. octo, & Edd. Veteres *univerſos*. Recte. Romanos ſcilicet per Syntheſin, ut ſaepe. Sic ſtatim ſequitur *eos*, vel *eosdem*, ut eſt in MSS. ſeptem melioribus ſupra *univerſas* & *easdem*. MSS. ſequor. *eosque* Edd. Ital. *Romanorum* paullo ante male in uno MS. & Edd. VV. *Adgredienti* hic retinent libri omnes. Alibi *adgredientibus*: quod aeque valet. OUD.

20 *Laevinus.*] Sic rurſus ſcripſi, ut l. II. 4. 9. vulgo *Levinus*. Conſilium autem, quod hic narrat, placuit Imperatoribus multis Graecis, Romanis, barbaris; ut cuivis hiſtorias perſcrutato notum. OUD.

21 *Intra*] Voſſ. *in*. Mox *hoſtem* Hillensb. pro *viſendos* Leid. ſec. *intentos*.

22 *Terrendique hoſtis cauſſa*] In Mediceo primo additur *adjecit*. Quod certe non ſpernendum. *juſſit* ſuos ſpeculatorem circumduci. ſed *adjecit* ad ipſum ſe convertens ſequentia. Non diſſimile eſt illud Livii de Scipione l. XXX. c. 29. *Juſſos* (ſpeculatores) *omiſſo metu viſere omnia, per caſtra, qua vellent, circumduci juſſit; percunctatusque, ſatin' per commodum omnia exploraſſent, retro ad Hannibalem dimiſit.* OUD. Rectior hic videretur fore accuſativus *hoſtes*, ob ſequens *eorum*. Foret enim minus elegans ſyntheſis, quam exemplo priore. Immo *hoſtis* fors a librariis pro accuſativo ſcriptum eſt IDEM *Cur. poſt.*

ſtium quum tranſiluiſſet, deturbatis ex ea Poenis, eorumque armis & inſignibus inter ſuos diſtributis, multas naves hoſtium, quos ſociali habitu fefellerat, merſit.

XIII. Athenienſes, quum ſubinde a Lacedaemoniis infeſtarentur, diebus feſtis, quos ſacros Minervae extra urbem celebrabant, [35] omnem quidem colentium imitationem expreſſerunt, armis [36] tamen ſub veſte [a] celatis. Peracto [37] ritu ſuo, non ſtatim Athenas [38] reverſi, ſed protenus inde raptim acto Lacedaemonem verſus agmine, eo tempore, quo minime timebantur, agrum hoſtium,

a Vulgo TANTUM v.

potius, ut Cl. Weſſelingius etiam conjecit, *de lembo*. Per *claſſem* autem intellige magnam navem, & conſule notata ad Lucan. l. VIII. 575. *claſſemque relinquere juſſus*. OUD.

34 *In claſſem*] Sic lege ex MSS. & Edd. VV. male in Edd. Keuch. & Tennulii exſulat praepoſitio *in*. Statim etiam repoſui *tranſiluiſſet*, ex MSS. octo, & Edd. ante Keuch. V. ad l. II. 4. 11. Medicei *tranſiviſſet*. In fine *quas* Medic. ſec. OUD.

35 *Omnem quidem*] *Hominum* MS. unus, alii *omnium*. SCRIV. 4. Reg. Voſſ. 2. Hill. Scriv. *omnium*. unus Scriv. *hominum*. TENN. Quinque mei *omnium* cum Ed. Par. Cave autem, jungas *infeſtarentur diebus feſtis*. non enim tantum in Panathenaeis per ſingula quinquennia infeſtabantur, ſed ſaepius, & ſubinde. Quod cum toties fieret, Athenienſes tandem in hoc feſto hoc Strategema adhibuiſſe videntur. OUD.

36 *Tantum veſte*] 4. Reg. 2. Hill. Voſſ. *tantum & v. ſte*. Forte *armis tamen & veſte*. TENN. *Tamen & v.* exhibent meorum octo, & Edd. primae. Ceteri cum Pariſ. & Wech. Edd. *tantum &*. Sed Petrenſis vere, quod repoſui, *tamen ſub v.* Scilicet in Panathenaeis licitum erat viris arma gerere, quod docet Meurſius libro de Panath. c. 21. ex Thucydid. l. VI. p. 451. Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἐν μέρει, οὐχ ὅπλων ἐγένετο, οὐ ἔξεσι τῶν πολιτῶν τοῖς τὴν πομπὴν πρεπόντως ἐξαρτᾶσθαι. Ea igitur, ut fallerent hoſtes, ſub veſte celaverunt. Si & legas, videretur hoc contra morem fuiſſe, ut arma in hoc feſto gererent. OUD.

37 *Ritu ſuo*] Mira haec locutio videri poſſet, & eſſe corrupta, ex *ritu ſacro*, verum cum judicio ſcripſit ita auctor: cum non fuerit verus ſacer ritus, ſed fictus & ſimulatus. *Peractoretus ſuos* Leid. pr. Ceterum per *Lacedaemonem verſus* non intelige ipſam urbem, ſed agrum Laconicae ditionis, qui proxime attingebat fines Atticos. Aliter in his nulla foret veriſimilitudo. OUD.

38 *Reverſi*] Petrenſis addit *ſunt*. Pro *acto* Gudian. *apto*. *Lacedaemonem verſus* non agnoſcunt Edd. Italicae. *Agros* Medicei.

39 *Me-*

ſtium, quibus ſubinde praedae fuerant, ultro depopulati ſunt.

XIV. Caſſius onerarias naves, non [39] magni ad alia uſus, accenſas obportuno vento in claſſem hoſtium miſit, & incendio [40] eam conſumſit.

XV. [41] M. Livius, fuſo Hasdrubale, hortantibus eum quibusdam, ut hoſtem ad [42] internecionem perſequeretur, reſpondit: [43] Aliqui & ſuperſint, qui de victoria noſtra hoſtibus nuntient.

XVI. Scipio Africanus dicere ſolitus [44] eſt, hoſti non ſolum dandam eſſe viam [45] fugiendi, ſed etiam muniendam.

XVII.

39 *Magni ad alia uſus*] *Magis ad* vel *in alios uſus* Medicei, & Ed. Romana. *Magni ad alios u.* Leid. ſec. Hillensb. & Edd. Bon. ac Par. *ad alias* Leid. pr. Tandem *ad alias res u.* Petrenſis. i. e. *ad alia*, quod cum corrumpi coepit, *res* additum eſt. Dein *opportuno tempore* idem pro *vento*. Ne audias. Caeſar. l. III. B. Civ. c. 101. *Caſſius magno vento, & ſecundo completas onerarias naves taeda, & pice, & ſtupa reliquisque rebus, quae ſunt ad incendia, in Pomponianum claſſem inmiſit, atque omnes naves incendit.* OUD.

40 *Eam.*] Leid. pr. *eas.* Petrenſ. *& eam incendit*, interpolate. *Conſumi incendio* locutio eſt frequens. V. ad libertum alicujus ex Julia gente, unde nomen habet, J. Obſequentem c. 92. *AEtnae incendio Catina conſumta.* ut legendum eſſe ibi docui. OUD.

41 *M. Livius*] Cantabr. tert. *M. Lucinius Livius.* Petrenſ. *M. Livius Druſus.* perperam. Eſt enim *M. Livius Salinator*, qui frequentius tantum *M. Livius* audit. Cognomen tamen addit noſter l. I. c. 1. 9. & l. II. 3. 8. omiſſo praenomine. Idem reſponſum ejus refert Livius hiſtoricus l. XXVII. 49. *Superſint*, *inquit*, *aliqui nuntii & hoſtium cladis, & noſtrae virtutis.* OUDEND.

42 *Internecionem.*] *Internitionem* MSS. tres, & Edd. pp. *interemptionem* duo.

43 *Aliqui, & ſ.*] *Et aliqui ſuperſint* MS. Comm. Forte *Eia a. ſ.* SCRIV. *Cur. poſt. &* deeſt a tribus meis, ut in Livio. *etiam* Medic. ſec. Adridet Scriverii conjectura. OUD.

44 *Eſt.*] *Erat* Petrenſ. Statim inepte Cantabr. tert. *claudendam* pro *dandam.* Niſi quis inde legere vellet *non ſolum non cl.* ſed nihil hoc opus eſt. *dare viam, & munire* ſic jungit Livius l. XXXIX. 28. *Non iter tantum per regnum noſtrum dedi, ſed vias etiam munivi. eſſe* in Mediceo pr. deeſt. OUD.

45 *Fugiendi*] 4. Reg. 2 Hill. Voſſ. *ad fugiendum.* Veget. III. 21. *Ideoque Scipionis laudata ſententia eſt. Viam hoſtibus, qua*

XVII. [46] Paches [a] Athenienſis adfirmavit, incolumes futuros hoſtes, ſi deponerent ferrum; [47] ejusque obſecutos conditionibus, univerſos, qui in [48] ſagulis ferreas fibulas habuiſſent, interfici juſſit.

XVIII. Hasdrubal [49] ſubigendorum Numidarum cauſſa ingreſſus fines eorum, reſiſtere parantibus adfirmavit, [50] ad capiendos ſe veniſſe ele-

[a] Vulgo PERICLES.

fugiant, muniendam. TENN. *Ad fugiendum* exhibent noſtri ſepteni, & Ed. Pariſ. Abſunt autem a Mediceo pr. & Leid. ſec. *muniendum* etiam Codd. ſex, & eadem Ed. Hoc certe prave. *eſſe* addunt Medicei. In plerisque MSS. Vegetii etiam male *non eſſe muniendam.* OUD.

46 *Pericles*] *Paches* MS. SCRIV. Voſſ. 2. Hill. 3. Reg. *Paces*. quartus Reg. *Pacon*. Scriv. *Paches*. Certe ſimilis circumventio, & verborum captio in pactis narratur apud Polyaenum l. III. de Pache. TENN. Adſirmat Reuchenius, verum hujus Athenienſis nomen eſſe *Pericles*: Quo auctore id dicat, ſcire pervelim. Non id erat Periclis, cujus ſaepe apud noſtrum ſit inentio, ingenium, neque Codex ullus ita exhibet. cum tamen in ceteris locis recte Periclis nomen exhibeant. *Pacon* Medic. pr. *Pacon* Medic. ſec. & Vaticanus, qui addit *Dux*. *Paces* Cantabrig. tres, Leidenſ. pr. & Gudianus. *Paches* denique Palatin. & Leid. ſec. Nec dubito, quin vere. De Pachete (ſic enim declinandum, non *Pache*) conſule Polyaen. l. III. c. 2. Thucydid. l. III. Plutarch. in Ariſt. p. 335. & in Nicia p. 526. Diodor. Sicul. l. XII. p. m. 108, 109. OUDEND.

47 *Ejusque obſecutos*] 4. Reg. 3. IIII. Voſſ. *eisque obſecutis*. TENN. MSS. ad unum omnes, & Ed. Rom. ac Par. *eisque obſecutis* i. e. cum illi obſecuti eſſent. Vulgatam lectionem concinnavit Beroaldus; Mallem ad vitandam duritiem, *conditioni*. Num *obſignatis conditionibus*? Vix puto, pro *hoſtes* in Ed. Wech. perperam *teſtes*. OUD.

48 *Sagulis*] *Singulis* vel *cingulis* MSS. quinque, & Edd. primae. Perperam. In ſagis militaribus erat fibula, qua ſtringebantur. Conſule Salmaſium ad Trebell. Poll. Tyrannos n. 9. *Duo ſaga ad me velim mittas, ſed fibulatoria*. Livius l. XXX. c. 17. *Sagula purpurea duo cum fibulis aureis ſingulis*. OUD.

49 *Subigendorum Numidarum cauſſa*] Medicei *ſub ingens dolum Numidarum viam ing.* Edd. Rom. & Bonon. *ſubjiciens dolum Numidis ing. ſubigens dolum N. c. ing. eſt* Cantabr. tert. *ſubigens dolum* etiam Scriv. unus, Vaticanus, & Ed. Pariſ. *ſub ingens dolum* Palatin. & duo Leidd. Veram hinc Frontini mentem inveſtigent me acutiores. Num exciderunt *fic fingens dolum*? Nam *ſubigendorum N. cauſſa* cum aliis MSS. ſatis placet. *Fingens dolum* eſſet parans, ſtruens, moliens. Adi Graev. ad Juſtin. l. XXV. 3. *Repentinam fingit profectionem*. OUD.

50 *Ad capiendos*] *Ad capiendum* Medicei; ſine *ad* elephan-

elephantos, [51] quibus ferax est Numidia: [52] ut

ms, qui etiam non leguntur in Vaticano.

51 *Quibus ferax*] Gujetus. *Quorum f.* TENN. Fateor, *ferax* semper fere sibi junctum habere Genitivum, non Ablativum, ut apud Ovid. l. VII. Met. 470.

Nitidaeque ferax Peparethos olivae.

Senec. Troad. 836.

An ferax varii lapidis Carystos.

Valer. Flacc. l. VI. 102.

Niveumque ferax Euarchus olorum.

Tacit. l. IV. Ann. c. 72. *Ingentium belluarum feraces saltus.* Qui locus maxime Gujeti opinionem firmat, & sic apud alios passim. Pro multis consule notas N. Heinsii ad Ovid. Am. II. 16. 7.

Terra ferax Cereris, multoque feracior uvae.

ubi vulgo erat *Cerere* & *uvis*, ac Cl. Burmanni ad Quinctil. Declam. XIII. c. 2. *Agellus non frumenti ferax*: vulgo illic quoque, & in MSS. plerisque *frumentis*. Immo, nam quid dissimulem, in Petrensi Codice clare exaratur *quorum*; quare, nisi is codex mihi de interpolatione esset suspectus, manum lubens Gujeto darem. Nunc adhuc vulgatum retineo, praesertim cum ex Plinio citent quoque l. V. Epist. 15. *ferax bonis artibus seculum.* Quod tamen ego illic reperire nequivi. OUD. Ablativum hunc Grammatici veteres & recentiores quidam cum aliquot MSS. obtrudunt Virgilio L. II. Georg. 222. *Illa ferax oleo est*: uti certe *fecundus frumenti*, & *frumento* &c. dicitur. In pluribus tamen & antiquioribus est *oleae*. V. Comment. Nam quod pro ablativo ex Plinio citent quidam L. IV. (non V.) Ep. 15. *Vellem tam* ferax seculum bonis artibus *haberemus*. nihil is locus probat. Ibi enim est dativus. Intelligit *ferax hominum, bonarum artium cultorum*: ut ferme exponit Catanaeus, sive per quos bonae artes excolantur & augeantur. Idem enim Plinius aliis locis genitivum τῷ *ferax* jungit. ut L. II. Ep. 17. §. 15. quarum arborum *illa vel maxime* ferax *est terra*. L. VIII. Ep. 2. §. 2. miraculorum ferax *commendatrixque terra*. Quapropter etiam in Frontino e Cod. Petrensi *quorum* reponendum arbitror. Dativo junxit, ut Plinius, etiam Lucanus L. II. 430.

Tunc Umbris Marsisque ferax.

hoc est, in usum Umbrorum & Marsorum: quomodo Sever. in Aetna, vs. 261.

Fertilis haec segetique feracior, *altera* viti.

In MSto Hulsi. Solini c. 21. *Ager opimus & ferax frugibus.* ubi in aliis glossa est *bonus frugibus.* Virgil. L. IV. Georg. 128. dixit;

nec fertilis *illa* juvencis
Nec pecori *opportuna seges.*

Eodemque modo *fecundus* dativum ejus personae vel rei, in cujus usum est fertilitas, habet, sed genitivum vel ablativum ejus rei, quam profert. Vide Wass. & Cort. ad Sallust. B. Jugurt. c.

52 ut hoc permitterent, poſcentibus 53 ſecuritatem promiſit, 54 & a ea perſuaſione avocatos adortus ſub leges redegit.

XIX. 55 Alcetas Lacedaemonius, ut Thebanorum commeatum facilius ex 56 inopinato adgrederetur, in occulto paratis navibus, tamquam unam omnino haberet triremem, vicibus 57 in ea remigem exercebat: quodam 58 deinde tempore o-

a Vulgo ET EX EA P.

17. *arbori infecundior.* Burm. ad Lucan. L. IX. 696.

——— *fecundaque nulli*
Arva bono.

Sive in nullam bonam rem. De elephantina Hasdrubalis venatione vide Appian. in Punic. p. 9, 10. Ed. Toll. IDEM *Cur. poſt.*

52 *Ut hoc permitterent*] Leidenſes, Mediceі, Hillensb. & Ed. Par. *Ut per hoc perm.* & ſtatim *ſecuritatem* praeter Tennulii Codices ſex non agnoſcunt quoque ambo Leidenſes, Cantabrigienſes tres, Palatinus, Gudianus, Vaticanus, Medic. ſec. nec Ed. Par. ſ. *ſecuri atem poſcentibus* Edd. Italicae. Mox *permiſit* duo Cantabrig. Petrenſis tantum *permitterent eum ingredi, & ea perſ.* Vitioſa ſine dubio eſt vulgata lectio, & non perſananda, opinor, niſi ope meliorum Codicum. OUD.

53 *Securi atem.*] Hanc vocem 3. Reg Voſſ. 2. Hill. non agnoſcunt. TENN.

54 *Et ex ea*] Praepoſitio *ex* non occurrit in Voſſ. & uno Hill. TENN. Non comparet praepoſitio in Palat. Petrenſi, Cantabr. tert. Gudiano, Leidenſi primo, aliisque. Et ſane abeſt rectius, ut ſupra aliquoties. *advocatos* dein perperam MSS. multi, & Edd. VV. OUD.

55 *Alcetas*] Hiſtoria eſt apud Xenoph. l. V. Ἑλλ. Ἀλκέτας ὁ Λακεδαιμόνιος φυλάττων Ὄλυνθ, ἐν ᾧ ἐπεῖνοι συνεπέπτωτο τὸ σῖτον, ἐπλήρωσατο τριὰς τριήρεις. Ἐπεπλήθεσαν ὅπως μὴ ἐξαγάγοιεν. Ἐπεὶ δὲ ἐξήγοντο οἱ σῖτοι, λαμβάνει Ἀλκέτας τότε σῖτον καὶ τὰς τριήρεις. Polyaenus l. II. eſt mutilus (c. 7.) TENN.

56 *Inopinato*] Leid. ſec. & Ed. Rom. *opinato.* pro *triremem turrem* habent Mediceі, & Edd. Italicae.

57 *In ea*] Voſſ. 4. Reg. 2. Hill. *in eam.* TENN. *In eam* habent etiam mei, exceptis 2 Cantabrigienſibus, & Editiones Rom. Bon. Par. ac Wech. ſed in Mediceis, & Italicis Edd. ſcribitur *commeatibus in eam exercebat* vel *exercebant* deleto τῷ *remigem*, pro quo *remiges* Leid. ſec. Polyaenus ait ἐς ταύτην τριήρη ἀεὶ μέρος ἐμβιβάζων τῶν στρατιωτῶν. Exercuit eos igitur in ipſa triremi. Sed *exercere* eos *in triremem* nihilominus potuit, ut ſcilicet diſcerent motum, & agilitatem ejus triremis; qua vi, quave remiſſione in variis flexibus remigare deberent. Ceterum ſimile Strategema refert Caeſar l. III. B. Civ. c. 24. Adde Nepot. in Dione c. 9. OUD.

58 *Deinde*] Petr. *demum.* Ed. Rom. *q. d. opere. Thebanes* ſc. naves etiam Mediceі, & Edd. Ital. *transnavigans* Leid. ſec. & Cantabr. tert. *transnavigatis* Petrenſ.

59 Ad

omnes naves in Thebanos transnavigantes inmiſit, & commeatibus eorum potitus eſt.

XX. Ptolemaeus adverſus Perdiccam, exercitu praevalentem, ipſe invalidus, omne pecudum genus, religatis [59] a [a] tergo, quae traherent, [60] ſarmentis [b], agendum per paucos curavit equites: ipſe [61] praegreſſus cum copiis, quas habebat, effecit, ut [62] pulvis, quem pecora excitaverant, ſpeciem magni ſequentis exercitus moveret; cujus [63] exſpectatione territum [64] vicit hoſtem.

XXI. [65] Myronides Athenienſis adverſus Thebа-

a Vulgo AD TERGUM. b Vulgo CARPENTIS.

59 *Ad tergum*] Voſſ. 2. Reg. 1. Hill. *a tergo*. TENN. *A tergo* etiam Gudian. Leid. ſec. Petrenſ. & Cantabr. ſec. vere, ut l. III. 9. 3. *Scutis gladiisque a tergo aptatis*. Ubi vide. Non ad tergum, ſed caudas religata erant ſarmenta. *a tergo*. i. e. a poſteriore parte. OUD.

60 *Carpentis*] Mordicus hoc retinent MSS. omnes, niſi quod Medic. pr. *carpentas* habeat; cum pateat, ſcribendum eſſe *Sarmentis*, ut pulvis excitaretur. Ut bene conjecit Cl. Weſſelingius. Polyaenus idem Strategema deſcribens l. IV. c. 18. Προστάξαν ἑκάστῳ ζώῳ φρυγάνων φορτία ἑλκύσαι. *frondoſos ramos per terram trahere* in ſimili re Livius, & noſter l. II. c. 4. §. 1. ubi omnino conſule, quae notavi. *trahebant* Hillensb. OUD.

61 *Praegreſſus*] *Progreſſus* Medicei, & Edd. Italicae; *ingreſſus* Vatican. *pergreſſus* Palat. dein *efficit* Cantabr. tert.

62 *Pulvis, quem*] 1. Hill. *Pulvis, quam*. Decepit ſaepe hoſtem pulvis, ut Lacedaemonios Frontin. II. c. 2. n. 12. Caſium Flor. IV. 7. TENN. *Quam* etiam Arcerian. *Pulvis* feminino genere dici probat Keuchen. Adde Propert. II. 10. 35. *Arida pulvis*. Aliter tamen ſolet noſter, quare talia non intruſa velim. OUD.

63 *Exſpectatione*] *Inſpectatione* Leid. ſec. & *moneret* ſuprà Hillensb.

64 *Vicit h.*] Medic. ſec. & Ed. Rom. *fecit h.* Ed. Bonon. *fregit h.* eleganter, ſed vereor, ut vere, & ne ab emendatione Beroaldi ex τῷ *fecit* potius ſit, quam e MSto Codice. *frangere hoſtes*, eorumque animum dici ſexcenties, nemo non novit. OUD.

65 *Myronides*] Ita lego. vulgo *Myrodines*. SCHIV. *Myronides*. ſic l. Nam Graecis Μυρωνίδης. 4. Reg. hic, & l. II. c. 4. n. 11. dant *Mironides*, Wechel. *Myrodines*. TENN. MSS. & veteres ante Wechel. Edd. recte *Myronides* vel per *i* more ſolito. Monuit ita reſcribendum eſſe Caſaubonus ad Polyaen. l. I. 35. 2. Aliud ejus dictum refert Plutarch. Apophth. p. 185. OUD.

ſumma eis promitteretur, non dubitavit pollice-
ri: quia aut victoribus ex ſpoliis hoſtilibus pote-
rat dare, aut [128] interfectis, exſolvebatur [129] pro-
miſſo [a].

XXXVI. Q. Maximus transfugere ad hoſtes volentem [130] Statilium, nobilem clarae operae equi-

a Vulgo PROMISSIO.

128 *Interfectis*] Leid. ſec. pro Var. Lect. *victis*, & ita Petrenſ. qui habet *victi non repeterent promiſſum*. ac Ed. Pariſ. & hoc placet propter oppoſitionem Keuchenio. *Interfectis* Leidenſes, Medicei, Hillensberg. & Voſſian. *Infectis* Scriverii unus. An *confectis* i. e. interfectis, occiſis? vel *interceptis?* vid. l. II. 4. 16. *cum omnibus copiis interceptus eſt.* OUD.

129 *Promiſſo.*] Scio, rem ipſam ſaepe *exſolvi* dici, quam quis praeſtare erat coactus: *exſolvere fidem, debitum, culpam, praemia*, & ſimilia, atque ita ipſe repoſui in Lucano l. VII. 252. *gladioque exſolvite culpam.* cum vulgo legeretur *gladiosque exſolvite culpa.* Verum hoc loco videtur id non convenire. Promiſſio enim interfectis hominibus exſolvi nequit, ut ſenſus deberet eſſe in oppoſitione, quam hic adhibet auctor. Quare mecum lege e duobus Leidenſibus *promiſſo.* Cato aut poterat dare pecuniam victoribus, i. e. ſi eſſent victores, aut exſolvebatur ſuo promiſſo, *interfectis* i. e. ſi eſſent interfecti. Sic §. 24. *eos ſua fide & ipſorum metu exſolutos recepit. Exſolvere religione, poena, curis*, & talia ſaepius invenias. Petrenſ. *promiſſum:* quod ipſum praeferebat Cl. Waſſe, quia hiſtorici magis amant *promiſſum* dicere, quam *promiſſionem.* OUDEND.

130 *Statilium nobilem*] Comparem exemplum ſupra l. III. c. 16. §. 1. Si non idem hic, legendumque totidem fere quidem apicibus, ſed lectione multum variante, & abeunte a vulgata *volentem Bantium Nolanum cl. op. eq.* Vide hic Livium l. XXIII. f. 233. SCRIV. *Cur. poſt.* Errat Celeb. Scriverius; cui tamen errori facilis eſt venia, partim, quod haec facta ſibi tantopere ſint ſimilia, Cl. ſcilicet Marcelli, & Q. Fabii Maximi, partim, quod Valerius Maximus illum in hanc opinionem inducere potuerit. Is enim ait l. VII. c. 3. §. 6. *Fabius Maximus cum praecipuae fortitudinis Nolanum peditem dubia fide ſuſpectum.* &c. quod aperte falſiſſimum eſt, & pejus a Pighio additum, Plutarchum cum Valerio conſentire. *Marcellus Nolanum Bantium ita ſibi reconcilia-vit*, non peditem, ſed equitem, ut cum Livio, & noſtro clare enarrat Plutarchus in ejus vita; ut ſupra vidimus. Fabius vero non Nolanum, ſed Marſum hominem eodem pacto ſibi denenit, ut idem Plutarchus in Fabio p. 185. ubi rem iisdem pene verbis, quibus Frontinus, commemorat. Huic adde Aurel. Victor. in Fabio c. 43. *Manlium Statilium transfugere ad hoſtes volentem equo, & armis donatum retinuit.* Sic MSS. vulgo *donatis.* Pro *Manlium* iidem *Marium.* Sine dubio verum eſt *Marſum*, ut viri docti illic jam notarunt. De Lucano & ejus ſcorto, quod ſe-

qui-

claves dixit, ſi idem omnes Hennenſes [74] cenſuiſſent. Ob eam cauſſam [75] univerſa multitudine convocata in theatrum, & idem flagitante, manifeſta deficiendi voluntate, ſigno militibus dato, univerſos Hennenſes cecidit.

XXIII. Iphicrates, dux Athenienſium, claſſem ſuam hoſtili habitu inſtruxit, & ad eos, quos ſuſpectos habebat, invectus, quum effuſo ſtudio excideretur, deprehenſa eorum perfidia, oppidum [76] diripuit.

XXIV. [77] Ti. Gracchus, quum edixiſſet futurum, ut ex volonum numero fortibus libertatem

delenda eſt. Non minatus iis eſt Pinarius, ſe redditurum claves iis, dum adſiſtebant ſibi milites, ſed tantum, ſe redditurum eas illis adſiſtentibus prima luce, ſi omnes idem cenſuiſſent. Livius. *Tum Pinarius: at illi, ſi ad conſulem gravarentur mittere, ſibi ſaltem darent populi concilium: ut ſciretur, utrum paucorum denunciata, an univerſae civitatis eſſent. Conſenſu in poſterum diem concio edicitur.* Pinarius tum, *convocatis militibus inquit* &c. Adde Polyaenum l. VIII. c. 21. Quia autem pro *ſi* in Vaticano eſt *ſimul* in Edd. Italicis *ſic*, forſan conjicias *ſimul* addendum eſſe *τῶ adſiſtentibus.* Quidquid hoc ſit, delevi *τῶ militibus* auctoritate MStorum, & hiſtoria ac ratione jubente. Abſurdum enim foret. OUD.

74 *Cenſuiſſent*] MS. *conſuluiſſent.* SCRIV. F. *conſenſiſſent.* IDEM *Cur. poſt. Senſiſſent* Medic. antiquior. In Edd. Italicis, Mediceo altero, & Vaticano ſcribitur tantum *idem omnes Hennenſes occidit*, ceteris omiſſis.

75 *Univerſa*] Leid. ſec. *Hennenſium.* ſtatim *in theatro* Petrenſ. in fine *occidit* Leid. pr. & Edd. Italicae prave.

76 *Diripuit.*] *Dirupit* Medic. ſec. Ed. Pariſ. & Hitt. ac Wech. margo.

77 *Tigracus cum edixiſſet futurum, ut ex Volonum numero.*] En quam portentoſa nomina invexerint illi, monſtrorum potius, quam hominum digni nomine. Voces, quae coaluerunt ex notis, ita diſtrahamus *Ti. Gracchus.* Illis vero librariis non fortunam caſumque ſeditioſorum Gracchorum, ſed mentem meliorem optemus. Nihil erat hac emendatione facilius: quare miror, tot correctores hoc mendum non animadvertiſſe. STEW. *Tiberius Gracchus.* Ita legendum. vulgo monſtroſe *Tigracus.* SCRIV. Reposui *Ti. Gracchus* ſolemni ſcriptura veterum, & auctoritate Palatini, Voſſiani, Hillensb. Leid. pr. Cantabr. ſec. duo habent *T. Graccus.* Mediceus pr. Petrenſ. Cantabr. tert. omnibus litteris *Tiberius Gracchus.* De reſtitutione hujus vocis primum per Stewechium factae nemo dubitare poteſt, qui legerit hanc rem plenius, & pulcherrime enarratam a Livio l. XXIV. c. 14. & ſeqq. OUDEND.

natum sibi, quod tres filias inops vix aleret, nec a rege adjuvaretur; monentibus quibusdam, uti eum caveret; Quid si, inquit, partem corporis aegram haberem, [136] abscinderem [a] potius, quam curarem? deinde familiariter [137] secreto elicitum Pythiam, accepta difficultate necessitatum domesticarum, pecunia instruxit: ac meliorem fidelioremque habuit, quam habuerat, antequam offenderet.

XXXVIII. [138] T. Quinctius Crispinus, post infaustam adversus Poenos dimicationem, qua collegam Marcellum amiserat, quum [139] comperis-

[a] Vulgo ABSCINDEREM.

minatis consulatibus extulit. Germania 1. 38. *Excipit filius, non ut caetera maximus natu, sed prout ferox bello & melior.* Justin. IX. c 2. *Neque vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent.* Lucilius l. XXX.

Calvus Palatina vir nobilis ac bonus bello.

Sic Hesiodo ſ. a v. 205. Accipiter dicitur Lucinia πολλὸν ἀρείων, robore praestantior. Horat. l. 1. Od. 15.

Ecce furit te reperire atrox
Tydides, melior patre.

Thucydides l. VII. Τὸ ἀνδρεῖον εἶναι ἐν τῇ ἀνδρείᾳ ἐπιδείκνυμι. TENN. Adde Keuch.

135 *Alienatum.*] *Alienatos* Leid pr. Gudian. & Petrenſ. cum Ed. Pariſ. *qui* pro *quod* Medicei, & Leid. ſec. *uti eum caveret* deſunt in Vaticano, & Medic. pr. in quo ad marginem leguntur. *ab eo* Medic. ſec.

136 *Abſcinderem*] 4. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Abſciderem*. TENN. *Abſciderem* Leid. pr. Voſſian. & Medic. antiquior cum Ed. Pariſ. Vere. Ovid. l. XII. Metam. 362.

Abſcidit jugulo pectusque, humerumque ſiniſtrum.

Lucan. l. III. 33.

Abſcidis fruſtra ferro tua pignora.

ubi vide, & ſupra ad l. 1. 4. 7. ac paſſim. OUD.

137 *Secreto*] Petrenſ. *& ſecreto*, non male. Vocem hanc deletam maluit Lipſius. Pro *elicitum* Petrenſ. *acceſſitum*, Cantabr. tert. *ductum*. Rectum eſſet *ſeductum*. Mox *offenderet* MSS. tres inepte. OUD.

138 *T. Quintius Criſpinus.*] *Quintus Criſpinus, Q. Sertorius, Q. Sempronius* ineptiſſime MSS. quidam, & Edd. antiquae cum Wech. marg. *T. Quintius*, vel potius *Quinctius Criſpinus* hanc cautelam adhibuit, rem latius docente Livio l. XXVII. c. 27. 28. OUD.

139 *Comperiſſet*] 2. Reg. Voſſ. & 1. Hill. *Cognoviſſet*. TENN.

riſſet, potitum [140] annulo interfecti Hannibalem, [140*] litteras circa municipia totius Italiae [141] dimiſit, ne crederent epiſtolis, ſi quae Marcelli annulo obſignatae perferrentur; [142] monitione [143] conſecutus [a], ut [144] Salapia, & aliae urbes fruſtra Hannibalis dolis tentarentur.

XXXIX. Poſt Cannenſem cladem [145] perculſis ita Romanorum animis, ut pars magna reliquiarum nobiliſſimis auctoribus deſerendae Italiae iniret conſilium, P. Scipio adoleſcens admodum, inpetu facto, [146] in eo ipſo, in quo talia agitabantur, coetu pronuntiavit, manu ſe ſua interfectu-

[a] Vulgo cons. est.

140 *Annulo.*] MSS. optimi alibi paſſim *anulo*. Gloſſae, Notae Tyronis XVII. 1. MSS. Plauti, Terentii, & ibi Codex Dunelmenſis Veterrimus, quem olim cum Edd. contulimus. Haec monere operae pretium viſum fuit Clariſſimo Waſſeo. Oud.

140* *Litteras circa municipia — dimiſit*] Lege *circum*. ut apud Sueton. Aug. c. 64. *Conſules deſignatos circum provincias exercitusque dimiſit*. Vide ad Hirt. B. Afr. c. 3. Sueton. in Ner. c. 28. *Circum conventus mercatusque Graeciae*: ubi vulgo idem error, ut ſaepe. Forſan & L. I c. 11. §. 9. *Circa ea duci equos* ſcribendum *circum*. Polyaenus habet περιάγων ἵππους. *Circa ducere* eſt περιάγειν. Oud. *Cur. poſt.*

141 *Dimiſit*] *Miſit* MSS. Scriv. *Miſit* Petrenſ. Edd. quaedam male *demiſit*. Mox *annulis* Leid. ſec. *annuli abſ.* Leid. pr.

142 *Monitione*] Petrenſ. *qua ratione*. bene, ſed vereor, ut a Frontini manu ſit, ut ſtatim patebit. Oud.

143 *Conſecutus eſt.*] Deeſt ſubſtantivum verbum in Cantabrigienſibus, Leid. ſec. Vaticano, aliisque, & Edd Rom. Bon. ac Wechel. Recte & noſtri mores quare delevi. Si retineri *eſt* veles, *ea* vel *haec* ante *monitionem* ſalem praecedere deberet. Oudend.

144 *Salapia*] Leid. ſec. *Salpic.* Quod frequens eſt in MSS. Adi ad Lucan. l. v. 377. *Salapina* vel *Salpina palus*. Pro *fruſtra* perperam Medic. pr. *ut ſertur*. Oud.

145 *Perculſis.*] Mediceus, & Edd. Italicae *percuſſis*, non bene.

146 *In eo ipſo*] Petrenſ. *facto in eum ipſum coetum*. Non recte. Adi Livium lib. XXII. c. 53. & Valer. Max. l. v. 6. 7. *In quo* Hillensb. caret praepoſitione. Dein *niſi quis* Palat. & Medic. ſec. *juraret* Petrenſ. Mox *primus ſe* e MSS. vulgo *ſe primus*. In tribus deeſt *ſe*. *Religioni* mallet Keuchenius contra MSS. Mihi nihil mutatione opus videtur. *Religione* eſt ſacramento, ſeu jurejurando. Cicero l. II. in Verr. c. 72. *Obligentur non ſolum jurisjurandi periculo, ſed etiam communi inter ſe conſcientia*. Oudend.

ſturum, niſi qui juraſſet, non eſſe ſibi mentem deſtituendae Reipublicae. Quumque ipſe primus ſe religione tali obligaſſet, ſtricto gladio mortem uni ex proximis minatus, niſi acciperet ſacramentum, [147] illum metu, ceteros etiam exemplo coëgit ad jurandum.

XL. Volſcorum caſtra quum prope [148] a virgultis ſilvaque poſita eſſent, Camillus ea omnia, quae [149] conceptum ignem usque in vallum perferre poterant, incendit, & ſic adverſarios exuit caſtris.

XLI. [150] P. Craſſus, bello ſociali, eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus eſt.

XLII. [151] Q. Metellus in Hiſpania caſtra moturus, quum in agmine milites * continerent ſe intra caſtra, [152] Hermocrates detentos eos [153] poſte-

147 *Illum metu*] Palat. *illud minatu*. Medic. pr. & Edd. Italicae *ille metuens*. Medic. ſec. *illius metu*. Vatican. *ille metu juravit*. Petrenſ. & Leid. pr. *ill. metu nec*. Nil muta. ſimile quid l. I. II. 3. Verum ſequentia *coëgit ad jurandum* minus ſana aliquis putet, ſcribendumque *ad jusjurandum*: ut *ad jusjurandum adigi*, Caeſar l. VII. B. G. Apud Gellium tamen l. XII. c. 5. eſt *hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi*. Immo & apud Nepot. in Them. c. 4. *Ad depugnandum cogerentur*. OUD.

148 *A virgultis ſilvaque*] Hoc & ſeq. exemplum habuimus jam l. II. c. 4. §. 15. 16. ubi dixi, videri mihi legendum eſſe *prope virgultas ſilvas*, vel *virgultas ſilvamque*. Et ſane eo ducunt nos hic quoque MSSti Codices. nam pro *a virgultis* Vatican. & Edd. Italicae *a virgulis*, Leid. pr. *a virguli*. Medic. pr. *virgultis ſilvarum*. Med. ſec. *prope virgas ſilvamque*. Leid. ſec. & Cantabr. tert. *prope virgulas ſilvamque*. *prope ſilvam* modo Petrenſ. vide ſupra. OUD.

149 *Conceptum*] Edd. Italicae *exceptum*. *ad vallum* Voſſ. *proferre* idem, & Medic. ſec. *praeferre* Palat. perperam. Vide, quae dixi ibid. ubi vulgo ſcribebatur *proferre*. OUD.

150 *Craſſus*] *Perſes* Edd. Italicae. *Petilius Cr.* Medic. pr. *M. Craſſus* Palatin. ut ſupra vulgo edebatur, ubi oſtendimus *P.* eſſe ſcribendum. OUD.

151 *Q. Metellus.*] Praenomen deeſt in Leid. ſec. & Edd. Italicis.

152 *Hermocrates*] Quomodo milites *in agmine* ſe poſſunt continere *intra* caſtra, quidve Hermocrati Syracuſano negotii cum Q.

ſtero die habilioribus jam ſuis tradidit, bellumque confecit.

XLIII. Miltiades, quum ingentem Perſarum multitudinem apud [154] Marathona [a] fudiſſet, Athenienſes circa [155] gratulationem morantes compulit, ut feſtinarent ad opem urbi ferendam, quam claſſis Perſarum petebat. Quumque [156] praecucurriſſet [b], [157] inpleſſetque moenia armatis, Perſae rati ingentem eſſe numerum Athenienſium, & alio milite apud Marathona pugnatum, [158] alium pro muris ſuis obponi, [159] circumactis extemplo navibus Aſiam repetierunt.

XLIV.

a Vulgo MARATHONEM & ſtatim. *b* Vulgo PRAECURRISSET.

Q. Metello in Hiſpania? de utroque alia habuimus exempla ſupra. Sine dubio hic exciderunt quaedam, quare locum aſteriſco notavi. Secure haec tranſiliunt reliqui Interpretes. Factum hoc Hermocratis refert Cl. Waſſe ad hiſtoriam, quam narrat Polyaen. l. 1. 43. §. 2. aliique, ut *habilioribus* intelligatur de militibus, qui crapulam heſternam edormiverint. ſed hujus hiſtoriae meminit & noſter l. II. c. 9. §. 7. *caſtra moturus eſt in aqm.* Leid. pr. *in* deeſt in ſec. OUD.

153 *Poſtero*] Voſſ. 1. Reg. 1. Hill. *poſtera die.* TENN. *Poſterâ* Gudian. perpetua variatione, ut ſaepius monendum fuit. OUDEND.

154 *Marathonem*] MS. *Marathona*, ſic & infra proxime. SCRIV. MSS. *Marathona.* Sic ſtatim Auctor & Nepos flectit hunc caſum: ut *Lacedaemona. Babylona.* l. III. c. 7. n. 4 *Eurymedonta.* TENN. *Marathonam* Medicei, & Leid. ſec. Ceteri omnes hic, & infra quoque Leid. ſec. *Marathona*, veriſſime. Sic habuimus *Salamina*, *Crotona*, *Enipea*, *Perſida*, aliaque. Vide ad l. II. 3. 6. OUD.

155 *Gratulationem*] Addit Petrenſ. *ejus.* Mox *qua claſſis* Hillensb.

156 *Praecurriſſet*] Voſſ. 2. Reg. 2. Hill. *praecucurriſſet.* TENN. *Praecucurriſſet* vel *percucurriſſet* ſeptem etiam mei, recte. Quod ſupra habuimus ſaepius. Vide Indicem in notas. OUD.

157 *Inpleſſetque.*] Medic. pr. & Edd. Italicae *inpleſſentque.* Dein idem *numerum armatorum Athen.*

158 *Alium*] Vaticanus, Medicei, Leidenſes, Hillensb. Edd. Rom. Pariſ. *alio.* Hinc Beroaldus in Bonon. fecit *alios.* In fine Edd. Keuch. & Tenn. *exemplo*, typothetarum, opinor, vitio pro *extemplo*, vel *extimplo*, ut multi Codd. ubique exhibent. OUD.

159 *Circumactis*] Retro actis. Seneca Natur. l. II. c. 24. *Sicut aquae natura defertur: ſi tamen aliqua vis acceſſit, quae illam circumageret, illo intenditur, unde imbre dejecta eſt.* Florus III.

XLIV. Pisistratus Athenienſis, quum excepisſet Megarenſium claſſem, [160] qua illi ad Eleuſin [161] noctu adplicuerant, ut [162] operatas Cereris ſa-

21. *Impatiens injuriae ſtatim Sylla legiones circumegit.* TERENT. Supra I. 4. 11. *Circumactas naves adpulit Siciliae*, & crebro. OUD.

160 *Qua*] Mediceus ſec. Palatin. & Edd. Italicae *quam*. Nil muto. *adplicare* pro *adpellere* ſine accuſativo occurrit alibi. l. III. 16. in f. *mentitus, naves litori adplicuiſſe.* Juſtin. II. 4. *Hercules ad litus Amazonum adplicuit*, & ſaepe. Quamquam alioquin Accuſativum non damno. Utrumque enim in uſu eſt. *Adplicaverant* Leid. ſec. *ad Eleum* Edd. Italicae. OUD.

161 *Noctu*] Quia, ut Scaliger ad Juſtin. II. 8. docuit, Eleuſinia celebrabantur nocte, quae ſequebatur Τὴν πανύστατον πανσελήνου, ſtatim poſt occaſum ſolis, plenilunio. TERENT. *Noctu* male deeſt in Hillensb. *nocte* Leid. pr. Rem narrant Herodotus, Juſtinus, & AEneas Tacticus c. 4. aliique. Infra *eademque, quae c.* minus bene Edd. Bonon. & Pariſ. *ſuos* abeſt a Hillensb. OUD.

162 *Operatas*] *Operari* eſt ſacrificare. Gloſſae antiquae. operari, ἱερεύειν, ἱερωσύνη. Horat. I. III. Od. 14.

Unico gaudens mulier marito
Prodeat, juſtis operata Divis.

Virgil. I. Georg. 339.

Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis.

Tibull. II. Eleg. 5.

Tunc operata Deo proles discumbis in herba.

Gratius de Sacerdotibus Dianae AEgyptiis. vſ. 42.

Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia linu
Velatur ſonipes aeſtivi turba Canopi.

Ad quem locum videndus Janus Vlitius. Sic *facere* eſt *ſacrificare*. Virg. Eclog. III. 77.

Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe veneto.

Tibull. IV. 6.

Ter tibi ſit libo, ter Dea ſancta, mero.

Livius. *Hoſtia Diis fieri.* Unde corrigendus Cenſorinus lib. de die nat. c. 2. *Quid cauſae ſit, ut merum ſundendum genio, non hoſtia faciendum* (ſic Ed. V.) *putaverit.* Nam *facere*, cum eſt ſacrificare, jungitur ablativo, nunquam accuſativo; ut male edidit Lindenbrogius *Hoſtiam faciundam.* Alius indoctior ad oram adſcribi juſſit. *Hoſtiam feriendam.* Plutarch. l. VIII. Symp. 8. Ἔρδειν μὲν ἱκάλει καὶ ῥέζειν, ὡς τι μέγα δρῶντες τὸ θεῖον ἐμφέχον. Imo a ῥέζειν, ἱερεῖα, ἱερεῖα veniunt ὄργια Bacchi Sacra. Athenaeus l. XIV. c. 23. Ὅμηρός τι τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει. *Homerus facere dixit ſacrificare.* Ibidem. Καὶ εἰ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον. Sic utitur Heſiodus I. vſ. 135.

Οὐδ' ἔρδειν μακάρεσσιν ἐπεὶ ἱερεῖα καὶ ἁγνὰ.
Neque ſacrificare beatorum ſacris in aris.

Ele-

ſacro feminas Athenienſium raperent, magnaque edita caede eorum, ultus eſſet ſuos, eadem, quae ceperat, navigia Athenienſi milite complevit, quibusdam [163] matronis habitu captivarum in conſpectu locatis. Qua facie decepti Megarenſes, tamquam ſuis, & cum ſucceſſu renavigantibus, [164] effuſe obvii [a], inermesque, rurſus [165] obpreſſi ſunt.

XLV. [166] Cimon, dux Athenienſium, victa claſſe Perſarum apud inſulam Cypron, milites ſuos captivis armis induit, & eisdem barbarorum navibus ad hoſtem navigavit in Pamphyliam apud flumen

[a] Vulgo EFFUSI OBVII.

Elegans jocus eſt apud Macrob. II. Saturn. 92. Catonis. Q. Albidium quendam, qui ſua bona comediſſet, & noviſſime domum, quae ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, *propter viam feciſſe* dicebat: quod comeſſe non potuerit, id combuſſiſſe. Sacrificium erat apud Veteres, quod vocabatur *propter viam*: in eo mos erat, ut, ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. TENN.

163 *Matronis h. captivarum.*] Edd. veteres. *Matronarum h. captivorum.* inepte. *ut ſpeciem captivarum matronarum praeberent* Juſtin. Mox *cum ſucceſſ.re* Paſat. *cum ſucceſſura nav.* Hillensb. & Ed Pariſ. quae nihil niſi librariorum ſomnia ſunt. OUDEND.

164 *Effuſi obvii*] 4. Reg. Voſſ. 2. Hill. *effuſe obvii.* TENN. *Obvii* deeſt in Mediceis, Vaticano, & Edd. Italicis. Nihilominus *effuſe* exhibent Medic. antiq. Vaticanus, item Petrenſis, Leidenſes, Palatini, Gudian. & Ed. Pariſ. veriſſime. l. II. 5. 2. *effuſeque ſubeuntes adgreſſus. Effuſus obviam populus*, apud Vellejum, Juſtinum, aliosque. OUDEND.

165 *Oppreſſi*] *Compreſſi* MS. SCRIV. *Inermes* Medic. ſec. *rurſum* Palat.

166 *Cimon.*] Ita lego. vulgo eſt *Conon.* SCRIV. *Cimon.* Genuinum hoc, & conveniens hiſtoriae nomen. Vulgo & in 3. Reg. Voſſ. 2. Hill. *Conon*, qui neque Perſas devicit, nec apud Eurymedonta rem geſſit, ſed Cimon. Thucydides l. I. Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους. Καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα. Κίμωνι τῷ Μιλτιάδου στρατηγοῦντι. Diod. Sic. II. 81. Plutarch. in Cimone. TENN. *Cimon* jam emendarat magnus Caſaubonus ad Polyaenum l. I. c. 34. *Comon* Leid. pr. & Medic. antiquior. Ex tali aberratione vulgata lectio *Conon* nata eſt. *Eumenes* Medic. alter. *Athenienſis* Leid. ſec. Dein *Cyprum* male Petrenſis. *Captivorum armis* Medic. ſec. OUD.

167 *Eu-*

men [167] Eurymedonta. Perſae, [168] quia & navigia & habitum ſuperſtantium agnoſcerent, niſi caverunt. Subito itaque obpreſſi, eodem die & navali & pedeſtri proelio victi ſunt.

167 *Eurymedonta*] Male 3. Reg. Voſſ. Hill. *Eurymedona*. Finiebat Voſſianus. Julii Frontini Strategematon Liber Quartus Explicit Feliciter. Tenn. *Eurymedona* etiam ſex mei. quaſi a nominativo *Eurymedo*. ſed *Eurymedon* paſſim apud Geographos Latinos. Alii aliter & corruptiſſime exhibent. *Eurymeduna* Ed. Bonon. ac Pariſ. Oud.

168 *Quia*] MSS. octo, & Ed. Pariſ. *qui*. bene; niſi forte ortum ex compendio ſcripturae pro *quod*. Dein *nil* MSS. & Edd. VV. vulgo *nihil*. *Oppreſſi* deeſt in Medic. ſec. Ut autem Voſſianus, ſic plerique finiunt MSSti; nonnulli tamen *Strategematicon*. Oud.

JO. FRIDER. HERELII

PROF. ERF.

ANIMADVERSIONES CRITICAE

IN FRONTINUM.

Praefat. p. 3. *Praeterea continget, ne de eventu trepidet inventionis ſuae, qui probatis eam experimentis comparabit.*] Pro *qui*, cod. Leid. notante Oudendorpio, *quum*. Verior hinc fortaſſe lectio elicienda *qui cum*. Frequenter *it* coaleſcere in *u*, norunt, qui libros veteres tractare conſueverunt.

Ibid. p. 4. *Huic labori non injuſte veniam paciſcar, ne me pro incurioſo reprehendat, qui praeteritum aliquod a nobis repererit exemplum. Quis enim ad percenſenda omnia monumenta, quae utraque lingua tradita ſunt, ſufficiat? unde multa transire mihi ipſe permiſi; quod me non ſine cauſſa feciſſe ſcient, qui aliorum libros, eadem promittentium, legerint.*] Codices hic partim *ut multa*, partim *& multa*, exhibent; quidam *ut multa &*. Locum minus ſincerum eſſe, patet. Quid, ſi membranarum ductu conjiciamus? *ita multa t.* Melius ſane verba, ſic conſtituta, cohaerere cum ſuperioribus, quam ex emendatione Oudendorp. *ut &*, vel *& multa ut transirem*, videntur. Exempla τῶ *ita* a Noſtro ſimiliter uſurpati, praebet Oudend. ad L. t. c. 3. §. 5. Mox, ſi codices addicerent, mallem fere *prodentium*, quod hic, neſcio quomodo, aptius exquiſitiusque videtur. Plinius, cui verbum iſtud perquam familiare, contrario ſenſu, *in iisdem diverſa prodendo*. H. N. XVIII. 25. ed. Harduin.

L. 1. c. 1. §. 4. *Ille intellexit, idem eſſe eminentibus faciendum.*] Offendit me τὸ *eminentibus* abſolute poſitum, quod hic obſcurum & ambiguum, denique vix Latinum puto. Fortaſſe pro *eſſe*, licentiori paullo conjectura, reponendum *viris*, vel *civibus*, i. e. *principibus Gabinorum*, quos modo nominavit auctor. Frequens apud Frontinum infinitivi hujus omiſſio, e. g. ſupra §. 1. *exiſtimabat, civitates in tempore rebellaturas*, & ſic paſſim. Syllaba *vi* facile ab antecedenti proxime litera *m* in *idem* potuit abſorberi, litera contra *e* ob ſyllabam ſtatim ſubſequentem in *eminenti-*

bus

bus repeti temere a librariis, & adjungi, atque ita *riſe* in *eſſe* degenerare.

Ibid. §. 7. *Latius —— pabulatus, colloquia quoque —— in poſterum conſtituit. Ignes etiam frequentiores per tota caſtra fieri juſſit.*] Codd. tres, editionesque primae, teſte Oudend. *ignes autem.* Scribendum igitur haud dubie *ignes item.* Perpetua eſt vocularum iſtarum in membranis confuſio. Eluamus hac occaſione ſimile prorſus mendum Fl. Mallio Theodoro de metris c. 1. p. 8. ed. Heuſingeri Batava. *Poſitione autem longae ſyllabae fiunt, ſi* &c. *Fit autem poſitione longa ſyllaba, cum* &c. Cl. Heuſingerus emendandum credit *fit etiam*, ſed propius ad ſcripturam receptam accedit conjectura mea *fit item*, quam probavi quoque viro ſummo, Ruhnkenio. Corrigenda ſic & Plinii verba H. N. XXVIII. 7. *Mixto praeterea ovorum candido liquore, —— fluxiones oculorum ſuſpendit.* (lac.) *Nam ſi rana ſaliva ſua oculum adſperſerit, praecipuum eſt remedium.* Repone: *Item, ſi* &c. Millies hoc adverbio utitur Plinius.

Ibid. §. 8. *Profectionem ſuam cenſu obtexuit Galliarum. Sub quibus inopinato bello adfuſus, contuſa inmanium ferocia natiqnum, provinciis conſuluit.*] Locus impeditus, in quo neque explicando, neque corrigendo interpretes operae pretium feciſſe videntur. Verba *ſub quibus* corrupta eſſe conſtat, verum cl. Oudendorp. conjecturae, *ſic quietis*, vel *ſic Cattis*, nimis quidem longe quaeſitae ſunt. Quin nos leviſſima mutatione ſcribimus *ſubitusque* (vel etiam *ſubitus*, ſaepius enim ita Noſter omiſſa copula) *i. b. a.* &c. Eccel L. II. c. 3. §. 14. iisdem paene verbis eodemque πλεονασμῷ· *ſubita paditum conſurrexit acies, invectasque temere hoſtes, inopinato interfuſa proelio, cecidit.* L. II. c. 4. §. 4. *a tergo ſubitus adparuiſſet.* L. I. c. 4. §. 13. *ſubitus evaſit.* ubi cf. Oudend. L. II. c. 4. §. 3. *ſubitus ex diverſo ſe oſtenderet.* & paſſim alibi.

C. 4. §. 13. *Scripſit Antipatro, Thraciam rebellare, praeſidiis, quae ibi reliquerat, interceptis, ut ſequeretur, omnibus omiſſis: quae epiſtolae ut interciperentur ab hoſte, curavit. Athenienſes, arcana Macedonum excepiſſe viſi* &c.] Poenitet me ingratae verbi *intercipere*, & affinis *excipere* eodem paene verſu repetitionis, etſi Frontinum non cum ſcriptorem eſſe ſcio, a quo ſumma elegantia, nitorque orationis exſpectari debeat. *Praeſidia* quoque *intercepta*, rei, quae hic fingenda erat, atrocitati haud ſatis reſpondent.

Quid

Quid tentare nocebit *interfectis?* Tulit haec emendatio suffragium Ill. Ruhnkenii, in literis ad me datis, qui verba illa perpetuo confundi addit.

Cap. 5. §. 10. *Pericles —— suos, qua non resistebatur, emisit.*] Codd. Gudian. & Leid sec. *soceros suos*, inepte quidem, sed haud plane de nihilo. Fuerit forsan *socios suos.*

C. 6. §. 2. *Idem, hostibus tergum ejus in itinere prementibus, dum, flumine interveniente, non ita magno, ut transitum prohiberet, moraretur tamen raptditate, alteram legionem in occulto citra flumen collocavit*] Scaligerum, corrigentem ad oram libri sui *morante*, Oudendorpius credit offendisse, quod praecedentia *ut transitum prohiberet*, ad flumen, *moraretur* vero passive ad Tulvium, stante vulgata lectione, referri debeant. Ipse conjicit *ut transitu prohiberetur*, atque ita omnia melius procedere existimat. Sed vel sic τὸ *moraretur* passive praeter morem accipiendum foret. Equidem vitium non nisi in *dum* inesse crediderim, quod aut expungendum, invectum scilicet ex repetito, culpa descriptorum, proximo *idem*, ut etiam consuisse credibile est Scaligerum, aut mutandum est in nomen fluminis hujus proprium, quod quis facile divinando assequatur? *Moraretur* autem active sumi commode poterit, intellectis, quae praecessere, sc. *ita tamen magno, ut moraretur.*

C. 7. §. 7. *Per deserta Africae itinera, gravissima siti cum exercitu adfectus, oblatam sibi a milite in galea aquam, spectantibus universis, effudit.*] Barthio, ceterisque displicet illud *itinera*, idque adeo lubenter ejicerent, nisi omnes MSS. constanter servarent. Oudend. conjicit *in itinere.* Non damno suspicionem, sed nec deterior fuerit nostra *d. A. penetrans.* Supra c. 2. §. 2. *jussit —— penetrare Ciminiam silvam.* L. III. c. 9. §. 5. *hostes penetratum illac oppidum rati* ubi cf. Oudend.

C. 8. §. 11. *Custodibusque praecepit, ut ea advenienti hosti dederent, dimissique Syracusas occulte redirent.*] Hoc cur praeceperit Dionysius, non capere se, nec quid *occulte* hic faciat, videre fatetur cl. Oudend. Quorsum enim alio, inquit, deditis per pactionem castellis, se reciperent milites? Conjicit igitur *ocissime.* Cod. Leid. pr. *ut occulte.* An latet sub hoc, quod verum puto, *cito cuncti?* Id enim Dionysius spectabat, ut copias, per fraudem dispersas, mox, tempore opportuno, cogeret in unum denuo. Hinc statim hostes *paene jam par numero adgressus vicit, quum suos contraxisset, & adversarios sparsisset.*

C. 9. §. 1. *Atque ita conjuratorum consilio turbato, Campaniam periculo liberavit.*] In MSS. ad unum omnibus, & edd. antiquis non conspici *turbato*, testatur Oudendorp. Leid. sec. tantum habet *conjuratorum consilio Campaniam liberavit*, unde facit *consilio C. periculoque l.* vel *a conj. periculo Camp. consilio l.* Fallor, an constans iste codicum consensus vocem genuinam excidisse declarat, nullo negotio reponendam, *eluso?* Fraudi fuit huic verbo antecedens *filio*, per similitudinem nimiam a librariis supinis omisso, quod genus erroris innumeras mendas libris intulisse veterum, Critici norunt. L. II. c. 5. §. 47. *omni arte —— eluderent hostem.* C. 3. §. 24. *naves mobilitate —— eludi.* C. 2. §. 5. *ut sagittas —— eluderet.* L. I. c. 2. §. 8. *elusit funfidiatores.* C. 1. §. 6. *ad eludendos sagittarios.*

C. 10. §. 3. *Agesilaus Lacedaemonius, quum adversus Thebanos castra super ripam posuisset.*] Transpositione locum hunc credo juvandum, legendumque *Agesilaus Lac. adv. Thebanos, quum* &c. Caussam pete ab Oudendorp. ad L. I. c. 5. §. 12. ubi vir doctissimus merum hunc Frontini stylum, perpetuumque morem observat, ut τῷ *adversus* utatur sine addito *dux*, vel alio quodam vocabulo, cui respondeat, subintelligens *bellum gerens*, vel simile quid, vimque exemplorum ingentem affert. Cf. eundem ad L. II. c. 1. §. 18. Eadem forsan medela adhibenda L. II. c 1. § 6. *Idem, quum adversus Lacedaemonios pluribus diebus castra cominus haberet.* & c. 4. §. 11. *Myronides Atheniensis, dubio praelio adversus Thebanos rem gerens.* Sed nihil definio.

C 11. §. 9. *Circa ea duci equos noctu clam imperavit.*] Polyaenus, Oudend. citatus, eandem historiam referens L. I. c. 41. ἵππους δύο περιέγων. unde suspicari possis, scribendum *duci duos* vel *duos duci* e. numero a vocula vicina, ut dixi modo, extruso, praesertim si placeat *duo*, quomodo L. I. c. 4. §. 10. in MS. reperit Wassius.

Ibid. §. 16. *Arma, quae ornamentis adfixa in templis erant, nocte subtraxit.*] Quibus tandem ornamentis arma erant adfixa? Atqui ornamenta ipsa armis possunt adfigi, non arma ornamentis. Nihil licet hic monuerint interpretes, locum tamen defectum putem, ita supplendum, *arma, quae cum ornamentis* &c. Arma in templis reposita, & DIS consecrata, taeniis, corollis, & id genus aliis, ornata fuisse, credibile est.

L. II. praefat. —— *Quae ante commissum proelium agenda sunt, deinceps reddemus pertinentia ad ea, quae in ipso* pra-

proelio agi ſolent, & deinde ea, quae poſt proelium.] Codex Mediceus, *quae proelium excitant.* Quisquamne dubitet, manum Frontini eſſe, *quae proelium excipiunt*? i. e. ſequuntur. Verbum exquiſitius, quam pro deſcriptorum captu, gloſſae, margini primum adjectae, loco cedere coactum eſt.

C. 1. §. 13. *Jugurtham autem conſtat* &c.] Omitti a quibusdam codd. particulam *autem*, notat Tennulius, eamque locum hic non habere, recte obſervat. Oudend. conjicit *regem.* Verum reſtituendum *item*, quod & ſupra Noſtro redonavimus L. I. c. 1. §. 7. Idem enim plane ſtrategema adhibuit Jugurtha, quod Pompejus §. antecedente adhibuiſſe dicitur.

